UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. 1 Th. 4852.
5 St.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE VITA ET HONESTATE CANONICORVM, ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM SPECVLVM.

Ex optimis, & probatissimis Auctoribus, quorum catalogus infrà ponitur, depromptum studio, & opera

IOANNIS LANGHECRVCII Hiluarenbecani, V. I. L. Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Casletensis Præpositi.

Soc. Iesv Paderbornæ.

Cum duplici indice, priore capitum, altero præcipuarum rerum, ac verborum.

DVACI,
Ex officina Ioannis Bogardi, ANNO
M. D. LXXXVII.

Cum gratia & priuilegio Reg. Maiest.

SERENISSIMO PARMAE, ET PLACENTIÆ DVCI ALEXANDRO FARNESIO, CLARISSIMO AVREI VELLERIS EQVITI, ET BELGICARVM DITIONVM PHILIPPI II. HISPANIARVM, ET INDIARVM REGIS VNICE CATHOLICI GVBERNATORI, ET SVPREMO FELICISSIMOQVE BELLI SVÆ MAIESTATIS PRÆFECTO

S. O. P.

CVM abhinc octennium in nostro exilio, Sereniſsime Dvx, memoria repeterem, reuerendum Dn. Ioannem Baptiſtam Langheum, felicis recordationis, collegiatæ Eccleſię S. Petri oppidi Caſletenſis Præpoſitum, & Metropolitanę Mechlinienſis Canonicum & Officialem, Præpoſituram hanc ſuam mihi ignoto gratuita liberalitate ac beneficētia renuntiaſſe, & à Regia ſua Catholica Maᵗᵉ impetraſſe; ea ſancta lege, & cōditione, vt quàm poſſem maximè

pietati, ac honestati Canonicorum operam darem: nō intempestiuum, nec incommodum fore putaui, si durantibus nostræ residentiæ periculis, tractatus aliquot ex variis & probatis auctoribus colligerem; ad demonstrandum istam meam ab Ecclesia inuitam & coactam absentiam, nō modò iure Pontificio, sed etiam sanctorum Patrum doctrina, & exemplis permissam, Ecclesiæ nostræ Canonicis, & aliis mihi subditis non inutilem, imò mea corporali illic præsentia vtiliorem fuisse. Cùm igitur Dei gratia, pro meæ eruditionis, & industriæ exiguitate, duos libellos collegissem, eosque viris insigni doctrina, integritate, ac sinceritate perlustrandos & examinandos tradidissem: hortati me sunt, vt quos Ecclesiæ tantùm nostræ Canonicis prælegendos congesseram, ad communem totius Cleri vtilitatem prelo edi curarem. Quibus omnibus satisfacere cupiens, consideratis libellorum argumētis, arbitratus sum, priorem, scilicet, De malorum horum temporum causis, & remediis, nemini conuenientius dedicari posse, quàm

Regiæ

Regiæ ſuæ Catholicæ Maieſtati : alterum verò hũc, De vita & honeſtate Canonicorum & aliorum Eccleſiaſticorũ, Sereniſsimæ Celſit. T. nuncupandum duxi ; quia illam ad huiuſmodi ſancta & honeſta ſtudia promouenda, & protegenda propẽſiſsimam intelligo. Præterea, quòd iſtius honeſtatis (ad quam amplectendam, omnes Eccleſiaſticos hortandos ac inducendos nunc puto) fundamentum iecerit Paulus 3. ſummus Pontifex, præclarum nobiliſsimæ familię Celſitudinis tuę Farneſianę decus & ornamentum, per Oecumenici Concilij indictionem, primò Mantuæ, poſtea Vincentiæ, tertiò denique Tridenti, vbi & fauſtum ſumpſit ſeſsionibus octo exordium. Quæ etiam non ſine magnis difficultatib. à Carolo quinto atque Ferdinando auguſtiſsimis Romani Imperij Cæſaribus, & Philippo ſecundo Rege Catholico ; illuſtriſsimæ proſapię tuę quoque Celſitudinis Auſtriacæ ex parte materna, columnis, mirum in modũ, & vt initium ſumeret, & finem cõſequeretur, promota & adiuta fuit. Porrò, cùm ad locorũ temporũq.

leuandas calamitates, ſedandas de religione cõtrouerſias, ad deprauatos corrigendum mores & abuſus, denique ad veram & Chriſtianam Eccleſiæ pacem ac tranquillitatem parandam, à celeberrimo illo œcumenico Concilio clericorũ honeſtas obſeruari decreta & ſtatuta ſit; ánne admiranda & deploranda res foret, D v x Sereniſsime, ſi tam celebris Synodus, Catholicam repræſentãs Eccleſiam, tot tantorumque Patrum & Doctorum frequentia, tot tantorumq. Imperatorum, Regum, Principum, Ducum, Rerumpublic. præſidio & auxilio conuocata, celebrata, & Dei fauore ac gratia peracta, diceretur, & videretur fruſtrà & incaſſum habita? quodq; ipſa ſancta Catholica Eccleſia tot tantisque tunc circumcincta periculis, ſpe ſua & expectatione fruſtraretur? Fruſtratos autem nos omnes in Belgio, noſtris, prô dolor, oculis inuiti videmus. Quis enim hîc hęreſes extirpatas, ſchiſmata ſublata, mores reformatos, Eccleſiaſticam diſciplinam inſtauratam, bella ſopita, priſtinam pacem ac trãquillitatem reductam eſſe dixerit? profectò, nullus.

Horum

Horum tamen cauſa Synodum illam indictam & celebratam fuiſſe, illius teſtantur decreta. Quinimò annos duodecim, priuſquam indiceretur ipſa, in cõuentu Eccleſiaſticorum, & prẽcipuorum procerum Catholicorum Germaniæ, à Sedis Apoſtolicæ Legato Ratiſponæ habito, pluribus vtrinque in diſcuſsionem propoſitis & allatis, ac præcipuè, quibus conſiliis, quibúſve modis Germanicæ nationi periclitanti conſuleretur; paribus ſententiis declaratum, & receptum fuit, perditiſsimam iſtam hæreſim rudi populo plauſibilem, ob libertatẽ illi falsò perſuaſam (ſicut iam hîc in Belgio) prætextu Euangelicæ libertatis, non paruam habuiſſe occaſionem, partim à perditis clericorum vita & moribus; partim ob non diutius diſſimulãdum ſacrarum ſanctionum, Eccleſiaſticarumque cõſtitutionum abuſum: ideoque non parum momenti extirpandis hæreticorum, & eorum confœderatorum ſectis allaturum, ſi clerici ad honeſtatem vitæ moresque illos, quos D. Paulus ipſis præſcripſit, debita cenſura reducti, abuſusque laïcos malè 1. Timoth. 3. Tit. 1.

offendentes ſublati fuerint.

lib. 3. de conſider. vide infra lib. 2. c. 2. f. 186.

D. Bernardum grauiter cũ Eugenio Papa 3. expoſtulaſſe legi, quòd quarto poſt cõcilium Remenſe anno, inueniſſet aliquot illius decreta nõ obſeruari. Quid ſi ille nũc ſupereſſet, & vigeſimo ſecundo anno poſt tam ſolemnem œcumenicam Synodum Tridentinam, conſpiceret omnia adhuc fermè ipſius decreta Clericorum reformationem cõcernentia inuſitata & neglecta iacere? Si quis verò Prælatus reformationis in ſuam Eccleſiam inducendæ & exequendæ, præ cæteris ſtudioſior eſſe voluit, dictum illi fuit eam alibi nuſquam obſeruari; vel illam paulatim & tẽporis ſucceſſu inducẽdam; donec, ſcilicet, hęc aſpera Dei flagella ſaniorem nobis darẽt intellectum, & diligentiam. ſed vtinã hęc illis vel inuiti cõſequi ac retinere potuiſſemus. Pulchrũ quidem, imò & neceſſarium ad ſalutem noſtrã fuit, fidei & doctrinæ conſeruaſſe integritatẽ; ſed qui illorum cõſeruatione dumtaxat ſecuri fuerunt, illi ignoraſſe mihi vidẽtur, ob vitæ morumq́. corruptionem, veram fidei & doctrinę integritatem amitti.

mitti. Si omnes Orientalis Ecclesię clerici voluissent se œcumenicarum Synodorũ decretis submittere, eaq; piè credere, ac rectè obseruare, persuasissimum mihi habeo, quod totũ Orientem in fide ac religione Catholica adhuc florentissimũ audiremus. Verùm quia clerici, qui illic hæresium ac prauorum morũ auctores fuerunt, sacrorum conciliorũ decreta recipere & obseruare noluerũt, idcirco omnes Asiæ & Africę prouinciæ, propter quas potissimùm illa celebrata erant, nũc vel ad atheïsmũ seu paganismũ deuenerunt, vel in schismatibus excęcati & obdurati miserè pereũt.

Memoriæ prodidit Eusebius Cæsareæ Palestinæ quondam Episcopus, in Ecclesiastica sua historia, ante sui tẽporis persecutionem mirabiliter & valde magnificè per vniuersum mundum, Christi sermonem, pietatis doctrinam profeciſſe, & in illud sublimitatis ascendisse, vt enarrare vires suas superarit. Atq. sic diu Ecclesiarũ status incrementis prosperioribus augebatur, & gloria earum terris excedens, & cuncta supereminens festinare videbatur ad cęlum. lib. 8. c. 1.

Verùm vbi ex multa libertate, multaq. indulgentia vitiati sunt mores, & disciplina corrupta est, dum alter alteri inuideret, & alter alteri derogaret; dumque se inuicem morderent, & incusarent; dum verborum iaculis proximorum corda terebrarent, & aduersum se mutuò intestina prælia commouerent; dũ Principes cum Principibus, populi cũ populis seditiones & certamina concitarent: dum simulatio in vultu, dolus in corde, fallacia proferretur in verbis, & malorum per singula cumulus intumesceret: diuina prouidentia iacturam disciplinæ populo suo illatam, ex plurima pace, & nimia sua lenitate prospiciens, aggrediebatur primò sensim refrenare lapsantes; & integro adhuc Ecclesiæ statu, congregationibusque manentibus, permisit eos, qui erant in militia tantùm Gentilium persecutione pulsari. Sed cùm nullus ex hoc clemẽtiæ eius intellectus populis daretur, quin potius velut ignorantes Deum, absque diuina prouidentia res agi ducerent; & per hoc eò magis persisterent in malis; atque ipsi, qui duces populi videban-

debantur & principes, diuini mandati immemores effecti, aduersus se inuicē contentionibus, zelo, liuore, superbia, inimicitiis atque odiis inflammarētur; ita vt Christianæ humilitatis obliti, sacra mysteria profanis mētibus celebrarent: tunc demum secundum vocem Ieremię prophetæ, caligine obtexit, & obscurauit in furore, & in ira sua, Dominus filiam Syon, & deiecit de cælo in terram gloriam Israël, & omnes munitiones eius destruxit. Et sicut dicit in Psalmis; Destruxit & euertit testamentum serui sui; polluit in terra sanctificationem eius; per Ecclesiarum scilicet subuersionem; & destruxit omnes macerias eius, qui trāsierunt per viam, pro quibus cunctis opprobrium facti erant vicinis suis: exaltabat enim dexteram inimicorum ipsorum, & auertebat adiutorium gladij sui, & non adiuuit eos in bello, sed destruxit eos ab emundatione, & thronum eorum elisit in terram. Atque hac ratione & modo videbatur Deus paucos illorum feciſſe dies, & maximam super eos effudisse confusionem. Summa namque malorum omnium

mnium illis tunc adesse videbatur, cùm domus orationis & Ecclesiæ Dei viui ad solum deductę essent, atque ab ipsis subuersæ iacerent fundamentis; diuinæ scripturę in medio platearum igne crematæ essent; Sacerdotes Domini & Pastores Ecclesiarum publicè denudati, inuerecundè & inhonestè huc atque illuc ab impiis distraherētur. Sed nō est, inquit Eusebius, nostrum describere, quanta prius inter nos rabies dissensionis exarserit: hoc solùm historia tradere licuit, quod iusto Dei iudicio, & necessaria correptione, diuinam sensimus manum.

Ista autem omnia cōmemorata nūc verè & peropportunè à Belgis dici & scribi posse, nemo qui illorum ante annos triginta cūctis in rebus felicitatem ac prosperitatem viderit, & iam eorumdē calamitates, clades, deuastationes, & ruinas conspexerit, diffiteri potest. Itaq, qui inaniter confidunt Deum hinc nō ablaturum vnà cum fide & religione sacerdotale regnum, dandum alij genti facturę iustitiam & fructus eius; illi profectò Euangelium & Prophetas nō

viden-

videntur legisse, vel certè illis debitam non adhibere fidem. Nónne pręter alia plurima nefanda & deploranda, cerni in Belgio iam possunt templa solo adęquata, conflagrata, & stabulorum instar fœdata? ter sanctum & venerandum Eucharistiæ Sacramentum magna in parte Belgij non extare? diuina officia & sacrificia cessare? bibliothecas sacrarum scripturarum & sanctorum Patrum igne combustas, destructas, direptas, vel prorsus consumptas esse? omnem à Sacerdotibus honorem sublatum? multos publicè denudatos, rebus ac omnibus bonis spoliatos & exutos? è patibulo suspensos? in fluminibus, mari, & stagnis submersos? in exilium missos, turpiterque proscriptos? Episcopos & Nobiles Regiæ suæ Maᵗⁱ fideles fraude & vi captos, in carceres admodũ inhumaniter detrusos? Quid multa? Nónne etiam ex variis & frequentibus reuerendorum Patrum Societatis IESV epistolis iampridem didicimus, barbaras planè nationes & nouas Insulas hactenus à Romana Ecclesia & Sede Apostolica incognitas

fidem

fidem & religionem Christianam suſcepiſſe, eamque illic vehementer dilatari? In cuius rei certum & indubitatum teſtimonium ac fidem Reuerendus Pater Viſitator Societatis Ieſu anno 1585 die 23. Martij adduxit ſecum è Iapania inſula prope Sinas ad Septemtrionalem plagam verſus Orientem poſita, ſummo Pontifici & Romano imperio ante annos triginta aut circiter ignota, & planè ethnica, trium potentiſsimorum Regum Legatos ad oſculandum pedes Rom. Pontificis, eique obedientiam præſtandum; & ſeſe ſanctę Catholicæ Eccleſiæ coniungendum, quò inter Chriſtianos numerari poſſent. At felix & proſper ibi ſucceſſus, ſpem quidem optimam ac certã de Dei clementia & miſericordia tribuit fiduciam: ſed abolitio & extinctio fidei ac religionis, quæ, heu! iam hîc fit, metum incutit iuſtitiæ & ſeueritatis diuinæ: ne fortè nos nũc prorſus frangamur ex vera ſanctæ, Catholicę & Apoſtolicę Rom. Eccleſiæ oliua, & inſerãtur illi. Nam ſicut naturalibus ramis olim non parcens, ipſorum peccata noſtras fecit eſſe virtu-

tes atque ſalutem: ita iam metuendum, ne noſtram in fide, religione & virtutibus defectionem ſeu diminutionem, illarum nouarum gentium faciat incrementa, ad æternam cõſequendam beatitudinem, nobis & poſteris noſtris ad inferni miſerias, pœnas & tormenta ſemper duratura detruſis. Quoniam nõ plura nobis de ipſius miſericordia polliceri poſſumus, quàm olim Aſia, Africa, & multæ nũc etiam Europæ partes: quæ quamdiu clericos vera honeſtate, fidei integritate, ſobrietate, caſtitate, pietate, cõcordia, humilitate, obedientia, aliiſque virtutibus præditos habuerunt; tamdiu viguerunt & floruerunt.

Quare, Sereniſsime Dvx, quia illa fuit omnium ſanctorum Patrum SS. Cõcilij Tridentini, & maximè Pauli 3. Iulij 3. & Pij 4. Pontificum ſpes, quòd ad eiuſdem exequenda & obſeruanda decreta, omnes Chriſtiani & Catholici principes, Prelatis, cùm opus eſſet, auxilio & fauore ſuo adeſſent; Sereniſsimã Celſit. T. quàm poſſum effuſiſsimè obſecro, non ſolùm vt hoc Speculum ſub nominis ſui auſpicio & inſcriptione,

quò

quò maior illi accedat auctoritas, & gratius & commendatius sit omnibus, in lucem prodire patiatur: verùm etiã huius patriç, & religionis in ea labascẽtis & pereuntis miserta, illustri sua auctoritate, prudentia, consilio & ope ipsius Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos in SS. Concilij Tridentini executione & obseruatione adiuuare dignetur: quò omnes Ecclesiastici illam vitæ ac morum honestatem, pietatem & eruditionem ex sacris conciliis, & aliis probatis auctoribus hauriant & desumãt; quibus Laicos ad verum Dei cultum, Catholicæ fidei ac religionis defensionem & cõseruationem, ad Regiæ suæ Maᵗⁱˢ veri ac legitimi Domini obedientiam verbis ac factis instruant, cunctaque diuina officia, prçsertim tremendum & maximè venerãdum illud Missç sacrificiũ, summa cum reuerẽtia, pietate ac deuotione Deo Opt. Max. pro suis populique delictis, pro Regiæ suæ Catholicç Maᵗⁱˢ, & T. Celsit. perpetua incolumitate, & in bellicis politicisque rebus curãdis prosperitate, semper persoluant. Quia si id fecerint, sperandum

randum omnino est, maiorem nos statim diuinam sensuros misericordiam, clementiam ac beneficentiam; felicioremque in recuperandis prouinciis & locis ab hæreticis, & aliis Regiæ suæ Catholicæ Mati rebellibus occupatis, visuros successum. Quantò enim Sacerdotes meliores & digniores fuerint, tantò faciliùs (sicut Diuus Alexander Papa & martyr inquit) in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur: atq. tunc ipsemet Deus, fortis & potens in prælio, pugnabit pro nobis.

Alexan. epist. 2. & c. ipsi sacerdotes. 1. q. 1.

Non est aliquid, quo Serenissima T. Celsit. Deo Opt. Max. gratius officium præstare, & sibi suisq. posteris maiorem gloriam, ampliorem laudem, & clariorem vitæ ac nominis splendorem apud mortales parare possit; quàm egregiis in Catholicę & Apostolicæ fidei ac religionis defensionem, restaurationem & cõseruationem, collatis meritis. Neque aliud quidquam glorioſius, illustrius, & ad cõstituendam nominis immortalitatem præstantius, quàm excitari Reip. vtilitate; & omnia, quę in grauibus temporum rerumque calamita-

tibus proſtrata & euerſa ſunt, in priſtinam auitamque poſſeſsionem ac tranquillitatem reſtituere. Quapropter & nos magna iam ſpe tenemur, omnes laborantes & afflictas Belgij prouincias, fortunarum ſpoliatione, agrorum deuaſtatione, fame, inopia & peſte exhauſtas & proſtratas, ſuſpiriis & fletibus madentes, ſæua & crudeli hoſtis tyrannide oppreſſas, Sereniſſ. Celſ. T. imperio, clementia, temperantia, ſapientia, fortitudine, iuſtitia & vigilãtia in antiquam illam veræ ac Chriſtianæ libertatis amplitudinem, & veterem laudis, proſperitatis, pacis ac cõcordię poſſeſsionem, Dei gratia & fauore, breui reſtituendas. Tuamque Sereniſsimam Celſit. talia in Belgio nunc effecturam ſperamus, qualia olim in Romanis ſeditionibus, & bellis inteſtinis maiores ſui maxima & perpetua cum laude & gloria gẽtis Farneſianæ, pro Eccleſiaſtica libertate & Reip. tranquillitate geſſerunt: qui Romanæ Eccleſiæ partes ſępe afflictas magna fortitudine & felicitate ſuſtinuerunt.

Et inter multos alios clariſsimæ ve-

ſtræ

ſtræ familiæ proceres, nónne memorię proditum eſt, fortiſsimum illum & nobiliſsimum Petrum ſeniorem Farneſium, ante annos 483. aut circiter, Paſchale 2. Romano Pontifice, Eccleſiaſticorum Magiſtrum, præclaram de Eccleſiæ Romanæ hoſtibus in Vulcientium littore obtiuuiſſe victoriam; & vetuſtiſsimam Coloniam Coſſam Vrbitelli nomine reſtituiſſe? Quis verò dignè commemorare & prædicare queat, quàm gloriosè Prudentius Petri ſenioris iſtius filius, Lucio Papa 2. & Pepo atque Raynutius, prædicto Prudentio progeniti, Eccleſiaſticam libertatem Innocentio 3. Pontifice defenderint? Anne etiam Romanæ teſtantur Hiſtoriæ, Petrum Iuniorem Farneſium, eiuſdem Raynutij filium, anno Domini 1313. patriam à ciuili Gibellinorum & Guelphorum ſeditione (cuiuſmodi ferè iam hæc noſtra Belgica eſt) maxima cum gloria liberaſſe? Et clariſsimo illi Raynutio Farneſio Pauli 3. Pontificis auo, Eccleſiaſtici exercitus inſignem & ſtrenuum ducem agenti, contra plurimos, eosque potentiſsimos Romanæ Eccle-

siæ perduelles, nónne Eugenius Papa quartus auream donauit rosam, ob rem militarem tunc præclarè gestam? Adhæc, nunquid etiam primi Gothorum Reges, à quibus inuictissimus Rex noster Philippus, Serenissimę Celsit. T. auunculus originem ducit; ex grata Honorij Imperatoris concessione Hispanias aggressi sunt, & Vandalos, Sueuosque debellando, ab Hispania, quam tyrannicè & contra Imperatoris voluntatem (sicut Princeps Auriacus Belgium) occupauerant, illos summa cum laude & gloria expulerunt? Talium Maiorum imagines, cùm Serenissima T. Celsit. intuetur, non dubium est, animum sibi ad virtutem accendi: non quòd statuæ, vel figuræ illę tantam in se vim habeāt, sed rerum ab illis strenuè & feliciter gestarum recordatio & memoria, eam egregiis viris flammam in pectore excitat; quæ prius sedari non potest, quàm sua virtute illorū famam & gloriam superarint, vel saltem adæquarint. Quare, Serenissime Dvx, si Celsit. T. istos, contra quos bellum gerit, non solùm Romanę Ecclesię ac Se-

dis

dis Apostolicæ, sed & Catholicæ Regię Matis perduelles, deuicerit & profligarit, procul dubio, nō tantùm aurea rosa, verùm multò etiam maioribus præmiis ac ornamentis à Romano Pontifice, & Catholica Regia Mate donabitur, & decorabitur. Quia in signum maximi, & integerrimi amoris, beneuolētię, ac munificētię, quibus Regia Matas T.S. Celsitudinem ob præclara sua stratagemata, & alia publicè ac priuatim sapienter gesta amplectitur, illi nuper aureum vellus pretiosissimo exornatum torque, dono misit: atquè in amplissimum nobilissimorum & charissimorum Equitum sui aurei velleris ordinē arrogauit, & assumpsit. Propterea, quāuis aduersarij plurimi ac potentissimi sint, expectamus tamen Sereniss. Cels. T. non minora nec infeliciora, Deo fauente & auxiliante, designaturā, quàm quæ cum clarissimo, & fortissimo Domino Ioāne Austriaco admodum strenuè ac faustè cōtra Turcam, anno 1571 bello nauali gesit, & perpetrauit. Et nō exiguam quoq. laudem & gloriam hîc in Belgio eadem Celsit. T. reportauit,

ex acerrima ac prosperrima plurimarũ munitissimarum vrbium, oppidorum & castrorum expugnatione, vel coacta deditione; & pacifica atque tranquilla in ditionibus Regiæ suæ Maᵗⁱ reconciliatis administratione: relatura verò maximam & æternam, si etiam alias omnes inferioris Germanię vrbes, & loca ab Hæreticis & rebellibus occupata, ad Ecclesię, fidei & religionis vnitatem, & clementissimi sui Regis Catholici obedientiam reduxerit. Quod faxit citò sua gratia, fauore, & auxilio omnipotens Deus, qui Serenissimam Celsit. T. nobis, & Ecclesię suę, saluam & incolumem perpetuò conseruare dignetur.

Serenissimæ T. Celsitud.
obseruantissimus

Ioannes Langhecrucius.

AD

AD BELGII ECCLESIASTICOS honestatis studiosos.

MIRABIMINI *fortasse non parum, beneuoli in Christo Fratres, ad primum huius libelli aspectum, cur ego iam post tot summorũ Pontificum, & sacrorum Conciliorum decreta & canones, super vita & honestate Clericorum edita, hunc tam prolixè de eodem argumento scribendi laborem susceperim: at postquam instituti & facti rationem cognoueritis, & istius Speculi penitiorem inspectionem ac contemplationem habueritis, spero vos hunc meum conatum & studium non reprehensuros: sed pro vestra beneuolentia, candore, & æquitatè, vtilem & commodam veræ honestati ac saluti nostræ operam me hoc tempore collocasse iudicabitis. Pertractatis enim altero nostro Speculo præcipuis malorum horum temporum causis & remedijs ad diuina officia pertinentibus, proximum nunc esse, ac rationi congruum existimabam, vt illorum quoque causæ & remedia explicarentur, quæ ad vitæ, morumq; nostrorum honestatem spectarent. Ad quam in Clerum reducendam, & ad istorum temporum calamitates tollendas, sanxit & decreuit SS. Tridentina Synodus*[a], *sacratissimos canones, exactè ab omnibus, & quò ad eius fieri poterit indistinctè obseruandos: & quæ aliàs summi Pontifices, & sacra Cõcilia de illa statuerunt, eadem in posterum eisdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis obseruarentur. Si quæ verò ex his in de-*

[a] *Sess. 22. de reform. cap. 1. & sess. 25. de reform. cap. 18. 19.*

 suetudi-

ſuetudinem abiuerint, ea quàm primùm in vſum reuocarentur, & ab omnibus accuratè cuſtodirentur, nõ obſtantibus conſuetudinibus quibuſcumq; : ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi Prælati condignas, Deo vindice, pœnas perſoluant. Quocirca Pius Papa 4. in prædictæ Synodi confirmatione, mandauit in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis à ſacris canonibus cõſtitutis, aliisq; grauioribus, vniuerſis & ſingulis Eccleſiarũ Prælatis, vt eadem decreta & ſtatuta in Eccleſijs ſuis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter facerẽt obſeruari: contradictores quoſlibet, & cõtumaces per ſentẽtias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio. Iſta, inquam, cùm ego animaduerterem, & exploratum certumq; haberem, prædictæ Synodi Tridẽtinæ decreta & canones de Clericorum vita ac honeſtate, à plurimis non obſeruari, & ab aliquibus certè admodum negligenter: eaq; nõ magni fieri, & paucos illa habere ac legere, præſertim quæ generatim ab eadem Synodo innouata ſunt, propter librorũ inopiam: aut ſi qui forte haberent, & legerent, dixerunt, illa his temporibus neutiquam in obſeruationem deducenda eſſe, aliud nunc Clericorum honeſtatem poſtulare, quàm olim. Deo igitur ter Opt. Max. & Eccleſiarũ Prælatis, ceteriſq; Eccleſiaſticis verum Dei timorem habentibus, ac piè & honeſtè vitam ſuam traducere cupientibus, non ingratũ nec inutile fore putaui, ſi ad demonſtrandum quàm ſit nunc Clericis neceſſaria huius veræ honeſtatis obſeruatio, non ſolùm Pontificum, &

Conci-

Conciliorum decreta; sed etiam sanctorũ Patrum aliorumq; Doctorum sententias & dicta ad illam persuadendã pertinentia, in certas quasdam classes colligerem & digererem; vt illa, quæ sparsim apud multos auctores, & in diuersis libris interualllo disiuncta erant, in vnum conuenienti ordine codicẽ redacta traderentur: ex quo citra tædium & diuturnam inquisitionem hauriri & desumi possent.

Prima namq; classe digesta sunt illa, quibus honestas verbo, & sermone à Clericis vel acquiritur, & conseruatur; vel amittitur, aut violatur. Secunda traditur quomodo illa habitu, gestu, incessu, & quibus virtutibus paretur, ac illustretur; & quibus vitijs contrarijs perdatur, aut obscuretur. Tertia, quali conuersatione Clerici sacris initiati honestatem conseruare, vel illam amittere possint. Quarta, quomodo cupiditate, & ambitione illa deturpetur, ac lædatur. Quinta, quorum negotiorum secularium procuratione illa in vilipẽdium, & contemptum deducatur. Sexta denique explicatur, quomodo illa per rectam disciplinam reparanda, & pristino suo splẽdori, ac vigori restituenda, & conseruanda sit.

Verùm quòd in auctoritatibus recitandis prolixior interdum sim, id aut verborũ eiusmodi, quæ Spiritus sanctus protulit efficacie, aut nostra erga proximum charitati tribuendum est. Quid enim ad hoc nostrum persuadendum institutum, vel accõmodatius, vel efficacius, vel Ecclesiasticis gratius adferri posset, quàm Sanctorum verba? vt ipsi illa sua esse agnoscentes, nobiscum cooperarentur: vel potius ipse Spiritus sanctus qui ista suis

ſuppeditando Sanctis locutus eſt, conſpiciens ſua ibi verba reſonare, noſtram coadiuuaret operam. Si quidem quantò Sanctorum vita melior, tantò eorum verba meis meliora efficacioraq́; fore, perſuaſum mihi habui, diui Athanaſij ſecutus doctrinam & aſſertionem. [a] *Nam in ijs, vt ipſe ait, placuerunt Deo; vicerũt regna; operati ſunt iuſtitiam; adepti ſunt repromiſſiones; obturarunt ora leonum; extinxerũt vires ignis; euitauerũt aciem gladij; confirmati ſunt ab infirmitate, validiq́; in bello effecti, alienigenarum exercitus fugarunt. Hac, inquam, diui Athanaſij ſententia, ex diuo Paulo* [b] *deprompta permotus, ad animi mei cogitationes pronuntiandas, libenter ſacræ ſcripturæ verbis, ſummorum Pontificum & ſacrorum Conciliorum decretis, ſanctorumq́; Patrum ſcriptis vſus ſum. Certam mihi de Dominis Canonicis, & aliis omnibus Eccleſiaſticis ſpem faciens, illa ipſis ad vitæ morumq́; emendationem, & veram honeſtatem perſuadendam futura gratiora, maioriſq́; auctoritatis ac ponderis, quàm mea; etſi omnibus Eloquẽtiæ floribus & coloribus ornata & diſpoſita eſſent. Adhæc animo mecum reuoluens plurimorũ Eccleſiaſticorum Belgij bibliothecas deſtructas, vel direptas: illosq́; ad magnam inopiã nunc redactos, iisq́; gratificari, & cõmodare ſtudens, hoc, & aliis duobus libellis paruo emendis, collegi & digeſsi, quæ illis ſcitu & obſeruatu vtilia, honeſta, & ad ſalutem neceſſaria videbantur.*

Quare, vos omnes, tanquam meos in Chriſto fratres, quàm poſſum maximè obſecro, vt hæc mea ſtudia & labores æqui boniq́; conſulere dignemini:

& abſque

a in epiſt. ad Marcellinum de vſu & interpret. pſalm.

b ad Hebræ. 11.

& absque vlla dilatione vitam & mores nostros emendemus; atq. in accuratam obseruationem deducamus, quæ ad verā honestatem consequendam piè & salubriter statuta ac ordinata sunt à sancta matre nostra Catholica Ecclesia, per sacrosanctū & œcumenicum Concilium Tridentinum repræsentata [a]. Quæ omnia cùm obseruatu facillima sint, miror vehementer, quosdam inferiores Prælatos, & Capitula, audere sibi illorū interpretationem & dispensationem vsurpare, nescio ad quam carnis lasciuiam, & pigritiam, quò sibi suorū subditorum gratiam, & fauorem humanū concilient, vel conseruent: cùm tamen illa iure Canonico ad solum Pontificem Romanum pertineāt [b]. Et Pius quartus prædictam Synodum confirmās expressè sibi, & Sedi Apostolicæ reseruauit declarationem & decisionem difficultatum & controuersiarum, si quæ ex illius decretis & statutis orirentur, offerēs se paratum omnium prouinciarum necessitatibus ea ratione, quæ sibi commodior videretur, prouidere. Atque hanc illius auctoritatem ipsa quoque sancta Synodus suo decreto reuerenter agnouit [c]. Quocirca irritum & inane decreuit Pontifex Pius 4. si secus super his statutis et decretis, à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Cogitent igitur quàm malè suæ, & subditorum suorum saluti supradicti Prælati & Capitula consulant, se, & suos hac ratione in antiquis vitiis & peccatis fouendo.

Quid autem dicendum de illis, qui cùm in obseruationem sacrosancti concilij Trident. suraueriint, & tamen nulla necessitate, nullo timore, nullo

a Sess. 18. cap. 1. Panorm. in tract. quæstio. q. 1. num. 14. & in c. significasti. de elect.

b c. ex parte. de cap. mona. arg. c statutū. c. cōstitut. de elect. in 6. c. constitutionē. c statutum. de sent. excom. in 6 c statutum. de rescript. in 6. Ioan Andr. Panor. et Decius in c. significasti. & glos. not. in c cùm dilectus. de elect. glos. in c. vltimo. eodem tit. in 6.

c Sess. 25. cap. vlt.

nullo Superioris imperio, vel mandato coacti, sed ad suorum confratrum dumtaxat captãdam, vel retinendam beneuolentiam, aut ob corporis sui mollitiem seu negligentiam, aut quæstum, vel ambitionem & cupiditatem, prudentes, & scientes transgredi, & violare illius decreta non verentur? Vtinam illi recordarentur iure diuino sancitum

2 Num.30. esse [a]: Si quis virorum votũ vouerit Domino; aut se cõstrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, adimplebit. Et

b Deuter.23. alibi [b]: Cùm votum voueris Domino Deo tuo, nõ tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, absq; peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es.

c Eccles.5. Displicet enim ei, iuxta Sapientis sentẽtiam [c], infidelis, & stulta promissio. Sed quodcunque voueris redde: multoq; melius est non vouere, quàm post votum, promissa non reddere. Christus discipulos

d Mat.5. suos seorsim in mõte erudiens, inquit [d]; Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas; non veni soluere, sed adimplere. Audistis, quia dictum est antiquis; Nõ periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua.

Quare non temerè iure Põtificio definitum legitur, tantò grauius vindicandum esse periurium, quantò maiori præeminent dignitate iuramenti transgressores: quorũ exemplo alij facilius ad similia prouocãtur [e]. Quia censore D. Gregorio [f], tot

e c.cùm quidã. de iurciur. f c præcipuè. 11.q.3. Panor. in d.c.cùm quidam.

mortibus digni sunt, quot ad suos subditos perditionis

nis exempla transmittũt. Periurium enim tale, in clericis grauissimum reputatur peccatũ, nec homicidio quidem leuius [a]. Siquidem tam sanctum, & honestum iuramentum non obseruantes, Deum planè cõtemnere, vel non magni facere videtur [b]. Et licet de magnitudine istius modi contemptus euidenter non constet, tamen qui ordine & dignitate inter illos maior est, præsumitur de iure magis contemnere, & Deo magis ingratus esse: & sic ratione istius verisimilis præsumptionis, magis & acrius puniendus est [c]. Nec id iniuria; nam cùm istud iuramentum, de quo hîc loquimur, citra vllam controuersiam licitum, & possibile sit, nec libertati ecclesiasticæ obuiet; consequitur, illud omnino esse obseruãdum sub periculo peccati grauissimi [d].

a c. prædicandum. 22. q. 1. Panor. in d. c. querelam, de iureiur.

b Panor. in d. c querelam. & in d. c. cùm quidam. & ibidẽ Hostiẽs.

c Hostiens. & Panor. in d. c. cùm quidam.

Quod autem nõnulli periuri, & quibus perexigua cura est animæ suæ conseruandæ, dicant, tale iuramentum generatim præstitum de obseruandis decretis concilij Trident. vel statutis & consuetudinibus Capituli & Ecclesiæ, nõ obligare tantopere, vt propter illius transgressionem quis periuriũ committeret; id friuolum prorsus est. Quãdoquidem si illud non esset verè & cum effectu obligatorium, ita vt illius violator in periurium incideret, non tam expresiè Pontificio iure declaratum & definitum esset [e]; quòd iuramẽtum sub huiusmodi generalitate præstitum, ad licitum, possibile, & ecclesiasticæ libertati non obuians, tantùm extendatur. Quam Pontificis declarationem Iurisconsulti sequentes docuerunt, iurantem generaliter seruare statuta & consuetudines in vno vel diuersis li-

d c. 1. de iureiur. in 6. glos. Hostiens. & Panor. in d. c. tua.

e d. c. 1. de iureiur. in 6.

sis libris scripta, dummodo illa licita & possibilia sint, & Ecclesiasticæ libertati non obuient, iurare se seruaturum quodlibet statutũ per se [a]; nec oportere, quod iuramentum semper fiat super re certa & speciali, vt committatur periurium; sed quomodocunque quis periuret, succedere iura loquentia de periurio simpliciter, non expresso magis vno, quàm altero [b]. Si iuramentum de obseruandis decretis & statutis generatim præstitum nõ esset reuera & cum effectu obligatorium, persuasissimum mihi habeo, quod SS. concilij Trident. Patres nũquam decreuissent, & statuissent [c], Episcopos, Canonicos, & alios beneficiatos præsertim curam animarum habentes, debere orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & ea omnia & singula quæ à se definita & statuta essent, palàm recipere, spondere, ac iurare se in Romanæ Ecclesiæ obediẽtia permansuros: & Vniuersitates earúmq; Magistros & Professores, se initio cuiuslibet anni solenni iuramento obstringere, quod canones & decreta huius Synodi recipiant; & ea quæ Catholicæ fidei sunt docent, & interpretentur. Nam si antiquo iure Pontificio omnes Christiani obligantur absque vllo iuramento, canonum statuta custodire [d]; quis, quæso, Ecclesiasticorum tam imperitus, ne dicam impius erit, qui audebit publicè asserere, & iactitare, se ad huius vel illius decreti SS. & œcumenicæ Synodi Trident. suum officium concernentis, obseruationem vigore iuramenti publicè & solenniter Deo ac Superiori suo generatim à se præstiti, non esse multò obligatiorem, quàm si nullum iuramentum præstitisset? cùm tamen etiam contra-

[a] d.c.1. & ibi Philip Franc. de iureiuran. in 6. Arel. id. in c. iuter. 22. q. 4.

[b] c. etsi Christus. & ibi Felin. & in c. querelam. de iureiuran.

[c] Sess. 24. de refor. c. 12. sess. 25. de refor. c. 2.

[d] c.1. & ibi gloss. & DD. de constitut.

contractus profani, solius iuramenti præstantia et efficacia, obseruari debeant, qui aliàs de sui natura nõ tenent [a]. Quapropter Iurisperiti tradunt [b], quòd in obligationibus iuratis quis præcisè cõpellatur ad factum, maximè cùm iuramẽtum habeat vim illius clausulæ; si nõ valet quod ago, vt ago, valeat meliori modo quo potest. Sed promissiones non iuratæ, non obligant præcisè ad factum, sed ad interesse, si factum impleri seu præstari non possit.

Deinde quis inficias ibit, apud omnes Iurisconsultos receptissimum esse, iuramentum super re aliqua præstitum seruandum esse, etiam si vergat in damnum vel præiudicium temporale [c]; vel præstetur super contractu ex sua natura non obligatorio [d]? Quocirca Alexander Papa tertius expresse rescripsit [e], non esse tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod vergat in interitum salutis æternæ, nec se velle alicui dare materiam veniendi contra iuramentum, ne auctor periurij videretur. Siquidem transgrediens, & violans licitum iuramentum, vel ei non obediens, incidit eo ipso in periurium, nec requiritur ad illius declarationem aliqua sententia [f]. Quinimo si ea, quæ per timorem, vel metum fiunt, qui possit cadere in constantem virũ, tenent: & obligetur quis illa obseruare, licet coactus super iis iuramentũ fecerit, dum ea talia sint facta vel promissa, quæ seruari possint sine interitu salutis æternæ [g]; quãto magis obligatur quis obseruare illa, quorũ obseruatione acquiritur vita atq. salus æterna? Et quæ sponte, ac volũtariè, magnaq. cũ solennitate in conuentu Capitulari, vel alibi publicè coram

a arg. c. debitores. c. cùm contingat. & vtrobique gloss. de iureiuran. & in c. significante de pignorib.

b in c. veniens de iureiuran.

c c. debitores. ibi gloss. & Panor. de iureiur. & significãte & ibid. gloss. de pignorib.

d c. cùm contingat. & ibi glos. de iureiur. Hostiens. in sum. d. tit. d. c. significante.

e c. si verò, de iureiuran.

f arg. c. breui et ibi Panor. de iureiur. & idẽ in c. veniens eod. titu.

g c. si aliquid. 22. q. 4. & si verò. glos. not. in c. abbas. de his quæ vi metúsve.

coram suo Superiore se obseruaturũ iurauit? Quid autem censendum de illis, qui cùm blandis, vel acribus monitionibus, vel minis censurarum, aut priuationis beneficiorum ad istiusmodi iuramenti obseruationem vrgentur, non pudet eos, nec verentur ab illis prouocare, protestari & appellare ad Sedem Apostolicam? conantes tali modo ac ratione sui iuramenti obseruationem declinare, ac subterfugere: nihil pendentes, vel saltem ignorantes se hoc suo facto rursum periurij reatum incurrere, licet tali sua prouocatione, protestatione, & appellatione non suspendatur, quod iuramẽto promiserunt a.

a c. breui. et ibi Panor. de iure iur. Io. Nẽbol. in prompt. V. I. ad verb. iuramentum.

Sunt non infimæ auctoritatis Iurisconsulti, qui sustinent, ac tuentur, periurum esse ipso iure priuatum beneficijs b; & collationem illi factam, esse nullam. Quia sicut Alexander Papa 3. rescripsit c; non merentur Ecclesias regere, qui sunt crimine periurij irretiti. Et quamuis alij sint, qui periurum non ipso iure priuatũ beneficijs asserãt d, nemo tamen eorum negat illum beneficijs priuandum esse. Quinimo Panormitanus e, Felinus f, & Decius g, quorum maxima est in iure Pontificio auctoritas (præter alios, quos ego non legi) expressè docuerunt; propter periurium respectu certi beneficij commissum, priuari quem non solùm isto beneficio, sed etiam omnibus alijs; & inhabilitari perpetuò ad beneficium suscipiendum; etiam si tale sit periurium, quod infamiam nõ irroget. Quid? nónne sacra testatur scriptura h, Deum Israëlitis triennalem immisisse famem, & omnẽ ipsius Saulis familiam excepto Miphiboseth filio Ionathæ,

b And. Sicul. in c. 2. de rescript. Aut. de Butr. in c. fin. de postul. Rebuff. in tract. de pacif. possess. num. 123.

c in d. c. querelam.

d in d. c. 2. de rescript.

e in c. tuanos. de iur. iurand.

f in d. c. tua. et c. querelã. ibid.

g in c. ex parte. de rescript.

h 2. Reg. 21.

in ctu-

in crucem actam & suspensam, ob violatum à Saule quasi zelo quodam pro filiis Israël, & Juda, iuramentum datum Gabaonitis? Si nunc Domini consuleretur oraculum, sicuti tũc, metuo, responsurum, hanc diuturnam famem, & inauditã ac incredibilem à Belgio condito rerum omnium caritatem, propter violata quoque iuramenta, nõ Gabaonitis seu infidelibus & Hæreticis, sed Deo Opt. Max. & Superioribus nostris fidelibus præstita, Belgis iam immitti. Quamobrem Alexander Imperator de pœna periurij consultus respondit [a]: Iurisiurandi contempta religio, satis Deum vltorem habet. Et idcirco apud omnes populos, ac præsertim Romanos magna semper vis, magnus effectus, & reuerentia fuit iurisiurandi, sicut indicant leges duodecim tabularum, fœdera etiam cum hostibus inita, & animaduersiones Cẽsorum, qui nulla de re diligentius, quàm de iureiurando iudicabant.

[a] in l. 2. c. de reb. credit. & iureiur.

O quàm horrenda & magna erit Prælatorum damnatio, qui (sicut diuus Dionysius Richelius censuit [b]) pro singulis suorum subditorum ex eorum negligentia pereuntium torquebuntur! O quanta in eos cadet diuina vltio, qui cùm ad spiritualis conuersationis munditiã obligantur, aliisq; in omnibus exemplares esse tenentur, carnalibus vitiis seruiunt! vanitati, elationi, curiositati intendunt! propriiq; gradus dignitatem non ponderantes, vilem atque turpissimam peragunt vitam! Isti corpus Dominicũ sacramentaliter comedunt, & non saturantur effectu, & gratia tanti sacramenti: quia non sumunt spiritaliter, fiuntq; rei

[b] in cap. 4. Oseæ.

corporis & sanguinis Domini. Jam enim luxuriæ vitia vigent in eis, & qui deberent angelicam ducere vitam, bestiales effecti sunt, & bestiis decies millies deteriores, qui Virginis filium tractant ore & manibus, quibus contrectant filias Veneris: tãtam quoque suæ conuersationis impietatem magnitudinemq; non attendunt. Hæc ille. Perpetuò igitur memoriæ nostræ inhæreant, & frequenter nobiscum in animo versemus hæc Dei verba a: Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt essetis mei. Et quod dixit Dominus ad Moysem b: Loquere ad Sacerdotes filios Aaron: & dices ad eos: Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerent: & ideo sancti erunt.

a Leuit. 20.

b Leuit. 21.

Cogitemus quo in loco, gradu, & dignitate à Domino constituti simus, quam nobis ille potestatem, functionẽ, & administrationem tribuerit: & quam vitæ honestatem, ac sanctitatem ille à laicis requisierit. Nónne ille ad populum verba faciẽs dixit c: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatũ. Secundum autem simile est huic: Diliges proximũ tuum, sicut teipsum. Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ d. Et D. Paulus Ephesiis scribẽs e: Fornicatio autem, & omnis immũditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas: sed magis gratiarũ actio. Et, nolite inebriari vino, in

c Matth. 22. Mar. 12. Luc. 10.

d Luc. 21.

e Ephes. 5.

quo

quo est luxuria: sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo & Patri. Et Romanis [a]: Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic vt in die honestè ambulemus. Non in cõmessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in cõtentione & æmulatione, sed induimi Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. Si ad suprascripta & alia illis similia Christus & Apostolus populum hortati sunt, quid nos facere oportet; nos, inquam, qui tãto gradu à plebe diuidimur? qui pro illius delictis Deo sacrificia offerre tenemur? cuius piis fundationibus viuimus? qui psalmis & hymnis in choro reuerenter, distinctè & deuotè decantandis ad laudem & gloriam Dei, populiq; salutem mancipati sumus? Sed, prô dolor, hæsce nostras preces & orationes Deus non videtur iam velle exaudire; quia & ipsi, & ipsius Vicario Pontifici Romano, qui nobis SS. Concilij Tridentini obseruationem mandauit, obedire detrectamus; cùm tamen melior sit obedientia, quàm victimæ [b]: & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Sola obedientia fidei meritum possidet, sine qua, censore diuo Gregorio [c], quisque infidelis esse conuincitur, etiamsi fidelis esse videatur. Nec vllum ab aliis grauius neque ma-

[a] Rom. 13.

[b] 1. Reg. 15.

[c] lib. 35. in Iob. cap. 13. lib. 6. cap. 2. in 1. lib. Reg. c. sciendũ. 8. q. 1. c. in gratiarum. 3. q. 7. c. scriptum 14. q. 5.

ius præiudicium tolerat Deus, quàm à Sacerdotibus; quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccant, qui compescere peccata debuerunt.

a in homilia 7. in Genesim.

D. Chrysostomus [a] de gentibus & infidelibus sermonem faciens: Probabile est, inquit, quod processu temporis Christo auscultabunt, & maximè, si nos ita viuamus, ne à nobis incõmodentur. Multi enim illorum, cùm viderint nostrorum aliquos verbo quidem & vocabulo Christianos appellari, cæterum, sicut ipsos rapere, pecuniæ cupidos esse, inuidere, insidiari, dolos plectere, aliaq; omnia facere, crapulæ voluptatiq; vacare, non iam nos audiunt, neque si rationabiles sint admonitiones nostræ: sed existimant omnia nostra deceptiones, & eisdem criminibus omnes obnoxios. Cogitate obsecro, quantis illi digni sint suppliciis: quãdoquidem non solùm sibi ipsis inextinguibilem ignem coaceruant, sed & aliis auctores sunt, vt in errore perseuerent: & ne virtutem addiscant, obturent aures: & ad hæc, in causa sunt, vt etiam virtutũ studiosi accusentur & reprehendantur, & (quod omnibus grauius) per ipsos Dominus blasphematur. Videte quanta malitiæ pernicies? Videte, quomodo non vulgari pœnæ reos se faciunt, qui malum sectantur: sed & multò grauissima supplicia pro omnibus luituri sunt, non solùm pro sua perditione, sed & pro errantium scandalo, & pro suggillatione iustorũ, & pro blasphemia in Deum. Hæc omnia cogitemus, ne simus nostræ salutis negligẽtes: sed magna nobis sit cura, vt iuxta Deũ viuamus, scien-

tes nos inde vel cõdemnandos, vel illius misericordia beãdos. Sic omnia faciamus, vt & nos in pura conscientia versemur, & eos, qui adhuc errant, nostra ad Deum cõuersatione, ad veritatem manuducamus, vt & nos, & alij omnes, qui nobis cõnumerantur, bona fama fruamur: & ante omnia glorificetur Dominus noster, maiorémque nostri curam agat. Nam quãdo in nos respiciunt homines, & laudem in Deum referunt, inde & nos plus diuinæ gratiæ assequemur. Quid enim beatius homine, qui sic viuit, vt & homines obstupescant, & dicant, Gloria tibi Deus. Proinde scientes quòd & de damno & de lucro proximorum iudicabimur: sic vitam nostram instituamus, vt non solùm nobis sufficiat, sed & alij inde erudiantur, vt & hic magnam Dei gratiam nobis conciliemus, & in futuro gloria per Dei misericordiam fruamur. Hæc Chrysostomus.

Cæterum ne quis hãc meam monitionem & assertionem molestè ac iniquè ferat, huc in medium adferam, quod hac de re Reuerendissimus noster in Christo Pater, ac Dominus Dn. Martinus Rythouius, piæ memoriæ primus Episcopus Iprensis, ab hæreticis & rebellibus Regiæ Maiis Gandaui captus, anno Domini 1577. è carceribus suis scripsit ad Reuerẽdum Dominũ Ioannem Loaum Præpositum Euersamensem, qui istarum literarũ Reuerẽdissimi nostri exemplar ad me misit, in quo hæc infrascripta habebãtur. Inter cætera præsidia, quibus nituntur desertores Ecclesiæ; & erroribus apud indoctam & male affectã plebeculam fidem cõciliare student; primo loco habere videntur abu-

sus Ecclesiasticorum, quibus euulgandis, & exaggerandis declamationes suas ad populum multipliciter ornant, aut onerant potius. Nam sæpe illarum maximam partem talibus floscvlis insumunt, vt nasutulos suauiter demulceant. Et sanè (quod magno pudore nostro debemus agnoscere) grauiores fuerunt abusus nostri, etiamsi ad veritatem nihil addatur, quàm vt dissimulari possint. Vtinam autem ipsi, priusquam eò calamitatis veniretur, turpitudinem nostram ad regulas tam in scripturis, quàm Patrum & Conciliorum decretis præscriptas abstergere voluissemus. Quod quia factum non est, æquo animo ferre debemus, si nobis improperentur; & in nobis impleatur comminatio Malachiæ Prophetæ dicentis: Et nunc ad vos mandatum hoc ô Sacerdotes; Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriã nomini meo, ait Dominus exercituũ. Mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicã illis, quoniam nõ posuistis super cor. Ecce ego proiciam vobis brachium, & dispergam super vultũ vestrum stercus solennitatum vestrarum, & assumet vos secũ. Et scietis quia misi ad vos mãdatum istud, vt esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. Pactum meũ fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuẽta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam: & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini

Malach. 2.

mini exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Prolixius, ait Reuerendissimus, *ista Malachiæ recitauit verba; quòd causas calamitatis, quam patimur, tam apertè contineant; easq; nobis in vita nostra tam clarè ostendant, vt nullum pateat subterfugium, nec aliò referre possimus, quòd in exilio nobis agẽdum sit; quòd bonis & possessionib. quas Dei benedictione, & pietate fidelis populi cõsecuti eramus, spoliati simus, quàm in propriam culpam nostrã, & vitæ nostræ demerita. Neq. enim in paruo crimine habendum est, si Christi patrimoniũ inutiliter dissipetur. Agnoscẽda est igitur culpa, (quia vt diuus Augustinus inquit: Initium operum bonorum, confessio est operum malorum) & patienter ferendum, si traducimur, si vitia nostra in publicum odiosè proferuntur: & ideo ad veram reformationem totis coniunctisq; viribus incũbendum. Si fideliter executioni mandata fuissent, quæ in Concilio Tridentino satis indulgenter, habita ratione infirmitatis, decreta & constituta fuerant, nunquam eò miseriæ aut calamitatis venissemus. Vtinam autem vel iam icti sapiamus. Nam nulla pœnitentia sera, si tamen vera.* Hactenus Reuerendissimus noster: cuius omnia verba huc tam prolixè adducenda & transcribenda duxi: non dubitans plus fidei & auctoritatis illis tributum iri, quàm meis solius.

Porrò licet non parua iam spes affulgeat, Regem nostrum Catholicum Dei fauore, & sua potentia, Hæreticos, & alios sibi rebelles, Ecclesiasticorumq́, persecutores temporis successu ac diuturnitate superaturum, & profligaturũ; tamen propterea non est à nobis differenda, ne in crastinum quidem, nostri ad Deum ex toto corde conuersio, & veræ honestatis obseruatio. Quia ad illam obtinendam victoriam, non tam Regis nostri potẽtia, quàm nostra pœnitentia, vitæ emendatione, piisq́, precibus & sacrificiis opus esse videtur. Quamuis enim anno Domini 1567. cùm Hæretici in sanctorum templorum spoliatione & profanatione, Diuorumq́, imaginum cõfractione suam satis supérq́, exercuissent tyrãnidem & insaniam; nos frustrati non simus spe nostra, quam tunc de Dei & Regis nostri potentia conceperamus; tamẽ quia tunc in promissa Deo, & nonnihil incepta pœnitentia, & vitæ morúmque nostrorum emendatione non perseuerauimus, eñ altera calamitas, & decuplo grauiora, asperiora, ac diuturniora Dei flagella, quàm illa fuerant priora, licet tamẽ acerbissima. Et quanquam nunc rursus non minima misericordiæ diuinæ spes reluceat, incertum tamen an similem sortietur illa euentum & effectum. Dolendum quidem ac deplorandum, quod prior illa Deo tranquillè seruiendi & secure viuendi libertas nobis tunc restituta, diuturnior nõ fuerit. Sed quæ causa? quia, sicut Reuerendissimus noster scripsit, turpitudinem nostram, ad regulam tam in sacris scripturis, quàm Patrum & Conciliorum decretis præscriptam, abstergere noluimus.

Quod

Quod si factum esset, arbitror nos visuros fuisse rerum omnium longè feliciorem ac prosperiorem, in religionis restauratione & conseruatione, patriæq; administratione successum. Verùm quia id neglectũ fuit, hinc anno Domini 1578. iusto Dei iudicio superuenisse videtur, non solùm altera iconomachia, & Ecclesiarum spoliatio ac profanatio; sed etiam harum plurimis in locis ad ipsa fundamenta deuastatio & euersio, omnium bonorũ depradatio & occupatio, Episcoporum & aliorum Pastorum captiuitas, multorum interfectio, aliorum proscriptio & exilium.

Non quòd his argumentis tantam Belgij calamitatem & ruinam solis Clericorum peccatis tribuere, & laicos planè innocentes pronũtiare velim. Absit: Siquidem & ab istis maxima & abominanda scelera ac flagitia perpetrata fuisse, quibus Deum non parum offenderunt, illiúsq; iram vehementissimè exacerbarũt, lippis & tonsoribus notum est. Sed anne Clerici suis delictis, & prauis exemplis ad talia committenda illos prouocauerint, Deo omnia scienti ac intuenti, aliúsq; me sapientioribus discernendum relinquo. Hoc vnum interim non me latet à SS. Tridentina Synodo declaratum: quòd cùm Clerici à rebus seculi in altiorem locũ sublati conspiciuntur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, & ex iis sumunt, quod imitẽtur: nihilq; est, quod alios magis ad pietatem & Dei cultũ assiduè instruat, quàm eorum vita & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt. Ex quo videtur consequi, nihil fuisse quod laicos magis à vero Dei cultu auerterit, &

ad impietatem deduxerit, quàm Clericorũ dissoluta & inhonesta vita; cuius emendationẽ ac reformationem, vt illis hoc tractatu persuadere possim, orandus est Deus, & omnes Sancti eius. Habent enim vim magnam pro nobis Sanctorũ orationes, sed tũc profectò maximam, cùm nos quoque idipsum, quod Sanctis exorandum commisimus, per pœnitentiam postulamus, et ad studia meliora cõfugimus. Alioquin, etiam si Moyses ipse, vt Chrysost. inquit a, si Samuël, si Ieremias, si Ezechiel, si Noë, si Iob, si Daniel, etiam si Abraham Patriarcha pro nobis in vitiis permanẽtibus Deum deprecentur, non tamen illorum oratione placabitur.

a homil. 5. in Matth.

Si verò Deus non expectata nostra debita pœnitentia & vitæ emẽdatione, sed suæ ineffabili misericordiæ, augustissimò & clemẽtissimo Regi nostro Philippo ob suam, suiq; Serenissimi Nepotis Alexandri Farnesij Ducis Parmensis, quẽ hic sui exercitus Imperatorem Ducémq;, & Belgicarũ dizionũ moderatorem constituit, pietatẽ, & studia erga Catholicæ fidei ac religionis patriæq; restaurationem ac conseruationem, tribuerit de inimicis suis victoriam; profectò nõ est quod nobis quicquã asscribamus, sed Domini immẽsas perpetuò decãtemus & prædicemus misericordias: omniq; cura, solicitudine, et diligẽtia caueamus, ne ad pristina, solitaq; nostra peccata & abusus, quibus Deum grauissimè offendimus, & ad hæc flagella nobis totiq; patriæ immissa prouocauimus, reuertamur, veluti ad vomitũ canes, & ad volutabra sues: alioquin vehemẽter metuendũ, ne Deus ad se Catholicissimo pijssimoq; Rege nostro, ex hac calamitatum &

tũ & tragœdiarum valle auocato, vna cũ fide & religione Catholica & Apost. Rom. regnum nostrũ Sacerdotale, quod hic florentissimũ habuimus, aliò trãsferat; sicut iam facere incepit, in Iapaniã, & alias insulas nouas ante annos aliquot inuentas.

Si qui verò hos meos conatus, & labores grauius agriúsve ferant; illos meminisse velim à Platone Philosopho dictum [a]: Veritati irasci nefas est. Molesta quidem veritas est, quia frequenter ex ea nascitur odium, quod est amicitiæ venenum. Sed Cicerone censore [b], obsequium multò molestius, quòd peccatis indulgens, præcipitem sinit ferri amicum. Quocirca malui interdũ in hac causa pia, cum Seneca nonnihil offendere, quàm placere adulãdo. Quia adulatio vitiorũ adiutrix, non modò amico, at ne libero quidem homine digna est; maximáq; in eo culpa est, qui & veritatem aspernatur, & in vitia obsequio impellitur [c]. Caterum ne mihimetipsi nimium Suffenus aut Meuius videar, id vnũ vos omnes in Christo fratres, aliosq; huius libelli lectores obnixè precor, vt si quid correctione diguũ inueneritis, mihi amicè ac benignè indicetis, & gratiã habebo maximam; & præstantiorẽ, potioremq; veritatis, quàm opinionis meæ rationem ducam. Vel priusquã me accusetis, aut hæc scripta vituperetis, si facti vel scripti mei rationẽ benevolo à me animo petere nolitis; obsecro, vt saltem vestras vel aliorũ bibliothecas perlustretis, et veritatis studio, virtutis amore, ac vestræ salutis desiderio inquiratis; ánne probatos aliquot auctores habeam, quorum exemplo id scripserim, aut fecerim, quod à me scriptum factúmve reprehenditis,

[a] 5. de repub. dial.

[b] in Lælio.

[c] Cicero in Lælio.

henditis, ac vituperatis. Denique quia benignum, ac plenum ingenui pudoris est, vt Plinius Secundus in sua naturalis Historiæ ad Vespasianum Imperatorem præfatione ait, fateri per quos profeceris: obnoxij verò animi & infelicis ingenij, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere: operæpretium fore duxi etiam hîc, sicut in altero nostro Speculo feci, auctorum, ex quibus tractatum hunc collegi, Catalogum & Chronicon subijcere.

AVCTORVM, E QVIBVS HOC SPECVLVM DEPROMPTVM EST, Catalogus & Chronicon, in quo cl. claruit denotat, flo. floruit, ob. obijt, T. Theologum, IC. Iurisconsultum, H. Historiographum.

ADrianus Papa 1. flo. anno Dn. 772. & obiit 795.
Adrianus Papa 2. cl. 867. ob. 872.
S. Agatho papa fl. 679. ob. 682.
Albericus de Rosate IC. fl. 1340.
Albinus Flaccus Alcuinus T. cl. 780. & obiit 804.
Alexander de Imola IC. fl. 1470.
S. Alexander papa 1. cl. 109. ob 117.
Alexander papa { 2. fl. 1061. ob. 1073. / 3. cl. 1159. ob. 1181. / 4. fl. 1254. ob. 1261.
Alphonsus Aluarez IC. fl. 1558.
Amalarius Fortunatus Archiepiscopus Treuerensis cl. 813. ob. 835.
S. Ambrosius T. fl. 378. ob. 410.
S. Anacletus papa cl. 82. ob. 94.
S. Anastasius papa fl. 398. ob. 401.
Andreas Alciatus IC. fl. 1533.
Andræas Barbatia IC. cl. 1466.
Andræas Tiraquellus IC. fl. 1556.
Angelus Perusinus IC. cl. 1400.
S. Anicetus papa fl. 153. ob. 163.
S. Antherus papa cl. 236. ob. 237.
Antonius de Butrio IC. fl. 1417.
S. Antonius Florentinus T. fl. 1437. ob. 1459.

Anto-

Antonius Sabellicus H.cl.1486.
Aretinus IC.fl.1480.
Aristoteles Philosophus.
Archidiaconus IC.fl.1290.
S.Athanasius T.cl.333.ob.373.
S.Augustinus T.fl.397.ob.433.

B.

Baldus Perusinus IC.fl.1400.
Bartholomæus Salicetus IC.fl.1390.
Bartholus de saxo Ferrato IC. cl.1347. & ob.1356.
S.Basilius T.fl.367.ob.380.
S.Beda T.cl.703.ob.734.
S.Bernardus T.fl.1127.ob.1153.
Bernardus Diaz IC.fl.1550.
Biblia sacra.
S.Boëtius Philosophus cl.487.ob.524.
S.Bonauentura T.fl.1269.ob.1275.
Bonifacius de Vitaliniis IC.fl.1342.
Bonifacius papa 8.cl.1294.ob.1303.
S.Burchardus decretorum collector fl. 996. obiit 1025.

C.

S.Calixtus seu Callistus papa 1.cl. 218.& obiit 223.
Canones Apostolorum.
Capitula Græcarum Synodorum edita in Concilio Lucensi 564.
Cardinalis IC.cl.1400.ob.1419.
Catechismus Synodi Tridentinæ.
S.Cælestinus papa fl.423.ob.432.
S.Chrysostomus T.cl.390.ob.405.

S.Cle

S.Clemens papa 1.fl.69.ob.77.
Clemens papa 5.cl.1305.ob.1314.
Cicero Orator & philosophus.
Concordata Franciæ cum sede Apostolica Romana facta an.Dn.1518.
Cynus IC.fl.1330.
S.Cyprianus T.cl.249.ob.258.
S.Cyrillus Alexandrinus T. fl. 425. obiit 446.

D.

S.Damasus papa fl.369.ob.387.
S.Dionysius Richelius T. fl. 1462. ob. 1471.
Dominicus de S. Geminiano IC. fl.1423.
Dominicus de Soto T.cl.1546.
Domitius Brusonius IC.fl.1550.
Dynus IC.fl.1300.

E.

Egidius Bellemera IC.fl.1383.
Epiphanius T.cl.390.
Eugenius papa 1.fl.654.ob.657.
Eugenius papa 3.fl.1145.ob.1153.
Eusebius Cæsarienſis T. & H. fl. 320. obiit 342.
S. Eusebius Emissenus T. cl. 338. & obiit 361.
S.Eutychianus papa fl.275.ob.283.

F.

Felinus IC.fl.1482.
Florentinus T.cl.1437.ob.1459.
Franciscus Aretinus IC.fl.1480.
Franciscus de Platea T.cl.1410.

Fran-

Franciſcus de Ripa IC.fl.1519.
Franciſcus Iouerius T.fl.1555.
Franciſcus Sarmentus IC.cl.1569.

G.

S.Gelaſius papa fl.492.ob.496.
Goffredus aliàs Gauffredus IC.fl.1290.
Gloſſa in iure Canonico.
Gloſſa in pragmatica ſanctione.
Gratianus decretorum collector cl. 1120. obiit 1150.
S.Gregorius papa 1.fl.590.ob.604.
Gregorius papa 9.cl.1227.ob.1241.
Gregorius papa 10.fl.1271.ob.1276.
Gregorius papa 13.cl.1572.ob.1585.
S.Gregorius Turonenſis T.fl.594.
Guilielmus Durandus IC.fl. 1286.

H.

Heſiodus poëta.
S.Hieronymus T.fl.380.ob.422.
S.Hilarius Pictauienſis T.cl.361.ob.373.
Horatius Lutius IC.fl.1566.
S.Hormiſda papa fl.514.ob.523.
Henricus Hoſtienſis IC.fl.1250.
Hippolitus IC.

I.

Iacobus VVarinerius IC.fl.1545.
Iaſon de Mayno IC.cl.1493.
S.Innocentius papa 1.fl.401.ob.416.
Innocentius papa 2.cl.1130.ob.1143.
Innocentius papa 3.fl.1198.ob.1216.
Innocentius papa 4.cl.1243.ob.1254.
Ioannes Andreæ IC.fl.1320.ob.1348.

Ioannes Baptista Caccialupus IC. fl. 1539.
Ioannes Bernardi Diaz IC. fl. 1550.
S. Ioannes Chrysostomus T. cl. 390. ob. 405.
Ioannes de Anania IC.
Ioannes de Imola IC. fl. 1425. ob. 1436.
Ioannes Diaconus T. cl. 870.
Ioannes Driedo Turnhoutanus T. fl. 1533.
Ioannes Maior T. fl. 1516.
Ioannes Molanus T. fl. 1570.
Ioannes Moutholonius IC. fl. 1520.
Ioannes Thaulerus T. cl. 1348.
Ioannes Nauclerus IC. & H. fl. 1494.
Ioannes Viguerius T. cl. 1550.
Ioannes Tritenhemius T. & H. fl. 1494.
Ioannes VVanchelius IC. fl. 1463.
Iodocus Clichthoueus T. cl. 1519.
Iodocus Damhouderius IC. fl. 1551.
S. Isidorus Hispalensis T. cl. 603. ob. 637.
Iulius Cæsar H.
S. Iuo Carnutensis decretorum collector. flo. 1073. ob. 1114.
Ius Canonicum & Ciuile.

L.

Lactantius Firmianus T. cl. 320.
Lancilottus Conradus IC. fl. 1563.
S. Leo papa 1. cl. 440. ob. 461.
Leo papa 2. fl. 682. ob. 683.
Leo papa 4. cl. 847. ob. 855.
Ludouicus Romanus IC. fl. 1430.

M.

Marianus Socinus IC. fl. 1466.
S. Martinus Braccarensis T. cl. 564.

Martinus Nauarrus IC. fl. 1543. & illum Romæ adhuc superstitem vidi an. Dn. 1571.
S. Martinus papa 1. cl. 647. ob. 653.
Martinus Rythonius T. fl. 1560. & ob. 1583.

N.

Nicolaus Busius T. fl. 1540. ob. 1552.
Nicolaus papa. 1. cl. 858. ob. 867.

O.

Origenes T. fl. 232. ob. 261.
Ouidius Poëta.

P.

Panormitanus IC. fl 1435.
Paschalis seu Pascasius papa 1. fl. 817. ob. 824.
Paulus Grillandus IC.
Paulus papa 2. cla. 1464. ob. 1471.
S. Pelagius papa 1. fl. 556. ob. 561.
Petrus Anchoranus IC. fl. 1400.
Petrus Peckius IC. cla. 1560.
Petrus Rebuffus IC. fl. 1534.
Petrus de Soto T. fl. 1551.
Philippus Decius IC. cl. 1500.
Philo Iudæus fl. 50.
S. Pius papa 1. cl. 142. ob. 153.
Pius papa 4. fl. 1560. ob. 1565.
Pius papa 5 cl. 1566. ob. 1572.
Plato Philosophus.
S. Prosper T. cl. 445. ob. 466.

R.

Rabanus Maurus T. fl. 815. ob. 855.

S.

Salicetus IC. fl. 1390.
Seneca philosophus cl. 50. ob. 62.

Simplicius aliàs Sulpitius papa flo. 467. ob. 483.
Simon Verrepæus fl. 1573.
S. Simon Metaphraſtes T. cl. 933.
Siricius aliàs Vrſinus papa fl. 384. ob. 398.
Speculator, aliàs Guilielmus Durandus IC. fl. 1286.
Staniſlaus Hoſius T. cl. 1551. eumque Romæ Cardinalem vidi an. Dn. 1571.
Staphilus IC.
Stephanus Auſtrerus IC.
Stephanus Bellingerus cl. 1559.
S. Stephanus papa 1. fl. 255. ob 257.
Syluester de Prierio T. & IC. fl. 1513.

T.

Theophylactus Bulgarenſis T. 850.
Tertullianus T. cl. 200.
Teſtamentum vetus & nouum.
Thomas Campegius T. cl. 1555.
S. Thomas de Aquinate T. fl. 1260. ob. 1274.

V.

S. Vrbanus papa 1. fl. 223. ob. 231.
Vrbanus papa { 2. cl. 1088. ob. 1099. / 4. fl. 1261. ob. 1264. / 5. cl. 1362. ob. 1370.

Z.

Zacharias papa fl. 741. ob. 752.
S. Zepherinus aliàs Seuerinus papa fl. 198. ob. 218.

CONCILIORVM IN HOC
Libro allegatorum Index & Chronicon.

AGathenſe celebratum an. Dn. 432. S. Cæleſtino papa 1.
Aluernenſe, vel Aruernenſe, vel Auernenſe. 545. Vigilio papa.
Antiochenum 339. S. Iulio papa.
Aquiſgranēſe 1. 816. Stephano papa 4.
Auguſtanum. 1548. Paulo papa 3.
Aurelianenſe 3. 539. Vigilio papa.

B.

Baſilienſe inchoatum 1431. & finitum 1442. Eugenio papa 4.
Braccarenſe 1. 536. S. Siluerio papa.
Buſcoducenſe, 1571. Pio papa 5.

C.

Cabilonenſe 813. Leone papa 3.
Cameracenſe 1565. Pio papa 4.
Chalcedonenſe 451. S. Leone papa 1.
Canones Apoſtolorum.
Carthagiēnſe { 2. 386. S. Siricio papa. 3. 397. S. Siricio papa. 4. 414. S. Innocētio pa. 1.
Conſtantinopolitanum. { 3. 681. S. Agathone pa. 4. 869. Adriano papa 2.
Conſtātienſe inchoatū 1414. Ioāne papa 23. & perfectū 1418. Martino pa. 5.

Elſder-

E.

Elibertinum, vel Illibertinum, vel rectius Illiberinũ 338. S. Syluestro pa.

G.

Gangrense 326. S. Syluestro papa.

H.

Hildemense 1539. Paulo papa 3.

I.

Ilerdense 525. S. Ioanne papa 1.
Iprense 1577. Gregorio papa 13.

L.

Lateranense habitum an. Dn. { 652. Martino papa 1. 1180. Alexandro papa 3. 1513. inceptũ Iulio pa. 2. & finitum 1517. Leone papa 10.

M.

Matisconense 1. 583. Pelagio papa 2.
Matisconense 2. 587. Pelagio papa 2.
Mechlinience 1570. Pio papa 5.
Mediolanense 1566. Pio papa 4.
Meldense 840. Gregorio papa 4.
Mogũtinum habitum an. Dn. { 813. Leone papa 3. 888. Stephano papa 5. 1549. Paulo papa. 3.

N.

Nannatense, vel Nanatense, aliàs Nauatense.

Neocesarienſe 316. S. Sylueſtro papa.

Nicænum { 1. 325. S. Sylueſtro papa.
2. 789. S. Adriano papa.

P.

Pariſienſe 829. Gregorio papa 4.

R.

Reformatio cleri Germaniæ per Legatum Sedis Apoſtolicæ facta 1225. Honorio papa 3. & altera facta 1524. Clemente papa 7.

Rhemenſe 813. Leone papa 3.

Romana duo Symmmacho papa, vnũ 501. & alterum 512.

S.

Senonenſe 1528. Clemente papa 7.

Synodus generalis 6, quæ eſt Conſtantinopolitana 3. 681. S. Agathone papa.

Synodus generalis 7, quæ eſt Nicæna 2. 789. Adriano 1.

Synodus generalis 8, quæ eſt Conſtantinopolitana 4. 869. Adriano papa 2.

T.

Toletanum { 2. 530. Bonifacio papa 2.
4. 633. Honorio papa 1.
11. 675. S. Aderdato pa.

Tre-

Treuirensia duo 1548. & 1549. Paulo papa 3.

Triburiense 896. Stephano Papa 6.

Tridentinum inceptum 1545. Paulo papa 3. resumptum 1551. Iulio 3. & finitum 1563. Pio papa 4.

Turonense habitum { 451. S. Leone papa 1. / 570. Ioanne papa 3. / 813. Leone papa 3.

V.

Viennense 1311. Clemente papa 5.

Ad Lectorem Nicolai Brumellij carmen.

Quicumque ætherei patris, Christiq; sacerdo
Esse cupis, cæliq; vias penetrare profundi:
In primis segetem vitiorum funditus omnem
Exstirpa, & mentem castis virtutibus orna.
Casta placent superis. sacris arcendus ab aris
Ebrius, impostor, fur, luxuriosus, adulter.
Hunc igitur librum Lector pervolue diurna,
Nocturnaq; manu, & memor aurea dicta recōde.
Qui mores clerum deceant, quam sancta pudensq;
Vita sacerdotem: quæ sint decreta piorum
Pontificum: quæ scita Patrum seruanda, docebit.
Hoc, tanquam speculo, vitam componere disces:
Et tete prudens sæpe explorabis ad vnguem.
Sic vulgum indomitum, sic corda asperrima plebis
Erudies, vt dicta tuis sint consona factis.

Eiusdem ad huius libri Auctorem.

Omnia in interitū ruerent voluentibus annis,
Ni clari virtute viri, & præstantibus ausis
Erigerent collapsa prius, rebusq; caducis
Auxilium ferrent. & tu Μακρόσαυρε, *vetusta*
Relligionis opes reparas, moresq; refingis
Corruptos, clerumq; nouo de semine formas,
Floreat vt seclis gens inculpata renatis,
Atque salutiferæ crucis instaurentur honores,
Digna tuis ergo studiis tibi præmia Christus
Reddat, & eximiis immortalem inferat astris.

SPECVLI

CANONICORVM,

ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVÆ AB EIS VERBO, ET SERMONE, VEL ACQVIRITVR, ET CONSERVATVR: VEL AMITTITVR, AVT VIOLATVR,

LIBER PRIMVS.

Qualis vita, & honestas clericorum esse debeat.

CAPVT PRIMVM.

SACROSANCTA Tridentina Synodus animaduertens decere omnino, clericos in sortem Domini vocatos, sic vitam moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi graue, moderatum, ac religione plenum præ se ferant: leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem: statuit [a], vt quæ alias à summis Pontificibus, & à sacris conciliis de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaq; retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon secularibus negotiis fugiendis copiosè, ac salubriter sancita fuerūt, eadem in posterum eisdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis, obseruentur: Nec appellatio execu-

Clericorū actiones cunctis debet adferre venerationem.

a *Sess. 22. de reform. cap. 1.*

tionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspēdat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quàm primū in vsum reuocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant: non obstantibus consuetudinibus quibuscumque: ne subditorum neglecta emendationis, ipsi condignas Deo vindice pœnas persoluant. Nam quo maiore in Ecclesia Dei & vtilitate, & ornamento hęc sunt, ita etiam diligētius sunt obseruanda, vt actuum operumq; suorum testē habeant publicam existimationē & attestationem, ne calūniis & obtrectationibus derogetur muneri, & officio eorū. Et vt videntes ministros altaris cōgruis ornatos moribus, & virtutibus, auctorē prædicent, & Dominū venerentur, qui tales seruulos habeat, Laus enim Domini, vt D. Ambrosius inquit [a], vbi munda possessio, & innocēs familię disciplina. Deinde nihil est, quod alios magis ad pietatē, & Dei cultū assiduè instruat, quàm eorū vita, & exemplū, quise diuino ministerio dedicarūt. Cùm enim à rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur.

a *lib. 1. offic. cap. 50.*

Clericorum vita alios ad pietatem, si bona fuerit, instruit.

Clerici sunt speculum laicorū.

Laici ex clericis sumunt, quod imitentur.

Deploranda igitur profectò res est, adeò nūc apud clericos honestatem viluisse, vt plurimis indecorum, & inhonestum, & naturæ suę contrarium videatur, decorè, & honestè viuere: cùm tamen Cicero homo ethnicus, de officiis scribens [b] dixerit, nos ad honestatem natos esse, eamque aut solam esse expetendam (vt Zenoni visum fuit) aut certè omni pondere, & æstimatione grauiorem esse habendam, quam reliqua omnia; quod Aristoteli placuisse testatur. Itaque necessum esse, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum. Et ea deliberanda omnino non esse, in quibus est turpis ipsa deliberatio: Atque etiam in omni deliberatione celandi, & occultandi spem, opinionemque remouendam. Satis enim nobis, inquit, (si modò in philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omnes deos, hominesque celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum. O vtinam hæc omnium clericorum memoriæ perpetuò infixa permaneret sententia, & ab iisdem obseruaretur.

b *lib. 3.*

Honestas Zenoni sola esse expetenda videbatur.

Honestas Aristoteli omni æstimatione grauior.

Nihil mali faciendum est, etsi Deum, & omnes homines celare possimus.

Certè

Certè insignem in clero videremus honestatem. Nam vt idem in Tusculanis quæstionibus[a] scribit, ad ferendum dolorem placidè, & sedatè, plurimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare, quàm id honestum sit. Sumus enim natura, vt ante dixi (dicendum est enim sæpius) studiosissimi appetentissimique honestatis. Cuius si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est, quod, vt eo potiamur, non parati simus & ferre, & perpeti: Et sola honestate vitam asseruit contineri beatam[b]. Item & D. Ambrosius[c] in honestate vitam beatam positam esse minimè dubitauit, sed illam, inquit, scriptura appellat æternam; ostendens aliam Christianorum, aliam ethnicorum vitam fuisse beatam. Tantus enim splendor honestatis est, vt vitam beatam efficiant tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ. Et ideo, sicut exortus sol lunæ globum, & cætera stellarum abscondit lumina, ita fulgor honestatis, vbi vero, & incorrupto vibrat decore, cætera, quæ putantur bona secundum voluptatem corporis, aut secundum seculum clara, & illustria, obumbrat. Vnde & Cicero[d]: Tu, inquit, cùm honestas in voluptate contemnenda consistat, honestatem cum voluptate, tanquam hominem cum belua copulabis? Sed in eo hic errabat, quod claram, & illustrem in hoc mundo gloriam honestate quærendam arbitraretur. Nam, vt B. Ambrosius inquit[e], beata planè honestas est, quæ non alienis æstimatur iudiciis; sed domesticis percipitur sensibus, tanquam sui iudex. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio pauet. Itaque quo minus sequitur gloriam, eo magis super eam eminet. Nam qui gloriam requirunt, his iam merces præsentium vmbra futurorum est, quæ impediat vitam æternam. Quod in Euangelio scriptum est[f]: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam; de his scilicet, qui velut tuba canendo, vulgare liberalitatem suam, quam faciunt circa pauperes, gestiunt. Similiter & de ieiunio, quod ostentationis causa faciunt: Habent, inquit, mercedem suam. Honestatis igitur est vel misericordiam facere, vel ieiunium deferre in absconditio, vt mercedem videaris à solo Deo tuo quærere, non etiam

a *lib. 2.*

Honestatis secundum naturã sumus studiosissimi & appetentissimi.

b *lib. 5. Tusc. quæst.*

Honestate vita cõtinetur beata

c *lib. 2. offic. cap. 1.*

Vita æterna continetur honestate.

Honestatis quantus sit splendor.

d *in academic. quæst. lib. 2.*

Honestatem cũ voluptate, tanquam hominẽ cum belua est copulare.

e *lib. 2. offic. c. 1.*

Quæ honestas beata sit.

f *Matt. 6. cap.*

ab hominibus. Nam qui ab hominibus quærit, habet mercedem suam; qui autem à Deo, habet vitam æternam, quam præstare non potest nisi auctor æternitatis, sicut illud est [a]: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vnde expressius scriptura vitam æternam appellauit eam, quæ sic sit beata, vt non hominum opinionibus æstimanda relinqueretur, sed diuino iudicio committeretur. Quare non inconueniens, nec inutile fore putauimus, si illa, quę alias à summis Pontificibus, & à sacris conciliis, sed præcipuè à Tridentino, de clericorum vita, & honestate, & aliis eodem pertinentibus statuta sunt, sub certis titulis digererentur, vt in illis clerici, tanquam in speculo se contueri, & contemplari possint, & videre num vitam vocationi, & ordini suo conuenientem, atque conformem ducant: si non, hinc discant, quid illis faciendum, quidve vitandum sit. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quēdam adhibentes, & ordinem, vt Cicero inquit [b], honestatem, & decus conseruabimus.

a *Luc.23.*

Cur hic liber Speculum inscribatur.

b *lib.1.offic. Honestas quomodo conseruetur.*

De *fide, eiusq; professione.* CAPVT II.

DIVIDITVR autem in quatuor locos honesti natura, & vis [c], quorum primus est sapientia, atq; prudentia, quæ in veri inuestigatione, & cognitione versatur, atque consistit, & scientiæ plenioris infundit cupiditatem. Secundus iustitia, quæ suum cuique tribuit, alienum non vendicat, vtilitatē propriam negligit, vt communem æquitatem custodiat. Tertius fortitudo, quæ in rebus bellicis, & domi, excelsi animi magnitudine, corporisque præstat viribus. Quartus temperantia, quæ modum, ordinemque seruat omnium, quę vel agenda, vel dicenda arbitramur. Quare cùm Christianorum, & præsertim clericorum veri cognitio, atque sapientia versetur, & consistat potissimùm in fide illa sancta catholica, & Apostolica [d], quid de illa SS. Tridentina Synodus decreuerit, & definierit, dicemus. Ex qua manifestum erit, illam nō modo ad honestatem, verum etiam ad æternam salutem, & beatitudinem esse necessariam. Constat enim, vt D. Augustinus inquit [e], neminē ad veram

c *D. Ambros. de offic. lib.1. cap.24. & 25. & Cic. lib.1. offic. Honestatis loci quot sint.*

Clericorum veri cognitio in quo consistat.

d *August.li.2. retract.cap.65. et Ench. cap.2. & 3.*

e *serm.38. de temp. & serm. 181. ibid.*

ad veram peruenire posse beatitudinē, nisi Deo placeat: & Deo neminē posse placere, nisi per fidem. Fides namque est bonorum omnium fundamentum, & humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei consortium potest peruenire, quia sine ipsa, nec in hoc seculo quisquam iustificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad spem beatæ visionis Domini nostri IESV Christi.

Fides quàm sit necessaria.

Huc pertinet & illud D. Eusebij Emisseni[a]: Fides religionis catholicæ, lumen est animæ, ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ. Quicumque hac derelicta, velut pessimum ducem, proprium sequitur intellectum: quicumque per sapientiæ suæ sensum, ad mysteriorum cælestium se putat posse peruenire secretum, sic facit, quomodo si absque fundamento ædificet domum: aut si prętermisso ostio velit introire per tectum; vel si nocte sine lumine inferat gressum, totum se clausis oculis vrgeat in profundum. Hanc ergo nobis fidem, velut magnā lampadem, Christus aduenies errantibus viam monstraturus exhibuit, per quam possit Deus ignotus requiri, quęsitus credi, creditus inueniri. Et Chrysostomus[b]: Fides, inquit, est origo iustitiæ, sanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus vnquam sine hac Dominum promeruit; nullus sine illa fastigium sublimitatis ascendit. Est enim fides, innocens, ac pura credulitas: qua ad Deum accedimus, qua præceptis insistimus, qua expiata mente Dominum veneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, felix est: qui deseruerit, miser. Confirmat & hoc nostrum institutum D. Ambrosius dicens[c]: Nihil est, quod magis ad vitam honestam proficiat, quàm vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectēt. Et idem alibi[d]: Habet, inquit, vitam æternam fides, quia fundamentum bonū est. Habent & bona facta, quia vir iustus, & dictis, & rebus probatur. Nam etsi exercitatus sit in sermonibus, & desidiosus in operibus, prudentiam suam factis repellit; & grauius est, scire quid facias, nec fecisse quod faciendum cognoueris. Contrà quoque strenuum

a *Hom. 2. de symb.*

b *in serm. de fide spe, et charitate.*

Fides quid sit.

c *lib. 1. offic. cap. 26.*

Ad vitam honestam quæ fides requiratur.

d *lib. 2. offic. cap. 2.*

Sine munimẽto fidei bona opera consistere non possunt.

esse in operibus, affectu infidum, ita est, ac si vitioso fundamento pulchra culminum velis eleuare fastigia; quod quò plus struxeris, plus corruet: Quia sine munimento fidei, bona opera non possunt manere.

Synodus Tridetina cur congregata fuerit.

Sacrosancta verò œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitimè congregata, in ea præsidentibus tribus Apostolicæ sedis legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim illarum quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis continentur (quorum causa præcipuè est congregata) & agnoscens cum Apostolo [a], non esse sibi colluctationem aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in cœlestibus: cum eodem omnes & singulos inprimis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes scutum fidei [b], in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque vt hęc pia eius solicitudo, principium, & progressum suum per Dei gratiam haberet, ante omnia statuit, & decernit [c], præmittendam esse confessionem fidei, Patrum exempla in hoc secuta, qui sacratioribus conciliis hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consueuere [d], quo solo aliquando, & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. Quare symbolum fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, tanquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessariò conueniunt, ac fundamentum firmum, ac vnicum, contra quod portæ inferi nunquam præualebunt, totidem verbis, quibus in omnibus ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit.

a *Ephes. 6.*

Scutũ fidei contra diaboli tela sumendum est.

b *Ephes. 6. & c. qui resistit. 11. q. 3.*

c *Sess. 3. in decret. de Symb. fidei.*

In exordio conciliorum cõfessio fidei fieri solet.

d *Concil. Nic. Roma. sub Iulio 1. Hippon. Constantinopol. 6. c. 1. & 2. dist. 15. c. 1. de sum. Trinit.*

Postea eadem SS. Synodus statuit [e], vt prouisi de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram generali eius vicario, seu officiali, orthodoxæ suę fidei publicam facere professionẽ, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent. Prouisi autem de canonicatibus, & dignitatibus in ecclesiis cathedra-

e *Sess 24. de reform. cap. 12.*

Qui fidei orthodoxæ suæ professionẽ facere, & obedientiam Romanæ Ecclesiæ spondere, ac iurare debeant.

thedralibus, non solùm coram Episcopo seu eius officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneantur. Alioquin prædicti omnes prouisi, vt supra, fructus non faciãt suos: nec illis possessio suffragetur. Huc pertinet & illud, quod ab eadem Synodo in alia sessione decretum legitur[a]: Cogit temporum calamitas, & inualescentium hæresum malitia, vt nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. Præcipit igitur sancta Synodus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de iure, vel consuetudine in concilio prouinciali interesse debent, vt in ipsa prima Synodo prouinciali, post finem præsentis concilij habenda, ea omnia, & singula, quæ ab hac sancta Synodo definita, & statuta sunt, palàm recipiant: necnon veram obedientiam summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur; simulque hæreses omnes à sacris canonibus, & generalibus conciliis, præsertimq; ab hac eadem Synodo dãnatas, publicè detestentur, & anathematizent. Idemq; in posterum, quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposque promouendi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino obseruent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit: Episcopi comprouinciales statim summum Romanũ Pontificẽ admonere, sub pœna diuinæ indignationis teneantur; interimque ab eiusdem cõmunione abstineant. Cæteri verò omnes, siue in præsenti, siue in futurũ beneficia ecclesiastica habituri, & qui in Synodo diœcesana conuenire debent, idẽ, vt supra in ea Synodo, quæ primo quoque tẽpore celebrabitur, faciãt, & obseruent: aliàs secundum formam sacrorum canonum puniantur. Ad hæc omnes ij ad quos vniuersitatum, & studiorum generalium cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eisdem vniuersitatibus canones, & decreta huius sanctæ Synodi integrè recipiãtur: ad eorũque normã, magistri, doctores, & alij in eisdẽ vniuersitatibus ea, quæ catholicæ fidei sunt, doceãt, & interpretẽtur; seq; ad hoc institutũ initio cuiuslibet anni solẽni iuramẽto obstringãt. Sed & si aliqua alia in prædictis vniuersitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eisdem ad

[a] *Sess. 25. de reform. cap. 2.*

In concilio prouinciali cuiusmodi debeat fieri professio.

In Synodo diœcesana à quibus, & qualis fieri debeat professio.

A quibus, & qualis in Vniuersitatibus debeat fieri professio.

quos spectat, pro religionis, & disciplinæ ecclesiasticæ augmento emendentur, & statuantur. Quę verò vniuersitates immediatè summi Romani Pōtificis protectioni, & visitationi sunt subiectę, has sua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua supra, ratione, & prout ei vtilius visum fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

Super forma iuramenti professionis fidei Pij Papæ quarti bulla.

CAPVT III.

INIVNCTVM nobis Apostolicę seruitutis officium requirit, vt ea, quæ Dominus omnipotens ad prouidam ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem & gloriā incunctanter exequi properemus. Cum itaque, iuxta concilij Tridentini dispositionem [a], omnes, quos deinceps cathedralibus, & superioribus ecclesiis præfici, vel quibus de earum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, curam animarum habentibus prouideri cōtinget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ ecclesiæ obedientia permansuros, spondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoscumque, quibus de monasteriis, conuentibus, domibus, & aliis quibuscumque locis, regularium quorumcumque ordinum, etiam militiarum, quocumque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, & ad hoc, vt vnius eiusdem fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ solicitudinis partes in hoc alicui minimè desiderari; formam ipsam præsentibus annotatam publicari, & vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius concilij, & alios prædictos spectant, recipi, & obseruari, ac sub pœnis per concilium ipsum in contrauenientes latis, iuxta hanc & non aliam formam professionem prędictam solenniter fieri, auctoritate Apostolica, tenore presentium districtè præcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore:

Ego N. *firma fide credo, & profiteor omnia, & singula quæ* continentur in symbolo fidei, quo sancta Romana ecclesia vtitur, videlicet; Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terrę, visibilium omniū & in-

[a] *Sess. 24. de refor. cap. 1. & 12. Sess. 25. de reform. cap. 2.*

A quibus hæc fidei professio fieri debeat.

Vnius eiusdem que fidei vniformis debet esse professio.

Forma professionis fidei.

& inuisibilium; Et in vnum Dominum IESVM Christum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descēdit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas: & ascendit ad cęlos, sedet ad dexterā Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis: & in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: & vnam sanctam catholicam, & Apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarū scripturarum, admitto: nec eam vmquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè, & propriè sacramenta nouæ legis à IESV Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinē, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos ecclesiæ catholicę ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipio, & admitto; omnia, & singula, quę de peccato originali, & de iustificatione in SS. Tridētina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio: Profiteor pariter in missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis & de-

functis: atque in sanctissimo Eucharistię sacramento esse verè, realiter, & substātialiter corpus, & sanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq́ue conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem: quam conuersionem catholica Ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumq́ue sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasq́ue ibi detentas fidelium suffragiis iuuari. Similiter & Sanctos vna cum Christo regnantes venerandos atque inuocandos esse, eosq́ue orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissimè asserо imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatē à Christo in Ecclesia relictā fuisse, illarumq́ue vsum Christiano populo maximè salutarem esse, affirmo. Sanctam catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omniū ecclesiarum matrem, & magistram agnosco: Romanoq́ue Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac IESV Christi vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis cōciliis, ac præcipuè à SS. Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atq; profiteor; simulq; contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram catholicā fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti spontè profiteor, & veraciter teneo, eandē integrā, & inuiolatam, vsq; ad extremum vitæ spiritū constantissimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, & illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quātum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Volumus autem, quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur: & vt omnibus facilius pateāt, in eius quinterno describantur, ac etiam imprimātur.

primantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1564. Idibus Nouembris; Pontificatus noſtri anno quinto.

De ſtudio, doctrina, ac inſtitutione clericorum. CAP. IIII.

OMNIBVS, vt D. Ambroſius inquit [a], hominibus ineſt ſecundum naturam humanam verum inueſtigare, quod ad ſtudium cognitionis, & ſcientiæ trahit, & inquirēdi infundit cupiditatem. Nihil eſt enim magis, quo homo cæteris animantibus præſtet, quàm quod rationis eſt particeps. Cauſas rerum requirit, generis ſui authorem inueſtigandum putat, in cuius poteſtate vitæ necisque noſtrę poteſtas ſit, qui mundum hunc ſuo nutu regat, cui ſciamus rationem eſſe reddendam noſtrorum actuum. In quibus excellere vniuerſis pulchrum videtur, ſed paucorum eſt aſſequi, qui voluendo cogitationes, conſilia examinando, non mediocrem impēdunt laborem, vt ad illud beatè honeſteq; viuendum peruenire poſſint, atq; operibus appropinquare. Nō enim qui dixerit, inquit [b], mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; ſed qui fecerit ea, quæ dico. Nam ſtudia ſciētiæ ſine factis, & bonis operibus, haud ſcio an etiā inuoluant magis. Scientia enim, vt D. Paulus ait [c], inflat; charitas verò ædificat. Nihilominus, quanto excelſior virtus eſt ſapientia, tanto magis enitendum eſſe arbitror omnibus clericis, vt eam aſſequi poſſint. Siquidē à Gelaſio Papa conſtitutum legitur [d]; vt illiteratos nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officiis. Ignorātia enim mater cunctorum errorum eſt, debetq; maximè à ſacerdotibus Dei cuitari, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Nam hi ex decreto concilij 4. Toletani [e] ſcire debent ſanctas ſcripturas, & canones: & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtit, vt ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.

a *lib. 1. offic. cap. 16. Omnes homines ad verum inueſtigandum propenſi ſunt. Homo Chriſtianus in quo cæteris animantibus præſtet.*

b *Matt. 7. cap.*

c *1. Corinth. 8.*

d *c. illiteratos. diſt. 36. Illiterati ad clericatum non ſunt promouendi.*

e *Cōcil. Toleta. 4. cap. 24. c. ignorātia. diſt. 38.*

Quare

Quare & à SS. Tridentina Synodo, quia illiterati & imperiti parochialium ecclesiarū pastores sacris minus apti sunt officiis, & alios propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quàm ædificant, statutum fuit, vt Episcopi etiam, tanquam Apostolicæ sedis delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint: quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos verò, qui turpiter, & scādalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint, coërceant, ac castigent: &, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficiis, iuxta sacrorum canonum constitutiones, exemptione, & appellatione quacumq; remota, priuandi facultatem habeant.

a *Sess. 21. de reform. cap. 6.*

Pastoribus illiteratis coadiutores aut vicarij dandi sunt.

Pastores turpiter viuētes primandi sunt beneficiis.

Eadem quoque SS. Synodus Tridentina [b] piis summorum Pontificum, & probatorum conciliorum [c] constitutionibus inhærens, easque amplectens, & illis adijciens: ne cælestis ille sacrorū librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat: statuit, & decreuit, quod in illis ecclesiis, in quibus præbendæ, aut præstimonium, seu aliud quouis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alij locorū Ordinarij eos, qui præbendam aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi obtinent, ad ipsius sacræ scripturę expositionem & interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per subtractionem fructuum cogant, & cōpellant. De cætero verò præbenda, præstimonium, aut stipendiū huiusmodi non nisi personis idoneis, & quæ per se ipsas id munus explicare possint, conferantur: & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida. In ecclesiis autem metropolitanis, vel cathedralibus [d], si ciuitas insignis, vel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda

b *Sess. 5. de refor. cap. 1.*

c *Constātino. 6. cap. 5. Latera. sub Alexand. 2. cap. 18. & sub Innoc. 3. cap. 11.*

In quibus ecclesiis lectio sacræ scripturæ fieri debeat.

Præbenda, cui annexum est munus docēdi, quali viro conferenda sit.

d *c. quia. & c. fin. de magistris.*

quōmo-

quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniūctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuò constituta, & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis ecclesiis nulla, vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationē fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ ciuitatis, & diœcesis, vel aliàs, prout commodius fieri poterit, de capituli cōsilio ita prouideat, vt ipsa sacrę scripturæ lectio habeatur; ita tamen, vt quæcumque alię lectiones, vel consuetudine, vel quauis alia ratione institutæ propter id minimè prætermittantur.

Ecclesię verò quarum annui prouētus tenues fuerint, & vbi tam exigua est cleri, & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commodè haberi non possit, saltem magistrum habeant ab Episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos, aliosque scholares paupores Grammaticam gratis doceat [a], vt deinceps ad ipsa sacræ scripturę studia, annuente Deo transire possint: ideoque illi magistro Grammatices alicuius simplicis beneficij fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perstiterit, assignentur: dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel episcopali mensa condigna aliqua merces persoluatur; vel aliàs Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ ecclesiæ in diœcesi accommodam: ne pia hæc, vtilis, atque fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur.

Vbi, et quomodo Grāmaticæ professio & lectio instituēda. a *c. 1. 2. c. quia & fin. de magistris. Synod. Coſtantino. 6. cap. 5.*

In monasteriis quoque monachorum, vbi commodè fieri queat, etiam lectio sacræ scripturę habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, vt sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conuentibus verò aliorum regularium, in quibus studia commodè vigere possunt, sacræ scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio à Capitulis generalibus vel prouincialibus assignetur dignioribus magistris.

In monasteriis sacræ scripturæ lectio instituēda.

In gymnasiis etiam publicis, vbi tam honorifica, & cæterorum omnium maximè necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum, ac

Rerum-

Rerumpublicarum pietate, & charitate ad catholicæ
dei defensionem, & incrementum, sanæq; doctrinæ con
seruationem, & propagationem instituatur, & vbi insti
tuta foret, & negligeretur, restituatur. Et ne sub spec
pietatis impietas disseminetur: statuit eadē sancta Syn
odus, neminem ad huiusmodi lectionis officium tam
publicè, quàm priuatim admittendum esse, qui prius a
Episcopo loci, de vita, moribus, & scientia examinatus,
& approbatus non fuerit. Quod tamen de lectoribus i
clausstris monachorum non intelligatur.

Professores quando, à quibus, et quomodo examinandi sint.

Priuil giũ doctorum et scholariũ vniuersitatũ Theologiæ operã dantium.

a c. fin. de magist.

Docentes verò ipsam sacram scripturam, dum publi
cè in scholis docuerint: & scholares, qui in ipsis scholi
studeant, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum,
præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à iure
communi concessis, plenè gaudeant, & fruantur. Ab Ho
norio autem Papa 3. constitutum legitur [a]; vt docentes
in Theologica facultate, dum in scholis docuerint, &
studentes in ipsa integrè per annos quinq;, percipiant de
licentia sedis Apostolicæ prouentus præbendarum, &
beneficiorum suorum, non obstãte aliqua contraria con
suetudine, vel statuto, cùm denario fraudari non debeant
in vinea Domini operantes. An autem aliis scientiis &
disciplinis studentes hoc priuilegio gaudere possint, du
bitatum fuit. Cui dubitationi Panormitanus respondens
dicit [b]; quod licet verba dictæ constitutionis Honorij
non adaptentur nisi ad studentes in Theologia, tamen
considerando mentem aliorum iurium; & quia Ecclesia
vniuersalis non potest regi sine iure, præsertim canonico:
quod extendatur in fauorem studentium ad quamcum-
que facultatem, sed maximè ad ius canonicum. Nam in
hoc docti, & periti, promouent vtilitatem non solùm
suæ propriæ ecclesiæ, sed etiam Ecclesiæ vniuersalis, quæ
ad sui regimen indiget viris literatis [c]. Nec obstat c. fin.
de magist. quia dicit specialitatem in Theologis tantum
respectu contrarij statuti; ideoq; valeret statutum, quod
studentes in iure canonico, vel ciuili non perciperent
fructus beneficiorum: sed in Theologia, non valeret tale
statutum [d]. Vide super hac studiosorũ absentia à sua re-
sidentia concilium Mediolanense part. 2. tit. de residẽtia.

An aliis disciplinis studentes Theologorum priuilegio gaudeant.

b in c. tuæ. de cleric. nõ resid. & c. fin. de magist. gloss. fing. & not. in c. cùm de diuersis, de priuilegiis. in 6.

c c. cùm ex eo, de electi. in 6.

d d. glos. not. in c. cùm de diuersis. de priuil. in 6.

Pius verò Papa quartus, ad cuius aures peruenerat, nõ-
nullos

nullos curata, vel aliàs sacros ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinentes, sub prætextu quod literis operam dare cupiebant, post confirmationem concilij Tridentini per Sanctitatem suam factam, & publicatam, secum, vt literarũ studio in loco, vbi illud vigeret generale actu insistendo ratione beneficiorum per eos obtentorum huiusmodi, vsque ad quinquẽnium, vel aliud tempus tunc expressum, dummodo infra primum illius annum Subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minimè tenerentur, & tam eidem interim, quàm alij etiam ad eosdem ordines, vel eorum aliquem, seu aliquos promoti, quod similiter studentes beneficiis per eos obtentis per vicarios idoneos à locorum Ordinariis etiam congrua fructuum beneficiorum huiusmodi portione illis assignata, vel aliàs deputandos in diuinis deseruiẽdo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbẽtia onera supportando vsq; ad simile tẽpus personaliter in eisdẽ beneficiis residere nõ tenerẽtur, & nihilominus interea omnes eorundẽ beneficiorũ fructus percipere possent, per ordinariam Sanctitatis suæ signaturã, seu Pœnitentiariæ suę officium dispensari, sibiq; pariter indulgeri obtinuerant, nullũ in his vel fraudi, vel circũuentioni locum, præsertim quo ad absentes à Romana Curia, de quorũ qualitatibus facilis notitia haberi non potest, quantum humana ratione prouideri potest, relinquere volẽs, concilij etiam Tridentini decretis inhærendo, huiusmodi dispẽsationes & indulta hactenus concessa, ac tam ipsius Pœnitẽtiarię, quàm Apostolicas, & alias desuper confectas, & conficiẽdas literas, processusq; habitos, & habẽdos per easdẽ dictis absentibus nullatenus suffragari, nisi singulorum Ordinariorũ locorũ, in quibus singula beneficia huiusmodi consistũt, cõsensus gratis præstãdus ad id accedat, Apostolica auctoritate declarauit: decernens irritũ, &c.

Declaratio Pij 4. quod gratiæ de non residendo, et percipiendo fructus ratione studij, nõ valeant sine consensu Ordinarij.

Clerici quibus studiis vacare, & se exercere debẽãt. CAP. V.

NIHIL autẽ clericis, & præsertim sacerdotibus, atq; Canonicis magis est declinandũ, quàm otium, & torpẽs animi ignauia, quoniã ea præstat alimentũ, & materiã multis vitiis, iuxta illud Ecclesiastici 2: Multã malitiam

Omnibus clericis otium est fugiendum.

2 33. cap.

malitiam docuit otiositas. Nam vt Innocẽtius Papa scripsit [a]: Otiositas, & voluptas arma sunt hostis antiq ad miseras animas captiuandas. Ad quã toto animi n fugiendam, id maximè agendum, quod scribit Hieron mus ad Rusticum Monachum [b]: Nunquam de manu vel oculis tuis liber Psalterij discedat, discatur ad ver oratio sine intermissione. Ama scientiam scripturaru & vitia carnis non amabis. Facito aliquid operis, vt le per diabolus inueniat te occupatum. In desideriis e est omnis otiosus. Nam vt poëta Ethnicus habet:

Quæritur, AEgystus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.
Otia si tollas, periêre Cupidinis arcus,
Contemptæque iacent, & sine luce faces.

Socrates dehortabatur iuuenes non solùm ab otio, s ab actionibus infrugiferis. Siquidem eos otiosos app labat, qui alea, compotationibus suis, & scortis ætate absumerent. Iuxta illud Hesiodi: Non probrum est op rari, ast est cessatio probrum. Enimuero sicut vrbs p tens absque murorum ambitu facile quosuis admit hostes; ita otiosus animus in ignauo corpore, omnes p sim recipit dæmonum suggestiones, & per eas ad grau impellitur sine aliquo negotio scelera. Quibus vt viam præcludant, & aditum clerici, & præsertim Canonici sacerdotes, post expleta chori officia lectioni sacrarum literarum debent animum intendere, atque tam salutar studio totos dies occupari, quo nullum dari potest salu brius, aut gradui Canonicali, & sacerdotali congruẽtius Hinc D. Ambrosius clericis, quos elegerat in ministeri Domini, scribens [c]: Cur non, inquit, illa tempora, quibu ab ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum reuisas? Christum alloquaris? Christum audias? Illum a loquimur, cùm oramus; illum audimus, cùm diuina le gimus oracula. Sanctos item doctores, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Chrysostomum, Gregorium, Bernardum, Basilium, & cæteros, qui sacrę scripturæ, prę sertim in ecclesia legi, vel cani solitæ, sensum nobis sui explanationibus aperuerunt, euoluere, ac perlegere stu deant; ex quibus rectam eius assequantur intelligẽtiam. Nam, vt D. Hieronymus ait [d], scientia pietatis est, nosse

Legem,

a c. nisi cũ pridem. §. verum, de renunciat.

b & in c. nunquam. de consecrat. dist. 5.

Actiones infrugiferæ adolescentibus sunt fugiendæ.

Quid Canonicis & aliis clericis peractis in ecclesia diuinis agendum sit.

c lib. 1. offic. cap. 20. Christum alloquimur cùm oramus: illũ audimus, cùm sacram scripturã legimus.

d in epist. ad Tit. cap. . & in c. si quis. dist. 37.

legem, intelligere prophetas, euangelio credere, Apostolos non ignorare. Sed vt D. Clemēs monet [a], diligenter obseruandum est, vt lex Dei cùm legitur, non secundum propriam ingenij virtutem, vel intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quē sibi vnusquisque sponte præsumpserit; sed non oportet. Non enim sensum extrinsecus alienum & extraneum debetis quærere, vt ipsum quoquo modo ex scripturarū auctoritate cōfirmetis; sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis oportet. Et ideo oportet scientiam ab eo discere scripturarum, qui eam à maioribus secūdum veritatem sibi traditam seruat, vt & ipse possit eam, quam rectè susceperit, competenter asserere. Cùm enim ex diuinis scripturis integram quisq; & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ fortè etiam in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: Ita tamē, vt vbi vera didicit, falsa & simulata declinet.

[a] *epist. 5. et in c. relatū. dist. 37.* *Scriptura sacra quomodo legi, vel doceri debeat.*

Scientia scripturarum à quo discenda sit.

Quomodo autē nos gerere, & quid facere debeamus, occurrentibus in sacra scriptura locis difficilioribus, quę intelligere non possumus, pulchrè admodū docuit Origenes [b], nos ad assiduam sacræ scripturæ lectionem, & studium exhortans; Conabimur, inquit, nos cōsolationis communis causa, ne fortè tædio efficiatur auditoribus sermo diuinus, & lectio, si nihil explanationis accipiat, orantibus vobis, & Domino donante hæc interim de istiusmodi lectionibus perstringere, quæ ædificare possint animas nostras. Si qua autem sunt, quæ nos ad præsens sentire non possumus, vel vos nondum potestis audire, ex his tamen quæ disserimus correctiores, atque emendatiores redditi, etiam illa, quæ nunc capere non possumus, meliores effecti comprehensuros nos sperare debemus. Et quidem optimum erit hæc assequi, dum in hac vita sumus, vbi laboris præmiū iustum est, si minus, post obitum fortasse innotescent iis, qui merebuntur. Veruntamen etiam illud admoneo, non parū ex hoc vtilitatis animæ conferri, quod aures nostras, licet obscura videantur, penetrant. Si enim creditum est à gentibus, quod quædam carmina, quas præcantationes appellant,

[b] *Homil. 20. in cap. 15. Iesu Naue.*

Vitæ bonitas ad scripturæ intelligentiam conducit.

Præcantationum effectus.

quibus istud artis est, insusurrātes nominibus quibusdam compellatis, quæ ne illi quidem, qui inuocant, norunt, et solo vocis sono, vel sopiantur serpentes, vel etiam de cauernis protrahantur abstrusi: sæpe autem & in corporibus humanis tumores, aut alia huiusce modi voce solari, reprimere dicūtur, interdum etiam animæ stuporem quendam sensus infligere, vbi tamen Christi non restiterit fides; quanto magis totius præcantationis, & carminis, validiorem, & potentiorem ducendam credimus quamcunque illam scripturę sanctæ, vel sermonum, vel nominum appellationem? Sicut enim apud infideles contrarię virtutes (id est diaboli) audientes illa, vel illa nomina in carminibus, vel præcantationibus, adsunt, & exhibent famulatum, & dant operam in hoc, ad quod inuocari sese illo, vel ex illo nomine senserint, officij sui rem quodāmodo, ac ministerij, cui semetipsos mancipauerint dependentes: eò magis vtique cælestes virtutes, & angeli Dei, qui nobiscū sunt, sicut Dominus de paruulis Ecclesiæ dicit [a]; quia angeli eorum semper assistūt in conspectu Domini, videntes faciem eius, libenter, & gratè accipiūt, si semper verba scripturæ, & horum nominum appellationes, velut carmina quædam & præcantationes, ex ore nostro promamus. Quia etsi nos non intelligimus, quæ de ore proferimus, illæ tamē virtutes, quæ nobis adsunt, intelligunt, & velut carmine quodam inuitatæ adesse nobis, & ferre auxilium delectantur.

a Matth. 18.

Quod autem sunt non solùm circa nos multæ diuinæ virtutes, sed etiam intra nos, indicat propheta, cùm dicit in psalmis [b]; Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius, hoc est, omnia, quæ intra me sunt. Constat ergo multas esse virtutes intra nos, quibus vel animarum nostrarum vel corporū cura permissa est, quæ vtique, si sanctæ scripturę legātur à nobis, delectantur, & validiores erga nostri diligentiam fiunt, si linguis loquamur, & spiritus noster oret, sensus autem noster sine fructu sit. Dixit enim hoc & sanctus Apostolus [c], & mirum quodāmodo mysteriū humanis auribus prætulit, dicens aliquando fieri posse, vt spiritus, qui in nobis est, oret; & sensus noster sine fructu sit. Intellige ergo ex hoc, quia fit aliquādo noster quidem sensus

b Psal. 104.

c 1. Corint. 14.

sine

sine fructu; spiritus autem, id est, virtutes istæ, quæ animę nostræ in adiutorium datæ sunt, pascuntur, & reficiuntur ex auditu scripturæ sanctæ, velut ex diuinis & rationabilibus cibis.

Quam gratũ sit Christo studiũ sacræ scripturæ.

Quid dico, quia diuinæ virtutes pascantur, & epulentur in nobis, si nos verba diuinæ scripturæ proferamus ex ore? Ipse Dominus noster Iesus Christus, si nos inueniat his vacantes, & huiusce modi studiis, & exercitiis operam dantes, non solùm pasci, & refici dignatur in nobis, verum etiã si has epulas apud nos viderit apparatas, patrem secum dignatur adducere. Sed hæc quia satis magna, & supra hominẽ videntur, non meis tibi, sed ipsius Domini & Saluatoris sermonibus comprobentur dicentis [a]; Amen dico vobis, quia ego & pater veniemus, & mansionem faciemus, & cœnabimus apud eum. Quem? illum profectò qui sua mandata custodit. Sed sicut diximus, quia quemadmodum ex huiusce modi meditationibus, diuinarum erga nos virtutum consortia, & officia prouocamus; ita è contrario malignarum virtutum insidias, & pessimorum dæmonum incursiones ex huiusce modi sermonum, & nominum appellationibus effugamus. Verbi gratia, vt si quis vestrum aliquãdo perspexit præcantationibus sopitũ serpentem portari in manibus, vel protrahi de cauernis nihil valentem nocere venenis, vtpote incantationis virtute torpentibus; ita etiã lectionis diuinæ virtute, si quis intra nos est contrariæ potestatis serpens, si quis ad insidiandum coluber latet, si patienter feras, si nõ tædio fatigatus auertas auditũ, scripturæ carminibus, & diuini sermonis assiduitate depellitur.

a *Ioan.* 14.

Effectus studiorum sacræ scripturæ.

Verba sacra etiam nõ intellecta, quã habeant efficaciã.

Si ergo vides aliquando legis scripturam in auribus tuis, quam non intelligis, & sensus tibi videtur obscurus, interim hanc primam suscipe vtilitatem, quod solo auditu velut præcantatione quadam noxiarum virtutum, quæ te obsident, & quæ tibi insidiantur, virtus depellitur, & fugatur. Obserua tantum ne efficiaris sicut aspides surdæ, & obturantes aures suas [b], ne audiant vocem incantationis, & veneficij quod incantatur à sapiente. Verbi causa, est carmen quod præcantatur à sapiente Moyse, & quod præcantatur à sapiente Iesu Naue, & quod præcantatur, & canitur

b *Psal.* 57.

à sapientibus omnibus prophetis. Ne igitur fastidium capiamus audientes scripturas, etiam si non intelligamus, sed fiat nobis secundum fidem nostram credentibus. Quia omnis scriptura diuinitus inspirata est & vtilis; etiam si non sentiamus vtilitatem, credere tamen debemus, quia vtilis est. Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare ad discutiendam caliginem visus; nec tamen in edēdo ipso cibo, vel in potando sentimus quia vtile est, & prodest oculis; sed cum transierit visum, cibi illius, aut poculi virtus paulatim purgat aspectū, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille, vel potus profuit oculis. Sed & in aliis similiter corporis partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo credendū est etiam de scriptura sancta, quia vtilis est, & animæ prodest, etiam si sensus noster ad præsens intelligentiam non capit: quoniā, vt diximus, & bonæ virtutes, quæ nobis adsunt, reficiūtur in his sermonibus, & pascuntur; & contrariæ torpescunt his meditationibus, & effugantur.

Omnis scriptura sacra etiam non intellecta vtilis est nobis.

Quare etsi non omnia semper scripturarum loca intelligimus, non tamen idcirco illarum lectionem & studium prorsus omittere, vel negligere debemus. Sed hoc vnum vehementer nunc est deplorandū, quod multi viri docti, qui illas legentes intelligere putantur, earum lectione ad Dei cognitionem non perueniant, nec illum inueniant. Qui enim, vt D. Ioan. Chrysostomus ait [a], legēs de Deo, vult inuenire, & cognoscere Deum, festinet viuere dignè Deo, & ipsa conuersatio bona, fit quasi lampadis lumen ante oculos cordis eius, viam veritatis aperiēs: qui autē non festinat viuere dignè Deo, legēs non Deū quærit ad salutem suam, sed scientiam Dei ad gloriam vanam. Ideo etsi semper legat, nunquā inuenit. Putas sacerdotes Sadducæorum, Scribas, & Pharisæos non legisse scripturas? Legerunt quidem, sed cognoscere non poterant Deum in eis, quia nolebant viuere dignè Deo. Nec enim poterant sua verba docere, quos mala opera docebant. At nō bonos tantum nos esse iussit Christus, sed & prudentes. Vtamur ergo cum simplicitate prudentia in doctrina & vitæ integritate; atque in scripturis omnibus sedulam inquirendi diligētiam, quare dicta sint, adhibeamus. Neq

[a] *Hom. 42. in Matth. in opere imperf.*

Intelligentia scripturarum bonā in lectore requirit vitā.

Exisli-

existimemus satis nobis ad excusationem esse ignorantiam, & simplicitatem [a].

a *idem Hom. 38. in Ioannem.*

Insuper decreta sanctorum Patrum, Pontificū, & conciliorum canones de clericorum vita, & honestate instituenda tractantia assidua manu versare non negligant. Nam à Damaso Papa constitutum legitur [b]: Omnia decretalia cunctorum prædecessorum nostrorū statuta, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus episcopis ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, vt si quid in illa commiserint, veniam sibi honoris deinceps nouerint denegari. Et Nicolaus Papa vniuersali Synodo præsidens dixit [c]: Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide, vel ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium, vel futurorum malorum à sedis Apostolicæ Præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit. In concilio verò vniuersali Chalcedonensi habetur [d]: A sanctis Patribus in vnaquaque Synodo vsque nunc prolatas regulas tenere statuimus. Cui consonat & ille canō concilij œcumenici octaui [e]: Regulas, quæ sanctæ catholicæ & Apostolicæ, tam à sanctis Apostolis, quàm ab orthodoxorum vniuersalibus, necnon & localibus conciliis, vel etiam à quolibet Deiloquo patre ac magistro, Ecclesiæ traditæ sunt, seruare, ac custodire profitemur; quibus & propriā vitam, & mores, & omnem sacerdotij catalogum regamus. Sed & omnes, qui Christiano cēsentur vocabulo, damnationibus, & iustificationibus, quæ per illas prolatæ sunt, canonicè subijci decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus siue per sermonem, siue per epistolam Sanctorum, qui ante fuerunt, Paulus apertè admonet [f]. Innocentius verò tertius in concilio generali expresse quoq; sanxit, vt clerici se in officiis ecclesiasticis, & aliis bonis studiis exerceant diligenter [g]. Et in concilio Cabilonensi secūdo, sub Imperatore Carolo magno habito [h]: Decreuimus, inquiunt Patres, iuxta sanctorum canonum constitutionem, & cæterarum scripturarum sanctarum doctrinam, vt Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborū Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborū Dei alimentis animas

Decreta, et canones clerici scire, & obseruare tenentur.

b *c. omnia. 25. q. 1.*

c *c. si quis. 25. q. 2.*

d *cap. 1. & c. à sanctis. 25. q. 1.*

e *Constātinop. 4. cap. 1.*

f *2. Thessal. 2.*

g *c. clerici. de vita et honest. cleric.*

h *cap. 1. & 2. Episcopi assidui sint in lectione sacræ scripturæ & canonum.*

sibi subditas satiare non cessent, & cum Dauid quotidie
a Psal.118. dicant[a]: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia
de lege tua, ita videlicet, vt illas scripturas notissimas
habeant, quæ catholicæ appellantur: & earum sensum per
Patrum tractatus inquirant. Canones quoque intelligãt,
& librum B. Gregorij Papæ de cura pastorali, & secundi
formam ibidem constitutam, & viuant, & prædicent.
Vt ea, quæ legendo perscrutantur, opere compleãt, iuxta
b Actor.1. illud[b]: Cæpit IESVS facere, & docere. Et illud[c]: Et
c Psal.118. memoriam tenentibus, vt faciant ea. Et illud[d]: Beati qui
d Rom.2. scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt ea.
Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambu-
e d. cap. 2. Rom. lauerunt. Et[e]: Quia non auditores legis, sed factores iu-
f 1. Corinth.15. stificabuntur. Et[f]: Regnum Dei non in sermone, sed in
opere. Et sint subditis norma viuendi; ita videlicet, vt &
verbis, & exemplo populo ad æternam patriam per-
genti ducatum præbeant; vt vita eorum, & doctrina ne-
quaquam discordent: sed quæ dicunt, faciant, & quæ fa-
ciunt, docere studeant. Et prædicatione assidua plebem
admoneant: & falsæ iustitiæ à credentium mentibus vi-
tiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros men-
tis eorum ad fœcunditatem perducãt. Et infra in eodem
g cap.37. concilio[g]: Cùm igitur omnia concilia canonum, qui re-
cipiuntur, sint à sacerdotibus legenda, & intelligenda, &
per ea sit eis viuendum, & prædicandum: necessarium
Concilia à sacerdotibus bene legenda, & intelligenda sunt. duximus, vt ea, quæ ad fidem pertinent, & vbi de extir-
pandis vitiis, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab
eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prę-
dicetur. Huc pertinet & illud, quod in concilio Magun-
h cap.10. tiaco primo de clericis statutum fuit[h]: His lege Patrum
cauetur, vt vulgari vita secluſi à mundi voluptatibus se
abstineãt; in doctrina, & lectionibus, psalmis, & hymnis,
& canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent
esse, qui diuinis cultibus se mancipandos studeant exhibe-
re, scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gra-
i cap.8. tiam populo administrent. In Synodo verò Rhemensi[i]
lecti sunt sancti canones, vt quisque Canonicus legem
vitamque suam minimè ignoraret.
k cap.34.an. Dn.1524. Et in reformatione cleri Germaniæ ab Apostolicæ se-
dis Legato inter alia statutum hoc fuit[k]; Sunt pleraque

alia à summis Pontificibus, sacris conciliis, prouincialibusque & synodalibus constitutionibus prodita, quæ mirè decent, & adornant candorem vitæ clericalis, nec minus obuiant offendiculis, quæ Christus passim cauenda præcepit, quæ velut sancta teneri, & obseruari mandamus, transgressores secũdum canones ipsos, prædictasque constitutiones puniri volentes. Qui verò sacris obedire canonibus nescit, hic iuxta sanctionem B. Gregorij Papæ, nec sacris ministrare altaribus, nec cõmunionem capere sit dignus [a].

a *c. hac consona. 25. q. 1.*

Postremò in statutis pro cleri reformatione à Pio V. editis habetur: Inhærentes præterea concilij Tridentini decretis, per viscera misericordiæ IESV Christi Domini nostri vehementer hortamur presbyteros, vt singulis dominicis, & aliis festis diebus, nisi iustè impediantur, salutare missæ sacrificium faciant: Diaconos & Subdiaconos, vt bis singulis mensibus, & semper cùm missæ sacrificio inseruient: clericos denique & inferiorum ordinum gradibus initiatos, vt saltem semel sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum sumant: Diuinam scripturam assiduè scrutentur, sacros sanctorum Patrum libros in manibus habeant, ex quibus vitalibus, & perennibus fontibus salutaris doctrinæ, & vitæ præcepta, & exempla hauriant.

Quando, & quotiis sacerdotibus sit celebrandum, & aliis clericis communicandum.

Cur clericis sacri libri sint legendi.

Ad hæc autem pia, & sancta studia libentius, & alacrius capessenda, omnes clericos allicere, & inuitare debet, quod primus ille honestatis fons, & origo in veri cognitione consistens, sapientia nimirum, & prudentia, maximè naturam attingat humanam: qua omnes trahimur & ducimur, vt ipse testatur Cicero [b], ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire & decipi, & malum, & turpe ducimus. In hoc autem genere & naturali, & honesto duo vitia vitanda sunt. Vnum ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temerè assentiamus. Quod vitiũ effugere qui volet (omnes autem velle debebunt) adhibebit ad considerandas res, & tempus, & diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium, multamq; operam in res obscuras atque difficiles conferunt, eaſdē non necessarias. Quibus vitiis declinatis,

Honestatis fons quis sit. Ad discendum humanæ naturæ propensio.

b *1. lib. offic.*

Vitia in discēdo fugienda.

quod in rebus honestis, & cognitione dignis operæ, curæque ponetur, id iure laudabitur.

Ethnicorũ sacerdotes sapientia, & scientia claruerunt.

Certè Ethnicorum, & gentilium sacerdotes, & alij eorum sacrificiis peragendis destinati, leguntur insigni doctrina supra alios suæ nationis semper effloruisse [a]. Apud AEgyptios enim, sacerdotes negotiorũ secularium curis liberi fuerunt, à Regibus annona illis ad victũ assignata, quo rerum arduarum contẽplationi vacarent: à quibus artes mathematicæ primùm inuentæ sunt: fuitque adeo illustris, & celebris eorum in toto orbe sapientia, vt Lycurgus Lacedæmonius, Pythagoras Samius, Plato Atheniensis, Democritus Abderites, & fere omnes Græci, qui singulari claruerunt doctrina, in AEgyptum, ad sacerdotes profecti sint, vt morum instituta, & disciplinam illorum perciperent. Sic apud Babylonios Chaldæi eorum sacerdotes illum locũ in sua republica, quem AEgyptiorum sacerdotes, quondam habuerunt. Ad cultum enim deorum, vt Diodorus Siculus auctor est, deputati per omnem vitam philosophari solebant. Apud Persas item Magi illorum sacerdotes maximo in pretio fuêre, & id nomen à magnitudine scientiæ sunt assecuti. Ab illis autem profluxerunt Indorũ gymnosophistæ, qui ab omni opere immunes, soli rerum contemplationi, & scientiæ fuerunt intenti, & sacrificiorum diis offerendorum curã habuerunt. Præterea apud Græcos sacerdotium fere philosophiæ coniunctum fuit, & sacerdotes ibidem aut philosophi fuerunt, aut sapientiæ studio intenti. Denique apud Gallos Druidæ olim sacerdotes habebantur rerum omnium peritissimi. Qui, vt refert Iulius Cæsar [b], rebus diuinis interesse, sacrificia publica, ac priuata procurare, & religiones interpretari ex officio habebant. Ad eos magnus adolescentum numerus disciplinæ gratia concurrere tum solebat. Multa de animæ immortalitate, de sideribus, ac eorum motibus, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorũ immortalium vi, ac potestate disputare, ac iuuentuti tradere sunt ex more consueti, vt ex his intelligamus, illos egregia polluisse doctrina. Sed quorsum hæc? Quò commonstremus & Christianos sacerdotes, aliosque diuinis sacrificiis peragendis mancipatos, diuinæ sapientiæ studio gnauiter intentos

[a] *Clichth. in opusc. de vita & mor. sacer. cap. 8.*

[b] *lib. 6. comment. de bel. Gal.*

tentos esse debere, cùm viderint ethnicos, & idolorum cultores tantam doctrinæ, & eruditionis curam simul & excellentiam habuisse; erubescãtque ab illis superari diligentia percipiendæ doctrinæ, quos longè antecedunt pia religionis sinceritate, & veritatis agnitione, habentes sanctum Dei veri cultum, cuius illi erant prorsus expertes, & ignari. Elaborandum itaque est omnibus clericis, & præsertim Canonicis, atque sacerdotibus, vt ignorantiam à se quasi quandam pestem abijciant. Licet enim seruus nesciens voluntatem Domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis: non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus [a]. Qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, vt bene ageret [b], vnde D. Augustinus [c]: Non omnis, inquit, qui ignorat immunis est à pœna. Ille enim ignorãs potest excusari à pœna, qui, quod disceret, non inuenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui habentes à quo discerent, operam non dederunt.

Ignorantia clericis quasi pestis fugienda.

a 1. *Corint.* 14.

b *c. ideo. §. fin. dist.* 37.

c *c. fin. d. distinct.* 37.

De *clericorum seminario.* CAPVT VI.

CVM adolescentium ætas, nisi rectè instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas [d], & nisi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfectè, ac sine maximo, & singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseueret, sancta Tridẽtina Synodus statuit [e]: vt singulę cathedrales, Metropolitanę, atque his maiores ecclesiæ, pro modo facultatum; & diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius ciuitatis, & diœcesis, vel eius prouinciæ, si ibi non reperiantur, numerum, in collegio ad hoc prope ipsas ecclesias, vel alio in loco conuenienti ab Episcopo eligendo, alere ac religiosè educare, & ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. In hoc verò collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati sunt, ac legere, & scribere competenter nouerint, & quorum indoles, & voluntas spem adferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuò inseruituros. Pauperum autem filios præcipuè eligi vult; nec tamen ditiorum excludit, modò suo sumptu

d *c. omnis.* 12. q. 1. *Gen.* 6. *Prouerb.* 11. *Concil. Aquisgra.* 1. *cap.* 133. *Toleta.* 4. *cap.* 23. *Lateranẽs. sub Leone* 10. *sess.* 9.

e *Sess.* 23. *de reform. cap.* 18. *c.* 1. *& 2. c. quia. de magistris.*

Quales in Seminarium recipiendi sint.

alantur, & ſtudium præ ſe ferant Deo, & Eccleſiæ inſe
uiendi. Hos pueros Epiſcopus in tot claſſes, quot ei vid
bitur, diuiſos, iuxta eorũ numerum, ætatem, ac in diſc
plina eccleſiaſtica progreſſum, partim, cùm ei opport
num videbitur, eccleſiarum miniſterio addicet: partim
in collegio erudiendos retinebit, aliosque in locum ed
ctorum ſufficiet: ita vt hoc collegium Dei miniſtrorum
perpetuum ſeminarium ſit. Vt verò in eadem diſciplin
eccleſiaſtica commodius inſtituantur, tonſura ſtatim, at
que habitu clericali ſemper vtentur: Grammatices, can
tus, computus eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium
diſciplinam diſcent: ſacram ſcripturam, libros eccleſiaſti
cos, Homilias Sanctorum, atque ſacramentorum tradit
dorum, maximè quæ ad confeſſiones audiẽdas videbun
tur opportuna, & rituum, ac cæremoniarum formas edi
ſcent. Curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus miſſæ ſacrifi
cio interſint, ac ſaltẽ ſingulis menſibus confiteantur pec
cata; & iuxta confeſſoris iudiciũ ſumant corpus Domini
noſtri IESV Chriſti: cathedrali, & aliis loci eccleſiis die
bus feſtiuis inſeruiant. Quæ omnia, atque alia ad hanc
rem opportuna, & neceſſaria Epiſcopi ſinguli cũ conſilio
duorum Canonicorum ſeniorum, & grauiorũ, quos ipſi
elegerint, prout Spiritusſanctus ſuggeſſerit, conſtituent,
eaque, vt ſemper obſeruentur, ſæpius viſitando operam
dabunt. Diſcolos & incorrigibiles, ac malorum morum
ſeminatores acriter punient, eos etiam, ſi opus fuerit, ex-
pellendo: omniaque impedimenta auferentes, quecumq;
ad conſeruandum, & augendum tam pium, & ſanctum
inſtitutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt.

Quomodo pueri in ſeminario inſtitui debeãt. Ad iuuẽtutem hanc rectè, piè & Chriſtianè erudiendam, plurimũ proferunt libri inſtitutionum ſcholaſticarũ, per Simonem Verrepæum conſcripti.

Et quia ad collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus, & miniſtris ſoluẽdam, & ad alen-
dam iuuentutem, & ad alios ſumptus certi reditus erunt
neceſſarij: vltra ea, quæ ad inſtituendos, vel alendos pue-
ros ſunt in aliquibus eccleſiis, & locis deſtinata, quæ eo
ipſo huic ſeminario ſub eadem Epiſcopi cura applicata
cenſeantur, ijdem Epiſcopi cum conſilio duorum de Ca-
pitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo
eligatur, itemq; duorum de clero ciuitatis, quorum qui-
dem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius ve-
rò ad clerum pertineat: & ex fructibus integris menſæ

Vnde ſumptus ſeminarij inſtituendi & conſeruãdi parari & deſumi debeant.

Epiſco-

Episcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum cuiuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, & hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, iuxta constitutionem concilij Viennensis, quæ incipit: Quia contingit[a]: & beneficiorum quorumcumque, etiã regularium, etiam si iuris patronatus cuiuscumque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diœcesis, vel aliis ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibuscuis locis piis etiam exemptis, annexa, & ex fabricis ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscumque aliis ecclesiasticis reditibus seu prouentibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen seminaria discentium, vel docentium ad commune Ecclesiæ bonum promouẽdum actu non habentur (hæc enim exempta esse voluit) præterquam ratione redituũ, qui superflui essent vltra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, seu confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacũque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & milites cuiuscumque militiæ, aut ordinis pertinentibus, fratribus sancti Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis, partem aliquam, vel portionem detrahent: & eam portionem sic detractam; necnon beneficia aliquot simplicia, cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, sine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic collegio applicabũt, & incorporabunt. Quod locum habeat etiam si beneficia sint reseruata, vel affecta: nec per resignationem ipsorũ beneficiorũ, vniones, & applicationes suspẽdi, vel vllo modo impediri possint, sed omnino quacumq; vacatione, etiã si in curia effectum suum sortiãtur, & quacumq; constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem soluendã beneficiorũ, dignitatum, personatuũ, & omniũ, & singulorum supra cõmemoratorum possessores, nõ modo pro se, sed pro pẽsionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus soluerent, retinendo tamen pro rata, quicquid pro dictis pensio-

[a] *Cle. quia cõtingit. de religios. domib.*

pensionibus illis erit soluendum, ab Episcopo loci, p censuras ecclesiasticas, ac alia iuris remedia cõpellan etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachij sec laris: quibusuis quòd ad omnia & singula supradicta, p uilegiis, exemptionibus, etiam si specialem derogatio requirẽt, consuetudine etiam immemorabili, quauis a pellatione, & allegatione, quę executionẽ impediat, no obstantibus. Succedente verò casu, quo per vniones e fectum suum sortientes, vel aliter, seminarium ipsum totum, vel pro parte remittatur: quòd si cathedràliu & aliarum maiorum ecclesiarum Prælati in hac sem narij erectione, eiusq; conseruatione negligentes fuerin ac suam portionem soluere detrectauerint: Episcopu Archiepiscopus, Archiepiscopum & Superiores Synod prouincialis acriter corripere, eosque ad omnia supr dicta cogere debeat: & vt quamprimum hoc sanctum & pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueatu studiosè curabit. Rationes autem redituum huius sem narij Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus du bus à Capitulo, & totidem à clero ciuitatis deputatis.

Rationes redituum seminarij, quibus red di debeant.

Deinde, vt cum minori impensa huiusmodi scholis io stituendis prouideatur, statuit sancta Synodus, vt Epi scopi, Archiepiscopi, Primates, & alij loco rũ Ordinarij scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectionis v doctrinę munus annexum, ad docendum in ipsis scholi instituendos, per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin pe idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod si iudicio Epi scopi digni non fuerint, alium, qui dignus sit, nominent omni appellatione remota. Quod si neglexerint, Episco pus ipse deputet. Docebũt autem prædicti, quæ videbun tur Episcopo expedire. De cętero verò officia, vel digni tates illæ, quæ scholasteriæ dicũtur, non nisi Doctoribus, vel magistris aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico, & aliàs personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferãtur: & aliter facta pro uisio nulla sit, & inualida: non obstantibus quibusuis priuilegiis, & cõsuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Scholasticorum officium in vsum, & obseruationem vocandum.

Quæ doceri et prælegi à scholasticis debeãt.

Sch. Lasteriæ, quibus conferendæ sint,

Si verò in aliqua prouincia ecclesiæ tanta paupertate

labo-

laborent, vt collegiũ in aliquibus erigi non possit: Synodus prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in ecclesia Metropolitana, vel alia prouinciæ ecclesia cõmodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, vbi pueri illarum ecclesiarum educentur.

In prouincia vbi Ecclesiæ pauperes sunt quomodo erigendum seminarium.

In ecclesiis autem amplas diœceses habentibus, possit Episcopus vnum, vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

In quibus diœcesibus plura sint erigenda seminaria.

Postremò, si vel pro vnionibus, seu pro portionũ taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius seminarij institutio, vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur: Episcopus cum suprà deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit, moderando, aut augẽdo, omnia, & singula, quæ ad felicem huius seminarij profectum necessaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

Difficultates super erectione, aut cõseruatione seminariorũ ortæ à quibus sopiri & decidi debeant.

Hanc autem seminarij institutionem cum Archiepiscopi, & Episcopi harum prouinciarum animaduerterẽt non modò perutilem fore suis ecclesiis, verumetiam eisdem esse necessariam, hæc de illa in prouinciali Synodo Cameracensi statuta legũtur: Cum ad hæreses extirpandas, & reddendum Ecclesiæ Dei pristinum suum nitorẽ, & clero, sacerdotioque pristinum suum decus, ac consequenter, vt intra nõ multos annos Ecclesia mirè floreat, eruditione sacra, pietate, vitæq; puritate; habeantq; singulæ diœceses plerosque omnes ministros bene idoneos ad laudabiliter obeundum munus suum, & non paucos excellentes eruditione, & pietate, nihil dici, aut cogitari possit exquisitius illo decreto SS. Tridentinæ Synodi, quo iubetur, vt in singulis diœcesibus instituantur seminaria ministrorum: Atque adeo iam inde ab initio Ecclesiæ vix quicquam præclarius, aut efficacius institutum esse videatur, ad reddendum Ecclesiæ Dei florẽtissimum

Censura concilij Cameracensis de seminarij institutione.

statum

ſtatum literarum ſacrarum, cognitione, pietate, religione, vitæque puritate; ſanctiſſimum, & vtiliſſimum illi decretum complectens ſancta Synodus vehemēter hortatur, & obſecrat, omnes ordinis eccleſiaſtici viros, proximeque eos, qui bonis eccleſiaſticis vtūtur, in hāc re & vtiliſſimam, & ſingularis apud Deū, & homines meriti, omnes conatus intendant, quo breui perfici poſſit vberem ſegetem reipublicæ Chriſtianæ hæc literatæ ſeminaria proferant. Quæ vbi per ætatem maturuerit ornet Eccleſiā, & expleat horrea Domini: Neque enim melius opes eccleſiaſticæ, neque ſanctius collocari poſſunt. Nam cùm ſint varia officiorum genera, quibus charitas erga proximos exercetur: tamen hoc genus officii cæteris eſt maximè laudabile: In quo genere, cùm eccleſiaſtici prælucere debeant cæteris; debent & ipſi in tanta calamitate, ac neceſſitate promptum, hilarem, ac liberalem animum præbere. Quare præcipit ſancta Synodus vt quamprimum fieri poſſit, modus conſtituatur, facultas omnium beneficiorum, atque eorum omnium, quorum decretum concilij Tridētini mentionem facit[a], æſtimatione, quò ad hæc ſeminaria ponenda, & conſtituenda ſufficiens contributio fiat.

[a] *Seſſ. 23. cap. 18.*

Synodus verò prouincialis Mechlinienſis celebrata anno 1570: Ne diutius, vt pia, ita prorſus neceſſaria ſeminariorum inſtitutio à concilio Tridētino decreta differretur, ordinauit, & mandauit; vt vbi tunc illorū inſtitutio facta non erat, in proxima tum Synodo diœceſana, aut aliàs commodiori tempore, ita tamen vt vltra ſex menſes non differretur, Epiſcopi diœceſani omnia & ſingula ad hanc rem opportuna, & neceſſaria conſtituerēt, ſecundum eiuſdem concilij Tridentini ordinationē: & prima futura Synodus diœceſana non ſolueretur, donec certa erigendi ſeminarij ratio in ſingulis diœceſibus foret conſtituta.

De ſermone, & quomodo diuidatur. CAP. VII.

D. Ambroſius auſpicans ſecundum ſuum librum de officiis, quæ clericis, quos in miniſterū Domini elegerat, inculcare geſtiebat, atque infundere, (vt ea, quæ mentibus, atque moribus ipſorum vſu, & iuſti-

& institutione inolita, atque impressa erant, sermone, ac disciplina aperirentur[a]:) Superiore, inquit, libro de officiis tractauimus, quæ conuenire honestati arbitrabamur, in qua vitam beatam positam esse minimè dubitamus, quam scriptura appellat vitam æternam[b]. In primo autē suo libro facta officij diuisione: Nihil, ait[c], omnino, nisi quod deceat, & honestum sit, futurorū magis, quàm præsentium metimur formula: nihilque vtile, nisi quod ad vitæ illius æternæ prosit gratiam, definiens, non quod ad delectationem præsentis; neque aliqua commoda in facultatibus, & copiis opum constituens, sed incommoda hæc putans, si non reijciantur, eaque oneri magis, cùm sint, æstimari; quàm dispendio, cùm erogantur. Primum igitur officium ab honesto, & decoro ductum dixit esse loquendi modum[d]. Hoc, inquit, sacrificium laudis Deo dependitur. Hoc reuerentia exhibetur, cùm scripturæ diuinæ leguntur. Hoc honorantur parentes. Scio plerosque loqui, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cùm sibi non prosit loqui. Sapiens, vt loquatur, multa prius considerat: Quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. Est ergo & tacendi, & loquendi modus. Est etiam in factis modus. Ita ergo informati simus, vt bonarum rerum subeat animum cogitatio; appetitus autem rationi obtemperet. Si verò & illud decorum custodiamus, animum volumus intendere, ne rationem excludat rei alicuius affectus, sed ratio, quid honestati conueniat, examinet.

a *lib. 2. offic. cap. 6.*

b *lib. 2. cap. 1.*

c *lib. 1. offic. cap. 9.*

d *d. lib. 1. cap. 10.*

Primum officiū honestatis est loquendi modus.

Quæ sapienti loituturo considerāda sint.

Diuiditur autem sermo in duo, videlicet, in colloquiū familiare, & in tractatum fidei. In vtroque seruandū, ne sit aliqua perturbatio, sed tanquam mitis, & placidus, & beneuolentiæ plenus, & gratiæ, sine vlla sermo ducatur contumelia[e]. Vox sit simplex, & pura, sit distincta pronunciationis modo, & plena succi virilis, vt agrestem, ac subrusticū fugiat sonum, nō vt rythmū affectet scenicū, sed mysticū sonet, ac seruet[f]. Tractatus verò seu doctrina fidei duplex est. Alius enim fit, dū in scholis publicis auditores de fide, & aliis ad doctrinam Christianam pertinentibus instruuntur. De quo supra dictum est. Alius verò, qui in ecclesiis fit, populi potissimum instituendi, & erudiendi in fide, & iustitia causa, & eundē monendi, vt vitia,

Diuisio sermonis.

e *Amb. d. lib. 1. cap. 22.*

f *Amb. d. cap. 22.*

Tractatus fidei duplex.

vt vitia, & peccata fugiant; virtutes verò amplectan-
& sectẽtur. Hic autem tractatus, vt idem Ambrosius
a d. cap. 22. quit a, neque nimium prolixus sit, neq; citò interrup-
ne vel fastidium derelinquat, vel desidiam prodat,
Qualis debeat esse oratio seu concio. incuriam. Oratio seu concio sit pura, simplex, dilu-
atque manifesta, plena grauitatis, & ponderis, non
ctata elegantia, sed non intermissa gratia. Ad quam
tiam concionandi consequendam plurimum profu-
D. Ioannis Chrysostomi Homilias diurna nocturna
versare manu. Quot autem concionum sint genera
tuplex status, quæ singularum partes, & quomodo
mari, & parari debeãt, nostri instituti non est hic trad
Verùm si quis illa scire desideret, legat is de forma
sacris concionibus libros Laurentij Xerezani Theolo
& ecclesiasticam Rhetoricam de ratione concionã
Ludouici Granatensis Theologi. Insignis quoque
per hac verbi Dei prædicatione constitutio est edita
concilio prouinciali Mediolanensi, præside Illust.mo
b an. Dn. 1566. R.mo D. Carolo Borrhomæo Archiepiscopo b, qui
omnibus pastoribus in manu esse, & diligenter
optarem.

Verùm quia hisce concionibus multus in Eccles
c Sess. 5. de ref. cap. 2. irrepserat abusus, idcirco SS. Tridentina Synodus c a
maduertens Christianę reipublicæ non minus necessa
esse prædicationem Euangelij, quàm lectionem, & il
Præcipuũ Episcoporum munus est prædicare Euangelium. præcipuum esse Episcoporum munus d: statuit, & dec
d Concil. Toleta. 11. cap. 2. c. episcopus nullã. dist. 88. Concil. Carthag. 4. c. 20. Remẽs. cap. 14. Arelat. inf. 4. cap. 10. uit, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & o
nes alios ecclesiarum Prælatos teneri per se ipsos, si l
gitimè impediti non fuerint, ad prædicandum sanctu
IESV Christi Euangeliũ. Si verò contigerit Episcopo
& alios prædictos legitimo detineri impedimento: iuxt
formam generalis concilij e viros idoneos assumere
neantur, ad huiusmodi prædicationis officium salubrit
exequendum. Si quis autem hoc adimplere cõtempser
districtę subiaceat vltioni. Archipresbyteri quoque, P
bani, & quicumq; parochiales, vel aliàs curam anima
habentes, qui ecclesias quocumque modo obtinent, p
se, vel alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebu
saltem Dominicis, & festis solennibus plebes sibi com
missas pro sua, & earum capacitate pascant salutarib
verbis

verbis[a]: docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternã euadere, & cœlestẽ gloriam consequi valeant. Id verò si quis eorum præstare negligat, etiam si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione exemptum se esse prætenderet: etiam si Ecclesiæ quouis modo exẽptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesin existenti, forsan annexæ vel vnitæ, modo re ipsa in diœcesi sint, prouida pastoralis Episcoporum solicitudo nõ desit, ne illud impleatur. Parauuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque vbi ab Episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu aliàs ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur, ita vt etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorũ fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces soluatur, donec principalis ipse resipiscens officium suum impleat.

Si quæ verò parochiales Ecclesiæ reperiantur subiectę monasterijs in nulla diœcesi existentibus: si Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, à metropolitanis, in quorũ prouincijs diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam quo ad hoc, Sedis Apostolicę delegatis compellantur, neque huius decreti executionem consuetudo vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire valeat, quousq; desuper à competenti iudice, qui summariè, & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum & decisum fuerit. Regulares verò cuiuscumque ordinis, nisi a suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum ordinum, prædicare nõ possint[c]: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneãtur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs verò, quæ suorum ordinum non sunt, vltra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur[d]: sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum ordinum nullo modo prędicare possint. Ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.

Si verò, quod absit, prędicator errores, aut scandala

C dissemina-

a *c.exiit.§.habetur etiam de verb signifi in 6.concil., constãtino.6. cap.8. concil. lateran. sub leõ.10.sess. 11.concil. Magunti,1.cap.25.*

b *Hierem.thr. 4.*

Pastores negligentes cõcionari, quomodo puniendi.

Regulares quomodo ad prædicandũ admitti debeant.

c *Conc.lat: sub leone,10, sess.11.*

d *c. excõmunicamus,§.quia uerò de hæretic.*

Mali prædicatores quomodo coercendi & puniendi.

disseminauerit in populum, etiam si in monasterio vel alterius ordinis prædicet: Episcopus ei prædicat interdicat. Quod si hæreses prædicauerit, contra eum cundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinē cedat, etiam si prædicator ipse generali, vel speciali uilegio exemptum se esse prætenderet. Quo casu Epis pus auctoritate Apostolica, & tanquam sedis Apost cæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne prædicator, vel ex falsis informationibus, vel aliàs niosè vexetur, iustámve de eis conquerendi occasio habeat.

Caueant præterea Episcopi, ne aliquem vel eorum cum sint nomine regulares, extra claustra tamen & dientiam religionum suarum viuunt, vel presbyter sæcularium, nisi ipsis noti sint, & moribus atque doct probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætex sua ciuitate vel diœcesi prædicare permittant, donec ipsis Episcopis super ea re sancta Sedes Apostolica c sulatur: à qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veri & expresso mendacio ab indignis extorqueri, verisi le non est.

Quæstuarij ad prædicandū non sunt admittendi.

Quæstores verò eleëmosynarij, qui etiā vulgò q stuarij dicuntur, cuiuscumq; conditionis existant, modo, nec per se, nec per alium prædicare præsuman contrafacientes, ab Episcopis, & Ordinariis locorū, uilegiis quibuscumq; non obstantibus, opportunis re diis omnino arceantur. [a]

a c. cum ex eo. de pœniten. c. vt officiū. §. cōpescendi. de hæret. in 6. cle. abusionibus. de pœnit. n. b cap. 4. de reform. sess. 24.

Et quia hoc prædicationis munus Episcoporum pra puum est, vt suprà dictum est, cupiens prædicta sa Synodus Tridentina quò frequentius possit ad fidei salutem exerceri, prædictos canones aptius præsentu temporum vsui accommodādo mandat [b], vt in Eccl sua ipsi per se, aut, si legitimè impediti fuerint, per quos ad prædicationis munus assument, in aliis aut clesijs per parochos, siue ijs impeditis, per alios ab scopo, impensis eorum, qui eas præstare, vel tenentur, solent, deputādo in ciuitate, aut in quacumq; parte di cesis, censebunt expedire, saltem omnibus Domini & solemnibus diebus festis, tempore autem ieiuno quadragesimę, & aduentus Domini quotidie, vel sal

Quando parochus concionādum sit.

o tri

tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, sacras scripturas diuinamque legem annuntient; & aliàs quotiescumq; id opportunè fieri posse iudicauerint. Moneatque Episcopus populum diligēter, teneri vnūquemque parochiæ suæ interesse, vbi commodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei [a], nullus autem secularis siue regularis, etiam in ecclesijs suorum ordinum, contradicente Episcopo prædicare pręsumat. Iidem etiam saltem dominicis, & alijs festiuis diebus pueros in singulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parētes, diligenter ab ijs, ad quos spectabit doceri curabūt, & si opus sit, etiā per censuras ecclesiasticas compellent: non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus.

a c. omnes. c. sacerd. de consecrat. dist. 1. cano. apostolo. cap. 10. concil. carthag. 4. ca. 24.

Quid pueris diebus dominicis & festis docendum.

Vt autem fidelis populus ad suscipienda sacramenta maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat, præcipit eadem sancta Synodus [b] Episcopis omnibus, vt non solùm, cùm hęc per se ipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & vsum pro suscipientiū captu explicent, sed etiam idem à singulis parochis piè, prudenterque etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit, seruari studeant, iuxta formam à sancta Synodo in catechesi singulis sacramentis pręscribēdam: quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti atque à parochis omnibus populo exponi curabūt: necnon vt inter missarum solemnia, aut diuinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent: eademq; in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.

Quid populo docendum sit, vt dignè sacramenta suscipiat.

b d. sess. 24. de refor. cap. 7.

Catechismus Synodi Tridētinæ.

Cęterum omnes verbi Dei concionatores memores sint illius, quod D. Ioan. Chrysostomus [c], ipsis dici voluit in hæc verba [c]: Malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim tuo sedes: siquidem bene vixeris, & bene docueris, populum instruis: Si bene docueris, & malè vixeris, tui solius cōdemnator eris. Nam bene viuendo, & bene docendo, populum instruis, quomodo viuere debeat: Bene autem docendo, & malè viuendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare.

c Hom. 43. ad cap. 23. Matth. & in c. multi. dist. 40.

Quis bonus, & quis malus sit cōcionator.

Ad sermonem fidei, & doctrinæ faciendum, Ecclesias regendas quales assumendi sint; & quod hi propter ipsis residere debeant Ecclesijs.

CAP. VIII.

a sess. 6. de reform. cap. 1.

SAcrosancta Tridentina Synodus[a] ad restituend collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinã, prauatosque in populo Christiano, & clero mo emendandos se accingere volens, ab ijs qui maioribus clesiis præsunt, initium censuit esse sumendum. Integri enim præsidentium, salus est subditorum,[b] Confiden taq; per Domini ac Dei nostri misericordiã, prouidam ipsius Dei in terris vicarij solertiam omnino futur vt ad ecclesiarum regimen, onus quippe angelicis hum ris formidandum, qui maximè digni fuerint, quoru prior vita, ac omnis ætas, à puerilibus exordiis, vsq perfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesiasti laudabiliter acta testimonium præbeat, secundum ve rabiles beatorum patrum sanctiones assumantur,[c] om Patriarchalibus, Prouincialibus, Metropolitanis, & ca dralibus ecclesiis quibuscumq; quouis nomine, ac tit præfectos monet, ac monitos esse vult, vt attendentes bi, & vniuerso gregi, in quo Spiritussanctus posuit regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, gilent, sicut Apostolus præcipit,[e] in omnibus laborẽt, ministerium suum impleant: implere autem illud se quaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercen riorum more deserant: atque ouium suarum, quarũ sa guis de eorum est manibus à supremo iudice require dus.[f] custodiæ minimè incumbant; cùm certissimum s non admitti pastoris excusationem, si lupus oues com dit, & pastor nescit. Ac nihilominus, quia nonnulli, qu vehementer dolendum est) hoc tempore reperiuntur, q proprię etiam salutis immemores, terrenaq; cælestibu ac diuinis humana præferentes in diuersis curiis vaga tur, aut in negotiorum temporalium solicitudine, ou derelicto, atq; ouium sibi commissarum cura neglecta detinent occupatos.: placuit SS. Synodo antiquos cano nes,[g] qui temporũ, atq; hominũ *iniuria penè in desu tudinem abierunt aduersus non residentes promulgato

Reformatio à maioribus ecclesiis initium sumere debet.

b c. Miramur. dist. 61.

c c. In sacerdotibus. c. miramur. c. episcopũ. c. fin. dist. 61.

d Act. 20.

e 2. Timo. 4 c. sit rector. dist. 43. c. aduersus 7. q. 1 c. nisi. de renũti.

f Ezech. 33. & 34. Act. 20. d. c sit rector.

g c. 1. & alijs sequẽ. de cler, nõ resid. c. peruenit cũ multis sequẽ, 7. q. 1. c. cũ ex eo de electi. in 6.

** al. in curia.*

inouat

innouare, quemadmodum virtute præsentis decreti innouat: ac vlterius pro firmiori eorundem residentia, & reformandis in ecclesia moribus, in hunc qui sequitur modum statuere, atque sancire. Si quis à patriarchali, primatiali, metropolitana, seu cathedrali ecclesia, sibi quocumq; titulo causa, nomine, seu iure commissa, quacumq; ille dignitate, gradu, & præeminētia præfulgeat, legitimo impedimēto, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis,[a] extra suam diœcesim morādo abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ ecclesiæ. & pauperibus loci per Superiorem ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrat. Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente verò contumacia, vt seueriore sacrorum canonum censuræ subijciatur, metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes: metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, pœna interdicti ingressus ecclesię eo ipso incurrenda infra tres menses per literas, seu nuntium Romano Pōtifici denuntiare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctoritate animaduertere, & ecclesiis ipsis de pastoribus vtilioribus prouidere poterit,[b] sicut in Domino nouerit salubriter expedire.

Episcoporū ab ecclesiis suis absentia quando & quomodo punienda.

a arg. c. ex tuè de cle. nō resid.

b c. relatū, c. ex parte & 3. sequen. & c. fin. de cleric. non residen.

Episcopis inferiores quæuis beneficia ecclesiastica personalem residentiam de iure, siue consuetudine exigentia in titulum, siue commendam obtinentes, ab eorum ordinarijs, quemadmodum eis pro bono ecclesiarum regimine. & diuini cultus augmento, locorum, & personarū qualitate pensata, expediens videbitur opportunis iuris remedijs residere cogātur,[c] nulliq; priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur, Indulgentijs verò, & dispēsationibus tēporalibus, ex veris & rationabilibus causis tantum concessis, & coram Ordinario legittime probādis in suo robore permansuris: quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum, tanquàm in hac parte à sede Apostolica delegatorum, prouidere, vt per deputationem idoneorum vicariorum, & congruæ portionis

Habentes beneficia personalē residentiam exigentia, ad hāt faciendā compellendi Iunc. concil. Trid. sess. 6. de refor. cap. 2.

c c. ex parte, c. inter c. ex tuæ. c. conquerente. & c. fin. de cleric. nō resid.

fructuũ assignationẽ, cura animarũ nullatenus negligatur a nemini quòd ad hoc priuilegio, seu exẽptione quicunque suffragante.

Cùm autẽ præcepto diuino mandatũ sit omnibus, quibus animarum cura cõmissa est, oues suas agnoscere[b], pro his sacrificiũ offerre, verbiq; diuini prędicatione, sacramentorũ administratione, ac bonorũ omniũ operum exemplo pascere pauperum, aliarũq; miserabiliũ personarum curam paternam gerere, & in cętera munia pastoralia incumbere, quę omnia nequaquam ab ijs præstari, impleri possunt, qui gregi suo nõ inuigilant, neq; assistũt sed mercenariorum more deserũt[c]: SS. Tridentina Synodus eos admonet, & hortatur[d], vt diuinorum præceptorũ memores, factiq; forma gregis[e], in iudicio, & veritate pascant & regant. Ne verò ea quæ de residentia sanctè & vtiliter iam ante sub felicis recordationis Paulo 3. sancita fuerant[f], in sensus à SS. Synodi mẽte alienos trahe rentur, ac si vigore illius decreti quinq; mensibus cõtinuo abesse liceret, illis inhærendo declarauit eadẽ SS. Synodus sub Pio 4. omnes patriarchalibus, primitialibus, metropolitanis ac cathedralibus ecclesiis quibuscũque, quocunq; nomine, & titulo præfectos, etiã si sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in suam ecclesia, vel diœcesi residentiã, vbi iniuncto sibi officio defungi teneãtur: neq; abesse posse, nisi ex causis & modo infrascriptis. Nã cum Christiana charitas vrgẽs necessitas, debita obediẽtia, ac euidens ecclesię vel reipublicę utilitas[g], aliquos nonnũquam abesse postulẽt, & exigant decernit eadẽ SS. Synodus, has legitimę absentiæ causas à beatissimo Romano Pontifice, aut à metropolitano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residẽte, quibus idẽ metropolitani absentiam probare debebit, insciptos esse approbandas: nisi cùm absentia inciderit propter aliquod munus, & reipublicæ officium, episcopatibus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notorię, & interdum repentinę, ne eas quidem significari metropolitano necesse erit: Ad eũdem tamẽ cũ cõcilio prouinciali spectabit iudicare de licẽtijs à se, vel suffraganeo datis, & videre, si quis eo iure aburatur: & vt pœnis canonicis errãtes puniantur, Interea meminerint discessuri, ita quibus suis prouidendum

a *c fin. de inscrip. in 6. c. cũ ex eo. de elect. in 6. c. beneficium. d. regularibus. in 6.* *Quid faciendũ curam animarum habẽtibus.*

b *Ioan. 21. Act. 20 c. Ephesijs dist. 43. c sicut. 7. q. 1. c. in scripturis. c. quiepiscopatũ. c. l cet 8. q. 1.*

c *Ioan. 10. c. sit rector. dist. 43.*

d *sess. 23. de reform. cap. 1.*

e *1. Petri 5.*

f *sess. 6. de reform. cap. 1.* *Causæ propter quas ab ecclesijs suis Episcopi abesse possint.*

g *c. relatum. c. inter. c. ad audientiã de cleric. nõ resid. c. vnico. eodẽ tit. in 6. c. ad supplicationem. de renuntia. c. quorundã dist 74. c. præsentium. 7. q. 1.*

dendum, vt quantũ fieri poterit, ex ipsorũ absentia nullũ damnum accipiant [a]: Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersuri sunt; SS. Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, siue continuum, siue interruptũ, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos aut ad summum tres menses excedere: & haberi rationem vt id æqua ex causa fiat, & absque vllo gregis detrimento, quod an ita sit, abscedentium, conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam, & timoratã fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulẽter agere, suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius tẽporis spatiũ, Dominici Aduentus, Quadragesimæ, Natiuitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes [b], item, & corporis Christi diebus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere pastoris præsentia oues debeant, & ipsi ab ecclesia sua cathedrali vllo pacto absint, nisi episcopalia munia in sua diœcesi eos aliò vocent.

Si quis autem, quod vtinam nunquam eueniat, contra huius decreti dispositionem abfuerit: statuit SS. Synodus præter alias pœnas aduersus non residentes sub Paulo 3. impositas, & innouatas [c], ac mortalis peccati reatũ quem incurrit: eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta cõscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse: sed teneri aut ipso cessante per Superiorem ecclesiasticum illos fabricę ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare: prohibita quacũq; cõuentione, vel cõpositione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur: ex qua etiã prædicti fructus in totũ, aut pro parte ei remitteretur: nõ obstantibus quibuscumq; priuilegijs, cuicũque collegio, aut fabricę cõcessis.

Eadem omninò, etiam quò ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuscumque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat & decernit; ita tamen, vt quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata abesse contigerit, vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione relinquāt. Discedendi

[a] *c. cum ex ee. de elect. in 6. c. beneficium. de regul. in 6. cõcil. Sardicens. cap. 14. Quamdiu Episcopi singulis annis ab ecclesiis suis abesse possint.*

Quibus annis temporibus Episcopi ab ecclesiis suis abesse non possint.

[b] *c. si quis in cleric. 7. q. 1. cõcil. Agathen. cap. 64.*

Pœnæ Episcoporũ absentiãtiũ se ab ecclesiis suis.

[c] *sess. 6. de refor. cap. 1. c. 2. c. relatũ. c. conquerent. c. ex parte. & 3. sequent. & c. fin. de cleri. nõ residen.*

Pœnæ curatorum inferiorũ qui ab ecclesiis suis absunt.

Inferiores curati quamdiu & quomodo à suis ecclesijs abesse possint.

autem licentiam in scriptis, gratisq; concedendam vl[...] bimestre tempus, nisi ex graui causa, non obtineāt. Qu[...] si per edictum citati etiam non personaliter, contumac[...] fuerint: liberum esse vult Ordinarijs, per censuras eccl[...] siasticas, & sequestrationem & subtractionem, fructuu[...] aliaq; iuris remedia, etiam vsque ad priuationem, com[...] pellere, nec executionem hanc, quolibet priuilegio, licen[...] tia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscum[...] beneficij, pactione, statuto, etiam iuramento vel quaci[...] que auctoritate confirmato, consuetudine etiam imme[...] morabili, quæ potius corruptela censenda est, siue appe[...] latione aut inhibitione, etiam in Romana curia, vel vig[...] re Eugenianæ constitutionis,[a] suspendi posse. Postrem[...] tam decretum illud sub Paulo 3,[b] quam hoc ipsum in c[...] cilijs prouincialibus, & Episcopalibus publicari sanc[...] Synodus præcipit: cupit enim quæ adeo ex pastorū m[...] nere, animarumque salute sunt, frequenter omnium a[...] ribus, mentibusque infigi, vt in posterum, Deo iuuant[...] nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut d[...] suetudine aboleantur.

a c. diuina. de priuilegiis in extrauagant. com.

b sess. 6. cap. 1. & 2.

Super residentia curam animarum habentium, & ali[...] residere debentium Pij Papæ quarti bulla.

CAP. IX.

IN suprema ecclesiæ militantis specula, meritis lic[...] insufficientibus, diuina dispositione constituti, cu[...] ctos, non solum vigilantia nostræ commissos dom[...] nicos greges: sed etiam singulorum pastorum suorū [...] ctus intensa nostræ mentis acie collustrātes, studium e[...] ficax, operam sedulam ad hoc omnino statuimus adhibe[...] re, vt quemadmodum operosum sacri concilij Triden[...] tini progressum, felicemque exitum, Domino cooperā[...] te, præstitimus: ita sanctissima illius decreta, ipsorū præ[...] sertim, qui in Apostolicæ solicitudinis partē vocati sun[...] pastorum officia concernentia, non tepidè, neque dissim[...] lanter exequāmur. Sanè licet in concilio præfato salube[...] rima fuerit ordinatione decretum, quod omnes & singu[...] li venerabiles fratres nostri, Patriachæ, primates, Archie[...] piscopi, & Episcopi, & alij beneficiati, apud ecclesias spō[...] sas suas residere teneantur: nonnulli tamen, quod non s[...]

ne ani[...]

ne animi nostri mœrore referimus, adeo sui gregumque quos olim deperditos, Saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, vt etiá nunc in alma Vrbe, vel alibi commorantes, & sacrosancta spiritualis matrimonij inter eos, suasque ecclesias solemniter contracti iura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas, ac prædictas ecclesias quomodocúque sibi concessas inuisere, & apud illas, vt probos & prouidos patresfamilias decet, residere non curent, in perditionem animarum suarum, & subditorum suorum, ac pernicioſum exemplum, & scandalum plurimorum: nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam temporalis pœnæ metu frangendam, seu conuincendam esse censentes motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, Præsatis, ac alijs quibuscumq; etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia, præfulgẽtibus prædictas ecclesias in commendam vel administrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus, & alijs quibuscumq; beneficiatis curam animarum habẽtibus, qui, iuxta decreti super residentia in consilio prædicto promulgati tenorem [a], personalem in suis ecclesijs residentiam facere tenentur, in virtute sanctæ obedientię, & vltra pœnas in dicto decreto concilij contentas, etiam sub priuationis eorum à regimine, & administratione ecclesiarum suarum, ac alijs nostro & pro tempore existentis Romani Pontificis successores nostri arbitrio imponendis pœnis, districte præcipiendo per Apostolica scripta mãdamus; quatenus omni mora cessante in eiusdem suis ecclesijs, iuxta formam, & tenorem dicti concilij personaliter residẽat. Et nihilominus si quis mandato nostro huiusmodi, quod absit, non parere contigerit, ne etiam tales absentes melioris in hac parte conditionis, quàm ceteri in suis ecclesiis residentes existant, hac nostra perpetuó valitura sanctione per præsentes statuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia & singula mobilia, immobilia, etiam in Vrbe vel eius districtu existentia, & se mouentia res & bona, iura & actiones cuiuscumq; qualitatis, quantitatis, & valoris, ac vbicumq; locorum consistant ad Patriarchas, Primates

[a] *Sess. 6. cap. 1. de reforma. & sess. 23. de ref. cap. 1.*

Alia pœna, vel tracas quæ a concil. Triden. decret. sunt, cõtra curatos nõ residentes.

Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcu
que, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu & pr
minentia præfulgentes, eccleſias prędictas in titulum
commendam, ſiue adminiſtrationem, aut alio quouis
mine obtinentes, & alios quoſcumque beneficiatos
ram animarum habentes, qui extra prędictas eccleſia
dioeceſes, etiam in Romana curia, aut alibi degentes
iuxta decretum, & formam concilij huiuſmodi non
dentes deceſſerint, pertinentia, & per illos ſuarum ec
ſiarum, ac quorumcumque monaſteriorum, prioratu
præpoſiturarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſti
rum, cum cura, & ſine cura, ſecularium & regula
quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, redd
um, & prouentuum eccleſiaſticorum: necnon penſio
animarū ſibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus &
uentibus reſeruatarum, & aſſignatarum occaſione q
ſita, etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorum
te teſtandi, & aliàs libere diſponendi à nobis, & qui
uis aliis Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus, & ſu
ceſſoribus noſtris, etiam cum clauſulis, quod facult
huiuſmodi reuocari nequeant, alijſque irritantibus dec
tis obtinuerint, & in vim illarum literarum deſuper
fectarum de rebus & bonis huiuſmodi iam diſpoſueri
tanquam ſpolia ad cameram Apoſtolicam legitimè po
tineant, liceatque dilectis filiis moderno, & pro tempo
exiſtenti commiſſario noſtro generali, & ſuis dictę
cameræ deputatis in euentuum deceſſus huiuſmodi, ſoli
inuentarium ſuper rebus, & bonis præfatis conficere, i
laque prout de reliquis clericorum ſpolijs fieri ſolet, a
dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis g
neralis theſaurarij manus redigere, dictæq; camerę app
care, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita. Ac ſe
cultates, & deſuper confectas literas prędictas etiã, mo
tu & ſcientia ſimilibus, etiam in recompenſam laborum
& obſequiorum, etiã nobis, & Eccleſiæ Romanæ, dict
que ſedi impenſorum, quomodolibet conceſſas, & etia
iteratis vicibus approbatas, illarum omniũ tenores pr
ſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſert
habentes in euentum obitus huiuſmodi, etiam ſi in Vr
be, aut eius diſtrictu, vel alibi extra ſuas eccleſias, vt præ
ferru

Fructus & reditus beneficiorũ in abſentia nõ legitima percepti tanquam ſpolia cameræ apoſtolicæ applicandi ſunt.

fertur cõtigerit, ex nunc prout ex tunc. & è contra in dicte contumaciæ pœnam eiusdem potestatis plenitudine, & tenore reuocamus, cassamus, & annullamus. Ac tã eos quàm carum prætextu quomodolibet pro tempore condita, facta; testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones quaslibet, etiam ad pia causas, vel in remunerationem seruitiorum, nulla, & inualida, nulliusq; roboris, vel momenti fore, neq; quicquam contra præsentium tenorem suffragari. Et sic per quoscũque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam sanctæ Romanę Ecclesię Cardinales, in quauis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, iudicari, & definiri debere. Ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignorãter attentari cõtigerit, irritum, & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorum Pontificum prędecessorũ nostrorum ordinationibus, reseruationibus, & decretis, quo ad Prælatorum, & aliorum beneficiatorum, etiam in suis ecclesijs, aut dioecesibus residentium, & ibi decedentium, quę etiam ampliamus, & extendimus ad habentes ecclesias in vrbis districtu, ibique residentes, & decedentes, spolia cameræ applicata Apostolicæ, hactenus emanatis, nullatenus præiudicare, neq; quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, vt antea, manere volumus, præterquam quò ad eos, qui in suis ecclesiis iuxta formam prædicti concilij residerint, & specialem licentiã testandi habuerint, hanc enim tantùm saluam eis esse volumus. Ita vt generalis licentia testandi eis, quãquam residentibus, minimè suffragetur, sed sola speciali, si quam habuerint, tueri se possint. Cæterum vt præceptum, mandatum, statutum, ordinatio, reuocatio, cassatio, decretum, & alia præmissa, præsentesq; literæ, ad eorum, quorũ interest notitiam deducantur, nullusque possit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuò firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus, quod eædem præsentes in basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ nostræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex cursoribus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissã ab ea die omnes perinde arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent, non

Ampliatio prædictæ bullæ.

Ad testandũ de reditibus beneficiorũ requiritur specialis licentia.

nō obstātibus præmissis, ac in fauorem curialium pe
rec. Sixtum 4. Leonem 10. Iulium 3. & quoscum
lios Rom. Pont. prædecessores nostros, ac etiam per
editis, & approbatis, necnon alijs literis, constitutio
bus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contra
quibuscumque, Nulli ergo omnino hominum liceat h
paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinatio
reuocationis, cassationis, annulationis, decreti, amplia
onis, extentionis. intentionis, & voluntatis infring
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc att
tare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei
beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit
cursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum anno
carnationis Dominicæ 1564. septimo Kal. Decem
Pontificatus nostri anno quinto.

Super executione concilij Tridentini, & prædictæ bullæ quarti, & quinti constitutiones.

CAP. X.

MOtu proprio &c. Cùm tā per sacrosanctū œcu
menicum concilium Tridentinum, quam etiam
per nostras literas, siue bullas etiam desuper em
natas, & inter alias sub dat. Romæ apud sanctum Petrum
anno incarnationis Dominicæ 1564. septimo kal. D
cemb. Pontificatus nostri anno quinto, mādatum sit om
nibus Episcopis, Archiepiscopis, & alijs, quibus anima
cura commissa est, oues suas agnoscere, pro eis sacrifici
offerre, verbique diuini prædicatione, sacramentorū ad
ministratione, ac bonorum omnium exemplo pascere
pauperum aliorumq; miserabilium personarum curā pa
ternam gerere, & signanter munera pastoralia, & eis di
ligenter incumbere, & assistere, aliaque facere, quæ in d
cto sacro cōcilio, & in dictis nostris literis siue bullis cō
tinentur. Quæ omnia nequaquàm ab eis præstari, & ad
impleri possunt, cum gregibus suis non inuigilant, neque
assistunt, sed mercenariorum more oues suas deserūt, &
propterea debuissent, & deberent omnes, & singuli Epis
copi, Archiepiscopi, & alij in dignitatibus ecclesiastici
constituti, & præfecti, & quibus animarum cura existit,
iuxta diuina præcepta, & prædicti œcumenici concilij, ac
prædicta

Cur mandata sit pastoribus residentia.

prædictarum nostrarum literarum, seu bullarum vim, formam, continentiam & tenorem ad earum respectiué ecclesias diœcesi. ac alia beneficia, quibus personalis residẽtia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiam facien. sese contulisse, ac omnia, & singula in eisdẽ præceptis, concilio, & literis siue bullis respectiué contenta adimpleuisse, & obseruasse. Attamẽ sicut accepimus multi & multi præfatorũ præceptorũ & mandatorũ contẽptores, animarumque suarum, propriæ salutis immemores in dictis dignitatibus ecclesiasticis, quibus cura animarũ imminet, ac Episcopalibus, & Archiepiscopalibus respectiué constituti præmissa facere, & adimplere hactenus minimé curarunt sed distulerunt, & differunt in graue animarum suarum, gregumque sibi commissorum periculum, & ouium suarum pernicioſum exemplum, & scandalũ, sentẽtias, censuras, & pœnas propterea sibi inflictas temeré, & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia, cùm non sint coniuentibus oculis, aut impuné prætermittenda sed grauiter, vt cęteris transeant in exemplum, cùm iam per tot menses inobedientes fuerint, censuras præfatas sustinen. motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine dilecto filio nostro Alexandro Riario Cameræ Apostolicæ generali auditori, cui alias etiam, seu prædecessori suo viuę vocis oraculo commisimus, vt dictos Episcopos, Archiepiscopos, & alias personas ecclesiasticas, animarum curã habentes non residentes pœnas præfatas in dicto cõcilio, & literis, siue bullis nostris contentas incurrisse declararet, & ad illarum effectualẽ executionem, aliaque grauiora procederet vocis oraculo commisimus: tamen quia non nulla monitoria contra certos Episcopos, & alias personas præfatas in vim commissionis nostræ huiusmodi sibi factæ tunc decreuerat, & relaxauerat, ne in posterum de illius iurisdictione dubitari contingat, denuó eidem auditori nostro nunc officium auditoratus, exercẽti auctoritate nostra committimus, & mandamus, quatenus statim tam cõtra Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscũque Prælatos, tã in Vrbe, quàm alibi, & vbiq; locorũ existen. & in propriis diœcesibus non residen. constito sibi, quantum sufficere videbitur summariè, simpliciter,

& de

& de plano, sola veritate inspecta, & manu regia de
obedientia propria vsque ad sententiam exclusiue proc
dat, & deinde nobis referat, vt nos in consistorio nos
secreto de fratrum nostrorum consilio, vt moris est,
sententiam priuationis, & depositionis Prælatorũ inob
dientium huiusmodi procedere valeamus, prout proc
dere intendimus. Quo verò ad alios curam animarũ h
bentes vsq; ad sententiam inclusiue procedat, & exec
tur iuxta formam, & tenorem dicti concilij, & literar
nostrarum prędictarum, cum eisdẽ facultatibus, vt supr
ac alia faciat, & exequatur, prout in dictis literis siue bu
lis continetur, cum potestate, citãdi, inhibendi, excõm
nicandi, suspendendi à diuinis, declarandi, interdicẽdi, a
grauandi, reaggrauandi, carcerandi, & brachium secula
decernendi, relaxandi, & exequendi, aliaque faciendu
cessaria quomodolibet, & opportuna. Contrarijs quibu
cumque non obstantibus: & quod prędictis nostri Mot
proprij sola signatura sufficiat: ac vbique fidem faciat
iudicio, & extra, regula contraria & alijs quibuscumqu
quibus omnibus expressè derogamus, non obstantibu

Episcopi nolẽtes residere, quomodo episcopatus suo priuandi & deponendi sunt.

Inferioribus curatis residere nolẽtibus, quæ pœnæ infligẽdæ.

Pij verò quinti contra omnes ecclesiasticas perso
curam animarum habentes, constitutio hæc est:
Motu proprio, &c. Cùm alias per felic. rec. Pium 4. pr
decessorem nostrum iuxta formam concilij Tridentin
& aliarum bullarum emanatarum, tã ab ipso Pio præd
cessore nostro, quàm alijs Rom. Pontif. Motu proprio o
ius tenores pro expressis haberi volumus, ex ipsius co
ta scientia, & de Apostolicę potestatis plenitudine fuer
mandatum dilecto filio Alexandro Riario nostro, & c
rię causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, u
omnes Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alia
ecclesiasticas personas curam animarum habentes, nõ re
sidentes pœnas in dicto concilio, & bullis contentas in
currisse declararet, & ad illarum effectum executioni de
mandentur, per eũdem Alexandrum Auditorem nostru
& vt ne de eius iurisdictione in posterum dubitari cõtin
gat: denuo eidem Auditori nostro auctoritate nostra cõ
mittimus, & mandamus, quatenus statim, tam contra E
piscopos quàm Archiepiscopos, & alios quoscũque Prę
latos tam in Vrbe, quàm alibi, & vbiq; locorum existen

Renouat Pius 5. commissionẽ datam à Pio 4. contra non residentes.

Innouat Pius 5. formam procedẽdi & pœnas à Pio 4. constitutas cõtra non resid.

& in

& in proprijs diœcesi. non residen. constito sibi quantũ sufficere videbitur summariè, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu regia de inobedientia propria vsq; ad sententiam exclusiuè procedat, & deinde nobis referat, vt nos in consistorio nostro secreto de fratrũ nostrorum consilio, vt moris est, ad sententiam priuationis, & depositionis Prælatorum inobedientium huiusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quò verò ad alios curam animarum habẽtes vsq; ad sententiam iuclusiuè procedat, & exequatur iuxta formam, & tenorem dicti concilij, & literarum nostrarum prefatarum, cum eisdem facultatibus, vt suprà, & alia faciat & exequatur, prout in dictis literis, siue bullis continetur, cũ potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendẽdi à diuinis, declarandi, interdicendi, aggrauãdi, reaggrauandi, carcerandi, & brachium sęculare decernẽdi, relaxandi, & exequendi, aliaque faciendi necessaria quomodolibet, & opportuna, contrarijs quibuscũque non obstantibus. Et quòd præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, ac vbique fidem faciat in iudicio, & extra regula contraria, & alijs quibuscũque, quibus omnibus expressè derogamus, non obstantibus. Die decima Iunij. 1566. Porrò de canonicorũ & aliorũ beneficiatorum residentia, quia ad sermonẽ populo faciendum non videntur obligari, hic nil dicendũ putamus, sed alibi opportunitatem nacti aliquid dicemus.[a]

a *Vide infrà lib. 4. ca. 17. 18. 24. 25. 26. & 17. & alterum nostrum specu. de malor. hor. tẽp caus. lib. 1. cap. 16. & sequen. lib 2. c. 10. 11. 16. & 17. lib. 3. c. 7. 20. 21.*

De *colloquio familiari.* CAP. XI.

QVoniam à Salomone dictum est[b]: Qui custodit os suum, custodit animã suam, qui autem incõsideratus est ad loquendum, sentiet mala, idcirco, quomodo clerici os suũ custodire debeãt deinceps agere instituimus. Nam vt supra diximus; primum officiũ honestatis D. Ambrosius modo loquendi, & sermoni tribuit. Dabunt igitur inprimis operam omnes clerici, vt sermo eorum in colloquio familiari sit opportunus, Salomonis sapientiam & iudicium secuti, dicentis[c]; Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Nam vt D. Hier. inquit[d], Quoties loquimur, aut nõ in opportuno tẽpore, aut non in opportuno loco, aut

b *Prouerb. 13.*

Primum officiũ honestatis clericorum in quo consistat. Sermo sit opportunus.

c *Prouerb. 15.*

d *in c. quoties. 22. q. 5.*

aut nō vt conuenit audiētibus, toties sermo malus pro
dit de ore nostro, ad destructionem eorum qui audi
Omnis autem sermo malus ex ore nostro procedere
debet, sed si quis bonus est, ad ædificationem fidei, vt
gratiam audientibus, sicut D. Paulus Ephesijs scripsit
Quia pro omni etiā verbo otioso reddituri sum⁹ ra
in die iudicij [b]: At dictorum virtus sæpe perditur, v
Gregorius inquit,[c] cùm apud corda audientium loqu
tas incauta opportunitate leuigatur; & authorem s
hæc eadem loquacitas inquinat, qui seruire auditor
vsum profectus ignorat.

a cap. 4

b d.c. quoties.

c in c. sit rector dist. 43.

Sermo sit prudens, & discretus.

Deinde, vt sit prudens & discretus sermo eorum:
quid temerè, vel inordinatè loquantur, quo corda aud
tiū feriantur: vel ne aut tacēda proferant, aut profer
reticescant. Nam sicut incauta locutio in errorem pro
hit, vt D. Gregorius scripsit,[d] ita indiscretum silentiu
qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Si inordi
tè ad loquendum quis rapitur, erroris vulnere corda
dientium feriuntur, & cùm fortasse sapientem se vid
desiderat, virtutis, & vnitatis compagem insipienter
scindit. Vox ipsa non sit remissa, nō fracta, nihil fæmi
um sonans, qualem multi grauitatis specie simulare co
sueuerunt, sed formam quandam, & regulam, ac succ
virilem obseruans. Hoc est enim iudicio D. Ambrosij
pulchritudinem viuendi tenere, cōuenientia cuiq; se
& personæ reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic
natus ad omnem actionem accommodus. Sed vt mol
culum, & infractum, aut vocis sonum, aut gestum corp
ris non probat, ita nec agrestem aut rusticum. Natura
igitur, inquit, imitemur, eius effigies, formula disciplin
forma honestatis est. Pulchra virtus verecūdiæ est suau
gratia, quæ vt idem dicit,[f] non solum in factis, sed etia
in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris
quendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Specu
enim mentis plerumque in verbis refulget. Ipsum vo
sonum libret modestia, ne cuiusquàm offendat aurē v
fortior. Denique in ipso canendi genere, prima disciplin
verecundia est, imo etiam in omni vsu loquendi, vt se
sim quis aut psallere, aut canere, aut postremò loqui i
cipiat, vt verecunda principia commendēt processu

d in d.c. sit rector.

e lib. 1. offic. cap. 19.

Verecūdia pulchra virtus.

f d. lib. 1. offic. cap. 18.

Speculū mētis in verbis refulget.

In cantu verecūdia seruāda est.

Sensim psallēdum, canendum, & loquēdum est.

Silen

Silentium quoque ipsum, in quo est reliquarum virtutũ otium, maximus actus verecundiæ est. Paulus quoque orationem deferri præcepit [a] cum verecundia, & sobrietate. Primam hanc, & quasi præuiam vult esse orationis futuræ, vt non glorietur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, quò plus defert verecundiæ de recordatione delicti, eò vberiorem mereatur gratiam.

[a] 1. Timoth. 2.

Quanta autem prudentia, & discretio in sermone adhibenda sit, pulchrè ostendit D. Ioannes Chrysostomus: Si quis, inquit [b], vt in quibusdam iustis stateris, nostros velit cogitatus sistere, inter mille secularium sermonum talenta, vix centum denarios spiritualium poterit inuenire verborum, imò nec decem quidem obulos. An verò non turpe maximeque ridiculum sit, res necessarias, certasq; magna plerumque parte seruis, quos habemus, demandare: ori verò quod proprium nostrumque possidemus viliora, quàm mācipijs, nempe inutilia quædam, & superuacua committere? Vtinam verò superuacua tãtùm, non etiam damnosa & noxia; nihilque profutura. Quòd si meliora loqueremur; etiam Deo procul dubio verba oris nostri placerent. Nunc verò quascunque hostis antiquus suggerit locutiones, loquimur; tum quidem ridentes ipsi, tum verò in aliorum risum facetè aliqua & vrbana dicentes: & nunc quidem maledicta iaculantes, & iniurias inferentes; nunc verò mentientes, iurãtes, & nunc quidem de rebus friuolis conquerentes. Nunc verò multiloqua vanitate deliros omnes deliraſque superantes, ea quæ ad nos omnino non pertinent absque vlla in medium ratione proferimus. Quis enim vestrûm, respondete, quæso, qui assistitis, vnum, si exigatur, psalmum potest memoriter edicere, aut scripturarum vllam aliam portionem? Nullus omnino est. Nec tamen solum istud est malum, sed quoniam ad spiritualia desides, & remissi, ad diabolica ignem ipsum ardore superatis. Etenim si quis vos de theatralibus aliquid voluit interrogare canticis, & meretriceos illos, fractosque modulos audire; multos, qui illa etiam diligentissimè didicerint, poteris inuenire, & qui ea cum maxima etiam pronunciẽt voluptate. Sed estne horum criminum tandem aliqua defensio? Non sum ego, inquit, monachus. Hoc enim

[b] in 1. cap. Matth. hom. 2.

Optima quæque verba ori nostro sunt cõmittenda.

Criminum excusatio quæ sit.

est, quod omnia quasi vna quadam peste corrumpit, q
niam lectionem diuinarum scripturarum ad solos pe
tis monachos pertinere; cùm multo magis vobis, qu
illis sit necessaria; qui enim versantur in medio, & c
nera quotidie accipiunt, magis indigent medicamin

Quantus ex scripturis diuinis nascatur profectus.

Quòd si discere cupis, quantus ex scripturis diui
nascatur profectus, temetipsum diligēter examina
lis quidē efficiaris cùm psallis Deo, qualis, cùm diabo
Et quemadmodum quidem affici soleas cùm in ecc
steteris, quemadmodū verò si steteris in theatro, &
debis, quàm sit grāde istius animæ, illiusq; discrimen
cet vna semper in te anima sit. Idcirco enim Apost

a 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

ait[a]: Corrūpunt bonos mores colloquia mala. Itaq; n
duè potētibus spiritus Dei carminibus egemus. Et e
istud est, quo irrationabilibus præstamus animātibus,
certè inferiores sumus in cæteris. Hoc enim nutrime
animæ, hoc ornamentum: vt è regione, Dei non aud

Verbum Dei nutrimentum & ornamentū est animæ.

verbū, fames, atq; internicies est. Dabo, inquit[b], eis nō
mem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi ve
Dei. Quid igitur infelicius esse possit, quā vt, quòd D

b Amos 8.

in pœnam minatur, hoc tu iam sponte in caput tuum
trahens, corroges malum, & inferens animæ tuæ sæv
mā famem, atq; pestiferam, per quam miseriorem

Anima nunc verbis sanatur, nunc læditur.

cunctis omnino rebus efficias. Verbis enim nunc sa
illa solet, nunc corrumpi. Nam & sæpe in iram serm
succenditur, & ab ipso incendio alio rursus sermone
stinguitur: & ad cōcupiscentiam sermo illam obsc
inflāmat, & ad pudicitiam verbum honestatis reduci
autem hoc facit sermo iste communis, respondet: Qu
tu scripturarum eloquia contemnis? Nam si admon
sola tantùm valet, quanto magis si etiam per Spiri

Sermo ex scripturis prolatus quantæ sit efficaciæ.

sancti gratiam ipsa admonitio proferatur? Ex scrip
namque diuinis sermo prolatus ipso igne vehemen
animam audientis accendit, atque in omnium illa
præparat vsum bonorum. Sic etiam Paulus Corinthi
quos inflatos esse cognouerat, ac tumentes, castigatio

c 2. Corinth. 7.

sermonis reddidit mitiores[c]. Et Dauid post peccatu
quoniam sermonem audiuit Dei, ad salutarem illa

d 2. Reg. 12.

pœnitentiam conuolauit[d]. Et Apostoli eodem pacto
cti sunt tales, quales eos fuisse miramur: eodē pacto v
verbi

uersum illi mundū attraxerunt. Et quid, ais, lucri est, quā-do quis audit, & non accedit ad implēda quę dicta sunt? Non paruus est etiam ex ipso profectus auditu. Nam qui audit, & seipsum reprehendit, sæpe & altiùs ingemiscit, & eò quandoq; peruenit, vt studeat etiam implere, quod didicit. Qui verò nec quia peccauit intelligit, quando à peccatis recedet? quando se ipse culpabit? quando etiam emēdare conabitur? Non igitur contēnamus scripturas audire diuinas. Hęc enim diabolicæ inspirationis operatio est, non sustinētis nos aspicere thesaurum, ne diuitias acquiramus. Propterea illis suadet, nihil esse commodi diuinas audire leges, ne quādo ex auditu sequi etiam videat actiones. Deprehendentes igitur hanc illius artem malignam, vndiq; nos muro scientiæ muniamus, vt spiritualibus circūstipati armis, & ipsi permaneamus intacti, & caput deijciamus inimici. Sicq; victoriæ insignibus adornati, futurorum gaudio potiamur bonorū. Huc pertinet & illud D. Hieronymi [a]: Ornet prudentiam verecundia. Diu ante considera, quid loquēdum sit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguę officium libra animi dispenset. Vnde scriptura dicit [b]: Verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris lingua.

Maximus est auditus verbi Dei profectus.

Cur diabolus suadeat non audiendas esse scripturas diuinas.

a in epist. ad Celant. Loquturo quid faciendum.

b Eccles. 28.

In colloquio familiari vitanda est adulatio.

CAP. XII.

QVantopere adulatio nobis vitanda, & fugiēda sit, pulchrè D. Hieronymus demonstratum reliquit, inquiens [c]: Adulatorū assentationes, & noxia blādimenta fallaciæ, velut quasdā pestes animæ fuge. Nihil est, quod tam facilè corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci, & molli vulnere animū feriat. Vnde & quidā sapiens ait: Verba adulatorum mollia, feriunt autē interiora vētris. Et Dominus loquitur per Prophetā [d]: Populus meus, qui beatificāt vos, seducunt vos, & semitas pedū vestrorum dissipant. In multis isto maximè tēpore regnat hoc vitiū, quodq; est grauissimū, humilitatis ac beneuolētię loco ducitur. Eo fit, vt qui adulari nescit, aut inuidus, aut superbus putetur. Est sanè grāde, & subtile artificiū laudare alterum in cōmendationem sui,

c in epist. ad Celant. Adulatio velut pestis animæ fugienda.

d Isa. 3.

Adulatio nūc beneuolentiæ, nūc humilitatis loco ducitur.

& decipiendo animũ ſibi obligare decepti. Quodque maximè vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio ve re. Quæ hæc tanta eſt leuitas animi, quæ tanta vani relicta propria conſcientia, alienam opinionem ſequ quidem fictam atque ſimulatam? Rapi vento falſæ l dationis, gaudere ad circumuentionem ſuam, & illu nem pro beneficio accipere? Tu ergo ſi verè laudab eſſe cupis, laudem hominum ne requiras: illiúſque pr ra conſcientiam tuam, qui & illuminabit abſcondita nebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tũc erit tibi à Deo. Sit igitur intentus, ac vigilans, & ad

Sermo in omnibus moderatus & parcus.

ſus peccata ſemper armatus animus tuus. Sermo in mnibus moderatus, & parcus, & qui neceſſitate m loqui indicet, quàm voluptate. Rurſus idem ad Ruſtic de viuendi forma ſcribens. Ne credas laudatoribus t imò irriſoribus aurem ne libenter accõmodes, qui ti te adulationibus fouerint, & quodammodo impo mẽtis effecerint, ſi ſubitò reſpexeris, aut ciconiarum prehendes poſt te colla curuari, aut manu auriculas tari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam.

Adulatorum effectus & geſtus.

D. verò Ioannes Chryſoſtomus [a]: Si, inquit, aut nonnullos decet, adulatores magis, quàm contume tes odiſſe oportet. Maior enim non attendentibus c dulatione peſtis oriri ſolet, & facilius eſt hanc, quàm lam paſſionem ſuperare. Quare, qui ſuperat illam t mirabilior videtur, tum etiam maiora conſequetur p mia. Mirabilius enim profectò eſt videre hominem, dum vituperatur, quàm hominẽ, qui dum depellitur percutitur, non decidat. Sed quomodo dices, poteron moueri? vituperando quidã perſequitur, crucis ſignol tim pectus ſignato, recordare omniũ quæ tũc geſta ſu & cõfeſtim omnia extinguũtur: nec quia vituperat m dò aliquis cogita, verũetiam ſi quid boni vnquã abſ in te profectũ eſt, diligenter conſidera, & cõfeſtim ad mentiã redigeris. Et idem ad Eutropium [b]: Nõne tibi cebam, cùm me frequenter corriperes, & increpares v proſequẽtem, quia ego te magis diligerẽ, quàm illi adulabantur? Ego qui arguebam te plus tibi profuer audire voluiſſes, quàm illi, qui aſſentabantur. Nõ me tiſti cùm dicerem tibi quia meliora ſunt vulnera am qui

a in cap. Mat. 27. hom. 88. Adulatores magis quàm contumeliantes odiſſe oportet.

Quid remedij contra contumeliantes.

b hom. 19.

quàm voluntaria oscula inimicorum? Si mea verba, quę tunc vulnera videbantur, audisses, nunquam tibi oscula adulatorum istum exitum peperissent. Mea enim verborum vulnera sanitatem ferebant; illorum autem oscula, & blandimenta, morbum tibi insanabilem generabant. Vbi sunt illi nunc, qui te in foro longis ambagibus constipabant, qui domi forisque laudabant? Abnegauerunt te omnes amici tui, discesserunt vnusquisque in sua, & nudum te, atque inanem reliquerunt, nullus illorum vel propè accedere ausus est. Nos verò non ita, sed & tunc, cùm difficilis esses ac durus, ad monita nostra non pertimescebas: & nunc casum tuum non perhorremus, nec deserimus, sed quantum possumus subleuamus: & ecclesia quidem, quæ à te impugnata est, apertis te gremijs suis suscipit.

Quare cùm tãtum malum à sanctis Patribus habitum, & reputatum sit adulatio, rectè in Concilio Carthaginẽsi quarto, cui D. Augustinus interfuit, decretum est [a]; vt clericus, qui adulationibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Nemo enim peritorum, aut prudentium putet, quòd minus sit periculum in verbis lingua mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo. Et melius est, vt D. Augustinus inquit, [b] pro veritate pati suppliciũ, quàm pro adulatione beneficium.

Censetur autem quis adulari attribuendo alicui bonũ, quod non habet: vel nimium extollendo, quod habet: vel approbando malum, quod in eo est [c]. Vnde D. Gregorius [d]: Sunt, inquit, nonnulli, qui dum mala facta hominum laudibus efferunt, augent, quæ increpare debuerant. Hinc enim per Prophetam dicitur [e]: Væ his, qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc quippe sub cubito puluillus, sub capite ceruical ponitur, vt molliter quiescat. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum sub cubito, vel ceruical sub capite iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quiescat. Hinc rursus scriptum est [f]: Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. AEdificare ergo parietem, est cõtra se quempiam obstacula peccati construere.

a *concil. Carth. 4. cap 56. c. clericus qui. dist. 46. Clericus adulationibus vacans deponẽdus est.*

b *c. nemo peritorum. 11. q. 3.*

Quis adulari dicatur.

c *gloss. in c. vnum. ad verbũ adulari. dist. 25*

d *lib. 18. in Iob cap. 30 & c. sunt. dist. 46.*

e *Ezech. 13.*

f *Ezech. 13.*

ſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrant adulantur, vt quod illi peruersè agentes ædificant, ip dulantes quasi nitidum reddant. Qui autem vitijs cit, & fauet, ne contriſtet peccantium voluntatem, tam eſt miſericors, quàm qui non vult cultrum cp puero, ne audiat plorantem; & nō timet, ne vulnera doleat, vel extinctum[a].

a c. qui vitijs. 23. q. 5.

Sed illud non otiosè transcurrēdum eſt, quòd vno cante ira Dei ſuper omnem populum venit. Hoc modo accidit? Quando, vt D. Hieronymus inquit[b], cerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes ben li videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne malè de ijs loquātur, ſacerdotalis ſeueritatis imm res, nolunt cōplere, quod ſcriptum eſt: peccantem omnibus argue, vt cæteri metum habeant. Et iterū Auferte malum à vobis ipſis. Nec zelo Dei ſuccenſi tantur Apoſtolum dicentem[e]: Tradidi huiuſmodi minem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus Neque illud euangelij adimplere ſtudent[f]; vt ſi vid peccantem primò, ſecretò eum conueniant, pòſt e duobus, vel tribus adhibitis teſtibus, quos ſi contem rit, & poſt Eccleſiæ correctionem nō fuerit emend de eccleſia expulſum velut gentilem habeant, aut p canum: & dum vni parcunt, vniuerſæ Eccleſiæ mo tur interitum. Quæ eſt iſta miſericordia, quæ iſta b tas, vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Po tur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna morbida, vniuerſus grex inficitur: ſic & vno fornica vel aliud quodcumq; ſcelus committente, plebs vni ſa polluitur. Hinc etiam alibi dicitur: Rectorem ſub pietas matrem, diſciplina verò patrem exhibeat. V & Hormiſda Papa 8: Quæ eſt, inquit, iſta iuſtitiæ inim bonitas, palpare criminoſos, & vulnera eorum vſq diem iudicij incurata ſeruare? Verè dico, quia ipſi, biſcum periculoſa miſericordia indulgere videmur, ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnādi ad nerint, contra nos cauſam dicturi ſunt, dicētes: quòd ad durā linguæ eorum aſperitatem expauimus, aut ſ blādimenta, & periculoſas adulationes ipſorum libē accepimus, in ijſdem permanere peccatis ijs inutiliter

b inc. ſed illud diſt. 45. & Origen. hom. 7. ad cap. 6. & 7. Ioſue.

c 1. Timot. 5. c.

d 1. Corin. 5. c.

e d. ca. 5. Corin.

f Matth. 18.

g c. ſi quis diaconus, diſt. 50. Quæ bonitas inimica ſit iuſtitiæ.

dul

dulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus, non recordantes illud, quod in veteri testamẽto scriptum est[a], quia vno peccante contra omnes ira Dei desæuijt.

a *Numer. 6.*

Cæterũ quamuis adulationem illicitam esse satis constet, affabilitatẽ tamen sermonis D. Ambrosij sententiã secuti[b], nõ vituperamus: siquidem, hęc ad conciliandam gratiã plurimùm valet, sed illam volumus esse sincerã, ac sobriam, sine vlla adulatione, ne simplicitatẽ, ac puritatem alloquij dedeceat sermonis adulatio. Forma enim esse debent clerici cæteris non solũ in opere, sed etiam in sermone, in castitate, ac fide. Quales haberi volumus, tales simus, & qualẽ affectum habemus, talem aperiamus, neq; dicamus in corde nostro verbũ iniquum, quod abscõdi putemus silentio ab eo, qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoscit secreta viscerũ, qui sensum visceribus infudit. Ergo tanquã sub oculis cõstituti iudicis, quicquid gerimus, in luce positũ putemus, vt omnibus manifestetur.

b *lib. 2. offic. cap. 19. Affabilitas sermonis est laudanda. Affabilitas qualis esse debeat. Clerici aliis debent esse forma non solùm in opere, sed etiam in sermone.*

De contentione Canonicis, aliỹsq; clericis vitanda.

CAP. XIII.

NOn temerè D. Paulus ad Timoth. scripsit[c]: Noli cõtendere verbis. Ad nihil enim, inquit, vtile est, nisi ad subuersionẽ audientium. Honor autem est homini, qui separat se à cõtentionibus[d]. Est autem contẽtio, definitore D. Augustẽ impugnatio veritatis agnitæ, cũ fiducia clamoris. Quæ cùm à D. Paulo inter opera carnis numeretur, summoperè fugiẽda, & cauẽda venit. Nam qui talia agunt, regnũ Dei non consequẽtur[f]. Vnde & D. Amb.[g] etiam in familiari sermone pertinacem abesse voluit contentionẽ, quæstiones enim magis excitare inanes, quã vtilitatis aliquid adferre solet. Et sicut in omni actu vitę id cauere debemus, ne rationẽ nimius animi motus excludat, sed teneamus consilij locũ; ita etiã in sermone formulam eam tenere cõuenit, ne aut ira excitetur, aut odiũ, aut cupiditatis nostræ, aut ignauię aliqua exprimamus indicia. Sit igitur sermo huiusmodi familiaris de scripturis maximè. Quid enim magis nos oportet loqui, quã de cõuersatione optima, adhortatione obseruationis, disciplinæq; custodia? Habeat caput eius rationẽ, & finis modũ. Sermo enim tędiosus iras exci-

c *Epist. 1. c. 2.*

d *Prou. 20. c.*

e *Vt refert Archid. in c. 1. de pœnit. dist. 2.*

f *ad Gala. 5. c.*

g *lib. 1. offic. cap. 22.*

De quibus clericis sit loquẽdum.

citat. Quàm verò indecorũ, vt cùm omnis confabu
habere soleat incrementum gratię, habeat næuum of
sionis. Quare in octaua generali Synodo cõstitutum
gitur [a]: Si quis semel notatus fuerit inuidiæ, vel con
tionis vitio, & rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se
mã causam, ex qua inuidia, vel cõtentio nascitur, i
terioribus medullis habere recõditam. Oportet ergo
per cõtraria, atq; diuersa curari, id est, per humilitat
xercitiũ. Exercitia verò humilitatis sunt, si se vilior
officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat.
namq; arrogãtię, & humanę glorię vitiũ euitari, vel
rari poterit: vt in consuetudinẽ humilitatis affectus v
iam non incidat in arrogantię, & vanę gloriæ delict
sed in singulis huiusmodi vitijs cura similis adhibea

a c. si quis, dist. 90. & c. si quis semel, de pœnit. dist. 2.

Contentiones in conuentibus Capitularibus esse solent.

Cæterùm quia contentiones Canonicis potissim
in conuentibus suis Capitularibus valdè, proh dolor,
miliares sunt, in quibus tamen se profitentur esse ad
ctandum ecclesiæ negotia, & iustitiam administrand
memores sint oportet canonis primi in Concilio To
tano ij. editi [b]: In loco benedictionis considentes D
mini sacerdotes, nullus debet aut indiscretis vocibus p
strepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare: nu
etiam fabulis vanis vel risibus agi, & (quod est deteri
obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effun
re. Si quis enim (vt Apostolus ait [c]) putat se religios
esse, non refrenans linguam suam, sed seducẽs cor su
huius vana est religio. Cultum enim suum iustitia p
dit, quando silentia iudiciorum, obstrepẽtium turbo
fundit: dicente Propheta [d]: Erit cultus iustitiæ silẽti
Debet ergo quicquid aut considentium consultationi
agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mit
ma relatione verborum proferri, vt nec contentiosis v
cibus sensus audientium perturbent; nec iudicij vigor
tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu conc
hæc, quæ præmissa sunt, violanda crediderit: & cõtra h
interdicta, aut tumultu, aut contumelijs, vel risibus co
ciliũ perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo pr
cipitur [e]: Eijce derisorẽ, & exibit cum eo iurgiũ, cum o
mni dedecore de consessione abstractus, à cõmuni co
secedat: & triũ dierũ excõmunicationis sentẽtiam fera

b in cap. in loco. 5. q. 4. Canonici in actibus Capitularibus quomodo se gerere debeant.

c Iacob. 1.

d Isa. 32. Cultus iustitię silentium.

e Prouerb. 22.

Ast &

Est & alia insignis constitutio in Concilio Colonien-
si[a] edita, ad reformandum, & eliminandum huiusmodi
contentiones, & alia delicta ex conuentibus Capitulari-
bus Canonicorum, in qua inter alia habetur: Insuper sub
pœna excommunicationis, quam ferimus in his scriptis,
sex tamen dierum canonica monitione præmissa, distri-
ctè præcipimus, & mãdamus omnibus & singulis Præ-
positis, Decanis, Canonicis, & Capitulis ciuitatis, & dioe-
cesis Colonienſis, quòd de cætero in antea nullatenus
accedant, aut vadant, ad quoscunque tractatus, collatio-
nes, aut collocutiones pro quibuscunque etiam factis, &
negotijs, nisi vigilijs, missa defunctorum, & commenda-
tione penitus peractis, & cõpletis, & quòd nemini quo-
tidianas distributiones, siue præsentias faciant dari, aut
distribui, neque dent, vel distribuant, nisi illi, vel illis, qui
in choro fuerint; & quod hoc iurare faciãt Camerarios,
aut præsentiarum distributores, durantibus suis officijs,
inuiolabiliter obseruaturos. Inhibemus etiam districtius
præcipiendo omnibus, & singulis Canonicis, & cuilibet
eorum sub pœna excommunicationis supradicta, vt in
tractatibus, & factis Capitularibus, ac alijs collocutioni-
bus, & collationibus quibuscũque, inter se communiter,
vel diuisim habendis, taliter sint compositi & morati,
quòd ex hoc ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarũ
scandala, & vituperia, damna, dispendia, & grauamina
non exurgant, & ne per clamores importunos, & distur-
bia, aut interruptiones vocum aliorum, & præsertim per
opprobria, insultationes & contumelias ipsi, vel aliquis
eorum contra alium, vel alios quomodolibet insurgat,
vel insurgant: & quòd nec ipsi, vel aliquis eorum per se,
vel alium, seu alios vllo vnquam loco, vel tempore per
minas quascunque, verbo, vel facto quomodolibet illa-
tas vel inferendas, aut per insidias, persecutiones, vel in-
uasiones violentas, vel alias iniurias enormes quascunq;
contra alias personas ecclesiasticas, aut aliquam earum
quomodolibet sæuiant, vel insurgãt, sæuiat vel insurgat
publicè vel occultè. Sed iustitia, & iuris executione con-
tenti causas & quæstiones inter se motas, vel mouendas
via iustitiæ prosequantur. Alioqui omnes & singulos in
præmissis, culpabiles & rebelles prædicta canonica mo-

diculum magis est, quod talem habentes vitam, & propriam negligentes, cùm aliquid arcanum dixerint, rogãt audientem, & adiurant ne cuiquam amplius alteri dicat. Huic declarantes, quod rem reprehensione dignam commiserint. Si enim illum, vt nemini dicat, rogas: multò magis te priorem huic dicere non oportebat. In tuto sermonem habebas: post quam ipsum prodidisti, tunc salutẽ ipsius curas: si nõ vis efferri, neque alteri ipse dicas: post quam verò alteri prodidisti sermonis custodiam, superflua facis, & inutilia, admonens & obtestans pro dictorũ custodia. Sed iniucundum dettahere, imo iucundum non detrahere. Detrahens enim deinceps in agonia est, suspicatur, & timet, pœnitentiam agit, & linguam suam mandit, timens & tremiscens, ne fortè aliis enuntiatum verbum magnum sibi periculum adferat, & superfluam & inutilem inimicitiam his, qui dixêre, operetur. Apud se ipsum verò continens in securitate plurima cum multa viuet voluptate. Audisti sermonem, inquit, moriatur in te, confide, non te disrumpet. Quid est moriatur in te? Extingue ipsum, defode, nec exire neque penitus moueri permittas: sed maximè stude, neque alios quidem dicentes malè, tolerare. Quod si quando & susceperis, infode interrime dictum, obliuioni trade, vt his, qui non audierint, similis fias, & cum multa pace & securitate præsentem transigas vitam.

Quod tacitum vis nemini dixeris.

Sermo, quẽ audis, moriatur in te.

Si delatores didicerint, quod ipsos magis, quàm accusatos auersemur, & ipsi tandem ab hac mala consuetudine desistent, & peccatum corrigent, & laudabunt: post hæc & nosipsos suos saluatores factos, & benefactores prædicabunt; sicut enim benedicere & laudare amicitiæ principium est; sic & maledicere, & calumniari inimicitiæ, & odij, & iniuriarum principium est, atque discordiarum materia. Non aliunde nostra negliguntur, quàm quod aliena satagimus, curioseque scrutamur: non enim vacat homini accusanti, & alienos exquirenti mores, propriam quandoque vitam curare, studio enim omni in aliorum curiositatem impenso, necesse est omnia eius temerè, & negligenter iacere. Etenim optandum omne otium in propriorum curam peccatorum, & iudicium impendentem amplius quid perficere posse, Cùm verò semper

Detractoribus declarandum, quod magis eos quàm accusatos, auersemur. Benedicere amicitiæ principium. Maledicere principiũ inimicitiæ.

semper aliena cures, quando tua meditaberis ma

Detractiones sunt satanicū barathrum insidiarum.

Fugiamus igitur dilecti, fugiamus detractiones, quod est totum satanicum barathrū insidiarum et infestio. Vt enim nostra negligamus, & grauiores reatus constituamus, in hanc nos cō uetudinem du duxit: imo verò non solùm inest hoc malum, quo rationem dab mus eorum, quæ diximus, sed etiam peccata nostra sic grauiora faciemus, omni nos c tione priuantes: Acerbe enim aliena exquirens, excessibus nullam veniam nanciscetur. Non enim

Deus ex iudicio nostro de aliis dato nos condemnabit. a Matth. 7.

à peccatorum natura, sed & ex iudicio de aliis nos tentiam Deus proferet. Idcirco admonuit, dicens lite iudicare, ne iudicemini: non enim quale fuit tum, tale illic in futurum apparebit: sed quandam gnam, & incuitabilem additionē à iudicio in consu facto, accipiet. Sicut enim humanus, & mitis, & maiorem peccatorum grauitatem succidit, ita ac crudelis & implacabilis magnum propriis pondu catis apponit. Eliminemus igitur omnem ex ore detractionem, scientes, quòd etsi cinerem comed

Huius vitæ asperitas nihil nobis proderit nisi à detractione abstineamus.

nulla nobis asperæ vitæ huius vtilitas proderit, tractione abstineamus: non enim quę intrant coinq hominem, sed quæ exeunt ex ore. Si quis te præter stercus commoueat, hoc facientem non conuitio, & tumelia afficias? Hoc fac & circa detractores. Non sic commotum stercus illam fœtorem suscipientem tilaginem percellit, sicut aliena peccata excussa, & impura audientium animos prodita contristari, & turbare solent.

Abstineamus igitur detractione, turpiloquio, blas mia, & neque proximo, neque Deo maledicamus. enim obtrectatorum in hoc furoris lapsi sunt, vt seruis in Deum linguā suam reuocauerint. Et idem

b in 9 cap. Gen. Hom. 29.

de hoc vitio detractionis loquens [b]: Quid, inquit, pe tur, qui peccata fratrum euulgant, & non solùm non tegunt, & excusant, sed magis ea faciunt manifesta, taque ex hoc operantur peccata? Quando enim ma stas fratris peccatum, non illum tātum ignominioso feci sti, & segniorem forte ad virtutis viam? sed & qui audiunt, facis negligentiores, & ad socordiam

ducis; neque etiam hoc solùm, sed & Deum blasphemari facis. Quod quantum adfert supplicium, nemo est mentis compos, qui ignoret. Fugiamus igitur, obsecro, mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorũ illorum filiorum pudorem, quem in contegenda patris nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrum peccata, ne ipsos negligentiores per hoc reddamus; sed vt hac ratione maiorem illis occasionem præbeamus, vt statim ab hoc malo liberentur, & in virtutis viam redeant. Nam sicut non habere multos testes suorum delictorum resipiscenti faciliorem reditum præbet: sic si frontem perfricuerit anima, & viderit, quod nemo ignoret, quæ mala admiserit, non facile desistere solet, sed quasi in profundum lacum incidisset, & subtus ab innumeris raperetur fluctibus, difficile emergere poterit. In desperationem enim cadit, & nullum sibi reditum promittit. Idcirco precor, vt non detegamus proximorum lapsus, & si ab aliis eos didicerimus, ne satagamus vt nuditas videatur, sed sicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione, & consiliis lapsam animam erigere studeamus, misericordię Dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiam, & misericordiæ immẽsitatem, vt maiorem quàm illi benedictionem ab omnium Domino consequamur, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat.

Detractor alios Deum blasphemare facit.

Cur aliorum peccata sint occultanda.

Quibus periit peccandi pudor nihil non audent.

Quomodo lapsi ad emendationem reduci possint.

Huc pertinet & illud D. Bernardi a: Non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo b: Detractores Deo odibiles. Quã sententiam Deus ipse loquens in Psalmo c, audi quomodo affirmet: Detrahentẽ, inquit, secretò proximo suo, hunc persequebar. Nec mirum, cùm id præcipuè vitium charitatem; quæ Deus est, & quidẽ cæteris acrius impugnare, & persequi cognoscatur, quemadmodum vos quoq; potestis aduertere. Omnis qui detrahit, primũ quidem seipsum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is, cui detrahit, veniat in odiũ, vel cõtemptum ipsis apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus, qui se audiunt, lingua maledica, &

a *in serm. 24. super Cantic.*

Detractores Deo odibiles.

b *Rom. 1.*

c *Psal. 100.*

Deus persequitur detrahẽtem secretò proximo suo.

Detrahẽs charitatem nõ habet.

quantum in se est necat funditus & extinguit: non autem, sed & in absentibus vniuersis, ad quos voluptum fortè per eos, qui præsentes sunt peruenire contigerit. Vides quàm facilè, & in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe mortis huius inficere possit? Propterea dicit de talibus proticus spiritus [a]: Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Vtique tam veloces, quàm velociter currit sermo. Vnus est, qui loquitur, & vnum tantum verbum profert, & tamen illud vnum verbum vno in momento multitudinis audientiũ dum aures inficit, animas inficit. Cor siquidem felle liuoris amarũ per linguæ instrumentum spargere, nisi amara, non potest, dicente Domino [b]: Ex abundantia cordis os loquitur. Et sunt pestis huius, dum alij quidem nudè, atq; irreuerenter in buccam venerit, virus euomãt detractionis: Alii quodam simulatæ verecundiæ fuco cõceptam malitiam quam retinere non possunt adumbrare conãtur. Vi præmitti alta suspiria, sicq; quadã cum grauitate, ditate, vultu mœsto, demissis supercilijs, & voce ti egredi maledictionẽ, & quidem tanto persuasibiliquãto creditur ab his, qui audiũt corde inuito, & condolentis affectu, quàm malitiosè proferri. Dolquit, vehementer pro eo, quod diligo eũ satis, & de hac re corrigere eũ potui. Et alius: Mihi quidẽ, ne compertum fuerat de illo istud, sed per me nunq notuisset. At quoniã per alterũ patefacta est res, negare non possum: dolẽs dico: reuera ita est. Et adGrãde damnũ: nam aliàs quidẽ in pluribus valet: in hac parte (vt verum fatear) excusari minimè po

Idem alibi [c]: An non amittunt, inquit, vitã detrac Deo odibiles, odibiles vitę? Fugit vita quos odit; & vita fugit mori necesse est. An non & ipse moritur venenũ bibit, quod ei malesuada detractoris lingua pinat? Siquidem furtim ei dilectionis vita subtrahitur dum nescit, paulatim in eo fraterna charitas refrig Auditurus est forsitan ipse quoque cui detrahitur: enim verba volant, & multorũ prius ora sermo pe iens, difficilè fieri potest, quin singulorũ creuerit lin

a *Psal.13.*

Vis, & efficacia detractionis.

b *Matth.12. Luc.6.*

Diuersæ detractionũ species.

1.

2.

Simulata detractio perniciosa.

3.

c *in serm. de tripl. cust. manus, linguæ & cordis.*

& quasi iam prouectus referatur ad eũ, ad cuius spectat offensam. Itaque scãdalizabitur audiẽs, & tabescet, eoq; facilius extinguetur in eo charitas, quo amplius ante viuere videbatur. Si inimicus, ait [a], meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Et quidẽ cauet sibi prudens auditor, cauet & ipse, si nõ desipit, qui sibi nouerit esse detractum: ille, ne veneno inficiatur: iste, ne scãdalo perturbetur. Sed quod in se est tamen, lingua maledica, & illius percutiẽs conscientiã, & istius vulnerans charitatẽ, secũ pariter vtrumq; perimit. Nunquid nõ vipera est lingua ista? Ferocissima planè, nimirum quæ tres tam lethaliter inficiat flatu vno. Nũquid nõ lancea est lingua ista? Profectò & acutissima, quæ tres penetrat ictu vno. Lingua, inquit, eorũ gladius acutus. Gladius equidẽ anceps, imo triceps est lingua detractoris. Nec verò eiusmodi linguã ipso etiam mucrone, quo dominicũ latus cõfossum est, crudeliorẽ dicere verearis. Fodit enim hęc quoq; Christi corpus, & membrũ de membro, nec iam exanime fodit, sed facit exanime fodiẽdo. Ipsis quoque nocẽtior est spinis, quas illi tam sublimi capiti furor militaris imposuit: seu etiã clauis ferreis, quos sanctissimis manibus illis, & pedibus consummatio Iudaicæ iniquitatis infixit. Nisi enim huius, quod nũc pungitur, & trãsfoditur, corporis Dolesui vitã illius vitæ corporis prætulisset, nunquã illud pro illo mortis iniuriæ, crucis ignominiæ tradidisset. Et dicimus: Leuis res sermo; tenera, mollis, & exigua caro lingua hominis, quis sapiens magni pendat? Leuis quidem res sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat: Leuiter transit, sed grauiter vrit: leuiter penetrat animam, sed non leuiter exit. Profertur leuiter, sed non leuiter reuocatur: facilè volat, atq; ideo facilè violat charitatem. D. verò Basilius in regulis seu quæstionibus fusius disputatis, quæst. seu cap. 33. Duas, inquit, opinor esse causas, in quibus licet aliquẽ dicere & retractare aliena mala. Si quando consiliũ habere necesse est cum aliis, qui in hoc ipsum videntur assumi, quomodo corrigatur is, qui peccauit, vel mali aliquid egit. Et rursum, si quando necesse est præuenire aliquẽ & commoneri, ne fortè incurrat in consortiũ alicuius mali, dum eum putat esse bonũ. quia Apostolus dicit [b]: Nolite cõmisceri cũ huiusce modi homine,

Lingua detractoris vipera est ferocissima.

Lingua detractoris lãcea est acutissima.

Lingua detractoris gladius triceps.

Lingua detractoris nocẽtior est spinis & clauis Christi corpori infixit.

Detractio leuiter quidẽ volat, sed grauiter vulnerat.

[a] *Psal. 54.*

[b] *Thess. 3.*

a *Prouerb.22.*

b *Tim.4.*

mine. Et Salomon[a]: Noli manere cum homine i
do: ne fortè eius vias discas, & sumas laqueum a
tuæ. Quod & ipsum Apostolum feciſſe inueni
hoc quod scribit ad Timotheum, dicens[b]: Alexã
rius multa mihi mala ostendit, quem & tu deuita.
enim restitit nostris sermonibus. Præter huiusc
necessitates, quicumque dicit aliquid aduersus al
vel deroget ei, vel obtrectet, istud est detrahere, e
vera videantur quæ dicit. Qui ergo detrahit fra
audit detrahentem, & patitur, excõmunicari debe
scriptum est: Noli libenter audire detrahentem, n
eradiceris. Hæc Basilius.

Detractio, quæ scriptis fit, quo modo punienda.

Cæterum, quia honestas personæ læditur non t
verbis, verumetiam scriptis, sciendum ab Adrian
sancitum esse: Qui in alterius famã publicè scrip
aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus s
ram non probauerit, flagelletur, & qui eam prius
nerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam in
re[c]. Si qui verò inuẽti fuerint famosos libellos in
sia ponere, illi ex decreto concilij Elibertani sunt a
matizandi[d]. De iure autem ciuili[e]: si quis famo
bellum, siue domi, siue in publico, siue in quocum
ignarus repererit, aut corrumpat prius, quàm alte
niat, aut nulli confiteatur inuentum. Si verò non
eaſdem chartulas, vel corruperit, vel igne consum
sed vim earum manifestauerit, sciat se quasi aucto
iusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum.
quis deuotionis suæ, aut salutis publicæ custodiam
nomen suum profiteatur, & quæ per famosum li
persequenda putauerit, ore proprio edicat: ita vt
vlla trepidatione accedat, sciens quidem, quod
tionibus suis veri fides fuerit opitulata, laudem
mam, & præmium consequetur. Sin verò mini
vera ostenderit, capitali pœna plectetur. Huiusmo
tem libellus alterius opinionem non lædat.

c *c. qui in alterius. 5. q. 1.*
d *Cõc. Elibert. cap. 52. & c. si qui. 5. q. 1.*
e *l. vnica. C. de famos. libell.*

De *blasphemia cauenda.* CAP. XIX.

QVIA honestas in sermone requisita non
violatur verbis iniurioſis hominibus dict
quorum præcipuis nonnulla diximus) verum

& illis, quæ Deo, eiúſve Sanctis dicuntur: de hiſce nunc agere inſtituimus. Lege diuina olim in veteri Teſtamento cõſtitutum erat[a]: Qui maledixerit patri ſuo, vel matri, morte moriatur. Sed hæc lex, vt D. Chryſoſtomus inquit[b], propoſita eſt, cùm nõdum optimæ vitæ diligentia exigebatur; cùm adhuc religio introducebatur; cùm adhuc eſſent puerilia præcepta, lac pædagogus, lucerna figura, & vmbra. Quid igitur nos dicemus nunc, qui ſub tanta gratia, in tanta rerum veritate, in tanta ſcientia, quando non tantum patri, & matri, ſed & ipſi omnium Deo maledicitur? Quibus illi excipiẽdi pœnis? Quod illis irrogandum ſupplicium tanto ſcelere dignũ? Quis igneus ille fluuius? quis immortalis vermis? quæ externę tenebræ? quę vincula? quis ſtridor? qui fletus debentur? Omnia tormẽta, & quæ ſunt, & quæ futura ſunt, inferiora ſunt, quàm meretur anima ſic malè affecta, inque id flagitij deducta. Neque enim eſt peccatum aliud hoc grauius, neque huic ſimile aliud. Quippe aggrauatio eſt peccatorum, & omnia confundit, intolerabileq; ſupplicium, & pœnam abſque venia meretur.

Cùm nõ ſit peccatum grauius blaſphemia, intolerabile ſuppliciũ meretur.

Porrò cum variis diuerſiſq; modis blaſphemia committatur, operæpretium fuerit præcipuos hic recenſere, ne quis vltro in quempiam eorum incidat. Primò, attribuendo Deo, quod ei non conuenit, vt cùm dicitur, quòd malè, vel iniuſtè quippiam facit, vel quod alio modo agere deberet, aut aliquid aliud huiuſmodi. Secundò, negando quod ei cõuenit, ſcilicet, miſericordiam, omnipotentiam, gubernationem, dicẽdo: Deus non curat nos, vel: Deus hoc non poſſet facere. Tertiò, quãdo attribuitur creaturæ, quod ſoli Deo conuenit. Vt ſi diceretur, quod diabolus ſit omnipotens, aut, quod fatum regat omnia, aut quid aliud ſimile. Quartò, imprecando Deo malum aliquod, vt, maledictus ſit Deus, veniat Deo hoc, vel illud, & ſimilia. Quintò, affirmando, vel negando, vel deteſtando, ſeu imprecãdo prædicto modo in ſanctis Dei, in quibus ipſe & contemnitur, & honoratur. Sextò, ſi Deo, vel Sanctis eius attribuatur quidem aliquid verum, ſed tamen inhoneſtum, cum irreuerentia magna, vel attribuendo aliquid verum, & honeſtum, ſed tamen irreuerenter[c]. Septimò, cùm contemnitur Dei verbum,

Quibus modis committatur blaſphemia.

a *Exod. 21.*

b *ſerm. 1. de prouid.*

c *Sylueſt. in ſum. in verb. blaſphemia. et Viguer. in inſtitut. ad Chriſtia. Theol. tit. de virt. fid.*

& pro nihilo ducitur, vel cùm Christi infamatur eua-
gelium[a]. Octauò, ille, qui sacris canonibus derogat, &
& Damasus Papa declarauit[b]; Violatores canonũ vo-
luntariè, grauiter à sanctis Patribus iudicantur: & à sa-
cto Spiritu, instinctu cuius ac dono dicati sunt, damna-
tur, quoniam blasphemare Spiritũ sanctum non incon-
gruè videntur, qui contra eosdem sacros canones, no-
necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissum est, a-
quid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut face-
volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumpc-
manifestè vnum genus est blasphemantium Spiritum
sanctum, quia, vt iam prælibatum est, contra eum ag-
cuius nutu, & gratia sancti canones editi sunt. Vnde
Adrianus Papa[c]: Generali, inquit, decreto censemus, &
constituimus, vt execrandum anathema sit, & velut pr-
uaricator fidei Catholicę semper apud Deũ reus exi-
quicumque Regum, seu Episcoporum, vel potentu-
deinceps Romanorum Pontificum decretorum cens-
in quoquam crediderit, vel permiserit violandam.
Agatho Papa[d]: Sic omnes, inquit, sanctiones Apostol-
sedis accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce pr-
firmatæ. Et Stephanus Papa[e]: Quia in speculũ, & exe-
plum sancta Romana Ecclesia (cui nos Christus præ-
voluit) præposita est, ab omnibus quicquid statuit, qu-
quid ordinat perpetuò, & irrefragabiliter obseruand-
est. Item Gregorius Papa[f]: Nulli, inquit, fas est, vel vo-
vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec
straæ dispositionis ministeriũ, quod vestram sequi opo-
tet charitatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostra-
quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec
eum deinceps inter sacerdotes habeat, sed exors à sanc-
fiat ministerio, nec de eius iudicio quisquam postea c-
ram habeat, quoniam iam damnatus à sancta & Ap-
stolica Ecclesia sua inobedientia, atque præsumptione
quoquam esse non dubitetur; quia maioris excomm-
nicationis deiectione est abijciendus, cui sanctæ Eccles-
cõmissa fuerit disciplina: quia non solùm præfatæ sanc-
Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiã aliis ne pr-
terirent insinuare. Sitque alienus à diuinis, & pontific-
libus officiis, qui noluerit præceptis Apostolicis obtem-
perare.

a c. cùm caput. 32. q. 5.
b c. violatores. 25. q. 1. *In Spiritũ sanctum blasphemat, qui sacros canones violat.*
c in c. generali. 25. q. 1. *Decreta pontificum diligẽter obseruãda esse.*
d c. sic omnes. dist. 19.
e c. enimuero. dist. 19.
f c. nulli fas. d. dist. 19.

perare. Et idem alibi generalius loquens[a]: Hac, inquit, consona sanctis Patribus definitione sancimus, vt qui sacris obedire canonibus nescit, nec sacris ministrare altaribus, nec communionem capere sit dignus.

a epist. 7. lib. 2. et in c. hac consona. 25. q. 1.

Verùm ne quis putet prædicta Pontificum decreta intelligenda esse de illis, quæ fidei sunt, obseruari ab omnibus debere, (licet tamen generaliter loquantur) quid à Damaso Papa hac de re rescriptũ sit, audiatur[b]: Omnia decretalia cunctorum prædecessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus Episcopis, ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, vt si quid in illa commiserint, veniam sibi honoris deinceps nouerint denegari. Et D. Gregorius[c]: Iustitiæ, inquit, ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mãdata seruari desiderant, decessoris sui procul dubio voluntatẽ, & statuta custodiãt[d]. Item in concilio quodam, cui Carolus Magnus Imperator interfuit, constitutum & declaratum legitur: In memoriam B. Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam sedem, vt quę nobis sacerdotalis mater est dignitatis, ecclesiasticę esse debeat magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, & licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.[e]

Omnia decreta Pontificũ qualiacunq; sint, obseruãda esse.

b c. omnia. 25. q. 1.

c epist. 111. lib. 5.

d c. iustitię. 25. q. 1.

e c. in memoriam. dist. 19.

Anne autem huius nostri deplorandi temporis clerici SS. Tridentinæ Synodi, & Pontificum canones, & decreta obseruare recusantes, aut illa violantes blasphemi sint dicendi, & censendi, aliorum prudentiorum esto iudicium. Interim hoc nobis persuasissimum habemus, si clerici prædictæ Synodi, & piorum Pontificum decreta diligenter, & studiosè obseruassent, nos nunquam visuros fuisse tantam ecclesiarum prophanationem, spoliationem, & deuastationem. In lege veteri constitutum legitur[f]: Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi, siue ille cuiuis, siue peregrinus fuerit. Angelus Domini percussit in castris Sennacherib Regis Assyriorum centum octoginta quinque millia, ob ipsius, & suorum blasphemiam, reuersusq; est cum ignominia in terrã suam.

f Leuit. 24. cap. Lex Dei cõtra blasphematores. *Vltio diuina in blasphematores.*

Cumque ingressus esset domũ Dei sui Nesrach, filij ei qui egressi fuerunt de vtero eius, interfecerunt eum gl

a 4. Reg. 19 c. & 2. Paralip. cap. 32.

dio a. Ob blasphemiam quoque Nicanoris ducis hol ipse, & triginta quinq; millia suorum militum prostr sunt, & lingua ipsius Nicanoris blasphemi, & impij pr

b 2. Malach. 15

cisa est, & particulatim auibus data b.

c in nouell. tit. vt qui contra nat. constitut. 77.

Hinc Iustinianus Imperator contra iurantes, & bl sphemantes legem tulit, his verbis c: Quia quidam bl sphema, & execrabilia etiam verba, & iuramenta Deo proferunt, Deum prouocantes ad iracundiam, etc similiter & hos admonemus, vt tam execrabilibus ve bis & item per capillum & caput adiurationibus, & genus aliis verbis abstineant. Nam si conuitia homi bus ingesta, saltem inulta non relinquuntur: multò ma gis qui diuinum numen conuitiis incessit, dignus est, supplicium sustineat. Propterea igitur omnes huiusmo cohortamur, vt prefatis delictis abstineant, & Dei tim rem in animum sumant, & eos, qui honestè vitã tran gunt, imitentur. Propter huiusmodi enim delicta, & f mes, & terræmotus, & pestilentiæ oboriũtur. Atque ho genus hominum propterea vt memoratis illicitis actio nibus abstineant, admonemus; ne suas ipsorum anima conijciant in interitum. Nam si post hanc nostram com monitionem ijsdem inhærere delictis aliqui deprehe dantur, principio quidẽ indignos se præbebunt Dei ejus homines amore, deinde legitimas etiam sustinebũt pe nas. Dedimus enim gloriosissimæ huius vrbis Præfecti negotium, vt eos, qui post hãc nostram admonitionem prædictis illicitis, & impiis actionibus inhærere non de bitauerint, & comprehendat, & vltimo submittat sup plicio: ne quando ex talium peccatorum cõtemptu, po tam impia facinora inueniatur, tã ipsa hæc ciuitas, quam tota ciuilitas, & respublica sustinere iniuriam. Siquidem & si post hanc nostram cohortationem aliqui tales inue nientes, eos occultauerint, cõsimiliter & ipsi à Domino Deo condemnabuntur. Sed & ipse glorios. Præfectus si quos tale aliquid delinquere deprehenderit, neque illa secundum leges nostras vindictam induxerit, principio quidem Dei iudicio obnoxius erit, deinde verò etiam à nobis indignationem excipiet.

Propter blasphemias & iuramẽta, quæ à Deo mittantur plagæ.

Quæ pœna afficiẽdi sint blasphemi, & iurãtes per Deũ.

Pius

Pius verò Papa, & martyr sanxit[a]: Si quis per capillũ Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia cõtra Deum vsus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur; si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iurauerit, acerrimè castigetur, & iuxta id quod Synodus dijudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium, quin diuina cõdemnatione similiter coërceatur. Et si Episcopus ista emendare neglexerit, acerrimè corripiatur.

a c. *si quis per capillũ.* 22. q. 1. *Pij papæ primi contra blasphemantes & iurantes constitutio.*

D. verò Ioannes Chrysostomus[b]: Postquam, inquit, de blasphemia nobis verba nunc facta sunt, nam vos omnes petere volo retributionem pro concione hac atq; sermone, vt in ciuitate blasphemantes mihi castigetis: & si quempiam in biuio & foro Deum blasphemantem audieris, accede, increpa, & si verbera infligere oporteat, ne recuses. Ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica. Et, si vlli accusauerint, & si in carcerem traxerint, sequere: & si pœnas iudex pro tribunali repoposcerit, dic cum libertate, quod angelorum Regem blasphemauit. Si enim Regem terræ blasphemantes puniri oportet, multò magis illum contumelia afficientes. Commune crimen est, publica iniuria, cuique licet accusare volenti. Discant & Iudæi, & Gentiles, quod ciuitatis saluatores sint Christiani, & curatores, & præsides, & magistri, & idē discant dissoluti, & peruersi, quod & Dei seruos ipsos timere oportet: vt & si quid tale loqui aliquando eligant, sese vndique circunspiciant, vt vmbras timeant, anxiãtes ne forte Christianus audiens insiliat, & vehementius puniat. Non audisti, quid Ioannes fecerit? tyrannum vidit hominem nuptiarum leges subuertentem, & cum fiducia in medio fori dicit[c]: Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui. Ego autem non ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptiis temerariis, neque pro seruis contumelia affectis: sed pro furore in Deum, æqualē castigare deposco. Ergò si tibi dixissem: Reges, vel iudices præuaricantes puni, vel corrige, nō me insanire dixisses? Et quidem Ioannes hoc fecit. Ita non est supra nos id. Nunc verò saltem conseruum, vel æqualem corrige, & si mori opus sit, castigare fratrē ne torpeas. Martyrium tibi

b *Hom. 1. ad Antioch.*

Blasphemantes à quouis Christiano castigari, increpari, et verberari oportet.

c *Mar. 6. Luc. 3 Causa martyrij sancti Ioãnis Baptistæ.*

Etsi mori opus sit, corrigere fratrem ne desinas.

Ob fratris correctionem mori ès, martyr est.

tibi hoc, quandoquidem & Ioannes martyr fuit, sacrificare iussus fuit, neque idolum adorare, sed pr cris legibus temeratis caput deposuit. Et tu igitu veritate vsque ad mortem contende, & Deus pugn

A fraterna correptione excusare nos nũ possumus.

pro te. Nec mihi illud dicas frigidum verbum: quæ mihi cura est? Cum ipso commune habeo nihil. C diabolo solo commune nihil habemus, cum omn autem hominibus multa habemus communia. Eius enim nobiscum naturæ participes sunt, eandem habi terram, eisdemque aluntur nutrimentis; eundem hab Dominum; easdem ceperunt leges; ad eadem nobil bona inuitantur. Ne igitur dicamus, quod nihil amp vel commune cum ipsis habeamus. Satanica est ista diabolica inhumanitas. Ne igitur hæc dicamus, sed gruam fratribus curam exhibeamus. Ego autem cum omni polliceor diligentia, & vobis omnibus deo, quod si vos omnes hic præsentes ciuitatem tantium salutem curare volueritis, breui tota nobis rigetur. Atqui non minima ciuitatis pars est hic, m tudine minima, sed pietate summa. Dispensemus tem fratrum nostrorum. Sufficit vnus homo fidei succensus totum corrigere populum. Cùm verò vnus tantum, neque duo, vel tres, sed tanta sit mult

Mali per negligentiam bonorum sæpe pereunt, et labuntur.

do, quę negligentium curam possit attingere, non ab de, sed per torporem vestrum, non per impotentiam res pereunt, & labuntur. Valde enim absurdum, si gnam quidem in foro videamus, non accedere, & gnantes conciliare: quid verò dico pugnam? Cum num cecidisse viderimus, omnes manum porrigere pariter erigere studemus: fratrum verò pereuntium ram habemus nullam. Asinus est blasphemus, ab

Blasphemus est asinus.

pondus non ferens, cecidit; accede, excita, & per ver & per facta, & per lenitatem, & vehementiam vari medicina. Et si sic nostra disponamus, & proximo salutem suscipiamus, citò & illis ipsis correctionem a mittentibus desiderabiles erimus, & quod omnibus ius est, repositis fruemur bonis, gratia, & benigni Domini nostri IESV Christi; per quem, & cum Deo, & Patri cum sancto Spiritu gloria, potestas, nor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Et ide-

Et idem alibi [a]: Aliam à vobis tunc mercedem exegi. Fortè noſtis & meminiſtis. Quæ verò erat merces? ciuitatis blaſphematores punire, & caſtigare Deum contumelia afficientes, & impios cohibere. Non ex me ipſo talia me dixiſſe arbitror, ſed Deum talia prouidentem in mentem noſtram verba miſiſſe. Si enim talia auſos puniſſemus, non talia nunc acciderent, quæ acciderunt. Quanto melius erat, ſi periclitari oportebat ipſos caſtigantes, & corrigentes aliquid pertuliſſe, quod & martyrij coronam nobis attuliſſet, quàm nunc formidare, & tremere, & ex illorum petulantia mortem expectare? Ecce paruum crimen commiſſum eſt, & culpa communis efficitur. Ecce propter illos nunc omnes paueſcimus, & abillis patratorum pœnas ipſi ſuſtinemus. Si autem præuenientes ipſos ex vrbe expuliſſemus, & correxiſſemus, & ægrotum curaſſemus membrum, non præſentem timeremus pauorem. Noui quod ciuitatis mores à maioribus ingenui ſunt. Sed peregrini quidam & promiſcui homines ſceleſti, & pernicioſi, & de ſua deſperantes ſalute, auſi ſunt, quę patrata ſunt. Propterea clamare, & contriſtari non deſtiti: Blaſphemantium furorem puniamus; ipſorum mentem caſtigemus; ipſorum ſaluti prouideamus; & ſi hoc facientes mori oporteat, magnum nobis hoc adferet lucrum, ne communem Dominum contumeliis affici negligamus. Magnum ciuitati malum pariet talia deſpicere. Hæc prędicebam, hæc nunc acciderunt, torporis illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectum deſpexiſtis: Ecce permiſit Regem contumelia affici, & de extremis periculum omnibus impendere, vt in hoc timore illius negligentiæ pœnas demus. Num igitur fruſtrà, num temerè prædicebam, & continuè veſtram charitatem interpellabam? Sed tamen nihil amplius factum eſt. Sed fiat nunc, & à præſenti calamitate caſtigati inordinatum illorum furorem cohibeamus; obſtruamus ipſorum ora, tanquam fontes mortiferos concludamus: & in contrarium mutemus, & penitus euaneſcent mala, quæ ciuitatem comprehenderunt. Non eſt theatrum Eccleſia, vt ad delectationem audiamus. Adiutos hinc recedere oportet, lucratos quicquam amplius, & magnum: ſic rece-

[a] *Hom. 2. ad Antioch.*

Si blaſphemi puniti fuiſſent, non talia hoc etiam tempore accidiſſet, quæ acciderunt.

Martyres ſunt, qui ob correctionem malorum moriuntur.

Blaſphemos impunitos relinquere magnum malum patriæ parit.

Blaſphemorum caſtigatione placatur Deus ad auferendum mala.

sic recedere expedit, quoniam temerè, & frustra pro
ciscimur, si ad tempus refrigerati, sic recesserimus vac
& dictorum vtilitate inanes facti. Quæ mihi horũ pa
suum vtilitas, quæ laudum, & tumultuũ? Laus mei
per opera vos omnia, quæ dicuntur, exhibere. Tunc
fœlix habendus & beatus, non quando suscipiatis,
quando omni cum alacritate faciatis, quæcumque a
bis audieritis. Quisque proximum corrigat; adific
enim alter alterum, inquit; Nisi enim hoc faciam
quocumque commissa præuaricatio commune quod
& intolerabile damnum ciuitati afferet. Ecce nihil fo
se conscij non minus his, qui peccauerunt territi sum
& contremiscimus, ne omnes Imperatoris ira corrip
Nec enim nobis in excusationem dicere sufficit: non
eram, non conscius eram, commissis non communica
Ob hoc igitur, inquit, punieris; & vltimam pendes;
nam, quia non adfuisti, nec prohibuisti, neque cohibu
tumultuantes, neque pro Regis honore periclitatus
Non patratis participasti? Laudo hoc, & accepto. Sed
que facta prohibuisti: hoc accusatione dignum. Ha
de Deo verba audiamus quando cum silentio & con
melias, & iniurias in ipsum commissas patimur. Qu
niam & is, qui talẽtum illud fodit, non pro reatibus
tunc accusabatur; integrum enim depositum reddi
sed quoniam ipsum non multiplicauit, quoniam non
stigauit cęteros, quoniam argentum ad numularios
detulit, non increpuit, non correxit proximos pecca
tes inordinatos, idcirco absque misericordia, in illas
tolerabiles pœnas mittebatur. Sed si non antea, quo
nunc saltem quidem hanc facietis correctionẽ, & Deu
contumelia affici non negligetis, satis credo. Possu
enim, quæ acciderunt, licet nemo sit, qui admoneat, v
insensatos deinceps propriã asserere salutẽ persuadere

Quisq; proximum corrigat.

Similis et nunc à catholicis auditur excusatio.

Quomodo blasphemia nunc puniri debeat.
CAP. XX.

PORRÒ, cum antiqua supradicta Pontificum de
creta in desuetudinem abiissent, & iam plurima a
Ecclesiam Dei irrepsissent mala, ac blasphemãtium
lingua impunè peccaret, quos Hostiensis Iudæis deteri

res vocat [a], qui fruſtatim decidunt membra illius, qui eos proprio ſanguine redemit, cuius corpus Iudæi ſaltem integrum reſeruarunt. Quid magis nefarium? quid naturæ ipſi magis aduerſum? quàm vt creatura in ſuum inuehatur creatorem? & ſeruus in Dominum ſuum, à quo pretioſo ſuo ſanguine è diaboli tyrannide redẽptus fuit? Quid à brutis ipſis alienius, quorum nullum, quantumuis magna feritate vigeat, ſuum nutritorem ſeu benefactorem offendit, nec in offendendo ſolum ſe gratum oſtendere credit, niſi defendat eundem data opportunitate. Cumque lingua id fari natura non dederit, eadem ſaltem benefactoris pedes, vel manus lambendo, aliiſq; corporis ſui geſtibus declarat. O ſeculum infelix, ó homines Chriſtianorum nomen ad maiorem in die iudicij confuſionem, & in inferno pœnam vſurpantes. O homines, qui inimicos amicorum veſtrorum vſque ad necem ex lege quadam conſanguinitatis perſequimini, & inimicos Dei, & creatoris veſtri intra familiam alitis, defenditis, & ſuſtinetis. O ignaui, ac infelices iudices, qui poteſtate diuina in terris vtimini, quorum iuſſis ob id cæteri homines natura pares, & meritis ſæpe ſuperiores obtemperant. Si quis principem ſuum terrenum, ſi dominum, ſi amicum, ſi denique famulum iniuria vlla affecerit, corrigitur, & à vobis punitur; ſi creatorem, ac redemptorem veſtrum, & præſentis huius vitæ largitorem, & auctorem, ac futurum iudicem viuorum & mortuorum blaſphemari auditis, obmuteſcitis? Vbi fides, vbi religio? Dedecus ac infamiæ notam cenſetis, ſi quorum cibis ad tempus nutrimini, iniuriam inultam relinquitis: Nónne maiorem ignominiam oportet iudicare illius, cuius quotidie corpus & ſanguinem ſumitis, per quem eſtis, quicquid eſtis, blaſphemiam patiẽter audire, aut ſaltem vix tepidè reprehendere? & blaſphemantium cœtibus frequenter admiſceri? [b]

Quare Patres in cõcilio Lateranenſ. vltimo [c] tandem animaduertentes, & perpendẽtes, quanta mala in Eccleſiam Dei tunc irruerent propter clericorum exceſſus & flagitia, ſtatuerunt inter alia; vt quicumque clericorum Deo palam ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſque, atq; obſcenis verbis Dominum noſtrum IESVM Chriſtum,

a *in ſum. de exceſſib. Prælat. §. clericus. Blaſphemi Iudæis deteriores ſunt, qui Chriſtum crucifixerunt.*

b *Bern. Diaz. in prax. crim. can. cap. 103.*

c *ſub Leone 10. celebrato, ſeſſ. 9.*

ſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitrice
expreſsè blaſphemauerit, eo ipſo quod de delicto hu
modi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcum
habuerit fructibus vnius anni mulctetur: & hoc ſi
prima vice: pro ſecunda verò, ſi ita deliquerit, & co
ctus, vt præfertur, fuerit, ſi vnicum habuerit benefici
eo priuetur: ſi autem plura, quod Ordinarius malue
id amittere cogatur. Quod ſi tertiò eius ſceleris arg
tur, & conuincatur, dignitatibus, & beneficiis omnib
quæcumque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad ea
vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere i
petrari, & conferri poſſint. Verùm quia hac conſtitut
ne non obſtante poſtea rurſum blaſphemi è clero, & l
cleſia prodierunt, Pius V. Pontifex hanc contra eos
ctionem promulgauit.

Pij V. contra blaſphemos cõſtitutio edita an. Dn. 1566. pontificatus ſui anno primo. Vide Concil. Mediola. par. 1. tit. de blaſph.

Ad abolendum nefarium, & execrabile blaſphem
ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mand
& imperialibus quoque legibus receptum eſt, nunc
tem propter nimiam iudicum in puniendo ſegnitie
vel potius deſuetudinem, ſupra modum inualuit, Leo
decimi prædeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateran
concilio ſtatuta innouantes decernimus; vt quicumq
laicus Deum, & Dominũ noſtrum IESVM Chriſtu
vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem
preſsè blaſphemauerit, pro prima vice pœnam vig
quinque ducatorum incurrat: pro ſecunda, pœna dup
cabitur: pro tertia autem cẽtum ducatos ſoluet, & ign
minia notatus exilio damnabitur. Qui verò plebeius fu
rit, nec erit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt te
gum ligatis, ante fores eccleſiæ conſtituetur per diem
integrum; pro ſecunda fuſtigabitur per vrbem; pro terti
lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicum
que clericus in hoc blaſphemiæ vitium incurrerit, pr
prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorum
cumque beneficiorum ſuorum: pro ſecunda benefici
ipſis priuetur: pro tertia omnibus etiam dignitatibu
exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quodſi cler
cus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, ve
corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carcer
bus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad
triremes

Contra laicos blaſphemãtes.

Contra clericos blaſphemantes.

triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ, arbitrio iudicis puniatur.

Statutum est insuper in prædicto concilio Lateranēsi vltimo[a], vt in foro conscientiæ nemo blasphemiæ reus, absque grauissima pœnitentia seueri confessoris arbitrio iniuncta, possit absolui. Qui verò in blasphemis inquirendis puniendisque diligēres, & seueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem mulctę pecuniariæ habeant. Quicumque verò blasphemantem eum verbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingat, eundemque deferre, vel notificare apud iudicem ecclesiasticum, seu secularem intra triduum debeant. Et vt huius delicti notitia facilius habeatur, voluit Pius V. in prædicta sua constitutione, vt in illo non solùm per accusationem & inquisitionem, sed etiam ad simplicem & secretam denuntiationem procedatur per quoscūque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quàm personarum, ita quod inter eos locus sit præuentioni. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denūtiasse comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri voluit, & mandauit. Mulctæ autem pecuniariæ illius decreto, applicabūtur pro duabus partibus locis piis arbitrio ordinariorum, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit. Et in virtute sanctæ obedientiæ Principibus Christianis & terrarum Dominis mandat, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore, præmissa omnia in suis Dominiis ac terris exactissimè seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi.

[a] *d. sess. 9. Blasphemis in confessione grauissima est iniungenda pœnitentia.*

De *ira, odio, & simultate refrenanda.* CAP. XXI.

QVONIAM vitia, quibus honestatem sermonis grauiter lędi supra demonstrauimus, ex ira, odio, simultate atque impatientia tanquam radice sua prodeunt. De hisce igitur reprimendis, & profligandis nunc aliquid dicemus. Quoniā Dominus noster IESVS Christus dixit[b]: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, hinc ergo nos benignitatem, hinc māsuetudinem discamus, & omnē malitiam abscindamus, atq; D. Ioannis Chry-

[b] *Mat. xi. cap.*

a in cap. 7. Ioã. Hom. 47.

nis Chrysostomi sententiam sequentes[a], si quis n
insultauerit, humiliemur: si quis exasperatur, mi
mus; si quis mordet, & lacerat, & contumeliis pro
tur, nolimus commoueri, ne victi nos ipsos perda
Etenim ira, fera vehemens est, & furibunda. Incanti
eam diuinæ scripturæ carminibus. Terra & puluis
quid superbit terra & puluis? Et impetus iræ eius
ei; & vir iratus immodestus est. Nihil turpius as
irati, nihil visu grauius. Quod si aspectus, multo m
anima. Quemadmodum enim æuũ si contrectetur
uius olet: ita & anima cum perturbata est, & mul
trinsecus fluctibus agitata. Sed non possum, inqui
micorum cõtumelias tolerare. Qua gratia? Nam si
accusaris, etiam coram compungi deberes, & grati
habere: Si falsò, deride. Dixit mendicum? Ride. D
pauperem: ride. Dixit degenerem vel stultum: ian
defle. Nam qui dicit fratri suo fatue, reus est geh
ignis. Iniuria ergo affecto in mentem veniat, quod i
supplicium maneat, & non modo nulla in proxim
fereris, sed deplorabis vicem eius. Neque enim feb
laborãti, neque tumido quisquam irascitur, sed his
bis affecti sui misericordiam, & lachrymas mouent
iusmodi est irati animus, qui si in te prosiliet tace, &
portunam ei plagam infliges. Si contumeliã contum
prosequeris, ignẽ excitabis. Sed pusilli animi argue
inquies, si tacebimus. Imo tuam admirabimur sapie
Quod si contumeliosè contrà respõderis, materiam
bis vt vera putentur, quorum argueris. Quare diu
pauper appellatur, ridet? quoniã falsum id nouit. Iti
si nos iniurias ridebimus, magnum erit argument
quod falsò reprehendamur. Adhæc quousque homi
iudicia formidabimus? quousque communem Dom
despiciemus & carni vacabimus? Donec enim inter
contentio est, & æmulatio, & seditiones, nónne ca
les estis? Fiamus igitur spiritales, & sæuissimam han
luam fræno cohibeamus. Inter iram, & insaniam
differt, sed breuis quidem dæmon est, imo, quàm qui
monio vexatur grauior. Ille enim venia dignus est,
tus nulla; sed suppliciis innumeris sponte sua in pro
dum perditionis defertur, & etiam ante futuram geh

Ira fera vehemens est, et furibunda, & quomodo frænanda sit.

Ira breuis dæmon est.

nam pœnas dat. Tumultu enim quodam, & æstu intolerabili die, noctuque variis cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & præsenti supplicio, & futuro liberemur, abiecto penitus hoc affectu, omnes mansuetudinem induamus, & modestiam, vt & in hac vita, & in regno cælorum tandem animis nostris requiem inueniamus.

Et idem alibi[a]: Ponamus, inquit, si placet, iram quoq; bestiam esse quandam: quantum igitur ab aliis erga mitigandum leonem studium commodatur, tãtam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiusmodi cogitationem mitem, atque mansuetam. Siquidem hæc fera & vnguibus sæuissimis armatur, & dentibus, & nisi illam solicitè mansuefeceris, cuncta simul disperdet, & lacerabit. Nullus enim leo, nulla sic vipera viscera queunt humana laniare, vt hominis iracundia, ferreis quibusdam vnguibus vniuersa confodiens. Neque enim solummodo corpori nocet, sed ipsius etiam corripit animæ sanitatem, cunctas siquidem eius omnino vires decerpit, ac deuorat, eamque ad omnia inutilem facit. Nonnulli hominum vermes quosdam in interioribus corporis nutrientes ne respirare quidem sinuntur, vexatis profectò adesisque visceribus: nos tamen venenatam hanc in nobis alentes viperam (iram dico) quæ omnia interiora hominis depascitur: quid vnquã sanum aut forte possumus cogitare? Quonam igitur modo ab hac tam noxia peste fugiemus? Si illam vtique potionẽ bibamus, quæ omnes intra nos vermes serpentesque mortificet. Et quodnam, inquies, illud est poculum? Pretiosus scilicet Christi sanguis, si cum fiducia vtique sumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extinguitur. Post hoc, sanctarum quoque scripturarum diligens, & deuotus auditus, & misericordia auditui copulata. Per hęc enim omnes mortificari illę possunt, quæ animam nostram tabefaciũt passiones: & tunc verè vita, ac sanitate potiemur, qui certè nihil fere nunc à mortuis discrepamus. Neque enim possibile est nos verè viuere, nisi in nobis vitia omnino moriantur. Hæc necessariò nos perimunt in futuro, si nos viuere hic illa patiamur. Quinimo etiam ante illã mortem hic exigunt à nobis horrenda supplicia. Siquidem vniuersa hæc vitia, & crudelitatis plena sunt, & auiditatis,

[a] *in c. 1. Matt. Hom. 4.*

Ira quã sit seuera in hominem.

Alia contrà ir. remedia.

Vniuersa vitia plena sunt crudelitatis.

tis, noſque quotidie deuorare non deſinunt. Itaq; & i
tes eorum non immeritò eſſe dixerim dentes leo
imo etiam ſeueriores. Nam leo quidem ſimul vi
expletus, ſemeſum continuò cadauer relinquit: hæc
vitia nec ſatiantur aliquando, nec ab anima noſtra
recedunt: captumq; à ſe hominem diabolo ſimili
faciunt.

Prædicta vitia hominem diabolo ſimilimum faciũt.

D. verò Ambroſius in officiis ſuis ad clericos ſcri
eoſque erudiens, quomodo iracundia reprimenda,
aliis mitiganda ſit: Habet, inquit, ſuas habenas m
ſobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit on
oſtiũ, vt claudatur vbi oportet, & obſeretur diligen
ne quis in iracundiam excitet vocem ſuam, & cont
liam rependas contumeliæ. Audiſti hodie lectum
ſcimini & nolite peccare. Ergo etſi iraſcimur, quia
ctus naturę eſt, non poteſtatis, malum ſermonẽ no
feramus de ore noſtro, ne in culpam ruamus. Sed
ſit verbis tuis, & ſtatera, hoc eſt humilitas, atque mẽ
vt lingua tua menti ſubdita ſit. Reſtringatur haben
culis, frænos habeat ſuos, quibus reuocari poſſit ad
ſuram. Sermones proferat libra examinatos iuſti
ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in
modus c. Hæc ſi cuſtodiat aliquis, fit mitis, manſu
modeſtus. Cuſtodiendo enim os ſuum, & retinend
guam ſuam, nec prius loquendo quàm interroge
expendat, atque examinet verba ſua, ſi dicendum
dicendum aduerſum hunc, ſi tempus ſermonis ſit h
is profectò exercet modeſtiam, ac manſuetudine
patientiam; vt non ex indignatione, & ira in ſerm
erumpat, non alicuius paſſionis iudicium det in v
ſuis, non ardorem libidinis flammare in ſermon
indicet, & ineſſe dictis ſuis ſtimulos iracũdiæ: poſtr

Lingua tua menti ſubdita ſit.

Qualis debet noſter eſſe ſermo.

c *lib. 1. offic. cap. 3.*

Quid præmeditandũ ſit loquuturo.

Sermo interiora hominis cõmendare debet.

ne ſermo, qui commendare interiora debet, vitium
quod eſſe in moribus aperiat, & prodat. Tunc
maximè inſidiatur aduerſarius, quando videt nobis
ſiones aliquas generari, tunc fomites mouet, laq
parat. Laqueus aduerſarij eſt ſermo noſter. Loqui
plerumque quod excipiat inimicus, vt quaſi noſtro
dio nos vulneret. Quanto tolerabilius eſt alieno gl
quàm noſtro perire? Explorat ergò aduerſarius n
ar

arma, & concutit sua tela. Si viderit moueri me, inserit aculeos suos, vt seminaria iurgiorum excitet. Si emisero verbum indecorum, laqueum suum stringit. Interdum mihi quasi escam proponit vindictæ possibilitatem, vt dum vindicare cupio, ipse me inferam laqueo, & nodum mihi mortis astringam. Si quis ergò hunc aduersarium sentit præsentem esse, tunc magis custodiam adhibere debet ori suo, ne det locum aduersario: sed non multi hunc vident[a]. Verumetiam ille cauendus est, qui videri potest: quicumque irritat, quicumque incitat, quicumq; exasperat. Quando ergo aliquis nobis conuitiatur, lacessit, ad violentiam prouocat, ad iurgium vocat, tunc silentium exerceamus: tunc muti fieri non erubescamus. Peccator est enim, qui nos prouocat, qui iniuriam facit, & nos similes sui fieri desiderat. Denique si taceas, si dissimules, solet dicere: Quid taces? Loquere si audes. Sed non audes; mutus es, elinguem te feci. Si ergò taceas plus rumpitur, victum se reputat, irrisum, posthabitum, atq; illusum. Si respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem inuenit. Si enim taceas, dicetur: Ille conuitiatus est huic; contempsit iste. Si referas contumeliam, dicetur: Ambo conuitiati sunt. Vterque condemnatur; nemo absoluitur. Ergò illius est studium, vt irritet; vt similia illi loquar; similia agam. Iusti est autē dissimulare, nihil loqui, tenere fructum bonæ conscientiæ, plus committere bonorum iudicio, quàm criminantis insolentiæ, contentum esse grauitate morum suorum. Hoc est enim silere à bonis: quia bene sibi cōscius falsis non debet moueri, nec æstimare plus ponderis in alieno esse conuitio, quàm in suo testimonio. Ita fit, vt etiam humilitatem custodiat. Si autem nolit humilior videri, talia tractat, & dicit ipse secum: Hic ergò me contemnat, & in conspectu meo loquatur talia aduersum me, quasi non possim egò aperire illi os meum? Cur nō etiam ego dicam, in quibus eum mœstificare possim? Hic ergò mihi iniurias faciat, quasi vir non sim, quasi vindicare me non possim? Hic me criminetur quasi ego non possim grauiora in eum componere? Qui talia dicit, non est mitis, atque humilis, nō est sine tentatione. Tentator enim exagitat: ipse ei tales opiniones inserit. Plerumque adhibet homi-

a *d. lib. cap. 4.*

Quomodo inimicus nos ad conuitia prouocat, & ad irā.

Iusti officium contra iratum.

Iniuriæ impatientis verba.

nem nequam spiritus, qui hæc illi dicat. Sed tu in pet
fixum vestigium tene. Et si seruus cõuitium dicat, ip
tacet. Et si infirmus contumeliam faciat, iustus tace
si pauper criminetur, iustus non respõdet. Hęc sunt a
iusti, vt cedendo vincat: Sicuti periti iaculandi, cede
solent vincere, & fugientes grauioribus sequentem
bus vulnerare [a]. Quid enim opus est moueri cùm a
mus conuitia; cur non imitemur dicentem? Obmut
humiliatus sum, & silui à bonis [b]? An hoc dixit tant
modo, non etiam fecit Dauid? Imò & fecit. Nam cù
conuitiaretur Semei filius Gemini, tacebat Dauid
quamuis septus armatis non torquebat conuitium,
vltionem quærebat eo vsque, vt dicente sibi Saruię
quod vindicare in eum vellet, non permiserit. Ibat
tanquam mutus, & humiliatus; ibat tacens, nec m
batur cùm vir appellaretur sanguinis, qui erat con
propriæ mansuetudinis. Non ergò mouebatur conu
qui abundabat bonorum operum conscientia. Itaq
qui citò iniuria mouetur, facit se dignum videri co
melia, dum vult ea indignus probari. Melior est ita
contemnit iniuriam, quàm qui dolet. Qui enim cõ
nit, quasi non sentiat, ita despicit; qui autem dole
senserit, torquetur. [d]

Caueatur itaque iracundia, aut si præcaueri nõ po
cohibeatur. Mala enim illex peccati indignatio est,
ita animum perturbat, vt rationi non relinquat loc
Primùm est igitur, si fieri potest, vt morum tranquil
vsu quodam affectioni proposito in naturam verta
Deinde, quoniam ita plerũque motus infixus est ma
ac moribus, vt euelli, atque euinci non queat, si præui
potuerit, ratione reprimatur. Aut si prius occupatus
rit animus ab indignatione, quàm consilio prospici
prouideri potuerit, ne occuparetur, meditare, quom
motum animi tui vincas, iracundiam temperes. Re
iræ si potes, cede, si non potes, quia scriptum est [e]: I
locum iræ. Ergo si præuenerit, & præoccupauerit me
tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquas locu
tuum. Locus tuus patientia est, locus tuus sapientia
locus tuus ratio est: locus tuus sedatio indignationis
aut si te contumacia respondẽtis mouerit, & peruer
imp

a *Ambros. d. lib. cap. 5. Dauid iniuriarum patiẽs.*
b *Psal. 38.*
c *2. Reg. 16.*

Vide Chrysostomum Hom. 29. 30. & 31. ad popul. Antioch.

d *Ambros. d. lib. cap. 6.*

Indignatio quo modo reprimẽda.

Resiste iræ si potes, si non potes, cede.
e *Rom. 12.*

Quis locus dãdus sit iræ.

impulerit ad indignationem, si non potueris mitigare mentem, reprime linguam tuam: sic enim scriptum est[a]: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Deinde: Inquire pacem, & sequere eam. Vitemus ergò aut temperemus iracundiam, ne sit eius aut in laudibus exceptio, aut in vitiis exaggeratio. Non mediocre est mitigare iracundiam, non inferius, quàm omnino nō moueri. Hoc nostrum est, naturæ illud. Non consideres quid ab aliis in te referatur; locum tuum serua; simplicitatem, & puritatem tui pectoris custodi. Noli respōdere irato ad iracundiam eius, siue imprudenti ad imprudentiam eius. Irascimini vbi culpa est, cui irasci debeatis. Non potest enim fieri, vt nō rerum indignitate moueamur, alioquin non virtus, sed lenitudo, & remissio iudicatur. Irascimini ergò ita, vt à culpa abstineatis: vel si irascimini nolite peccare, sed vincite ratione iracundiam, aut si irascimini, vobis irascimini, quia commoti estis, & nō peccabitis. Qui enim sibi irascitur, quia citò commotus est, desinit irasci alteri. Qui autem vult iram suam iustam probare, plus inflammatur, & citò in culpā cadit. Melior est autem secundum Salomonem[b], qui iracundiam continet, quàm qui vrbem capit. Quia ira etiā fortes decipit. Cauere igitur debemus, ne in perturbationes prius incidamus, quàm animos nostros ratio cōponat. Exanimat enim mentem plerumque, aut ira, aut dolor, aut formido mortis; & improuiso percellit ictu. Ideò præuenire pulchrum est cogitatione, quæ voluēdo mentem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, sed iugo quodā rationis, & habenis constricta mitescat.[c]

Et D. Basilius[d]: Ne, inquit, fratres dilectissimi, malū malo curate, neu contendite inuicem calamitate mutua vincere. In rixa enim is inferior est, qui victor est: ac peccatis longè grauior discedit. Ira certamen excitat, certamen verò conuitium, conuitium verbera, verbera demū vulnera, ex quibus & mortes sæpe sequuntur. Ille maledixit, tu benedicas, verberauit, tu patere: expuit, nihilq; te æstimauit; tu cogita, quomodo ex terra es, & in terrā reuerteris. His namque modis atque rationibus te confirmans, longè leuiora, quàm reuera sint, euenient tibi aduersarij facta, iurgiaque. Sic enim talionē illi securius

a *Psal. 33.*

Quando irascendum sit.

b *Prouerb. 16.*

c *Ambros. d. lib. cap. 11.*

d *in Hom. de ira.*

in rixa is inferior est, qui victor est.

Quomodo cōcēcenda sit ira.

reddes, ostendesque quàm sis cõtumeliis inuulnerab
ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis,
alterius insaniam occasionem philosophiæ ac tuæ
feceris meritorum. Quamobrem, si mihi credis, p
contumeliasque minimè curabis. Obscurum te, atq
glorium vocauit, nulliusque æstimationis? terram
cinerem esse dicas, nec tu melior es patre nostro A
a *Genes.18.* ham, qui se eadem vocauit[a]. Ignarum, pauperem,
bilem nominauit? tu vermem te dicas, & è stercor
b *Psal.21.* nus ducere, verba Dauid memorans[b]. His etiam Mo
c *Numer.20.* decus adde[c]: Ille ab Aaron, & Maria verbis petitus
brosis, non ad Deum aduersus illos interpellauit, se
eis orauit. Quorũ tu dic mihi cupis esse discipulus?
torum hominum, ac Deo gratorum, an eorum, qui
ritu referti sunt maligno? Quando enim verborum
tumelia tentaris, illud existima: periculum de te fie
Deo per patientiam adhæreas, an per iram in aduer
partes inclines. Da tempus cogitationibus ad optim
eligendi partem opportunum. Nam è duobus alte
proculdubio consequeris: aut inimicum tuæ manis
dinis exemplo mitiorem reddes, vel certè si despe
acrius illum vindicabis. Si enim malum est ira, cur
lum id non euitas? Si venia dignum, cur irato succe
Ex quo si secundus venisti ad iram, nihil te hoc iuua
Non enim in certaminibus palæstram prius prouoc
sed qui superat coronatur. Quamobrem non solùm
qui facinus aliquod graue prius tentauerit, sed qui
ducis ad scelus exemplum fuerit imitatus omnino
statur. Si enim te pauperem verè appellat, verũ resp
nequaquam debes. Si mentitur, quid ad te dicti van
sicut enim ad laudes tuas, si veritatem excedunt, e
non debes: ita nec & probra in te non verè iactata
nimè dolere. Si verò stultus, & indoctus appellaberis
minisce eorum, quæ à Iudæis iactata sunt in veram
d *Ioan.8. cap.* pientiam[d]: Samaritanus es, & dæmonium habes.
enim contra hæc maledicta irascaris, iam ea corrobo
Nihil ira stul-tius. sti. Quidnam est ira stultius? Si verò quietus, & imm
bilis persistas, pudorem maledicenti magnum intuli
cùm re ipsa prudentiam, modestiamque ostenderis. A
pa seu pugillo cæsus es? expuit aliquis in faciem tuam

Eadem

Eadem & Dominus est passus: Nec enim ab expuentibus, aut cedentibus faciem auertit. Calumniam pateris? Et Dominus. Tua laceratur vestis? Et à Domino quoq; vestis per vim extracta Nondum condemnatus es, nondum cruci affixus. Multa tibi toleranda, vt ad eius imitationem peruenias. Talia igitur, & horum similia tibi succurrant, mentisque tuæ impetum, ac iram cõpescant. Similes namque præparationes, & animi dispositiones morsus cordis, & impulsus facilè delebunt, & animi cogitationes in tranquillum statum deducent.

Meditatione passionis Domini cõprimenda est ira ac iniuria.

Quomodo igitur iræ incommoda fugiamus? Si eam nullo modo mẽtem rationémve occupare sinamus. Sed quando oportet, & vt oportet ex ratione dispensata fortitudinem, patientiam, ac constantiam ira parit: præter verò rectam rationem tractata, furor & insania efficitur. Idcirco nos Psalmus admonet [a]: Irascimini, & nolite peccare. Ipse namque Dominus in Euangelio [b], illum qui temerè fratri iratus fuerit, reum iudicij facit. Illum verò, qui tanquam pharmaco ad ea, quæ oportet ira vtitur, minimè condemnat; sicut fecit Moyses [c], Phinees [d], Samuel [e], Helias [f] & alij. Non autem verba solent tristitiam mouere, sed superbi aduersus eum, qui nos vituperat, & vniuscuiusque de seipso phantasia. Quodsi horum alterutrum menti tuæ exemeris, inanes quidam sonorum strepitus erunt, quæ ab aduersario dicentur. Quamobrem iram omnino sedabis, indignationemque, ne iram illam, quæ de cælo supra omnem impietatem, & iniustitiam hominum reuelabitur experiare. Si enim animo sapienti amaram indignationis radicem extirpare poteris, multa cum hoc principio perturbationum semina facilè extingues. Nam & dolus, & suspicio, & infidelitas, & malignitas, & insidiæ, & audacia, & omnia his similia huius vitij germina sunt, atque appendices. Itaque, fratres amantissimi, ne obsecro tantum nobis malum inducamus animæ morbum, rationis tenebras, à Deo alienationem, obliuionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem pessimum nostris animis innatum, incolam quendam impudentem nostra interiora possidentem, deniq; sancti Spiritus iter ad nos impedientem. Vbi inimicitiæ sunt,

Iræ incõmoda quomodo vitari queant.

a *Psal.* 4.
b *Matth.* 5.
c *Exod.* 32. *cap.*
d *Numer.* 25.
e 1. *Reg.* 15.
f 3. *Reg.* 18.

Non tã alterius verba, quàm nostra superbia nos ad irã prouocat.

Filiæ iræ.

Egregia iræ descriptio.

contentiones, indignationes, sectæ nostris animis pe
tuos generantes tumultus, ibi spiritus mansuetu
haud requiescit. Quamobrem B. Pauli [a] monitis ob
perantes omnem à nobis indignationem, ac clamo
cum omni malitia abijciamus, ac inuicem boni ac m
ricordes existamus, expectantes beatam spem ma
tis omnibus promissam.

a Ephes. 4. Coloss. 3. Tit. 2.

Rursum Chrysostomus [b]: Vt fornicantem, blas
mantemque impossibile est sacræ mensæ participē
ita quoque qui inimicitias fouet, atq; in ira pertinax
non potest frui sancta communione. Quomodo pos
bis Deum tibi mansuetū fieri, cùm tu conseruo tuo
grauis sis, & inexorabilis? Esto, cōtumelia te affecit
seruus, nónne tu sæpe Deo contumelias facis? Cog
vellet Deus aduersus se commissa diligenter exqui
ne ad vnum quidem diem viueremus. Peccata, inqu
si obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? E
omittam alia omnia peccata, quæ sola cuiuscumque
scientia cognita habet, & vbi præter Deum nullum
reformidat, si de confessis istis, & apertis rationem
poscamur, quam veniam queso sperare possemus, si
cum nostrarum negligentiam, & inertiam expende
quod coràm apud eum in præsentia consistentes, ipsu
que inuocantes, ne tantum quidē pudoris, & reuere
exhibemus, quantum serui dominis suis, aut miles d
bus. Cum amico enim colloquens, cum attentione i
facis; cum Deo autem de peccatis tuis agens, & con
nationem postulans, & veniam orans subinde torpe
genibusque humi positis, sæpe per forum, sæpe per a
mētem tuam diuagari sinis, ore tuo interim temerè i
niterque garriente; Idque nō semel, aut bis, sed freque
ter nobis accidit; quodsi vel illud solum ponderare v
an veniam, putas, obtinebimus? an purgationem ali
adornare poterimus? Mihi certè impossibile vide
Quidsi iam conuitia, quibus quotidie alij alios ince
mus, in medium produxerit, iudiciaque improba, q
bus proximum cōdemnamus, idque nulla alia de cau
quàm quod criminosi, & morosi simus; quid pote
mus quæso pro defensione nostri recitare? Quod si ine
tur ratio nostrorum conuitiorum, quum qui fratri s
dixer

b in Hom. de simult. siue ira.

In ira pertinax communicare non potest.

c Psal. 129.

Arguitur nostra in precibus negligentia, & distractio.

dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis [a], num vel os deducere, vel hiscere licebit, aut parum, aut magnum respondere? Tot peccata, tanta supplicia, tantum pudoris eluere licet, per condonationem offensæ, nihil enim est huic virtuti æquale. Quos non potuerunt Moyses, & Samuel eripere ab ira Dei, huius præcepti obseruatio eripere potuit, ac proinde illis, quibus ista dixit, assiduè præcepit, inquiens [b]: Remittite malefacta vnusquisque fratri suo: ne sitis memores offensarum in cordibus vestris. De malefactis proximi ne cogitaueris. Non dixit solum remitte, sed vel in mente habeas, ne cogites, omitte vniuersam iram; hulcus tolle. Dum vindictam adornas, primùm te ipsum tormẽto afficis, veluti si carnificem iram tibi apposuisses, dilanians tua ipsius viscera. Quid enim miserius homine perpetuò irato? Quemadmodum furiosi nunquam fruuntur tranquillitate, ita qui simultatẽ gerit, & inimicum habet, nũquam fruitur vlla pace, perpetuò æstuans, tempestatemque cogitationum indies aggrauat. Verba factaque secum reputat, ipsius quoque nomini infestus, qui iniuriam dedit. Si audiat illum nominari, efferatur continuò magno cum animi cruciatu, & ad solum illius conspectum trepidat, & horret, tanquam si vltima patiatur. Quod si quid illius, vel vestem, vel domum videat, omnium istorum intuitu torquetur: ac quemadmodum dilectorum, & charorum hominum vestes, vultus, calceamenta, domus mox vt visa fuerit, excitare nos, & commouere solent: Ita quoque inimicorum seruus, amicus, domus, angiportus in cõspectum datus, aut quodcumque illius monumẽtum præfert, animos arrodit, atque alias super alias, vt quodcũque visum fuerit, plagas incutit. Quorsum opus est istiusmodi animi obsidione, tantis tormentis, ac tali supplicio? Quodsi nec gehẽna immineret odio laborantibus, saltẽ ob ipsius odij cruciatum peccata proximorum condonãda essent.

[a] *Matth.5.*

Virtus, & efficacia cõdonationis offensæ.

[b] *Mat.5. 6.18. Mar.11. Luc.6.*

Homine perpetuò irato nihil miserius.

Ob ipsius odij cruciatum peccata proximorũ sunt cõdonanda.

De excusationibus iram remittere nolentium. CAP. XXII.

NE mihi alleges iniuriarum acceptarum moles; nõ enim illud in te facit pertinaciã irarum, sed quod parum memor es tuorum delictorum, neque ge-

Causa simultatis quæ sit.

hennam ante oculos habes, aut Dei timorem. Si
vindictæ incumbas, vltionemque persequare, siue
verba, siue per facta, siue per imprecationem, Deus
à sumēda vltione supersedebit, vtputa te satagente
tui ipsius vindictam. Imo non solùm persequetur p
iniuriarum tuarum, quas passus es, sed à te ipso m
exiget, vt iniuriosè à te habitus. Si in rebus humanis
mo sibi ius dicit, & pro arbitrio vltionē dispensat, q
to magis id obseruandum in rebus illis, vbi Deus
vindex constitutus est? Iniurias igitur aliquis tibi
læsit, infinita mala inflixit? caue pœnam tuam perse
re, ne Dominum illius contumeliosè tractes: cede
Ipse negotium multò melius administrabit, quàm
pis, tibi solummodo iussum est[a], vt pro eo, qui te
preces fundas, quid autem de eo statuendum sit, ip
reseruari iussit. Nunquam tibi tales vltiones asseq
quales ille instruxit, modo illi ius irarum tuarum
cedas. Neque imprecationes facito aduersus inimi
sed illi relinquas arbitrium iudicandi; siue enim no
iurias condonemus, siue reconciliemur, siue pro in
cis deprecemur, nisi ipsi conuersi fuerint, ac in mel
mutauerint, Deus ipse non dimittet, quasi qui eo
commodis tantūmodo studeat. Sed te laudat, tuam
philosophiam amplectitur, illum verò punit, ne tua
losophia deterior reddatur.

Nemo sibi ius dicere potest.

Iniuriarū nostrarū acceptarum actio Deo cōmittenda est.

a Mat. 5. Luc. 6.

Multi à nobis admoniti super reconciliatione, vbi
temperare non placebat, hanc excusationem præte
runt, quæ nihil aliud fuit, quàm prætextus eorum m
tiæ; nolle, scilicet, se reconciliationem, ne deteriorem
micum faciant, ne acerbiorem postea & maiorem
contemptum experiantur, ac præter hoc illud quo
adijciunt, vulgò existimatum iri, ipsos ob imbecil
tem priores ad reconciliationem placationemque
nisse. Cæterum omnia ista vana sunt. Oculus enim
nunquam dormitans nouit mentem tuam, ac pro
conseruorum rumusculos curare non debemus, vbi
dici ipsi persuasuri sumus, qui de causa nostra cogni
futurus est. Si autem illud tibi curæ est, ne eum dete
rem tua bonitate facias, scias velim eum hoc pacto
teriorem non futurum, sed deteriorem futurum, si e

Excusatio reconciliari nolentium.

non p

non places. Nam etsi mortalium omnium scelestissimus sit, etsi non dicat, neque palàm præ se ferat, attamen tacitus approbabit tuos philosophicos mores, conscientiaque sua tuam reuerebitur mansuetudinem. Quodsi in eadem malignitate perstiterit, nec blanditiis emolliatur, maximam pœnam à Deo sustinebit. Id tibi certum habe, quod quanto magis aspernatus fuerit tuæ placationis industriam, tanto maiorem sibi pœnam coaceruat. Quid ais, deterior fit colendo? Id crimen ipsius, tuum autem encomium, quod cùm eum talem diuinabas futurum, non tamen ab eo colendo abstiteris, vt diuinæ voluntati satisfaceres; ipsius crimen quod tua bonitate nihilo quàm antea melior redditur. Multò tolerabilius, alios incusari propter nos, quàm nos propter alios.

Alia reconciliari nolentis excusatio.

Ne mihi dixeris frigida ista verba: verendum ne ob metum me putet ad se accurrisse, ac proinde maiores fastus sumat: puerilis ista animi sunt, & stulti, & ad hominum existimationes obstupescentis. Ne me putet, ais; Putet, inquam, quod ob metũ accessisti. Quid tum? nam & ita merces tua maior futura est, cùm & istud præcognoscas, & tamen ob timorem Dei omnia istiusmodi sustineas. Qui famam hominum aucupans, famæque gratia reconciliationem instituit, abscinditur à remunerandi lucro. Qui autem hoc ipsum planè cognitũ habet, quod multi & irridebunt, & vituperabunt, neque tamen vel ita absistat à reconciliatione, duplicatam, & triplicatam habebit coronam.

Tertia reconciliari nolentium excusatio.

Caue igitur homo ab istis irrationabilibus affectibus, neque pudefias, neque erubescas, neque ita loquare: Modo inter nos rixati sumus, fanda, infanda diximus, ac iam statim ad reconciliationem accurram? At quis non vituperabit meam facilitatem? Nemo cordatus damnabit tuam facilitatem, sed si manseris implacabilis, tum te omnes irridebũt, tum magnum dabis diabolo spatium, non enim ex tempore solùm durior fiet reconciliatio, sed ex rebus interea oborientibus. Cogita, quod ob Deum talia pateris, & plenam percipies consolationem, animumq; subterfugientem, reformidantem, erubescentem, pudefientem exacue, eique continuò ista occine:

Quid

Quid cessas? quid subterfugis? quid detrectas? non de
cunia, non de aliis rebus momẽtaneis, sed de nostr
rum salute agitur. Deus ista facienda præcepit. O
igitur illius mandatis postponantur, ne cessatore
lenti simus. Intelligat inimicus magnam à nobis
adhibitam, vt diuinis placitis nos attemperemus
denuo cõtumelias inferat, siue quid aliud acerbius
omnia feramus generosè, neque tantum illi, qua
nobismetipsis gratificemur, præ omnibus virtut
ad maiorem mercedem nobis imputabitur in ill
Multa deliquimus, in magnis offendimus, & Dom
nostrum irritauimus, dedit ex sua humanitate ha
recõciliationis. Ne igitur deseramus hunc pulchru
saurum: ex multa sua benignitate mercedem nob
põdit, & magnam & ineffabilem, & quam maxim
sideramus, nimirum veniam nostrorum peccato

Si legem Cæsar statuisset, vt omnes inimici in
redirent, aut capite plecterentur quid putas, an no
nes festinarent ad mutuas recõciliationes? Ego qu
sic arbitror. Quam veniã igitur habebimus, cum n
tundem reuerentiæ tribuimus Domino, quantum
seruis nostris tribuimus? Ob hoc ipsum iussus es
re: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di
mus debitoribus nostris. Quid eo mitius? quid ma
tius præcepto? Te iudicem fecit in condemnatio
rum criminum; si pauca dimittis, pauca dimittu
plura, plura: Si ex corde dimittis & sinceriter,
pacto tibi Deus remittit. Si præter veniam data
etiam pro amico habeas, eodem modo aduersus te
afficietur, adeo, vt quanto magis quis aduersus te
cauerit, tanto magis tibi ad reconciliationem propo
dum sit, quandoquidem ipse hoc pacto in causa d
nobis maiora crimina condonentur. Cùm dixeris
mitte nobis, quemadmodum nos dimittimus, si nu
dimittas, nihil aliud à Deo postulas, quàm vt te omn
cusatione, omni venia denudet. Cæterum, inquis,
ausim dicere: dimitte mihi, & dimitto, sed tãtum
partem in precatione enuntio, quæ habet, dimitte
Quid tum hoc, etiamsi tu ipse illud non dicas, Deu
men ita facit: & quemadmodum dimittis, ita dim

Cur dicamus: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos, etc. a Matth. 6.

Nõ prodest iracundis omittere in oratione dominica: sicut & nos dimittimus.

Nam illud ex sequentibus, quæ postea inducit, clarum facit: Si enim non remiseritis hominibus, neque pater vester cæleſtis remittet vobis. Ne igitur cautelam putes, si non totam orationem proferas, aut dimidiatam precationem facias, sed prout instituit, ita precare, vt necessitas dictionis quotidie exterrens cōpellat te ad proximo veniam condonandam.

Ira bifariam compescitur.

D. verò Gregorius [a] docens quomodo ira compesci debeat: Duobus, inquit, modis fracta possidere animum ira desuescit. Primus quippe est, vt mens solicita antequā agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest, contumelias proponat, quatenus redemptoris sui probra cogitans, ad aduersa se præparet. Quæ nimirum venientia tanto fortius excipit, quanto se cautius ex præscientia armauit. Qui enim improuidus ab aduersitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens inuenitur, eumque citius inimicum necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminentia per solicitudinem prænotat hostiles incursus quasi in insidiis vigilās expectat, & inde ad victoriam valenter accingitur, vnde nesciens deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis suæ primordia cūcta debet aduersa meditari, vt semper hæc cogitans, semper contra hæc thorace patientiæ munitus, & quicquid acciderit prouidus superet, & quicquid non accesserit lucrum putet. Secundus autem seruandæ mansuetudinis modus est, vt cùm alienos excessus aspicimus, nostra, quibus in aliis excessimus, delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Patiēter namque illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cū surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa reuocatur.

Iniuria illata quomodo tolerari possit.

Sed inter hæc, inquit [b], solerter sciēdum est, quod alia est ira, quam impatientia excitat, alia quam zelus iustitiæ formar. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, diuinę animaduersionis impetum Phinees per gladium non placasset [c]. Hanc iram quia Heli non habuit, motum cōtra se implacabiliter supernæ vltionis excitauit [d]. Nam quo contra subditorum

Contra subditorū vitia irascendum est.

a *lib. 5. moral. in Iob cap. 32.*

b *d. lib. cap. 23.*

Ira duplex.

c *Numer. 25. Psal. 105.*

d *1. Reg. 2. et 4*

ditorum vitia tepuit, eo contra illum districtio
rectoris exarsit. De hac ira per Psalmistam dicitur[a]
scimini, & nolite peccare. Et per Salomonem[b]: M
est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur an
delinquentis. De hac iterum Psalmista ait[c]: Tur
est prę ira oculus meus. Sed cùm per zelum animus
uetur, curandum summopere est, ne hæc eadem, qu
strumento virtutis assumitur, menti ira dominetur,
quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium
rata à rationis tergo nunquam recedat. Vnde necess
vt hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur,
tendat, ne ira extra mentis dominium transeat, s
vltione peccati tempus, modumque considerans
gentem animi perturbationem subtilius retractand
stringat, animositatem reprimat, & motus feruido
æquitate disponat, quatenus sic culpas delinquen
corrigat, vt ante ipse qui corrigit per patientiam cre
vt feruorem suum transcendendo dijudicet, ne inte
ranter excitatus ipso zelo rectitudinis longè à recti
ne aberret.

Et idem alibi[d]: Quoties ira animum inuadit, n
tem edoma, vince teipsum, differ tempus furoris
cùm tranquilla mens fuerit, quod placet, vindica
enim in vindicta malorum, sequi debet rationem
mi, non præire, vt quasi ancilla iustitiæ post tergum
niat, & non lasciua ante faciem prorumpat. Aliqua
verò ostendenda est, & non exhibenda: aliquando e
benda est, sed non sequenda. Quando enim in ex
tione iustitiæ placata mente irascimur, iracundia
non sequimur, & exhibemus. Ira enim, quæ anim
perturbat, quanta consideratione cauenda est mon
tur, de qua scriptum est[e]: Sit omnis homo velox ad
diendum, tardus autem ad loquendū, & tardus ad ir
Ira enim viri iustitiam Dei non operatur, & de ea d
est[f]: Melior est vir qui vincit iram, quàm qui capit c
tatem magnam. Cùm igitur iram, quæ cor perm
sacra eloquia tot testimoniis detestentur, perpenda
qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod D
iudice, in testimonio illius toties reprobatur.

a Psal. 4.
b Eccles. 7.
c Psal. 30.
Ira iustitiæ pedissequa non domina esse debet.
d lib. 8. epist. 51
Ira refrænanda est.
e Iacob. 1.
f Prouerb. 16.

De

De impatientia cohibenda. CAP. XXIII.

QVONIAM blasphemiæ, omnium vitiorum sermonem dehonestantium grauissimè, & turpissimè, mater est impatientia, vt D. Chrysostomus inquit[a], quomodo hæc refrænari, & cohiberi debeat, dicemus. Inprimis autem oportet premere malas cogitationes, neque permittere linguæ, vt aliquid sonet absurdi, quemadmodum B. Iob innumera perpessus mala, perseuerauit gratias agere Deo. Sunt nonnulli, qui si ioco conuitiove abs quopiam tacti fuerint, aut in aduersam valetudinem inciderint, aut capitis dolorem, aut alium huius generis morbum, ilico blasphemias effundunt, ac molestiam quidem morbi sustinent, sed fructu priuantur, dum in beneficum Deum suum, in prouisorem, in ipsorum curam agentem, in seruatorem conuitia iaciunt, nec se sentiunt in præcipitium abripi, seque ipsos in extremi exitij barathrum deijcere. Non enim si blasphemiam proferunt, leuiorem reddũt morbum, aut iniuriam illatam tollunt. Exacerbant potius illa, ac molestiorem sibi reddunt cruciatum. Propter hoc enim diabolus innumeras impingit molestias, vt in illud barathrum eos præcipitet. Et siquidem viderit eos blasphemias proferentes, protinus auget dolorem, ac maiorem reddit, quo stimulati rursus indignè ferant. Quod si videret eos fortiter perferentes, quoque morbus, seu iniuria esset acrior, & maior, hoc magis agerẽt gratias Deo, ilico desisteret, vt qui incassum frustraque pergeret immittere. Quemadmodum enim, vt D. Chrysostomus inquit[b], canis assistens mensæ, si viderit hominem vescentem subinde aliquid eorum, quæ in mensa sunt ipsi proijcientem, manet assiduè. Quod si semel, atque iterum sic astitit, vt discesserit nihil adeptus, protinus abstinet, velut iqui iam frustra, & incassum assistat. Itidem & diabolus iugiter nobis inhiat, si quod blasphemum verbum ipsi ceu cani proijciamus, hoc accepto rursus aggreditur. Quod si perseueraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterque abegeris, & aufugere coegeris. Verùm non potest tacere cruciatu stimulatus: nec ego prohibeo te loqui, sed volo te pro blasphemia loqui gratiarum actionem, pro verbis indigna-

Impatientia blasphemiæ mater.

a *in Hom. 3. de Lazaro.*

b *in d. Hom. 3.*

Loco blasphemiæ quid dicẽdum et faciendum Deo.

dignationis, verba boni ominis. Confitere Domi
ma vehementer, obsecrando; clama vehementer,
ficando: sic tibi & morbus redditur leuior, disc
quidem diabolo propter tuam gratiarum actione
verò auxilio accedente. Nam si blasphemias effu
pariter & Dei auxiliū submouisti, & diabolum a
sus temetipsum reddidisti sæuiorem, & teipsum
inuoluisti doloribus. Sin gratias egeris, & insidia
puleris mali dæmonis, & Dei pro te soliciti medi
conciliaueris. Verùm ex consuetudine frequēter i
Lingua cohibenda. rapitur lingua, vt peruersum illud verbum sonet. Ve
cùm huc rapietur, priusquam verbum effuderit,
morde illam vndique dentibus acriter. Præstat illi
fluere sanguine, quàm tunc in inferno concupisce
tam, nec impetrare posse refrigerium; præstat illam
porarium ferre dolorem, quàm tunc perenniter
mortalibus malis cruciari: Quemadmodū diuiti
lingua ardore æstuans nullum impetrauit refrige
Deus præcepit, vt inimicos tuos diligas, tu verò
te amantem auersaris. Deus iussit, vt conuitiis inse
tibus benignè loquaris, maledicentibus benedica
verò illi benefacienti & tui curam agēti maledicis,
nulla in re læsus sis. An non potuit soluere afflictio
Potuit, sed permisit, vt fias probatior. Verùm ecc
quis, collabor interim ac pereo: non propter afflict
naturam peris, sed propter tuam socordiam. Dic
vtra res est facilior, blasphemia, an gratiarū actio?
ne illa eos, qui audiunt hostes, & inimicos tibi red
in desperationem postea conijcit? Hæc verò innum
Cur gratiarum actio, blasphemia sit facilior, magisque amplectenda. adfert Philosophiæ coronas, incredibilēque ab oma
admirationem, denique ingentia à Deo præmia. Cu
tur quòd vtile est, quod facile, quod iucundum omn
id quod lædit, quod contristat, quod tabefacit illius
sectaris? Quin & alioqui si tentationis, ac paupertat
fictio causa esset blasphemiarum, oporteret omnes
Quæ sint causæ blasphemiæ. in paupertate viuunt, blasphemos esse. Ne igitur d
mus quod paupertas, morbus, & periculorum insu
compellant ad blasphemiam. Non paupertas, sed ac
consternatio; non morbus, sed Dei contemptus: non
riculorum insultus, sed pietatis desertio, vt ad blasp
mur

miam, ita ad omne malitiæ genus adducit minus attentos.

Impatiētia refrænanda, seu sanandaest patientia.

Porrò quia medicorum axioma est, contraria contrariis curari, ad impatientiam curandam, & cohibendam patientia opus erit, quæ vt D. Gregorius tradit[a], tribus modis exerceri solet. Alia namque sunt quæ à Deo, alia quæ ab antiquo aduersario, alia quæ à proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, damna, & contumelias sustinemus: ab antiquo aduersario tentamēta: à Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus modis vigilanti oculo semetipsum debet mens circunspicere, nec contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali; nec contra tentamēta aduersarij seducatur ad delectationem, vel consensum delicti: nec contra flagella opificis prorumpat ad excessum murmurationis, nec hic agētes retribui nobis præsentia bona quæramus. Patientia enim, vt D. Chrysostomus inquit[b], omnium bonorum causa est, & vniuersę philosophiæ radix. Vnde non abs re Sapiens quidā: Multæ prudentiæ vir tolerans est, inquit[c], intolerans validus stultitia: Et ciuitati conferens munitæ, hanc illa tutiorem esse dicit. Est enim patientia scutum inexpugnabile, turris firma, mala omnia repellens: & quemadmodum in abyssum maris scintilla delata, huic quidem nihil obest, ipsa extinguitur; sic in animum tolerātem quicquid incidere maximarū etiam rerum potest, facilè quidem absumitur ipsum, ille conturbabitur prorsus nihil. Quādo rebus omnibus solidior patientia est, exercitus, thesauros, equos, muros, arma, & quodcumque tandem memores licet, æquè firmum patientia nihil adduces. Hisce rebus enim omnibus, vt stipatus quis sit, sæpe accidit tamē, vt ira iuueniliter victus loco moueatur; tumultu, & turba misceat omnia. Hic verò velut in portu sedens summa semper fruitur tranquillitate. Inijce mulctam, nihil hanc petram mouebis: contumelia pete, nondum turrim concussisti: plagas incute, nihildum adamantem illum perterruisti. Longanimus enim idcirco vocatur, quia longum & ingētem animum habet. Nam longum, magnū etiam dici consueuit. Et hanc talem virtutem charitas nobis parit, quæ tam possidentibus, quàm fruentibus se ingentem præstat vtilitatem.

a *Hom. 36. in euang.*

Quibus modis patientia exercetur.

b *in cap. 13. epist. 1. ad Corinth. Hom. 33.*

Patientia omnium bonorum causa.

c *Prouerb. 14.*

Patiētiæ laus, de qua etiam lege Tertullianī librum.

Patiētia rebus omnibus est solidior.

Patiens cur dicatur longanimus.

Patientia charitatis filia.

litatem. Nolo homines desperatos dicas, qui cum m
tis obsunt impunè, deteriores euadunt. Fit istud enim
eorum longanimitate, sed improbitate eorum, qui m
ma re pessimè vtuntur: Hos nolo dicas mitiores, n
volo, qui multum ea re iuuantur. Hi cùm iniuriam n
lerunt, & nullam ipsi contra sentiunt; tamen mansu
dinem à se affectorum mirati, ingens virtutis exe
documentum sumunt.

a *lib. 1. offic. cap. 48.*

Tria sunt genera hominum iniuriam accipientium.

D. verò Ambrosius[a] docès quemadmodum repri
tur iracundia, tria ponit genera hominum iniuriam
cipientium. Vnum est eorum, quibus peccator inhi
cõuitiatur, inquietat. Iis quia deest iustitia pudor cre
augetur dolor. Horum similes plurimi de meo ordi
meo numero. Nam mihi infirmo si quis iniuriam f
forsitan licet infirmus donem iniuriam meam, si co
objiciat, non sum tantus, vt sim contentus cons
mea, etiam si me eius obiecti alienum nouerim, sed
pio abluere ingenui pudoris notam, tanquam infir
Ergo oculum pro oculo, & dentem pro dente exig
2. conuitium conuitio rependo. Si verò is sim qui prof
etsi nondum perfectus, non retorqueo cõtumeliam
influat ille conuitiis, & inuncet aures meas contum
3. ego taceo, & nihil respondeo. Si verò perfectus sum
nedico maledicentibus, sicut benedicebat & Paulus
b 1. *Corint. 4.* ait[b]: Maledicimur, & benedicimus. Audierat enim
c *Matth. 5.* centem[c]: Diligite inimicos vestros; orate pro ca
niantibus, & persequentibus vos. Ideo Paulus pers
tionem patiebatur, & sustinebat, quia vincebat, & m
gabat humanum affectum propositæ mercedis gra
vt filius Dei fieret, si dilexisset inimicum.

Quomodo acquiratur tolerantia, & patientia.

Præparandus est autem animus, exercenda mens,
bilienda ad constãtiam, vt nullis perturbari animus
sit terroribus, nullis frangi molestiis, nullis supplicii
dere. Quæ difficilè quidem sustinentur: Sed quia ori
supplicia, grauiorum suppliciorum vincuntur forma
ne, ideo si consilio firmes animum tuum, nec à ratio
discedendum putes, & proponas diuini iudicij meru
perpetui supplicij tormenta, potes animi subire toleran
tiam. Hoc igitur diligentiæ est, vt quis ita se compa
Illud ingenij, si quis potest vigore mentis præuidere e
fu

futura sunt, & tanquam ante oculos locare, quid possit accidere, & quid agere debeat, si ita acciderit, definire: interdum duo, & tria simul voluere animo, quæ conijciat aut singula aut conjuncta accidere posse, & aut singulis, aut coniunctis disponere actus, quos intelligat profuturos. Fortis ergò est viri, nõ dissimulare cùm aliquid immineat, sed prætendere, & tanquam explorare de specula quadam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne fortè dicat postea: ideo ista incidi, quia non arbitrabar posse euenire. Denique nisi explorentur aduersa, citò occupant. In his ergò duobus illa est animi excellentia, vt primùm animus tuus bonis excitatus cogitationibus, mũdo corde quod verum & honestum est, videat. Beati enim mundo corde, quia ipsi etiam Deum videbunt [a]: atque id quod honestum est solum bonum iudicet. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet, & iudicium suum stabili ratione confirmet, & quæ iudicauerit leuia, tanquam nihil profutura contemnat. Deinde si quid acciderit aduersi, idq; graue, & acerbum putetur, ita ferat, vt nihil præter naturam accidisse putet, cùm lecerit [b]: Nudus natus sum, nudus exibo: Quæ Dominus dedit, Dominus abstulit; seruetque in omnibus personam sapientis, & iusti, sicut ille seruauit, qui ait [c]: Sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Si bona suscepimus de manu Domini, quæ mala sunt non sustinebimus? [d]

a *Matth. 5.* *Id solum bonũ est quod honestum est.*

Aduersa quomodo tolerãda sint.

b *Iob 1.*

c *Iob 1.*

d *Ambros. de lib. 1. offic. cap. 38.*

Fortitudo igitur nec tentetur cupiditatibus, nec frangatur metu, quia virtus sibi cõstat, vt fortiter omnia persequatur vitia, tanquam virtutis venena. Iracundiam velut quibusdam propulset armis, quæ tollit consilium, & tanquam ægritudinem vitet [e]: perturbata enim mente latius se, ac longius fundit appetitus, & tãquam efferato impetu frænos rationis non suscipit, nec vlla sentit aurigæ moderamina, quibus posset reflecti. Vnde plerumque non solùm dum animus exagitatur, amittitur ratio, sed etiam inflammatur vultus, vel iracundia, vel libidine: pallescit timore, voluptate se non capit, & nimia gestit lætitia. Hęc cùm fiunt, abijcitur illa naturalis quædã censura, grauitasque morum, nec teneri potest illa, quæ in rebus gerendis, atque consiliis sola potest auctoritatem

Iracũdia tollit consilium.

e *Ambros. de lib. cap. 39.*

Quomodo grauitas morum, & constantia amittatur.

ſuam, atque illud quod decet, tenere conſtantia. Gra
autem appetitus ex indignatione nimia naſcitur, qu
acceptæ plerumque accendit iniuriæ dolor.[a]

a *Ambroſ. d. lib. cap. 47.*

Eos verò, quos ad tolerantiam paſſionum fortes
charitas reddit, nulla delectatio carnis, nulla volu
malè blanda corrumpit. Quoniã, ſi non quid, ſed pro
quid patiamur plurimum refert, non in iis patientia
vt D. Proſper inquit [b], qui æquanimiter patiũtur ang
tia, ſed in iis tantum, quos fortiter facit ſuſtinere ru

b *de vita contemp. lib. 3. cap. 20.*

In quibus ſit vera patientia.

Denique Dominus non ait [c]: Qui perſecutionem pa
tur, & tacuit, ſed adiecit: propter iuſtitiam; vt eui
oſtenderet, quod patientiam veram non facit pœna
cauſa; & ideo beatitudinem, non perſecutionem pa
tibus, ſed propter iuſtitiam patiẽtibus repromiſit. Q
ſi ita eſt, ſuperandorum malorũ ſuſtinentia tunc e
patientia, ſi fuerit iuſta: Et in iis iuſta eſt patientia, q
nec doloribus, nec voluptatibus cedit mẽtis inuicta
ſtantia. Sed hæc animi fortitudo ab illo eſt nobis, c

c *Matth. 5.*

Patiẽtiam veram non facit pœna, ſed cauſa

Patiẽtia iuſta in quibus ſit.

Propheta cantamus [d]: Fortitudo mea, & laus mea
minus, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Fortitudo noſtr
quia ita nos cõtra omnia vitia inuicta protectione
roborat, vt animum noſtrum nec blanda diſſoluat
aduerſa deijciant, & tunc laus noſtra Dominus fit,
nos de muneribus Dei, ſed diuina in nobis cupia
munera prædicari. Nec illi ſuam poſſunt iactare vir
quibus Dominus factus eſt in ſalutem. Is ergo cui
minus eſt animi fortitudo, nullis carnalibus delic
cedat, nullis voluptatibus acquieſcat, ambitionẽ ac
pularem gloriam vincat: Non eum pecuniæ amor
ciat, non acerbitas paſſionum, damnorumque ſubi
Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria, delectatio p
ſpes certa, ſecuritas firma, poſſibilitas ſana, ſanitas in
rupta, vt ei, quicquid carnalibus placet in hoc mũdo
ſpliceat; quicquid pretioſum videtur eſſe vileſcat; q
quid nitidum, futurorum contemplatione fordeſcat
iam ab his, quæ iam per gratiam Dei eliſit, ſe patro
elidi, quia & turpius videtur animũ ab his vitiis v
quæ vicerat, & nihil ei proſit aliqua ſuperaſſe, ſi a
quod neglexerit ſuperare, ſubiaceat, quando non ille
tis haberi ſolet, qui in adeundis laboribus, periculi

d *Pſal. 117.*

Virè fortis, qualis eſſe debeat.

Clarus

claruerit, aut frænandis voluptatibus, ac domandis institerit: sed ille magnus, & sublimis, ille potens, atq; dignus fortitudinis appellatione cēsendus sit, qui nihil sibi vitij rebellare, aut dominari permiserit, modo absit ignauia; ne nos id desperemus posse, quod possumus: Absit præsumptio vitiosa; ne nobis hoc quoq;, quod per Dei gratiam possumus, asscribamus. Quia siue de munere Dei, quo fortes efficimur, desperemus; siue nos de nostra possibilitate iactemus, idonei ad resistendum vitiis esse non possumus. Et vtique animi fortitudo tam desperandi ignauiam debet excutere, quàm iactantiæ contraire.

Prælati in subditos nimiam non debēt ostētare patiētiam.

Cæterùm Prælati in subditos nimiam ostentare cauebunt patientiam. Nam si, quod absit, ecclesiasticam solicitudinem, vigorem que negligant, perdet desidia disciplinam, & animabus fideliū profectò nocebitur[a]. Cunctis enim rectoribus, vt D. Gregorius inquit[b], vtraque summoperè sunt tenenda, vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine, districtionē deserant disciplinæ, quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cùm contumacem corrigunt; nec disciplinę vigorem molliant, cùm infirmiorum animos consolantur. Regat ergò vigor disciplinæ mansuetudinem, & mansuetudo ornet sermone vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Et, vt D. Augustinus inquit[c]; qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coërcet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, nō solùm in eo, quod dimittit ex corde, atque orat; verumetiam in eo, quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam facit; quia misericordiam præstat: Multa enim bona præstātur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati, quia ipsi inueniuntur sibi inimici. Et idem alibi[d]: Quando, inquit, necessitas disciplinæ in moribus coërcēdis dicere vos dura verba compellit, si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur, vt vos à subditis veniam postuletis; ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimiū seruatur humilitas, regēdi frangatur auctoritas. At petenda est venia ab omnium Domino,

a *c. iustum. 23. q. 3. & arg. c. fin. 21. q. 5.*

b *in c. sunt nāque. dist. 45.*

c *in c. & qui emendat. dist. 45.*

Quomodo bona præstanda sint inuitis.

d *in c. quando. dist. 86.*

Dum à Prælatis nimiū seruatur humilitas, regēdi frāgitur auctoritas.

qui nouit eos, quos plus iusto fortè corripitis, quam
a *Hom. 30. ad pop. Antioch.* neuolentia diligatis. Nam, vt Chrysostomus inq
iræ tempus nullum est, cùm nobis auxiliamur. Si
sit opus alios corrigere, tunc ea præsertim oportet
alios eruamus.

Danda itaque omnibus est opera, vt in vera, &
patientia animas nostras possidere possimus. Quod
si refrænantes impatiẽtiam nostram, semper in Dei
gaudeamus, sine intermissione oremus, in omnibus
tias agentes. Hæc est enim voluntas Dei semper
agere. Hoc est animæ sapienter institutæ, vt D. Chr
b *Hom. 68. ad pop.* stomus alibi inquit[b]; Passus es aliquid mali? sed
Malum quomodo vertendũ sit in bonum. non est malũ. Gratias age Deo, & malum in bonũ
transmutatum. Dic tu quoque quẽadmodum &
nomen Domini benedictum in secula. Quid enim
quęso, passus es? Incubuit morbus? At nihil nouum.
pus enim mortale nobis est, & pati natum. Sed pec
rum inopia? Verùm & hæ acquiri possunt, & amis
hic tantùm manẽt. Sed ab inimicis insidiæ, & calum
Sed nos in his iniuriam non patimur, sed illi, qui fa
c *Ezech. 18.* Ait enim[c]: Anima quæ peccat, ipsa & morietur. P
uit autem non qui malè passus est, sed qui malè
d *1. Corinth. 6.* Non ergò mortuum oportet vlcisci, sed orare pro
eruatur à morte. Non Paulum audis dicentem[d]? Q
potius iniuriam non patimini, quare potius non p
mini? At vos iniuriam facitis, & ausertis; & hæc fr
In quo benè vel malè pati consistat. bus. Vides quod malè pati in malè faciendo est; bene
rò pati in malè patiendo. Dic enim, quæso, si quis p
pes conuitiis insectaretur; si quis rerum dominos a
ret iniuria, quem læderet, semetipsum, an illos? pla
est quod semetipsum. Ergò principem quidem læd
non illi, sed sibi nocet, Christum autem contumelia
ciens, per illud eum contumeliam pati cogit? Neq
Imagines lapidibus impetens semetipsum lapidat. quam. Imagines lapidibus impetens quem lapidat, p
ne semetipsum? Postmodum Regis quidem terren
pidans imaginem, se lapidibus obruit, Christi ver
merans imaginem (homo namque Dei imago) no
e *Matth. 5.* semetipsum lædit? Dixit Christus[e]: Qui irascitur fra
suo sine causa, & qui fatuum vocat, reus erit gehen
f *Mat. 5. Luc. 6.* Alibi verò maiorem exigit philosophiam[f], non mo
quicq

quiescere percussum iubet, sed è contrario etiam honorare cædentem, aliamque illi maxillam parare. Hoc autem dicit, nō ad hanc vnam tantummodo iniuriam imperans patientiam, sed in omnibus quoque aliis ad istius nos exercitationem virtutis erudiens. Sicut enim cùm dicit: qui fratrem suum fatuum vocat, reus erit gehennę; non de sola istud pronuntiat illius sermonis iniuria, sed de omni profectò maledicto: Ita hic quoque, non vt tantūmodo palmis cæsi fortiter feramus iubet, sed vt quodcumque illud nobis fuerit illatum absque vlla perturbatione patiamur. Propterea ibi extremā elegit iniuriam, & hic faciei verberationē locauit. Quod certè maximè exprobrabile, & præcipuè esse iniuriosum solet. Cùm autem de illo, qui percutitur dixerat; pone etiam pro percutiente præceptum. Quando enim ille, qui patitur iniuriam, nihil se graue existimat sustinere. Siquidem ad philosophandum paratus, quodammodo ne sensum quidem ipsum experitur iniurię. Certat enim potius ille, qui cęditur. Tunc proculdubiò percussor pudore suffunditur, nec iam ictum infert secundum, etiamsi omni prorsus fera existat immanior. Imò plurimum se etiam de priore culpabit. Nihil enim ita lædentes coercet, vt patientia, ac modestia læsorum. Nec secutorum modò coercet impetum, sed de præcedente exigit pœnitentiam, cogitque cædentē, vt à percusso cum modestiæ illius admiratione discedat. Quinimo & familiares facit, nec solùm amicos de inimicis, sed sæpe etiam famulos. Sicut è cōtrario, vltionis exactio vtrumque confundit, ac deteriorem facit, ac iram ad maius inflammat incendium; ad mortem quoque ipsam peruenit malum in vlteriora progrediēs. Propterea eum, qui palmis cęditur, non modò prohibuit irasci, sed etiam percutiētis iram exatiare præcepit, vt ne primam quidem iniuriam videretur sustinuisse inuitus. Hoc enim, inquit, modo, etiam impudentissimum plaga certiore percuties, quàm si eum ferires manu. Et non solùm tibi eum tolerabiliorem facis, verumetiam sibi modestiorem.[a]

Quid fatuè & maxillę nomine in præallegatis locis cōprehendatur.

Nihil ita lædentes coërcet, vt patientia modestiáque læsorum.

Præterea D. Hieronymus ad Eustochium Paulæ epitaphium scribens: Ego, inquit, inter alia aiebam, liuori esse cędendum, & dandum insaniæ locum, quod fecisset

Liuori, & insaniæ cędē dum est.

a *Chrysost. in cap. 5. Matth. Hom. 18.*

Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo
micorum Saul. At illa respondebat: iustè hæc dice
diabolus contra seruos Dei, & ancillas non vtiq; pe
ret, & ad omnia loco fugiētes non præcederet. Cur
non patientia liuorem superem, cur non humilitate
gam superbiam, & percutienti maxillam, offeram
ram, dicēte Apostolo Paulo [a]: Vincite in bono m
Nónne Apostoli gloriabantur, quando pro Dom
tiebantur contumeliam? Nónne ipse Saluator hum
uit se formam serui accipiens, & factus est obediēs
vsque ad mortem, & mortem crucis [b], vt nos sua pa
ne saluaret? Iob nisi certasset, & vicisset in prælio,
accepisset coronam iustitiæ, nec audisset à Domino
tásne me aliter locutum tibi, quàm vt appareres iu
Beati dicuntur in Euāgelio [c], qui persecutionem pa
tur propter iustitiam. Secura sit conscientia, quæ
propter peccata patiamur, & afflictio in seculo ma
præmiorum est. Si quando procacior fuisset inimic
vsque ad verborum iurgia prosiliisset, illud psalter
cantabat [d]: Cùm consisteret aduersum me peccator
mutui, & silui à bonis. Et rursus [e]: Ego autem quas
dus non audiebam, quasi mutus non aperiens os s
Et factus sum sicut homo non audiens, & non habe
ore suo increpationes. In tentationibus Deutero
verba [f] voluebat: Tentat vos Dominus Deus vest
sciat si diligatis Dominum Deum vestrum de toto c
vestro, & de tota anima vestra. In tribulationibus, A
gustiis Isaiæ replicabat eloquia [g]: Qui ablactati d
lacte, qui abstracti ab vbere, tribulationem super t
lationem expectate, spem super spem. Adhuc pul
propter malitiam labiorum, propter linguā malig
Ea scripturæ testimonium in cōsolationem edisser
Ablactatorum esse, eorum scilicet, qui ad virilem a
peruenissent, tribulationem super tribulationem s
nere, vt spem super spem mereantur accipere. Scie
quoniam tribulatio patientiam operatur, patiētia au
probationem, probatio verò spem, spes autem non c
fundit. Et quod, si is, qui foris est, homo noster corr
patur, ille, qui intus est, innouetur: & impræsentia
leue, & momentaneū tribulationis vestræ æternæ glo

a *Rom.12. Malum in bono est vincendum.*

b *Philipp.2.*

c *Matth.5. Quando afflictio materia sit præmiorum.*

Contra iurgia quid meditandum.

d *Psal.38.*

e *Psal.37.*

Quid in tentationibus.

f *Deuter.13.*

Quid in tribulationibus, & angustiis.

g *Isa.28.*

pondus operatur in vobis, non aspicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur tẽporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna: Nec longum fore tempus etiam si humanæ impatientiæ tardum videatur, quin Dei statim videatur auxilium, dicentis [a]: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Nec dolosa labia, & linguas iniquorũ esse metuendas cùm Domino adiutore lętemur, & ipsum debeamus audire, per Prophetam [b] monentem: Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorũ ne metueritis. Sicut enim vestimẽtum, sic comedit eos vermis, & sicut lanam, sic deuorauit eos tinea. Et [c]: Per patientiam vestram possidebitis animas vestras. Et [d]: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi [e]: Tribulationem super tribulationem sustinere, vt patienter agamus in omnibus, quæ accidunt nobis. Patiens enim vir multum est prudens: qui autem pusillanimis est, vehementer insipiens.

a *Isaiæ 49.*

Linguæ iniquorum non sunt metuendæ.

b *Isa. 51.*

c *Luc. 21.*

d *Rom. 8.*

e *Prouerb. 14.*

Patiens vir, prudẽs est, impatiens, vehemẽter insipiẽs.

De patientia amplectenda, & seruanda. CAP. XXIIII.

ET si præmissa ad commendam impatientiam, & amplectendam patientiam sufficiunt, tamen quia D. Ioannes Chrysostomus patientiam asserit omnium bonorum esse causam, & vniuersę philosophiæ radicem, vt suprà dictum est. D. verò Gregorius illam, quæ mater est omnium custosque virtutum per impatientiæ vitium amitti [f], coronidis loco, quędam ex D. Cypriano de bono patientiæ supradictis adijciemus.

Patientia omnium bonorum causa, & philosophiæ radix.

f *Hom. 35. in euang. et 3 parte curæ pastor. admonitio. 10.*

Origo autem, & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit. Diligenda autẽ res homini, quæ Deo chara est. Bonum, quod amat diuina maiestas, commẽdat. Si Dominus nobis & Deus pater est, sectemur patientiam Dei pariter & patris, quia & seruos oportet esse obsequẽtes, & filios non decet esse degeneres. Qualis verò in Deo, & quanta patiẽtia, quod in contumeliam suę maiestatis, & honoris instituta ab hominibus prophana templa, terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissimè sustinẽs, super bonos, & malos æqualiter facit diem nasci, & lumen solis oboriri, & cùm imbribus terram rigat, nemo

Patientiæ origo à Deo.

à beneficiis eius excluditur, quo minus iustis sim & iniustis indiscretas pluuias largiatur. Videmus parabili æqualitate patientię nocentibus,& innoxi ligiosis,& impiis,gratias agentibus,& ingratis De tu tempora obsequi; elementa famulari; spirare v fontes fluere; grandescere copias messium; fructe tescere vinearū; exuberare pomis arbusta; nemo descere;prata florere. Et cùm crebris imo continu cerbetur offensis Deus, indignationem suam tem & præstitutum semel retributionis diem patienter ctat. Cumq; habeat in potestate vindictam, mau tenere patientiam, vt,si fieri potest, multum malit tracta aliquando mutetur, & homo in errorum,& rum contagione volutatus, vel serò ad Dominu uertatur,ipso monente,& dicente[a]: Nolo morte rientis:tantum,vt reuertatur,& viuat. Et iterum uertimini ad Dominum Deum vestrum, quia cors,& pius est,& patiens,& multę miserationis, sententiam flectet aduersus malitias irrogatas.

Deus sua patientia vindictam differt.

a *Exech.18.*
b *Ioel.2.*

Atque vt plenius intelligere possimus,fratres simi,quia patientia Dei res est; & quisquis lenis tiens & mitis est, Dei patris imitator est, cùm in gelio suo Dominus præcepta in salutem daret,& monita depromēs ad perfectum discipulos erudi fuit & dixit: Audistis quia dictum est[c]: Diliges mum tuum,& odio habebis inimicum tuum: Ego dico vobis[d], diligite inimicos vestros, & orate lis,qui vos persequuntur,vt sitis filij patris vestri cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos, los, & pluit super iustos & iniustos. Si enim dilex eos,qui vos diligunt,quam mercedem habebitis? hoc & publicani faciūt? & si salutaueritis fratres v tantum, quid amplius facietis? nónne ethnici id faciunt? Estote itaque vos perfecti, sicut pater ves lestis perfectus est. Et quia ad hoc descendisse se di Christus, vt voluntatem patris faceret, inter cæter mirabilia suarum virtutum, quibus iudicia diuina iestatis expressit, paternam quoque patientiam tole tenore seruauit, omnes denique actus eius ab ipso sta aduentu patientia comite signantur. In Iudæis ver

Patiens Dei Patris imitator est.

c *Leuit.19.*
d *Matth.5.*

Patientia Christi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lerandis æquanimitas quanta, & quanta eius patientia? Incredulos ad fidem suadendo flectere obsequio, ingratos fouere, contradicentibus respondere leniter, superbos sustinere clemẽter, humiliter persequentibus cedere: prophetarum interfectores, & aduersum Deum semper rebelles vsque ad crucis, & passionis horã velle colligere; sub ipsa autem passione, & cruce prius quàm ad crudelitatem necis, & effusionem sanguinis veniretur, quę conuitiorum probra patienter audita, quæ contumeliarum tolerata ludibria? Vt insultantium sputamina patienter exciperet, qui sputo suo cœci oculos paulò ante formasset, & cuius in nomine nunc à seruis eius Zabulus cum angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur, coronaretur spinis, qui martyres floribus coronat æternis: palmis in faciem verberaretur, qui palmas veras vincẽtibus tribuit: spoliaretur veste terrena, qui indumento immortalitatis cæteros vestit: cibaretur felle, qui cibum cælestem dedit: aceto potaretur, qui poculum salutare propinauit. Ille innocens, ille iustus, imo innocentia ipse, & ipse iustitia inter facinorosos deputatur, & testimoniis falsis veritas premitur, iudicatur iudicaturus, & Dei sermo ad vindictam tacens ducitur. Et cùm ad crucem Domini confundantur sidera, elementa turbentur, contremiscat terra, nox diem claudat, sol ne Iudæorũ facinus aspicere cogatur, & radios, & oculos suos subtrahat: ille non loquitur, nec mouetur, nec maiestatem suam sub ipsa saltẽ passione profitetur: vsque ad finem perseueranter ac iugiter tolerantur omnia, vt cõsummetur in Christo plena & perfecta patientia. Et post ista adhuc interfectores suos, si conuersi ad eum fuerint, suscipit, & patientia sua salutari ad conseruandos benignus, & patiens Ecclesiam suã nemini claudit: Illos aduersarios, illos blasphemos, illos nominis sui semper inimicos, si pœnitẽtiam delicti agant, si admissum facinus agnoscant, non solũ ad indulgentiam criminis, sed ad præmiũ regni cælestis admittit. Quid potest patientius, quid benignius dici? Viuificatur Christi sanguine, etiam qui effudit sanguinem Christi, talis est Christi ac tanta patientia, quæ nisi talis, ac tanta existeret, Paulũ quoque Apostolum Ecclesia nõ haberet. Quod si & nos fratres chariſſimi in Christo sumus; si ipsum

In Christo pẽna, & perfecta patientia, consummata est.

Patiẽtia Christi dedit Ecclesiæ Paulum.

Christi patientia nobis est imitanda.

a 1. Ioan. 2.

ipsum induimus; si ipse est salutis nostræ via, qui stum vestigiis salutaribus sequimur, per Christi pla gradiamur, sicut Ioannes Apostolus instruit, Qui dicit se in Christo manere, debet, quomodo bulauit, & ipse ambulare. Item Petrus, super quem clesia Domini dignatione fundata est, in epistola nit, & dicit b: Christus passus est pro nobis, relin vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui ta non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qu maledicereturr, non remaledicebat, cùm pateretur comminabatur. Tradebat se iudicanti se iniuste,

b 1. Petri 2.

In Patriarchis, & Prophetis, aliisque iustis maxima fuit patientia.

mus denique & Patriarchas, & Prophetas, & iust nes, qui figuram Christi imagine præeunte portare hil magis custodisse in laude virtutum suarum, quod patientiâ forti, & stabili æquanimitate tem

In martyribus requiritur patientia.

Tot denique martyres glorioſis mortibus honor omnes ad cælestes coronas patientiæ laude ven Neque enim potest accipi dolorum, & passionum na, nisi præcedat in dolore, & passione patientia.

Ad cognoscendum quàm patientia sit vtilis, & necessaria, vide etiam de eadem Tertulliani libru.

Quam sit autem patientia vtilis, & necessaria, nifestius, & plenius possit nosci, Dei sententia cog quam in origine statim mũdi, & generis humani præcepti immemor, & datæ legis transgressor a tunc sciemus, quàm patientes in isto seculo esse mus, qui sic nascimur, vt pressuris illic, & conflict bus laboremus. Nec sudantibus, & laborantibus p alia magis, quàm patientiæ subuenire solatia, qu apta sint, & necessaria in isto mundo vniuersis, tu gis nobis, qui diabolo impugnante plus quatimur, acie quotidie stantes inueterati, & exercitati hosti luctationibus fatigamur, quibus præter varias, & duas tentationum pugnas, & in persecutionum q certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundu cer, portandę catenę, animæ impendẽdæ, gladius, b ignes, cruces, omnia denique tormẽtorum, ac pœn genera fide, ac virtute patientiæ perferẽda Domino

c Ioan. 16.

instruente, & dicente c: Hæc locutus sum vobis, vt pacem habeatis, in seculo autem pressuram habebitis fidite, quoniam ego vici mũdum. Bonum autem fac tes non deficiamus. Tempore enim suo metemus.

dicto Apostolus admonet, ne quis impatiens in operatione deficiat: ne quis tentationibus, aut auocatus, aut victus in medio laudis, & gloriæ itinere desistat, & percant præterita, dum quę superant, desinunt esse perfecta.

Patientia non tantũ bona custodit, sed & repellit aduersa.

Patientia autem, non tantum bona custodit, sed & repellit aduersa, Spiritui sancto fauens, & cælestibus, ac diuinis cohærens contra facta carnis, & corporis, quibus anima expugnatur, & capitur, virtutum suarum propugnaculo reluctatur. Charitas fraternitatis vinculum, fundamentum pacis, tenacitas, ac firmitas vnitatis, quæ & spe, & fide maior est, quę & opera, & martyria præcedit, quæ nobiscum semper æterna apud Deum in regnis cælestibus permanebit. Tolle illi patientiam, & desolata non durat. Tolle sustinendi, tolerandique substantiam, & nullis radicibus, ac viribus perseuerat. Apostolus denique cum de charitate loqueretur [a], tolerantiam, & patientiam illi iunxit. Et alio in loco [b]: Cum patientia, inquit, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Probauit nec charitatem seruari posse, nec pacem, nisi se inuicem fratres mutua tolerantia foueant, & concordiæ vinculum patientia intercedente custodiant. Quid deinde, vt non iures, neq; maledicas, vt tua ablata non repetas, vt accepta alapa & alteram maxillam verberanti præbeas, vt fratri in te peccanti non tantũ septies, sed septuagies septies, sed omnia omnino peccata dimittas; vt diligas inimicos tuos; vt pro aduersariis, & persecutoribus precem facias? Non poteris ista perferre, nisi tolerantiæ, & patientiæ teneas firmitatem.

Charitatis effectus, eiusque præstantia.

Charitas absq; patientia non durat.

a 1. Cor. 13. cap.
b Ephes. 4. cap.

Ad iniurias omnes perferendas patientia opus est.

Quid dicam de ira, de discordia, de simultate, quæ in Christiano esse non debent? Sit patientia in pectore, & hæc illic locum habere non possunt; aut si adire tentauerint, citò discedẽt excluſa, vt domicilium pacificum perseueret in corde, vbi Deum pacis delectet habitare. Admonet denique Apostolus, & docet, dicẽs [c]: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diẽ redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferantur à vobis. Si enim Christianus à furore & contentione carnali tãquam de maris turbinibus excessit, ac trãquillus, & lenis in portu

c Ephes. 4.

Christi

Christi esse iam cæpit, nec iram, aut discordiam intra pectus admittere, cui nec malum pro malo reddere licet, nec odisse.

Ad carnis incommoda, & corporis cruciatus perferendos patientia necessaria est.

Necnon ad varia quoque carnis incommoda, & labores corporis, durosque cruciatus, quibus humanus quotidie fatigatur & patitur, patientia necessaria est. Examinandis namque nobis, atque explorandis importantur labores, & multiplex tentationum molestias irrogatur, de iacturis facultatum, de ardoribus, de cruciatu vulnerum, de amissione charorum. Nec aliud magis iustos discernit, & iniustos, quàm quod in aduersis per impatientiam queritur, & blasphemat iustus; patientia iustus probatur, sicut scriptum est: In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe.

Iustus ab iniusto patientia discernitur. a Eccles. 2.

Iob patientia probatus est.

niam igne probatur aurum, atque argentum. Sic Iob examinatus est, & probatus est, ad summum fastigium patientiæ laudis virtute profectus. Tobias quoq; pietatis, & misericordiæ suæ opera magnifica luminis amissione tentatus, in quantum patienter cæcitatem pertulit, in tantum granditer Deum patientiæ laude promeruit.

Tobias patientia tentatus.

Atque vt magis, fratres dilectissimi, patientiæ bonum luceat, quid mali è contrario impatientia importet, videamus. Nam vt patientia bonum Christi est, ita contra impatientia Zabuli malum; & sicut in quo patitur, & manet Christus, patiens inuenitur; ita impatiens semper existit, cuius mentem Zabuli nequitia possidet. Quid Iudaicus populus circa beneficia diuina peccator & ingratus, nónne quod à Deo primùm recessit impatientiæ crimen fuit? Dum Moysi cum Deo loquentis moras non potest ferre, profanos Deos ausus est poscere, nec vnquam ab eadem impatientia destitit, quo non semper docilitatis, & diuinæ admonitionis impatiens prophetas suos, & iustos quosque perimendo ad crucem quoque, & sanguinem Domini prosiliret. Impatientia etiam in Ecclesia hæreticos facit, & ad Iudæorum similitudinem contra Christi pacem, & charitatem rebellem ad hostilia, & furiosa odia compellit.

Impatientia quid mali importet consideremus: de quo etiam lege Tertullia. in lib. de patient.

Impatientia in Ecclesia hæreticos facit.

Impatientia rebelles ad odia compellit.

Et ne longum sit singulatim recensere omnia, omnia quæ patientia ædificat ad gloriam, impatientia destruit ad ruinam. Quare, fratres dilectissimi, & bonis patien-

Quæ patientia ædificat ad gloriã, impatientia destruit ad ruinam.

& impatientiæ malis diligenter expensis, patiẽtiam per quam in Christo manemus, vt venire cum Christo ad Deum possimus, plena obseruatione teneamus; quæ copiosa, & multiplex non angusto fine cõcluditur, nec breuibus terminis coercetur. Latè patet patientiæ virtus, & vbertas eius, ac largitas de vnius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus venis per multa gloriarũ itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus nostris potest, ad consummandam laudem, nisi inde consummationis accipiat firmitatem.

Per patiẽtiam in Christo manemus,

Patientia est, quæ nos Deo, & commendat, & seruat: ipsa est, quæ iram temperat, quæ linguam frænat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit; timoris violentiam comprimit; incendium simultatis extinguit; coercet potentiam diuitũ, inopiam pauperum refouet; tuetur in virginibus beatã integritatem, in viduis laboriosam castitatẽ, in coniunctis & maritatis indiuiduã charitatem: facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias, & contumelias mites: docet delinquentibus citò ignoscere; si ipse delinquas, diu, & multum rogare: tẽtationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones, & martyria consummat: ipsa est, quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit: ipsa est, quæ incrementa spei sublimiter prouehit; ipsa actũ dirigit, vt tenere possimus viam Christi, dum per eius tolerantiam gradimur: ipsa efficit, vt perseueremus filij Dei, dum patientiam patris imitamur. Et quoniam plurimos scio, vel pondere iniuriarum ingentium, vel dolore de iis, qui aduersum se grassantur, & sæuiunt, vindicare velociter cupere: Nec illud in extrema parte reticendum est, vt in istis fluctuantis mundi turbinibus, & Iudæorum siue gentilium, & hæreticorũ quoque persecutionibus cõstituti, patiẽter expectemus vltionis diẽ, nec ad vindictã doloris nostri querula festinatione properemus, cùm scriptũ sit[a]: Expecta me, dicit Dominus, & diem resurrectionis meæ in testimoniũ, quoniam iudicium meũ est ad congregationes gentium, vt excipiã Reges, & effundã super eos iram meam. Expectare nos iubet Dominus, & futuræ vltionis diem forti patientia sustinere, qũi & in Apocalypsi loquitur, dicens[b]: Ecce

Patientia nos Deo commendat, & seruat. Varij, & insignes patientiæ effectus.

a *Soph. cap. 3.*

b *cap. 22.*

venio

venio citò, & merces mea mecum est, reddere vn
secundum facta sua. Vnde etiam clamantes marty
ad vindictam suam dolore erumpente properare
pectare adhuc iubentur, & temporibus consumm
a Apoc. 6. cap. implendisque martyribus præbere patientiam a.
patientiam, fratres dilectissimi, & in persecution
passionibus nostris cogitemus. Huius aduentui
expectationis obsequium præbeamus. Nec defe
ante Dominum serui irreligiosa, & inuerecunda
tione properemus. Insistamus potius, & elaborem
toto corde vigilantes, atque ad omnem tolerantia
biles dominica præcepta seruemus, vt cùm illa
vindictæ dies venerit, non cum impiis, & pecca
puniamur, sed cum iustis, & Deum timentibus
remur.

Ad acquirendam patiẽtiam quædã media.

b vt tradit Præfect. Sodal. B. Mariæ Colon. part. 2. piar. & Christian. instit. tit. de med. ad patient.

Ad hanc autem patientiam in nobis stabiliẽdam
& expediens fuerit b cõsiderare, nos longè grauio
la diuersis multorum annorum peccatis comme
que si non in isto mundo his similibusque afflictio
certò in futuro seculo purgatorij ignibus excoq
erunt. Deinde conferre tribulationes, molestias
stras cum his, quas multi alij fortasse etiam melio
bis tolerant. Tertiò, respicere ad lucrum, quod ex
latione sequetur. Sicut enim operarius in summ
ribus cõsolatur se expectatione mercedis; ita Chri
in omnibus molestiis, & afflictionibus gaudere
spe retributionis. Quartò, cogitare quid ex impa
leuaminis sentiemus. Non enim ob id dolor min
aut molestia tolletur, quia impatientię signa edim
potius augebitur, quod ad certa mala etiam consc
vulnus addamus. Ergo faciamus de necessitate vi
patienterque feramus quod ad Dei voluntatem fer
videmus. Postremò, oculis fidei ad Dei voluntate
nia referre oportet quæ patimur, neque imputare h
nibus vllis mala illata, sed Deo, quo auctore nobis
nia eueniunt. Sicut B. Iob tam magno à variis ac
c Iob 1. detrimento, nihil de vllis inimicis conquestus, di
Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino
d lib. 2. moral. cap. 18. cuit, sic factum est: sit nomẽ Domini benedictum. D
rò Gregorius d: Magna est, inquit, consolatio in eo
dili

displicet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi iustum placet. Si igitur iusta placere Deo scimus, pati autem nisi quæ Domino placuerunt non possumus: iusta sunt cuncta, quæ patimur, & valde iniustum est, si de iusta passione murmuramus. Deinde sciendum est, quod plerumque euenire patientibus solet [a], vt eo quidē tēpore, quo aduersa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsentur, & sic patientiam exhibeant, vt custodire etiam cordis innocentiam curent. Sed cùm post paululum hæc ipsa, quæ pertulerint, ad memoriam reuocant, igne vehementissimi doloris instigantur, argumenta vltionis inquirunt, & mansuetudinem, quam tolerātes habuerunt in retractatione, & recordatione sua semetipsos diiudicantes perdunt. Ille ergò veraciter patientiam seruat, qui & ad tempus aliena mala sine dolore tolerat, & hæc eadem retractans pertulisse se talia exultat, ne bonum patientiæ quietis, & pacis tempore pereat, quod in perturbationibus custoditur.

Pati nisi quæ Domino placuerunt nō possumus.

a *Greg. Hom. 35. in euang.*

Quis vere patientiā seruet.

In sermone dicendam veritatem, & mendacium fugiendum esse. CAP. XXVI.

AD sermonis honestatem, de qua hactenus egimus, insuper requiritur, vt in eo veritas sit, & nō mendacium. Quoties enim aliquid aut dicimus, aut loquimur, vt Cicero inquit [b], toties de nobis iudicatur. Nam interpres mentis nostræ est ipsa oratio, verbis quidem discrepans, sententiis congruens [c]. Hinc & vulgò dici solet: Qualis vir, talis oratio. Itaq; inprimis prouidēdum, ne sermo vitium aliquod indicet nostris ineſſe moribus, quod maximè tū solet euenire, cùm studiosè de absentibus detrahendi causa, aut maledicè, aut per ridiculum, aut seuerè contumelioseque dicitur [d]. Charondas Tyrius dixisse legitur [e], vt honestatem, ac veritatem quisque colat, turpitudinem atque mendacium oderit: nam hisce notis virtus, & malitia discernuntur. Quare statim à pueris assuefacere oportet, castigando quidem mentiendi studiosos, veritatis autem, amando. Idcirco, vt Cicero refert [f], quæ pœna à diis immortalibus periuro, hæc mendaci constituta fuit. Non enim ex pactione verborum quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex

b 1. *de oratore.*

c *Cic. 1. de legib.*

Qualis vir, talis oratio.

d *Cic. 1. lib. offic.*

e *apud Stepha. Bellengardum in senten. volum.*

f *Pro Roscio.*

Mendaci & periuro eadem est pœna constituta.

perfidia, & malitia, per quam insidiæ tenduntur
deos immortales suos irasci, ac succensere cõsueuis-
Persarum insignis institutio. bat. Quocirca & Persæ liberos suos in prima ætate
bant iustitiam colere æquum ab iniquo discernere,
cipuè autem verum dicere. Vtinam autem tam stu-
essent Christiani hoc tempore in suis erudiendis
a *cap.59.* Sed nunc, proh dolor, cum Isaia Propheta[a] exclam
videtur: Corruit in plateis veritas, & æquitas nõ
b *Psal.11.* ingredi. Et facta est veritas in obliuione. Et cũ Da
Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus,
niam diminutæ sunt veritates à filiis hominum.
c *cap.8.* Zacharia Propheta[c]: Loquimini veritatem vnusq
cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis
in portis vestris, & vnusquisque malum contra
suũ ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramẽtum
dax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt, quæ od
Dominus.

Et vtinam à Rege nostro Philippo Catholico
hasce suas prouincias inferioris Germaniæ dici, &
dari cum Iustiniano Imperatore posset cum effec
bemus omnes violentias, & omnem auaritiam
d *l.1.C.de offic. præfect.prætor. Afric.* & iustitiam, ac veritatem restaurari, ac reseruari
rum hoc vnum nunc maximè deplorãdum, quod
veritatem, quæ à Prælatis ex SS. Concilio Trid
potissimùm ad reformandum deprauatos Canon
& aliorum ecclesiasticorum mores, allegatur, op
Inueterata cõsuetudo reformationi inducendæ passim opponitur. tur inueterata consuetudo. Quare hosce abusuum
sores, & excusatores meminisse velim à D. Aug
e *c. qui contempta. dist.8.* scriptum esse[e]: Qui contempta veritate præsumi
suetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, &
gnus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum in
est, inspiratione cuius Ecclesia eius instruitur. Nam
f *Ioan.14.* minus in euãgelio[f]: Ego sum, inquit, veritas. Non
ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata
g *c. cõsuetudo. d. dist.* consuetudo veritati. Et D. Cyprianus[g]: Consuetud
quit, quæ apud quosdam irrepserat, impedire non
quo minus prævaleat veritas, & vincat. Nam cõsu
sine veritate, vetustas erroris est. Propter quod relin
h *3.Hesd.3.& 4.* rore sequamur veritatem, scientes quia apud Hes
veritas vincit, vt scriptum est[h]: Veritas valet, &

leſcit, & viuit in æternum, & obtinet in ſecula ſeculorū. Atque huius ſententiam ſecutus D. Gregorius Papa [a]: Si, inquit, conſuetudinem fortaſſe opponas, aduertendū eſt, quod Dominus dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Non dixit: Ego ſum cōſuetudo, ſed veritas. Et certè, vt B. Cypriani vtamur ſententia, quęlibet conſuetudo quantumuis vetuſta, quantūuis vulgata veritati omnino eſt poſtponenda: Et vſus, qui veritati eſt contrarius, eſt abolendus. Quo pertinet & illud D. Auguſtini [b]: Fruſtra qui ratione conuincuntur, conſuetudinem nobis obijciunt, quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut non ſit in ſpiritualibus ſequendum quod melius à Spiritu ſancto reuelatum eſt. Hoc planè verū eſt, quia ratio, & veritas conſuetudini præponenda ſunt. Sed ſi conſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri. Mala autem conſuetudo, vt Nicolaus Papa reſcripſit [c], non minus, quàm perniciosa corruptela abijciēda, & vitanda eſt; quę niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs aſſumitur. Et incipiūt præuaricationes, & variæ præſumptiones celerrimè non compreſſæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuò celebrari.

Veritas imaleſcit, & viuit in æternum.

a *in c. ſi conſuetudinem. d. diſt. 8.*

Quælibet conſuetudo veritati eſt poſtponenda.

b *in c. fruſtra. d. diſt. 8.*

Ratio, & veritas conſuetudini præponenda ſunt.

Conſuetudo quatenus ſeruanda.

Mala conſuetudo pro priuilegijs ab impijs aſſumitur.

c *in c. mala, d. diſt.*

Quare omnibus eccleſiarum Prælatis vnicè danda eſt opera, vt quàm citiſſimè radicitus euellātur ex ipſorum eccleſijs conſuetudines rationi, & veritati contrariæ, vel decretis SS. concilij Tridentini non conformes. Et non timeant eos, qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis, vel rebellionem, aut contradictionem ſuorū ſubditorum, non liberè audeant dicere, quod illis ex concilio Tridentino iniūctum eſt. Siquidem non ſolùm ille proditor eſt veritatis, vt D. Chryſoſtomus inquit [d], qui tranſgrediens veritatem palam pro veritate mēdacium loquitur; ſed etiam ille, qui nō liberè veritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere cōuenit, proditor eſt veritatis. Et D. Auguſtinus [e]: Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deū. Vterque autem reus eſt, & qui veritatē occultat, & qui mendacium dicit. Quia & ille prodeſſe nō vult, & iſte nocere deſiderat. Nemo verò peritorum aut prudentium putet,

d *Hom. 21. in Matth. & in c. ſolite timere. 11. q. 3.*

Proditor eſt veritatis, qui illam liberè nō pronuntiat, vel non defendit.

e *in c. quiſquis. 11. q. 3.*

Quiſquis metu veritatē occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat.

quod minus sit periculum in verbis lingua menti
quàm manibus sanguinem fundendo. Melius est
pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione
ficium [a]. Innocentius verò Papa [b]; error, cui nō resi
inquit, approbatur; & veritas cùm minimè defen
opprimitur. Negligere quippe cùm possis pertu
peruersos, nihil est aliud, quàm fouere, nec caret scr
lo societatis occultæ, qui manifesto facinori desin
uiare. Cui consonat & illud D. Gregorij [c]: Cons
videtur erranti, qui ad resecanda, quę corrigi deben
occurrit.

Et studiosè in hisce corrigendis cauendum est, ne
pinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis af
veritatem impediat: Amor enim carnalis, & timo
auaritia plerumque sensus hebetant humanos, & pe
tunt opiniones, vt quęstum pietatem putent, & pe
quasi mercedem prudentiæ [d]. Tantam semper poti
veritas habuit (etiam apud ethnicos [e]) vt nullis m
nis, aut cuiusquam hominis ingenio aut arte subue
tuerit. Et licet in causis nullum patronum, aut defe
obtineat, tamen per se ipsa defenditur. O magna v
ritatis, quę contra hominum ingenia, calliditatem
tiam, contraque fictas omnium insidias facilè se
possit. Sed dolendum, adeo multorum improbit
mendaciis depressam esse, vt illius emergendæ pe
gua spes refulgeat, cùm tamē quod verum, simple
cerumque est, id naturæ hominis, vt Cicero docu
accommodatissimum. Quapropter Epaminondas
seuerus veritatis cultor fuit, vt ne ioco quidem men
sit quicquam. Non enim ignorabat omnium vitio
maximè odiosum, & inuisum tam diis, quàm hom
bus, esse mendacium, tanquam litem quādam, & pe
ciuitatis. [g]

Quod & è iure scripto euidenter liquet. Siquide
Imperatoribus cōstitutum legitur [h]: Pręscriptione m
daciorum opposita, siue in iuris narratione menda
reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude pro te
veritatis, non deprecantis affirmatione, datum iudi
cognoscere debere; & secundum hoc de causa con
ferre sententiam. Et si legibus cōsentaneum sacrum

a c. nemo. 11. q. 3.
Melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium.
Quando quis peruersos fouere dicatur.
b in c. error. dist. 83.
c in c. consentire. dist. 83.
Quæ affectio carnalis veritatē impediat.
d c. accusatores vel testes. 3. q. 5.
e Cicer. in Vatin.
f 1. lib. offic.
Mendaciū diis & hominibus præ cęteris vitiis maximè odiosum.
g Plato de repub. dial. 2. et 3.
h l. 2. c. si cōtra ius vel vtilit. publ. vel per mendac. fuer. ali. postul.

culum, mendax precator attulerit, careat penitus impetratis. Et si nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam seueritati subiaceat iudicantis[a]. Vnde & in rescriptis Apostolicis semper intelligenda est hæc conditio, etiamsi non apponatur: Si preces veritate nitantur[b]. Præcepit quoque Dominus[c]: Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximũ suum Os enim quod mentitur occidit animam[d]. Et abominatio est Domino labia mendacij; qui autem fideliter agũt, placent ei[e]. Hinc Dauid Psalmista[f]: Odisti Domine omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Is autem censetur loqui mendacium, censore D. Augustino[g], qui, contra id quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. Et vtique verba propterea instituta sunt, nõ vt per ea se inuicem homines fallãt, sed vt eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergò vti ad fallaciam, nõ ad quod sunt instituta, peccatum est. Nec ideo vllum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquãdo alicui prodesse mentiendo: possumus enim & furando, si pauper cui palàm datur sentit commodum, & diues, cui clam tollitur non sentit incommodum: nec ideo tale furtum quisquam dixerit peccatum non esse. Nemo mentiens iudicãdus est, qui dicit falsum, quod putat verum: quia quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur; Non itaque mẽdacij, sed aliquando temeritatis arguendus est, qui falsa incautus credit, ac pro veris habet, potiusq; è contrario quantum est in ipso, ille mentitur, qui dicit tanquam verum, quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet, qui nõ quod sentit, hoc dicit, nõ verùm dicit; quamuis verum inueniatur esse quod dicit; nec vllo modo liber est à mendacio, qui ore nesciens verũ loquitur; sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis, de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat; quàm qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit. Et ideo etiam Dominus, vt Chrysostomus inquit[h]; Inter iuramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam. Quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque

a *l. & si legibus. C. d. tit.*
b *c. 2. de rescrip.*
c *Leuit. 19. cap.*
d *Sapien. 1.*
e *Prouerb. 12.*
f *Psal. 5.*
g *in c. is autẽ. 22. q. 2. & in enchirid. c. 12.*
Verbis vti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est.
h *c. iuramẽti. 22. q. 5. Inter iuramentum, & nostrã loquelam nulla debet esse distantia.*

in verbis nostris nullum debet esse mendacium, qu
trumque, & periurium, & mendaciũ diuini iudicij p
damnatur, dicente scriptura: Os quod mentitur oc
animam. Ita vt nec artificioso mendacio, nec sim
verbo oporteat quẽquam decipere: quia quomodo
mentitur quis occidit animã [a]. Cùm autem humi
causa mẽtiris, si non eras peccator antequam mẽti
mentiendo efficeris quod euitaras. Veritas autem
in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiam
cognoscas. Veritas autẽ ipsa est, vt quod est, dicas. I
quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas [b]? Quo
non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur

D. verò Clemens Papa & martyr D. Iacobo scrib
quæ à B. Petro audiuisset, & didicisset [d]: Quotidia
quit, illius prædicatio, inter cætera diuina mandata
erat, quam in eius exemplum etiam tibi, frater chr
me, significare curaui: Bonorum, inquit, operum
cætera semina, ac negotia sunt, quantum vnusqu
sapit & potest, totius intimi cordis viscеribus Deu
ligere, & proximum velut seipsum. Abnegare se
sibi, vt Iesvm Christum Dominum nostrum fa
tur, & nihil eius amori præponere, veritatem co
ore proferre debere, & totam spem suam in Deo s
committere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora
dire, & in omni loco Deum respicere, firmiter sc
gitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad C
stum allidere, & sacerdotibus Domini manifestar
Os suum à multo, vel prauo colloquio custodire, &
ba vana, aut mendacia non loqui; quia os quod men
occidit animam. Verba diuina libenter audire, &
cerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedie
esse docebat.

a c. nec artificioso. 22. q. 2.
Causa humilitatis non licet cuiquam mentiri.
b c. cùm humilitatis. 22. q. 2.
c c. non ita. 22. q. 2.
d epist. 1.
Quales D. Petri quotidiana fuerit prædicatio.
Veritas corde, & ore proferenda est.
Os à multo, & prauo colloquio custodiendis est.
Sacerdotibus libenter obediendum est.

An vnquam mentiri liceat, & quot mendacij genera.

CAP. XXVII.

D. Verò Augustinus explicans illud Psalmi
Perdes omnes, qui loquuntur mendacium
quis, inquit [e], arbitretur perfectum & spiritu
hominem pro ista temporali vita, morte cuius sun
alterius non occiditur anima, debere mentiri: quoni

e in c. ne quis. 22. q. 2.
Pro conseruanda ista vita tẽporali, mentiendum non est.

aliud est mentiri, aliud est verum occultare; siquidem aliud est falsum dicere, aliud verũ tacere: vt si quis fortè non velit ad istam visibilem mortem hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur; nec occidat animã suam pro corpore alterius. Cui consonat & illud quod idem alibi scriptum reliquit, dicẽs[a]: Faciat homo etiam pro temporali salute hominum quod potest, cùm autem ad hoc ventum fuerit, vt tali saluti, nisi peccando consulere non possit, iam se existimet non habere quid faciat: quoniam id reliquum esse perspexerit quod recte faciat. Si quis igitur ad te confugerit, qui de mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. Cùm ergò mentiendo vita æterna amittitur, numquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est[b] Nec ab his discedit B. Isidorus, dicens[c]: Omne genus mẽdacij summopere fuge: nec casù, nec studio loquaris falsum, nec vt præstes mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

a *in lib. contra mẽdac. cap. 17. & c. faciat. 22. q. 2.*

b *c. si quis ad te. 22. q. 2.*
c *in dial. hom. & ration. & in c. omne. 22. q. 2.*

In ipsarum autem consideratione rerum, quæ dicuntur, tantum interest (quia siue quis fallatur, siue mentiatur; vtcumque * falli quàm mentiri minus est malum) quantum pertinet ad hominis voluntatem: tamen longè tolerabilius est, in his, quæ à religione fidei seiũcta sunt, mentiri: quàm in his, sine quorum fide, vel notitia Deus coli non potest, falli[d]. Mihi autem, vt D. Augustinus inquit[e], non absurdè videtur omne quidem mendacium esse peccatum, sed multum interest, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim ita peccat, qui consulendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in aduersum iter mittit, quantum is, qui viam vitæ mendacio fallente deprauat. Quare sciendum est diuersa ab ipso D. Augustino[f] numerata esse mendaciorum genera: Primum est capitale mendacium, & longè fugiendum: quod fit in doctrina religionis; ad quod mendacium nulla conditione quiuis debet adduci. Secundum, vt si aliquem lædat iniustè, quod tale est, vt nulli prosit, & obsit alicui. Tertium, quod prodest

* *al.* vbicunque

d *c. in ipsarũ. 22. q. 2.*
e *in enchirid. cap. 18. & in c. mihi autẽ. 22. q. 2.*

f *in lib. de mẽdac. cap. 4. & in c. primũ est. 22. q. 2.*
Mendaciorum multa sunt genera.

alteri, ita vt obsit alteri: quamuis non ad immunditiam obsit corporalem. Quartum, sola mentiendi fallendi libidine, quod merum mendacium est. Quintum, qui fit placendi cupiditate de suaui eloquio. His omnibus penitus euitatis, atque reiectis, sequitur sextum genus quod nulli obest, & prodest alicui: velut si quispiam cuniam alicuius injustè tollendam sciens, vbi sit nescire se mentiatur. Septimū genus mendacij est, quod & nulli obest, & prodest alicui, velut, si nolēs hominem ad mortem quæsitum prodere, mētiatur. Octauum genus mendacij est, quod & nulli obest, & prodest ad hoc, vt alicuius munditia corporali aliquē tueatur. Non est igitur mentiendum in doctrina pietatis, quia magnum scelus est & primum genus detestabilis mendacij. Non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda injuria est. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli alterius iniuria est consulendum. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacij libidinem, quæ per ipsam vitiosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas, placendi causa hominibus, est tianda est; quanto minus mēdacium, quod per se quia mendacium est, vtique turpe est. Non est mendum sexto genere: neque enim rectè testimonij ver pro cuiuscumque temporali cōmodo, ac salute corp pitur: ad sempiternam verò salutem nullus ducendus opitulante mendacio. Neque septimo genere mendum est. Non enim cuiusquam commoditas, aut temporalis perficiendæ fidei præferenda est: nec se quam in rectè factis nostris tam malè moueri sentias fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remo Nec octauo genere mentiendum est, quia & in castitas animæ, pudicitiæ corporis præfertur: & in quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus nobis dam bilius est. In his autem octo generibus tanto quisque nus peccat cùm mentitur, quāto magis à primo rec Quisquis autem, esse aliquod genus mēdacij, quod catum non sit, putauerit, decipiet semetipsum turp cùm honestum se deceptorem arbitretur aliorum. tamen sunt genera mendaciorum, in quibus non est gna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cùm aut inc

mur, aut proximo consulendo mentimur. Illud autem primum in iocando, ideo non est pernicioſum, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, causa iocandi fuisse dictum. Secundum autem ideo minus est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud verò quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est. Aliquando verum tacere, falsum autem dicere nō inuenitur sanctis concessum.[a]

Hæc autem de mendacio paulò latius sponte, & studiosè deduximus, quia si vnquam aliàs nunc maximè prophetia Hieremiæ impleta videtur, quam præcinuit, dicens[b]: A propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. Docuerūt enim linguam suam loqui mendacium; vt iniqua agerent laborauerūt [c]. Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicēs: Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prelium. Et quod Christus Scribis, atque Pharisæis dixit[d], nunc peropportunè multis ecclesiasticis dici posse videtur: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mēdax est, & pater eius. Ego autem si veritatem dico non creditis mihi. Omnes autem, vt D. Ambrosius inquit [e], qui amant mendacium, filij sunt diaboli. Quia non solùm in falsis verbis, sed etiā in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est, se Christianū dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est, Episcopum, sacerdotem, vel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari. Anne igitur hæc vitæ, & morū clericorum dissolutio, & inhonestas, ad quam reformandam sacrosanctum Concilium Tridentinum tantoperè desudauit, & elaborauit, euidenter testantur, atque conuincunt, eos mendaces esse; atque ob hoc ipsum non temerè posse illos dici diaboli filios, desideria patris sui facientes, & SS. Tridentini concilij contemnentes, vel saltem huius decreta non obseruantes.

a c. *ne quis.* §. *duo verò.* 22. q. 2.

b *cap.* 8.

c *Hierem.* c. 9.

d *Io. cap.* 8.

e *in c. cauete.* 22. q. 5. *Mendacium nō tantùm verbis, sed etiam operibus fit. Mēdacium est clericū se profiteri, & contraria huic ordini operari.*

Qui enim dicit se nosse Deum, & mandata eius non
stodit, mendax est; & in eo veritas non est, vt Ca
a Ioan.8. inquit [a]; ac proinde clerici, qui neque Dei, neque h
ficum, neq; conciliorum decreta, & mandata cust
anne rectè, & verè mendaces nunc dici possunt, q
b ad Ephes.4. veritas in eis non est? Quare D. Pauli mandatū [b] ho
tes, deponant mendacium, & loquantur veritatē.
doquidem seuera & terribilis contra mēdaces à D
c in Apoc.c.21. ne [c] promulgata refertur sententia, nimirum; quo
illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure.

Sermonem clericorum debere esse pudicum & opportu

CAP. XXVIII.

AD seruandam à clericis in sermone honest
requiritur quoque, vt is sit pudicus, ne qu
pe ore exeat: hoc enim grauiter coinqui
d lib.1. offic. cap.18. minem. Quia, vt D. Ambrosius ait [d]; Non cibu
quinat hominem, sed iniusta obtrectatio, sed ver
obscœnitas. Hæc etiā vulgò pudori sunt. In nost
officio nullum verbum, quod inhonestè cadat, n
cutiat verecundiam. Et non solum nihil ipsi inde
loqui, sed ne aurem quidē præbere debemus hui
dictis: sicut Ioseph ne incongrua audiret suæ vere
veste fugit relicta; quoniam quem delectat audire
loqui prouocat. Intelligere quoque quod turpe
dori maximo est. Multa de ratione dicendi dant pa
e d.lib. cap.23. seculares viri, vt idem D. Ambrosius inquit [e], quæ
prętereunda arbitror, vt de iocandi disciplina. Nam
honesta interdum ioca, ac suauia sint, tamen abec
stica abhorrent regula. Quoniā quæ in scripturis
non reperimus, ea quemadmodum vsurpare possi

Quale debeat esse colloquiū familiare clericorum.

Sit igitur sermo huiusmodi de scripturis maximè
enim magis nos oportet loqui, quàm de conuer
optima, adhortatione obseruationis, disciplinæq
stodia? habeat caput eius rationem. Sermo enim
sus iras excitat. Quàm verò indecorum, vt cùm
confabulatio habere soleat incrementum gratiæ, h
næuum offensionis? Disceptatio sit sine ira, suauis
amaritudine, monitio sine asperitate. Hortatio
fensione: Et sicut in omni actu vitæ id cauere debe

ne rationem nimius animi motus excludat, sed teneamus cõsilij locum: ita etiam in sermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium: aut cupiditatis nostræ, aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia[a]. Cauendum etiam in fabulis est, ne inflectant grauitatem seuerioris propositi. Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis, ait Dominus[b]. Et nos ridendi materiam requirimus, vt hic ridentes illic fleamus? Non solùm prosusos, sed omnes etiam iocos declinandos arbitror, plenum tamen suauitatis, & gratiæ sermonem esse, non indecorum[c]. Et quia, vt D. Paulus Corinthiis scripsit[d], Corrumpunt mores bonos colloquia praua: hinc in concilio Carthaginensi quarto, cui D. Augustinus interfuit, constitutum legitur[e]; clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio esse retrahendum.

a *Ambros. de lib. 1. cap. 22.*
b *Lucæ 6. cap. & Ambros. d. lib. 1. cap. 23.*
c *Ambros d. lib. 1. cap. 23.*
d *epist. 1. c. 15.*
e *cap. 60. & c. clericũ. dist. 46*

Et cùm colloquiũ mulieris quasi ignis exardescat, vt Sapiẽs inquit[f], à B. Clemẽte Pontifice cõstitutum fuit[g], vt clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, neque properet sine maioris natu sacerdotis iussione; nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat, nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per clericos, aut domesticos matronæ mandet aliquid secretè. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Ecclesiæ arceatur. Et in septima Synodo generali[h]: In omnibus seruare conuenit, vt certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis personis vel apparere clericus, vel loqui debeat mulieribus, vt excludatur omnis nefanda suspicio. Certè solum ad solã accedere nulla religionis ratio permittit, melius est enim duos esse simul, quàm vnum. Simul enim & fidelius; & tutius geritur. Væ enim vni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum[i]. Et ab Eugenio Papa[k]: Si quisquam sacerdotum, id est, presbyter, diaconus, subdiaconus de quacumque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo conuersari cum ea, excõmunicationi subdatur: fœmina verò canonicè iudicetur.

f *Eccles. 9. cap.*
g *epist. 2. ad Iacob. et c. clericus. dist. 81.*
h *quę fuit Niceną 2. cap. 18.*
i *c. in omnibus. dist. 81. Eccles. 4. Cantic 17.*
k *in c. si quisquam. de cohabit. cleric. Suspectus de fornicatione clericus, in sacris cũ muliere non fabuletur.*

Habet sanè suos scopulos verecundia, vt D. Ambrosius docet[l], non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit, si in

l *lib. 1. offic. cap. 20.*

Intemperantiũ hominum consortia fugienda sunt clericis.

si in intemperantiũ incidamus consortia, qui sub iocunditatis venenum infundunt bonis. Hi si assi & maximè in conuiuio, ludo, ac ioco, eneruant g tem illam virilem. Caueamus itaque, ne dum animum volumus, soluamus omnem harmonia concentum quẽdam bonorum operum. Vsus em

Vsus citò inflectit naturã.

inflectit naturam. Vnde quàm prudẽter factis co

Clericis extraneorum conuiuia declinanda sunt.

ecclesiasticis, & maximè ministrorum officiis a declinare extraneorum conuiuia, vel vt ipsi ho sitis peregrinantibus, vel vt ea cautione nullus probrio locus. Cõuiuia quippe extraneorum occ nes habent, tum etiam epulandi produnt cupid Subrepunt etiam fabulæ frequẽter de seculo, ac v tibus, claudere aures non potes; prohibere putat biæ; subrepunt etiam præter voluntatem pocula est tuæ domui semel excuses, quàm alienæ freq & vt ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insole demnari non debet præsentia tua. Viduarum, ac domos, nisi visitandi gratia, maiores adire non c & hoc cum senioribus, hoc est, vel cum Episcop

Clericì non debẽt secularibus dare obtrectãdi locum.

grauior est causa, cum presbyteris. Quid neces demus secularibus obtrectandi locum? Quid op illæ quoque visitationes crebræ accipiant auctor Quidsi aliqua illarum fortè labatur, cur alieni lap eas inuidiam? quàm multos etiã fortes illecebra d

Multos etiam fortes illecebra decepit.

Huc pertinet & illud D. Chrysostomi [a]: Rider quit, & iocosa dicere verba, nõ manifestum quid catum esse videtur, sed in manifestum crimen in nempe sæpius ex risu turpia nascuntur verba, à tu verbis actiones turpiores. Sæpius ex verbis, & ri uitia, & contumeliæ: de conuitio, & contumelia, & vulnera: de vulneribus, & plagis iugulationes micidia. Si igitur tibi bene consulturus es, non turpi tùm verba, neque turpia tantùm facta, neque pla

a Hom. 15. ad pop. Antioch.

b Ephes. 5. cap. Stultiloquiũ, et scurrilitas non prodeat ex ore vestro.

vulnera, & homicidia, verùm & ipsum intempest risum, & verba fugies scurrilia; quoniam subsequen radix talia esse solent. Propterea Paulus inquit b: S loquium, & scurrilitas ne prodeat ex ore vestro. namque per se paruum ipsum esse videtur, magno tamẽ malorum nobis efficitur causa. Magnus laqueus

Magnus laqueus est lingua petulantia.

lin

linguę petulantia, & multæ refrænationis indigens. Propterea & quidam inquit [a]; Laqueus fortis viro propria labia, & capitur verbis oris proprij: Supra cætera igitur cuncta membra hanc moderemur, hanc refrænemus, & conuitia, contumeliasque ac turpiloquia, & accusationes ex ore pellamus, & malā iuramentorum consuetudinē.

a Prouerb. 6. *Lingua supra omnia membra moderanda & refrenanda est.*

Quàm vtilis & laudabilis sit taciturnitas.
CAP. XXIX.

QVARE cùm ex sermone nostro frequenter in magna, & grauia incidamus pericula, & peccata, optimum, & tutissimum fuerit tacere, donec ratio, & tempus postulēt nos debere loqui. Vnde D. Ambrosius clericis suis scribens [b]: Quid, inquit, præ cæteris debemus discere, quàm tacere, vt possimus loqui, ne prius me vox condemnet mea, quàm absoluat aliena? scriptum est enim [c]: Ex verbis tuis cōdemnaberis. Quid opus est igitur, vt properes periculū suscipere condemnationis loquendo, cùm tacēdo possis esse tutior? Complures vidi loquendo peccatum incidisse, vix quenquam tacendo. Sapiēs est ergò, qui nouit tacere. Ideoque sancti Domini, qui sciebant, quia vox hominis plerumque peccato adiuncta est, & initium erroris humani sermo est hominis, amabant tacere. Vnde & Psalmista ait [d]: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Sciebat enim & legerat diuinæ protectionis esse, vt homo à linguę suæ flagello absconderetur, & à conscientię suæ testimonio. Verberamur enim tacito cogitationis nostræ opprobrio, & iudicio conscientiæ; verberamur etiam vocis nostræ verbere, cùm loquimur ea, quorum sono cęditur animus noster, & mens consauciatur. Quis est enim, qui mundum cor à peccatorum habeat colluuione, aut non delinquat in lingua sua? Et ideo quia neminem sciebat castum os seruare posse ab immunditia sermonis, ipse sibi silentio legem imposuit innocentię, vt tacendo culpā declinaret, quam vix effugere posset loquendo. Tace ergò prius, & audi, & nō delinques in lingua tua. Graue malum, vt aliquis ore suo condemnetur. Etenim si pro otioso verbo reddet vnusquisque rationē, quanto magis pro verbo impuritatis, & turpitudinis?

b *lib. 1. offic. c. 2.* *Tacendo discimus rectè loqui.*

c *Matth. 12.*

Sapiens est, qui nouit tacere.

d *Psal. 38.*

Quis est, qui nō delinquat in lingua sua?

Tace, & audi, vt non delinquas in lingua tua.

Grauiora

Grauiora sunt enim verba præcipitationis, quàm
Ergò si pro otioso verbo ratio poscitur, quanto
pro sermone impietatis, ac impuritatis pœna cu

Est tempus tacendi, & tempus loquendi. Ambros. lib. 1. off. cap. 3.

Quid igitur? Mutos nos esse oportet? Minimè. Et
tempus tacendi, & tempus loquendi.

Deinde si pro otioso verbo reddemus rationem
deamus, ne reddamus pro otioso silentio. Homo
vt scriptura inquit [a], tacebit vsque ad tempus. Et
minus dedit mihi linguam eruditionis, vt sciam
oporteat sermonem dicere. Rectè ergo Dauid
lentium sibi indixit perpetuum, sed custodiam.
diamus ergò cor nostrum, custodiamus os nostru

a Eccl. 20. cap.
b Isaiæ 50. cap.

c Eccl. 28. cap.

cùm nisi vnicuique nostrum scriptum est [c]: Sepi
sionem tuam spinis; & aurum, & argẽtum tuum
& ori tuo fac ostium, & vectem, & verbis tuis
& stateram. Possessio tua, mens tua est; aurum
tuum est: argentum tuum, eloquium tuum est.
gò hanc possessionem, & circumuallato cogitati
munito piis solicitudinibus, ne in eam irruant &
uam ducant irrationabiles corporis passiones; ne
sent motus graues; ne diripiant vindemiam eius
euntes viam. Custodi interiorem hominem tuum
eum quasi vilẽ negligere, ac fastidire, quia pretio
sessio est. Et meritò pretiosa, cuius fructus non ca
& temporalis, sed stabilis, atque æternæ salutis est
ergò possessionem tuam, vt sint tibi agri. Alliga
nem tuum ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloqui
cata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coer
Alliga sensum tuum, non sit remissus, ac defluus.
suas habenas mentis sobrietas, quibus regitur, &
natur. Sit ori tuo ostium, vt claudatur vbi oport
obseretur diligentius, ne quis in iracundiam excit
cem tuam, & contumeliam rependas contumeliæ

Ori fac ostium & vectem, & verbis tuis stateram.

d Ambr. lib. 1. offic. cap. 3.

D. verò Hieronymus ad Nepotianum de vita
corum scribens; Officij, inquit, tui est, non solùm
castos seruare, sed & linguam. Nunquam de formi
lierum disputes, nec, quid agatur in alia, domus ali
te nouerit. Hippocrates adiurat discipulos suos
quam doceat, & in verba sua iurare compellit,
quet sacramento silentium, sermonem, incessum,

Hippocrates à discipulis sacramento extorquet silentium.

tum, moresque præscribit. Diu ante considera, quid loquendum, & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguę officium animi libra dispenset. Vnde scriptura dicit [a]: Argentum & aurum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos. Et attende ne fortè labaris lingua. Nunquam malum verbum de ore tuo procedat [b]. Et D. Ambrosius clericos suos docens ad alienas domos confabulandi, vel conuiuādi gratia non esse eundum: Quid, inquit [c], nobis cum alienis domibus? Vna est domus (Ecclesiam intelligens) quæ omnes capit: illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. Humiles nos esse decet, mites, mansuetos, graues, patientes, modum tenere in omnibus, vt nullum vitium esse in moribus, vel tacitus vultus, vel sermo annuntiet. Tacere autem nosse, quàm loqui difficilius est. Nam plerique loquuntur, cùm tacere nesciant. Rarum, & pulchrum est, tacere quenquam cùm sibi loqui nihil prosit [d]. Cùm Catoni Vticensi adhuc puero vitio daretur taciturnitas, dixit: Carpant taciturnitatem, modo vitam probent. Tum demum abrumpam hoc meum silentium, cùm ea loqui potero, quę sunt indigna silentio. Et Xenocrates cùm solus in conuiuio, cæteris multa garrientibus, nihil diceret, interroganti, cur vnus omnium sileret [e]: Quoniam, inquit, locutum fuisse pœnituit aliquando; siluisse nunquam. Debemus enim, vt Cicero docet, considerare in omni re, quid aptum sit, & consentaneum tempori, & personæ; tum quid in dictis, factisque dedeceat. [f]

Quanta cura, & solicitudine sit loquendum.

a *Eccles. 28.*

b *Hieron. ad Celant.*

c *lib. 1. off. cap. 20.*

Clerici, ministerium altaribus, non hominibus deferendum receperit. Clerici modum tenere debēt in omnibus.

d *lib. 1. cap. 1.*

e *vt refert Stephan. Bellen. in suo sententiarum volum. Nil tacuisse nocet, nocet esse locutum.*

f *Ad Brutū.*

SPECV-

SPECVLI

CANONICORV

ET ALIORVM ECCLES

STICORVM, DE VITA, ET

NESTATE, QVAM IPSI HA

gestu, sobrietate, beneficentia, charitate, alis tutibus his connexis consequuntur, & illusio de vitijs illis contrariis quibus eandem macu extinguunt, & pessundant,

Liber secvndvs.

De rebus quibusdam ad honestatem clericorum rege & primùm de tonsura seu corona eorundem.

CAPVT PRIMVM.

CVm clericorum honestas non tan sermone, de quo hactenus, verum aliis in rebus consistat, de hisce nun constituimus, & primùm de tonsu rundem: Siquidem per eam regia d declaratur, quæ & ob hoc corona a tur[a]. Clerici namque, vt D. Hieronymus inquit Deus in suos elegit, sunt Reges, id est, se, & alios tutibus regentes; & ita in Deo regnum habent; designat corona in capite. Hanc autem coronam ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signum regn in Christo expectatur. Ratio verò capitis, est tem lium omnium depositio. Vel, vt B. Dionysius Ar gita inquit[c], Tonsura crinium vitam mundissimam dicat, & nulla figura fucatam; & quæ nullis fictis

a *t. clerici. de vita et honest. cleric.*
b *in c. duo sunt. 12. q. 1: Corona seu tõsura clericorũ quid designet. vide glos. not. in de. 2. de vita & hon.*
c *lib. de eccles. hierarch. cap. 6. part. 3.*

ribus inductis animi deformitatem exornet: sed ipsa in seipsa non humanis venustatibus, sed singularibus, & vnicis, ad Dei exactissimam similitudinem properet. Quod verò D. Petrus Apostolus fideli populo tribuit [a]: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta: peculiari quadam, & magis propria ratione ad ecclesiasticos ministros pertinere facilè intelligitur: Etsi non desunt, qui vel perfectioris vitę professionem à clericis susceptam circuli figura, quæ omnium perfectissima est, significari existiment; vel externarū rerum contemptionem, animique ab omnibus humanis curis vacuitatem declarari putent; quod capilli, superuacaneum quiddam in corpore, tondeantur. Primum autem omnium ferunt nonnulli [b], Apostolorum Principem eam cōsuetudinem induxisse, ad memoriam coronę, quæ ex spinis contexta Saluatoris nostri capiti fuit imposita; vt quod impij ad Christi ignominiam, & cruciatum excogitarunt, eo Apostoli ad decus, & gloriam vterentur; simulque significarent curandum esse à ministris ecclesiæ, vt omnibus in rebus Christi Domini nostri speciem, & figuram gerant. Quocirca perpetuò illam conseruare oportet; & vt quisque in altari deinceps ordinis gradu collocatur, sic eius orbis forma latius circumscribi debet.

Quod quidem ex Apostolica traditione acceptum esse docet Ecclesia; cùm de huiusmodi tondendi more sancti Dionysius Areopagita [c], Augustinus [d], Hieronymus [e], vetustissimi & grauissimi Patres meminerint [f]. Et à diuersis Pontificibus, atque conciliis variæ constitutiones desuper promanarint. Anicetus enim Papa Episcopis Galliæ scribens [g]: Prohibete, inquit, fratres, per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphęræ radant. Et Martinus Papa [h]: Non oportet clericos comam nutrire, & sic ministrare; sed attonso capite, auribus patentibus, & secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato. Item Gregorius [i]: Si quis ex clericis relaxauerit comā, anathema sit. Alexander verò tertius Papa: Clerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti à suis Archidiaconis tondeantur [k]. Et Innocentius tertius [l]: Clerici comam & tonsuram

a 1. Petr. 2. cap.
b Amal. Fort. de offic. eccles. lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 39. & Beda de hist. Ang. lib. 5. cap. 22. Isidor. de eccles. off. lib. 2. cap. 4. & Albin Flac. in lib. de diuin. off. tit. de tons. cleric. Raban. Maur. de instit. cler. lib. 1. cap. 5. Ivo Carnot. in serm. de excell. sacer. ord. & 6. part. decret. cap. 4.
c lib. de eccles. hierar. cap. 6. part. 3.
d lib. de opere monacho. cap. 31. & lib. 2. retractatio. cap. 21.
e in d. c. duo sunt.
f Catechis. Syn. Trid. de sacram. ord. & Hostien. in sum. de vita et honest. cler.
g c. prohibete. dist. 23.
h c. non licuit. dist. 23.
i c. si quis. d. dist. 23. & c. si quis. de vita & hon. cleric.
k c. clericus. de vita et honest. cler.
l c. clerici. eiusd. de vit. & hon. cler.

habeant congruentem, & se in officiis ecclesiastici aliis bonis studiis exerceant diligenter. In concilio Carthaginensi quarto, cui D. Augustinus interfuit: ricus nec comã nutriat, nec barbam. Et in concilio thensi [b]: Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidia etiam si noluerint, inuiti tondeantur, vestimenta vel calceamenta eis, nisi quæ religionem deceant, habere non liceat. Item in concilio Senonensi [c]: Ips rici in sacris præsertim constituti, & eorum comm les, neque comam relaxent, aut barbam nutriant; sed suram, coronam, seu rasuram habeant secundum suum honestè rasam. In concilio verò Colonien stitutionem fel. record. D. Gregorij Papæ noni, & in concilio Carthaginensi editam, in quibus sub municationis pœna prohibetur clericis, ne nutria mam & barbam, nisi ex iusta causa, exequentes, uiolabiliter præcipimus obseruari: statuta quoqu data, & præcepta piæ memoriæ Do. Henrici, D. rami, necnon D. Guilhelmi Archiepiscoporum nensium prædecessorum nostrorũ edita, contra qui coronam seu tonsuram, ecclesiasticas debita status, & ordinis recepti exigentiã non deferunt, & comas nutriunt sine causa iusta portando; qua effectu cauetur inter cætera in ordinatione vide statuto dicti D. Henrici, quod clerici beneficiati ecclesiasticam secundum sui status, & ordinis exig decenter, & patiẽter, ac publicè in capite assiduè p negligentes, interdicti sententiam ab ingressu e (quindecim dierum canonica monitione præmissa current. In ordinatione verò, statuto, & mandato rum D. VValrami & Guilhelmi (qui huiusmodi suspẽsionis ab ingressu Ecclesiæ, quam etiam ad barbas gerentes extenderunt, pœnam subscriptam derunt) cauetur; quod clericus barbam nutriẽs sine iusta, eamque deferens vltra quindenam non abi nec coronam seu tonsurã statui & ordini suo cong tem portans publicè in capite, & propter hoc p suspensionis ab ingressu Ecclesiæ inciderit supradict à fructibus suorum beneficiorum sit eo ipso susp & si sic suspensus existens quicquam de fructibus

a cap. 44. & in c. clericus neque. de vit. & hon. cleric.
b cap. 20. c. clerici qui. dist. 23
c de decret. mor. cap. 24.
d celebr. sub Frider. Archiep. cap. 5.
Interdicti sententia decernitur contra non gerentes tonsuram.

modi receperit, aut quisquam ei aliquid ministrauerit tam recipiens, quàm ministrans eo ipso se nouerit excommunicationis sententiam incidisse. Et capitulum ecclesiæ, si collegiata fuerit, suspensionis, si in culpa extiterit, vel negligentia; vel administrationem huiusmodi factam gratam, & ratam habuerit, & ipsa ecclesia interdicti sententias incurrant ipso facto. Idemque D. Guilhelmus per suum postmodum statutum tales non deferentes tonsuram clericalem ipso facto suspendit. Nos igitur præsentibus innouantes mandamus, & præcipimus inuiolabiliter obseruari ipsas sententias ex abundanti repetentes, quas dicta monitione canonica præmissa in non parentes, & rebelles ferimus in his scriptis.

Quare SS. Tridentina Synodus [a] animaduertēs apud plurimos clericos adeo pietatem refrixisse, vt tonsuram seu coronam gestent, nō propter rei significatæ præstantiam, & excellentiam, sed potius propter fori, & temporalis commodi priuilegium; statuit, & sanxit; vt nullus prima tonsura initiatus fori priuilegio gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui ecclesiæ ex mādato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur. In clericis verò coniugatis seruari voluit constitutionem Bonifacij octaui, quæ incipit: Clerici, qui cum vnicis; modo hi clerici alicuius ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur: nemini quo ad hoc, priuilegio, vel consuetudine etiam immemorabili suffragante. Bonifacij octaui de clericis coniugatis constitutio in 6. à SS. Tridentina Synodo renouata hæc est:

[a] *sess. 23. de reform. cap. 6.*

Qui clerici fori priuilegio nunc gaudeāt.

Clerici, qui cùm vnicis & virginibus contraxerunt, si tonsuram, & vestes deferant clericales priuilegium retineant canonis ab Innocentio Papa secundo prædecessore nostro editi in fauorem totius ordinis clericalis. Et cùm iuxta Parisiense concilium nullus clericus distringi, aut condemnari debeat: à iudice seculari,

Clericus cōiugatus quando fori priuilegio gaudeat.

præsenti declaramus edicto, huiusmodi clericos om
gatos pro commissis ab eis excessibus, vel delictis n
non posse criminaliter, aut ciuiliter ad iudiciũ secu
nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere perso
ter, vel etiam pecuniariter (ne per vnam viam cõce
eisdem iudicibus, quod per aliam denegatur) vllat
condemnari. In cæteris autem, vel nisi, vt præmitt
tonsuram, vel vestes deferant clericales, etiam in
missis eos gaudere nolumus priuilegio clericali.

Canon autem prædictũ priuilegium continens a
nocentio secundo editus hic est: Si quis suadẽte dia
huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, qu
clericum, vel monachum violẽtas manus iniecerit,
thematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum
præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, n
Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandã
suscipiat.[a]

a c. si quis suadente. 17. q. 4.

Pius verò quintus omnibus & singulis sacris or
bus initiatis, aut quæcumq; beneficia ecclesiastica e
simplicia obtinẽtibus cuiuscumque gradus, aut dig
tis sint, præcepit, vt clericalem tonsuram (quæ est n
spiritualis insigne) vniuscuiusque ordini, & gradui
uenientem perspicuè gerant, sub pœna viginti qu
aureorum locis piis attribuendorum: Et eiusdem p
periculo omnibus clericis aliisve aliquo inferiorum
dinum gradu initiatis edixit, si clericalibus vestib
voluerint, vt tonsuram quoque gerant. Et in co
prouinciali Mechlinien si statutum fuit[b]: Nulli cleri
omnium autem minimè hi, qui in ecclesia actu m
strant, barbam nutriant, & capillitiũ dependens à
ad auriculas sensim & rotũditer præcidatur. Toni
& coronam in vertice conspicuam, & notabilis ma
tudinis pro gradu ordinis sui semper gerant.

Tõsura est militiæ spiritualis insigne.

Tonsuram non gerentes mulctandi sunt 25 aureis.

b *de vita & hon. cler. cap. 1.*

De vestitu & habitu clericorum. CAP. II.

AD veram honestatem acquirendam, & tue
plus conferre cultum cordis, quàm corporis
illo potius quàm hoc Deum quærendum, &
lendum esse euidentibus scripturæ sanctæ patet ind
Proinde secundum sanctæ Synodi Aquisgranẽsis p
decr

declarationem, & ordinationem [a] Canonicis totis viribus elaborandum est, vt & indumenta virtutum habeãt interius, & per immoderatum cultum caueant dehonestare religionis dignitatem exterius. Quantum etiam à superfluo, & immoderato cultu vestium se compescere debeant, multis sanctorum Patrum documentis perdoceri potest. Dicit enim B. Hieronymus in epistola ad Eustochium [b]: Sunt quidã mei ordinis, quibus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si pes, laxa pelle, nõ folleat, crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant; & ne plantas humidior via spargat, vix imprimũt summa vestigia. Tales, inquit, cùm videris, sponsos magis existimato, quàm clericos. Et B. Gregorius [c]: Nemo, inquit, existimet in luxu, atque studio vestium peccatum deesse. Quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimẽti sui asperitate laudasset. Si cultus vestium culpa non esset, nequaquam Petrus Apostolus per epistolam fœminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens [d]: Non in veste pretiosa. Pertandum nobis summoperè est de cultu vestium, quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, à quo curauit Pastor Ecclesiæ & fœminas prohibere.

[a] *cap.* 124.

[b] *epistola* 22.

[c] *Hom. 6. in euang.* *In pretioso vestitu non deest peccatum.*

[d] *epist. 1. cap. 3.*

Quapropter oportet Canonicos sanctarum scripturarum auctoritati parere, sanctorumque Patrũ documenta vigilanter perpendere, vt humilitatem, quam corde gestant, actu, habitu, incessu, ipsa etiam equitatione religiosissimè demonstrent, plusque velint sancta conuersatione, eximiisque moribus, quàm ornatu vestium splendere. Si enim more coniugatorum in se ornandis nitore vestium, phaleris equorum, cæterisq; humanæ vanitatis rebus abusi fuerint, scilicet, vt se similibus vti debere cõtendant, in quo eorum conuersatio à laicorum distare videbitur? Decet porrò talis sit vester cultus, qui occasione vanitatis careat, & nihil nouitatis, nihil superfluitatis redoleat, nihilque reprehẽsionis, aut detractionis habeat. Non enim specialiter præsumi debet ab aliquo, quod nõ generaliter teneatur ab omnibus, id est, nec plus iusto cultior vestis, nec insolita aut deformis; quia in vtroque illorum aut electionis, aut certè simulationis noxa patescet. Inter vtrumque enim virtus discretionis moderatissimè

A clericis sua demonstranda humilitas.

Cultus Canonicorum omni reprehensione carere debet.

Virtus discretionis in vestitu à canonicis tenenda.

tissimè tenenda est. Quæ plenissimè in vita B. Aug
a *in Possidon. cap. 22.* in laudem illius prolata ita legitur a: Vestis eius, &c
ceamenta, vel lectualia ex moderato & competen
bitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plum
quibus plerique vel iactare se insolenter homines so
vel abijcere, ex vtroque non quæ IESV Christi, se
sua sunt quærentes. At iste (vt dixi) medium tenebat
que ad dexteram, neque ad sinistram declinãs. Quo
D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericoru
bens: Vestes, inquit, pullas æquè deuita, vt can
Ornatus & sordes pari modo fugiendæ sint: quia al
delicias, alterum gloriam redolet. Rursus idem ad
stochium: Vestis, ait, nec satis munda, nec sordi
nulla diuersitate notabilis, ne ad te obuium præte
tium turba consistat, & digito mõstreris. Siquidem
affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conue
Christiano. Cæterum, quod festis diebus nitidiore
stitu induamur, & prodeamus, id, censore D. Leone
b *serm. 3. de quadrag.* gno b, rationabile, & quodammodo religiosum vide
vt habitu corporis hilaritatem mentis ostendamus
ipsam quoque orationis domum propensiore tunc
& ampliore cultu, quantum possumus, adornamus
huiusmodi contemplatione, anima Christiana, quæ
rum viuumque Dei templum est, speciem suam pru
ter exornet; & redemptionis suæ celebratura sacra
tum, omni circumspectione præcaueat, ne vlla eam
cula iniquitatis obfuscet, aut duplicis cordis ruga d
coret. Nam quid prodest honestatis formam præfe
cultus exterior, si interiora hominis aliquorum sord
contaminatione vitiorum? Omnia igitur quæ animæ
ritatem & speculum mentis obnubilant abstergendi
dulò, & quadam elimatione radenda sunt. Quia d
mortali carne circundamur, non desinit nobis anti
hostis laqueos peccati vbique prætendere, & tunc ma
mè aduersus Christi membra sæuire, quando ab eis
celebranda sacratiora mysteria, solet.

c *lib. 3. de consideral. Superior statuere nõ debet, nisi quod obseruari velit.*

D. verò Bernardus Eugenio Pontifici scribens c: Nõ
ne, inquit, os tuum in Remẽsi concilio subiecta capi
promulgauit? quis ea tenet? quis tenuit? falleris si cre
putas: Si non putas; ipse peccasti; aut statuens, quæ

tenerentur; aut quod non tenerentur dissimulans. Præcipimus, aiſti, vt tam Episcopi, quàm clerici, neque in superfluitate seu inhonesta varietate colorum, aut fissura vestium, neque in tonsura intuentium (quorum forma & exemplum esse debent) offendant aspectum: sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericorum. Quodsi moniti ab Episcopis suis intra quadraginta dies non obtemperauerint, ecclesiasticis beneficiis eorundem Pontificum auctoritate priuentur. Episcopi verò si præfixam pœnã irrogare neglexerint, quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides negligentesq; Rectores) tamdiu ab officio pontificali abstineant, donec pœnam à nobis constitutam clericis sibi subiectis imponant. Verba tua hæc tu sanxisti; quid effectui mancipatum? Luxus vestium interdictus, sed non restrictus; pœna dictata; sed minimè secuta est. Iam quartus annus est, ex quo datum mandatũ audiuimus, & neminem adhuc clericorũ priuatum beneficio; neminem Episcoporũ suspensum ab officio luximus. At luctu amarissimo dignum, quod secutum est. Quid hoc? Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix. Et beatus, si omni satagas cura malorum omnium primam parentem cauere incuriam. Sed ad hoc tu operam dabis. Et nunc lena oculos tuos, & vide, si non æquè vt prius pellicula discolor sacrum ordinem decolorat, si nõ, vt prius fissura enormis penè inguuia nudat? Solent dicere: Num de vestibus cura est Deo, & non magis de moribus? At forma hæc vestium deformitatis mentium, & morum indicium est. Quid sibi vult, quod clerici aliud esse, aliud videri volunt? Id quidem minus castum, minusque sincerum. Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrũ exhibent. Nam neque vt milites pugnãt, neque vt clerici euangelizant. Cuius ordinis sunt? Cum vtriusq; esse cupiunt, vtrumque deserunt, vtrũque confundũr. Vnusquisque, inquit [a], in suo ordine resurget; Isti in quo? An qui sine ordine peccauerũt, sine ordine peribũt? Aut si summè sapiens Deus creditur veraciter à summo vsq; deorsum nihil inordinatũ relinquere, vereor nõ alibi ordinandos,

Clerici intuentium debẽt esse forma & exẽplum.

Inferiorũ culpæ quibus imputandæ sint.

Impunitas, & incuria omnibus rectoribus studiosè cauẽda est.

Forma vestiũ mẽtis, & morũ indicũ est.

Clerici aliud esse, aliud videri volunt.

a 1. Corint. 14.

Clerici mali, quo loco constituendi.

quàm vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inha-
O miserandam sponsam talibus creditam paran-
qui assignata cultui eius, proprio retinere quæ-
verentur. Non amici profectò sponsi, sed æmuli

a *cap. 5.*

In concilio verò Matisconensi primo sanctum
vt nullus clericus sagum, aut vestitum, aut calce
secularia, nisi quod religionē deceat, induere præ-

Pœna clericorū indecentem habitum gestantium.

Quodsi post hanc definitionem clericus aut cum
centi veste, aut cum armis inuentus fuerit, à sena-
coërceatur, vt triginta dierum inclusione detentus,
tantum & modico pane diebus singulis sustente-

b *cap. 15.*

concilio verò Constantiensi hæc contra vestitu-
corum sanctio legitur[b]: Inter cæteros Prælatorū,
ricorum excessus hoc maximè inoleuit, quod spi-

Clerici in vestitu laicis, cōformari cupiunt.

vestibus ecclesiastica forma honestatis, plurimi de-
tur esse deformes, & cupiunt laicis cōformari, qui
mente gerunt, habitu confitentur. Vnde præter
quæ circa vestes, tonsuram, & habitus clericorum
in formis, quàm in coloribus; atq; comam, seu ca-
vitamque & honestatem clericorū iura statuunt,
nimium collapsa sunt, tam in secularibus, quàm in
laribus sacro approbante cōcilio innouamus, &
pimus diligenter obseruari, illum specialiter abusu
dem approbante concilio decernimus penitus abo-

Tollitur abusus longarum manicarum.

quod in quibusdam partibus nonnulli clerici, & pe-
ecclesiasticæ seculares, & regulares, etiam, quod
execramur, Prælati ecclesiarum manicas ad cubitum
dentes, & longas cum magna sumptuosa superfl-
vestes etiam fissas retrò, & in lateribus cum fodu-
vltra oram excedentibus, etiam in fissuris defera-
cum talibus in Ecclesiis cum superpelliceis, ac alia-
bus ad cultum, & officium ecclesiasticum ordinat-
intra ecclesias ipsas, in quibus beneficiati existunt,
verentur diuinis officiis interesse. Hanc vestium d-
mitatem, in quibuscumque personis ecclesiasticis re-
bamus; ac vsum talium inhibemus. Contrarium a-
facientes, vt transgressores canonum puniantur: Spe-
liter statuentes, vt quicumque beneficiatus, aut offic-
in ecclesia gerens in habitu huiusmodi diuinis of-
præsumpserit interesse, pro qualibet vice à partici-

Pœna longas manicas gestantium in ecclesia.

ne prouentuum ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensum, fructusque illi fabricæ illius Ecclesiæ applicentur.

Augustus Cæsar indumentorum superfluitates tãtum habuit odio, vt veste alia non sit vsus, quàm domestica [a]. Huius dictum erat venustissimum: Vestitus insignis, ac mollis superbiæ vexillum est, niduſque luxuriæ. Lisander & Archidamus viri probitatis extremæ, ea indumenta recusarunt pretiosissima, quę Dionysius Siciliæ tyrannus ad eorum filias miserat, timentes maximè, ne hisce deformiores fierent. Ipse verò Dionysius adeo exosam habebat in vestitu luxuriam, vt malefactoribus, qui supplicijs afficiendi erant, ignosceret, si vestium fures essent, quo facilius Siracusani ab huiusmodi luxuriis abstinerẽt; sicut hæc cõmemorat Stephanus Bellengardus [b]. Theodosius verò Imperator perpetua constitutione sanxit [c], vt temperent vniuersi cuiuscunque sint sexus, dignitatis, artis, professionis, & generis, ab huiusmodi speciei possessione, quæ soli principi eiusque domui dedicatur: nec pallia tunicasque domi quis sericas contexat, aut faciat: alioquin ad similitudinem læsæ maiestatis periculũ sustinebit. Vestes autem auratæ, vel purpureæ, rubicundi vel violacei coloris principibus dedicatæ censentur: Et sicut prædicta vestimenta priuatis conficere non licet: ita nec vendendi, vel emendi facultas conceditur. quod si contrafecerint, capitis supplicio cum fortunarum omniũ subijci possunt secundum iuris ciuilis dispositionem [d]. Porrò intolerabilis videtur etiam quorundam ecclesiasticorum abusus, qui se suasque vestes studiosè admodũ odoriferas reddunt. Nam ista cura, iudicio D. Chrysostomi [e], est meretriciis amoribus implicatorum, ac perditorum, scenicorum, mentisque deploratę hominũ. Clericos enim non oportet olere vnguentum, sed spirare virtutẽ. Nihil immũdius anima, quoties corpus talem habet fragrantiam. Quia corporis ac vestium fragrantia, arguit intus latêre animum graueolentẽ & immundum. Quum enim diabolus aggressus, deliciis euirauerit animam, omniq; vitiorum genere compleuerit, tum & in corpore suæ corruptionis lectum obliuit vnguentis. Quis enim præclarum aliquid, aut bonę frugis opinabitur de eo, qui

a *Suetonius in vita eiusd. cap. 73.*

b *in volum. sent. ad verb. vestimentum, & vestitus.*

c *l. temperent. C. de vestib. holoseric.*

d *vt patet per Il. & interpretes earũ. d. tit. C. de vestib. holoseric. d. l. 1. C. quæ res vend. non.*

e *in oratio. 1. de Lazaro.*

ſpirat vnguenta? Spiret anima ipſius fragrantiam tualem, quò tum ſibiipſi, tum aliis ſecum vi maximâ adferat vtilitatem. Nihil eſt enim, nihil quam, deliciis huiuſmodi pernicioſius.

D. Dionyſius Richelius de vita eccleſiaſticorum
a art.11. bens[a]; quanto, inquit, miniſtri eccleſiæ tenentur p cis eſſe honeſtiores, eo debent præ illis eſſe in ſimpliciores, humiliores, & magis exemplares,
b cap.11. In veſtitu ne glorieris vnquam. reque debent quod in Eccleſiaſtico legitur[b]: In ne glorieris vnquam, imo quicquid intuentium tim fœminarum oculos, & corda poteſt ſcandal libidinosè mouere, omnè videlicet curioſum or & apparatum pompaticum tenentur omnimod cauere, cùm non de iis duntaxat, ſed de omni credente ſancti Patres, Hieronymus, Chryſoſto
c vt refert Richelius in d. art.11. teſtentur[c]: Vir aut mulier ſe ornans, & ſuo orna hominum oculos prouocans, etiamſi nullum inde ſequatur, tamen æternum ſupplicium patie venenum prebuit, ſi fuiſſet, qui biberet. Si hoc ta tale eſt in vulgaribus, quanto iniquius eſt in m eccleſiæ, qui præcipuè obligantur cæteras ædifica ſonas. Cur ergò incedunt tam compti, & culti,
d in ſermo: Ecce nos reliquimus omnia. ſæ, prout ait S. Bernardus[d]. Reſpice eminus qua cedunt ornati, tanquam ſponſus procedens de th ſuo, vt ſi à longe videris alium quenquam, pot ſponſam, quam ſponſæ paranymphum. Cert dum ſanctorum Patrum doctrinam iubentur f veſtitu, ſicut & ſimplici victu, eſſe contenti. P
e Rom.12.cap. D. Apoſtolus ait[e]: Nolite conformari huic ſeculo renouamini ſpiritu mentis veſtræ.

Canonicus igitur & ſacerdos ab omni curio pompa, ſuperfluitate, vanitate, & laſciuia veſti minum mũdanorum debet cauere, prout ſancti res ac Præſules Baſilius, atque Iſidorus docuer iam ſuper hac re canones, & ſtatuta ex diuina tione edita perpendantur. Legitur namque in
f can.16.& c. omnis. 12.q.4. Synodo generali[f]: Omnis iactantia, & ornatura ralis aliena eſt ab ordine ſacro; eoſque Epiſcopos ricos, qui ſe claris, & fulgidis veſtibus ornant, em oportet: Qui ſi in hoc permanſerint, correctioni

tur. Similiter eos, qui vnguentis vtuntur, seu vnguntur. Insuper deridentes eos, qui vilibus, & religiosis vestibus amicti sunt, mulcta corrigantur. Priscis enim temporibus omnis vir sacratus, hoc est, in sacris ordinibus constitutus cum mediocri, & vili veste conuersabatur. Omne quippe, quod non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, sicut magnus ait Basilius [a]. Insuper Zacharias Papa instituit [b], vt Episcopi, presbyteri, diaconi indumentis secularibus non vtantur, nisi (vt condecet) tunica sacerdotali, & vestibus suo ordini congruentibus. Neque dum ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento ambulare præsumant, nisi in longo itinere. Quia sicut mulier orans in ecclesia non velato capite deturpat caput suum iuxta Apostolum [c]; ita sacerdotes sine operimento euntes, deturpant sacerdotium suum. Quòd si temerè præsumpserint contra statuta hæc agere, communione priuentur, donec, quæ statuta sunt, impleant. His consonat, quod ait Innocentius Papa secundus [d]: Præcipimus, vt tam Episcopi, quàm sacerdotes, & clerici in statu mentis, in habitu corporis Deo, & hominibus studeant complacere, & nec in superfluitate, vel scissura, aut colore vestium, nec in tonsura aspectum intuentium (quorum forma, & exemplum esse debent) offendant, sed potius quod eorum decet sanctitatem obseruent. Quocirca B. Bernardus ait [e]: Res pauperum non pauperibus dare sacrilegij crimen est. Porrò facultates ecclesiarum sunt patrimonia pauperum, & sacrilega crudelitate illis subripitur, quicquid sibi ministri ecclesiæ vltra simplicem victum accipiant & vestitum. Nec enim ordinauit Deus his, qui euangelio seruiunt, de euangelio quærere diuitias, vel ornatum, sed viuere ex eodem, vt sint contenti corporis alimento, nec gulæ irritamenta, nec incentiua quærant libidinis; & quibus tegantur, non quibus ornentur accipiant.

a *teste Dionys. Richelia d. artic. 11.*

b *c. Episcopi. 21 q. 4.*

c *1. Corinth. 11.*

Pœna contra vestium abusum.

d *c. fin. 21. q. 4.*

Clerici aliorũ debent esse in omnibus forma & exemplum.

e *in declam. super illo: Ecce nos reliquimus omnia.*

Sed quando necessariis poterit esse contentus, qui eo animo introiuit, vt stipēdia cleri in vsus voluptatis, curiositatis, vanitatis cōgreget, seruet & expēdat? Huic D. Bernardus respondēs, ait: Clamāt nudi, clamāt famelici, & con-

Pauperum contra ecclesiasticos querela.

& conqueruntur, dicentes: Nobis fame, & frige ſerabiliter laborantibus quid conferũt tot mutam ſtimentorum, vel extenſa in perticas, vel plicata ticis? Noſtrum eſt, quod effunditis; nobis crude trahitur, quod inutiliter, & iniquè expenditis; ô curioſi, quo delectemini, & quo ſuſtentemur uenimus nos miſeri. Neque enim, vt D. Ambro quit[a], minoris eſt criminis habenti tollere, qu poſſis, & abundas indigentibus denegare. Eſur panis eſt, quem tu detines, nudorum veſtimentu recludis: miſerorum redemptio, & abſolutio quam tu in terra defodis. Tantorũ te ergò inuad bona, quantis vales, & non vis præſtare.

[a] *ſerm. 81. & in c. ſicut hi. diſt. 47.*

Aduertant hæc D. Canonici, quibus nec vnu cium competens ſufficit; ponderent hæc qui p pretioſas ſeu pellibus foderatas ſeu fuſſultas in habent iacentes, qui aurum ſibi & argentum t zant, aut libidinosè, & ſumptuosè viuendo co Itaque ſicut in ſumma virtutum, ac vitiorum i

Eccleſiaſtici circa veſtitũ multipliciter & grauiter offendunt. de quo etiam vide homil. Radul. Arden. in Dom. 3. aduen.

miniſtri Eccleſiæ circa veſtitum multipliciter, g offendunt. Primò, in nimia veſtium pretioſitate dò, in mollitie; tertiò, in curioſitate; quartò, in dine earundẽ, cùm dicat beatiſſimus Ioannes Qui habet duas tunicas, id eſt, vnam nõ neceſſa non habenti. Obſeruanda ſunt ergò Canonicis, ſtris eccleſiæ circa veſtes, veſtiumque ornatus Innocentij tertij conſtitutio habet e, nimirum: deferant deſuper indumenta, nimia breuitate, ve tudine non notanda, pannis rubeis, aut viridibus manicis, aut ſotularibus conſutitiis, frænis, ſell ralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfl gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad officium intra eccleſiã non gerant; ſed nec alibi, in ſacerdotio, & perſonatibus conſtituti, niſi iuſt timoris exegerit habitum transformari. Fibulas non ferant, neque corrigeas auri, vel argenti orn bentes, ſed nec annulos, niſi quibus competit ex dignitatis. Pontifices autem in publico, & in eccl perindumentis lineis omnes vtantur, niſi monach rint, quos oportet ferre habitum monachalem.

b *Luc 3*
c *c. clerici. de vita, et honeſt. cler.*

Iuſta cauſa timoris permittit habitum transformari.

Quibus permittatur annuli geſtatio.

diffibulatis: non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

Hinc in concilio Senonensi cōstitutum legitur [a]: Omnes clericos maximè in sacris cōstitutos admonitos esse volumus, se cùm in sanctorum loco sint, necessitatē bene viuendi, non licentiam peccandi esse consecutos. Idcirco eos hortamur, vt opera sanctorum exerceant, luceantq; coram hominibus opera eorum, sintque verè illud sal euangelicum, in ministerio vigilantes, & soliciti, plantent, euellant, dissipent, & cum summo studio ædificent, quæ pietatem respiciunt. Insuper professionē suam probent habitu, scilicet, vt per decētiam habitus extrinseci, intrinsecam morum honestatē ostendant. Vestitus ergò clericorum, maximè in sacris constitutorum non sit expectoratus, sed à collo desuper vndique clausus, à manicis, lateribus, & retro: Cum elationis habeat calūniam, quicquid propter venustatem, non propter necessitatem accipitur; & ne bona ecclesiæ, quæ pauperum sunt, in fastum, & corporis ornatum (qui à sacrato ordine alienus esse debet) conuertantur; Inhibemus omnibus & singulis ecclesiasticis nostræ prouinciæ, ne vestimentis exterioribus, & sagis oblongis sericeis in publicum, aut domesticè vtātur sub pœnis arbitrio diocesanorum imponendis. Non tamen intendimus ecclesiasticis ex sanguine regio, aut ducali ortis huiusmodi vestimentorum sericeorum delationem prohibere, quos tamen hortamur, vt in suis vestimentis decentiam ecclesiasticam obseruēt. Vestes sint talares, non fornicatę, aut partitæ, nec nimia amplitudine superfluæ, nec plus æquo constrictæ; in quibus clericalis ordinis honestas, & modestia; nō fastus, iactantia, vel elationis vitium deprehendatur. Non etiam camisias gestent (quod dicunt) froncicatas: Non pannosi sint clerici, aut in vestibus laceri. Neque enim affectatæ sordes, aut exquisitæ delitiæ laudem pariunt. Non caligas partitas, aut scacatas assumant, neque circa genu disfutas, non lunatis seu cornutis, aut nimis feneſtratis calceis vtantur [b]. Non annulos in digitis deferant, nisi forte huiusmodi sint, quibus id ad decorem suarum dignitatum permittatur.

Huc pertinet & illud in concilio Colonienſi declaratum:

[a] *de decret. mor. cap. 23. & 24.*

Clerici suo ordine necessitatē bene viuendi, non licentiam peccandi sunt assecuti. Matt. 5. Iere. 1.

Habitus externus internam morum honestatē declarat.

Qualis debeat esse habitus clericorum.

Affectatæ sordes laudem non pariunt.

[b] *De abusu calceamētorum vide Chrysostomum in 14. cap. Mat. Hom. 50.*

a an. Dom. 1536. tit. de offic. prin. ac pub. vit. aq; ac mor. cler. cap. 26.

tum [a]: Beatissimus Paulus habitus modestiam mulieribus desiderat [b], quem vult verecundum esse, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet, mulieres promittentes pietatem per opera bona. Itidem Apostolus Petrus eas commendat [c], quarum non sit extrinsecus capillatura, aurum datio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibili quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei copiosus. Quàm turpis ergo putanda est in clericis gradu sublimioribus deformissima illa, ac frequenti nostræ tempestatis habitum variatio, quam in inferiori quidem vasculo Apostolorum principes pro honestamento duxerunt? Ex veste apud homines sanctitatis opinionem aucupari prohibuit Christus [d], qui intus operibus nostris id quod intus est primum mundarique iubet, deinde quod à foris est; væ illi respondum Pharisæis hypocritis interminans, qui videntur ab hominibus iusti, dilatabant philacteria & magnificabant fimbrias; cùm essent intus pleni fœtore & immunditia. Interim tamen euangelium non ferè vestimentum Ioannis Baptistæ (quod illius proposito ni ac menti respondebat) de pilis camelorum contextum celebrat [e], ac ipse Christus vestium mollitiem, ac pretium auersatur, Ecce, inquiens [f], qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. Quæ omnia huc spectant, velimus clericos præter indictam tonsuram vestem quoque suo ordini congruentes deferre, quemadmodum generali cõcilio cautum est [g]: Pudet siquidem non videmus prodire clericos perinde atque seculi homines amictos, vel qui sint, vt fœmina compti. Itidem pedes clerici, ac vestibus laceri displicent. Neque enim ad vitæ sordes, aut exquisitæ deliciæ laudem pariunt [h].

Habitum variatio ne mulieribus quidē permissa est.

d Matth. 23.

e Matth. 3.

f Matth. 11.

g Lateranen. 3. sub Inno. 3. cap. 16. c. clerici. de vita et honest. h §. 1. et c. parsimonia, dist. 41. Panor. in c. clerici. nu. 18. de vita & honest.

Debet autem in clericis vestitus tanto esse decentior quo sunt altiori loco, & perinde atque in specula quadam constituti. Sit ergò chorum ingredientibus talaris, sint pilei (quæ bireta vocamus) sint camisiæ denique calcei pariter & caligæ tales, in quibus nullus fastus, iactantia, elationis vitium, & mentis leuitas, clericalis ordinis honestas, & modestia deprehendi

Siquidem ita semper visum est maioribus, externum habitum, quid intus crepet designare. Adeò vt leges ciuiles iniuriam matronæ habitu meretriceo vtenti illatam, non vindicent[a]; ac canones clericum non alligatum coniugio habitum, ac tonsuram clericales deferentem post tertiam monitionem; clericum verò coniugatum statim priuilegio exuant clericali; adeò vt sic in maleficiis deprehensi animaduersionem ciuilium magistratuum non euadant[b]. Ne autem posthac quispiam excusationem nō factæ, aut præuiæ monitionis prętexat, hac nostra synodali constitutione omnes (quotquot sunt in nostris diœcesibus constituti) clericos, qui habitu minus decenti vtuntur monemus, vt intra tres menses, quorū singulos pro singulis dilationibus; tertium verò, vti peremptorium terminum præfigimus, habitum, qui clericos decet, reassumant; alioquin ipso facto, nulla posthac alia monitione expectanda in censuras, ac pœnas constitutionum canonicarum incursuri.[c]

Sacrosancta verò Tridentina Synodus animaduertens abusus in habitu, & vestitu clericorum nondū sublatos, insignem desuper constitutionem edidit his verbis[d]: Etsi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, vt per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autē hodie aliquorum inoleuit temeritas, religionisque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorē clericalem parui pendentes, vestes etiam deferant publicè laicales, pedes in diuersis ponentes; vnum in diuinis, alterum in carnalibus[e]: propterea omnes ecclesiasticæ personæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, reditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum, necnon, si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per pri-

a arg. l. raptores. C. de epis. & cle. & l. vnica. & ibi Jn. & Salic. C. de raptu virg. Iod. Damhoud. in praxi crim. cap. 95. Quando clericus amittat priuilegiū clericale.

b c. exparte. 3. de priuileg. & excess. prælat.

c d. Concil. Colon. tit. de metrop. cath. & colleg. eccles. cap. 8.

d sess. 14. de ref. cap. 6. Habitus non facit monachū.

e c. porrectū. 6. exparte. de regular. c. vlt. dist. 41. Concil. Constantien. cap. 15. Matisco. 1. cap. 5. Habitum clericalem nō gestantes quemodo puniendi.

per priuationem officiorum, & beneficiorum hu
di coërceri possint, & debeãt: Constitutionem C
tis quinti in concilio Viennẽsi editam, quæ incip
niam[a], innouando & ampliando. Cuius tenor h

[a] Cle. quoniã. de vita & honest.

Quoniam qui abiectis vestibus proprio congr
ordini, alias assumere, & in publico portare rat
causa cessante præsumit, professorum illius ord
rogatiua se reddit indignum, presenti constitutio
cimus; quod quicumq; clericus virgata, vel parm
publicè vtetur (nisi causa rationabilis subsit) si ben
tus extiterit, per sex menses à perceptione fructu
neficiorum, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus. Si
neficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus c
cerdotium constitutus, per idem tẽpus reddatur
inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinẽdum

Clerici beneficiati gestantes virgatam vel particam vestẽ quomodo puniendi.

quoque censemus de clericis aliis vestem talem,
tonsuram publicè deferentibus clericalem. Digni
verò, personatum, seu beneficium aliud obtinẽs,
immineat animarum, necnon cæteri in sacerdo
stituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per de

Clerici non beneficiati quomodo ob prædictum habitũ puniendi.

habitus extrinseci morum intrinsecam honestat
dere (si pretерquam ex causa rationabili) publicè
ferant huiusmodi, aut infulam, seu pileum linea
cè portent in capite; sint eo ipso beneficiati vid
perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtine
spensi per annũ: cæteri verò sacerdotes, & religi

Dignitatẽ vel curam animarum habentes quomodo ob prædictum habitum sint puniendi.

libet per idem tempus reddantur inhabiles ad qu
que beneficium ecclesiasticum obtinẽdum. Sed d
& cæteri quicumque clerici vtentes epitogio, seu
do foderato vsque ad oram, & ita breui, quod ve
ferior notabiliter videatur: epitogium ipsum bre

Sacerdotes & religiosi quomodo ob prædictum habitũ puniendi sint.

clerici, & religiosi administrationem habentes re
intra mensem dare pauperibus. Cæteri verò religi
ministrationem non habentes, intra idem tempu
teneãtur suis superioribus assignare in pios vsus a
conuertendum. Alioquin beneficiati suspensionis

Epitogio vtentes quomodo puniendi.

verò inhabilitatis pœnas prædictas per idem tem
nouerint incurrisse. Huic insuper adijcimus sanc
clerici præsertim beneficiati caligis scacatis, rubei
viridibus publice non vtantur.

Vestis autē virgata, prædicta hac constitutione prohibita, illa dicitur, quæ est stripata per diuersos colores, vel cùm pannus de se est planus, sed aliquid supra ponitur per modū virgæ, vel literaturæ. Vestis verò partita est, quæ fit de diuersis coloribus, vel quæ est scissa, vel diuisa per ferrum, & tales non congruunt clericis etiam in minoribus constitutis, seu primā tonsuram duntaxat habentibus; quia & illi veniunt appellatione clericorū, etiam in pœnali materia. Imò si coniugatus sit clericus, & vtatur huiusmodi veste, perdit priuilegiū clericale[a]. Infula verò hīc nihil aliud est, quàm pileus lineus, seu fasciola linea ad tegendum caput. Epitogium pallij genus est, quod supra togam ferebatur, seu breuis tabardus, vt interpretes loquuntur. Scacatæ autem caligæ, quæ ex rebus diuersorum colorum conficiuntur.[b]

Vestis virgata quæ dicatur.

Vestis partita.

a *glos. in d. clem. quoniam. & Io. VVācq. ibid. & Io. Bernard. Diaz in pract. crim. cap. 69.*

Infula, & epitogium, caligæ scacatæ.

b *Bonifac. de Vital. in d. clem. quoniā.*

Luxus vestium huius seculi quid portendat. CAP. III.

QVAM autem hæc habitus, & vestitus forma, qua huius deploratissimi seculi multi tam viri, quàm mulieres nunc vtuntur, animabus ipsorum periculosa sit, & quantorum malorum nuntia & testis sit, iam olim à sublimi ac illuminato Theologo D. Ioanne Thaulero his verbis prædictum, & vaticinatum fuisse constat: Quæso mortales omnes ex animo, & multo cum timore, atque tremore magnam Dei iram & iam olim meritas diuinæ iustitiæ plagas attendite, quæ licet hoc tempore plus quàm in quadringentis retro annis mundo grauiter imminent, valde tamen metuendū est, multò incomprehensibilius, insuperabilius, grauiusque, etiā supra quàm æstimari queat adhuc irruituras. Tam enim graues, ac magnæ erunt calamitates illæ, vt quotquot tunc superesse cōtigerit, optaturi sint, atque dicturi: O vtinam nos plagę priores absumpsissent, nam tunc fortè vel animarum nostrarum iacturam nullam fecissemus: nunc verò cum corporis, tum animæ grande periculum sustinemus. Porrò signa, quę terribiles has magnasque plagas portendent, partim sunt breues istæ ac difficiles, & in varias subinde formas abominabili quadam metamorphosi nunc quidem sic, nunc verò aliter

Hæc Thaulerī vaticinia adiuncta sunt ipsius epistolīs.

Frequens hæc in vestitu mutatio, & insolētia quid portendat.

commutatæ veſtes, cum inſolẽtibus ac laſciuis geſti
Quod totum haud dubiè ex malignorũ ſpirituum
geſtione, & in corda hominum inſtillatione pro
S. Hildegardis prophetia. Sicut & ſancta Hildegardis ante annos fermè duo
apertiſſimè prædixit, & prædicendo mundum pro
nere ſtuduit. Et hæc quidem, necnon pleraque alia
iam annis decem euidenter apparuere. Cuiuſmodi
plagæ ſupradictæ futuræ ſint, eadem ſancta Hilde
multa cum diſtinctione deſcripſit. Nec tamen hu
quis vulgò edicere audet, eò quod ipſas minimè
& metuendum ſit huiuſmodi publicatione com
tas plagas accelerari magis debere, quàm impedi
rùm vt piis quibuſque perſpicuum, ac notum fie
modo ſeſe harum calamitatum temporibus habe
gerere debeant, lubet eas hic ſub parabolis, ac ſi
Prophetiæ hæ de quibus intelligendæ ſint. dinibus ob oculos ponere. Concernent quippe
ſanctam fidem noſtram, & ſacramenta, & omne
ſiaſticas atque Chriſtianas inſtitutiones. Vnde in
homines fluctuationem, ac errorem præcipites
cuinam, ceu catholicæ veritatis aſſertori credo
Cauſæ harum calamitatum, quibus nunc premimur. poſſint, atque confidere, prorſus ſint ignoraturi.
quidem idcirco diuina permittet iuſtitia, quod
multo iam tempore, ita negligenter, imo & vi
uendo ipſam fidem moribus, ac vita impugnan
digniſſimum Chriſti corpus vna cum aliis eccle
cramentis, cum omni denique ſanctimonia Chr
tam planè irreuerenter, indignè, impurè, infre
tractare, ac ſuſcipere auſi ſumus. Magna igitur
ricula contaminatis, vitioſis, & diuinam inſpira
Qui ab his plagis immunes erunt. contemnentibus imminebunt. Quotquot verò
thau frontibus ſuis impreſſum habuerint, id eſt,
qui per fidem Chriſti viuam in quodam melio
initio, atque profectu inuenti fuerint, ab his pla
munes erunt. Id quod B. Ioannes Apocalyp. ca
plagas ſub obſcuris quidem verbis, ſed à B. Hild
luce clarius detectas recenſens teſtatur. Cæteru
Qui periculoſis hiſce temporibus ſeruabuntur. lis, ac ſaluberrimi conſilij, omnibus, qui periculo
temporibus victuri ſunt, nobis per B. Hildegard
uelati, iſta ſumma, & intentio eſt; vt videlicet ſen
ac propemodũ effætæ matri ſuæ Eccleſiæ ſanctæ

resignato ac propensissima voluntate patienter ac humiliter condescendentes omnibus ordinationibus, atq; doctrinis illius, quæ nobis huc vsque palam in suggestu à concionatoribus proponũtur, spontanea, ac obedienti subiectione obtemperent, nec vlli alteri persuasioni fidem adhibeant, etiamsi vel angelus de cælo præter id quod euangelizatum est, annuntiet, ac persuadere moliatur. Sicut & à Domino nostro IESV Christo diligenter præmoniti sumus, cùm diceret[a]: Supra cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi; omnia ergò quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite. Item B. Paulus[b]: Licet nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizamus vobis, anathema sit. Immensa illa, ac inexhausta Dei misericordia dignetur nos in viua, & vera Christi fide semper stabiles conseruare. Scriptum est prædictum vaticinium in eo libro, vnde huc translatum est anno à Christo nato 1348.

a *Matth.23.*

b *Galat.1.*

An. Dn. 1348. prædicta super vestitu huius seculi vaticinia facta sunt.

Nunc igitur dilectissimi certi estote, quia nisi in melius vitam nostram commutare studeamus, grauiter nobis plagæ prædictæ immineant, ita quod tanta erit afflictio, vt iudicium extremum nobis ad memoriam sit reuocatura. Quæ enim nunc pace multa gaudere videntur, in maxima tunc vexatione erunt, & Dei verba peruertẽtur, cultusque diuinus penè in obliuionem ibit, & vnus huc, alius illuc properabit, nec facilè sciri poterit quorsum hæc tandem euasura sint. Interim tamen fidelissimus Deus nidulũ aliquem habebit, vbi suos conseruet, protegatque. Discat ergò quisque pati, & abnegare seipsum, auscultãs intus vocem patris sui, quid ille in se loquatur, ac foris matris suæ, id est, Ecclesiæ sanctæ. Horum quippe vox vna est. Quare, qui has voces non didicerit cognoscere, in æternum pereat necesse est. Exurget enim vox fallax, quæ omnes huic paternæ voci auscultare nolentes in errorem abducet. Sonat autem nobis paterna vox per vocem sanctæ matris Ecclesiæ, in omnibus doctrinis, præceptis, atque consiliis illius. Væ proinde, ac iterum væ omnibus voci huic obtemperare nolentibus, vt se ipsos in veritate paruipendant, & studeant esse humiles. His enim teterrimæ

Hoc vaticinium verum esse nũc nos prob dolor, experimur, & videmus.

Hanc vocem nũc exurrexisse videmus.

Hæc nunc vox est ministrorũ hæreticorum in suis concionibus.

desperationis vox inspirabitur dicẽtibus pseudodo-
ribus falsum esse, atque confictum, quicquid vn
priscæ veritatis doctores hîc edocuere. Quicumqu
tur in fundo suo humilitate destituti fuerint, & pr
ipsorũ sensu, ac proprio beneplacito in suis illis v
ac subtilibus conceptibus perdurauerint, hi om
tantos abducentur errores, vt cunctos ecclesiæ ri
institutа fallacia, & à veritate aliena sint cred
Quod profectò ex ipsorum vitiosissimo vel m
fundo, tum etiam quod veri illius, atque viui sur
Vera humilitas. nitus expertes erunt. Vera namque humilitas el
ex toto inquam & ex omni diligere corde. Hoc
sertissimi rerum totius boni fundamentum. O si
dere possetis, charissimi, quantis periculis, atque
stiis mundus ipse, & quotquot Deo in fundo suo,
tem Dei amicis reuera non adhæserint vniuers
uendi sint, quamque terribiliter cum illis agen
adhuc in proximo veris Dei amicis significatũ
reuelationẽ) & quàm denique vera fides concul
Si, inquam, hæc sciretis, dilectissimi, sensus vniu
turales nulla ratione sustinerent. Qui tunc victu
cogitent hæc ipsis longè ante prædicta fuisse.

Clerici in memoriã nunc reuocent quid illis de habitu et vestitu ab Episcopo dictũ sit cùm tonsuram acciperent.

Quare omnes clericos memores esse velim e
tionis, quam Episcopus illis, dum tonsuram co
dixit his verbis: Filij charissimi, animaduertere d
quod hodie de foro ecclesiæ facti estis, & priuile
ricalia sortiti estis. Cauete igitur, ne propter cu
stras illa perdatis; & habitu honesto, bonisque m
ac operibus Deo placere studeatis. Tum etiam o
nis quam pro illis ad Deum fudit: Omnipotent
terne Deus, propitiare peccatis nostris, & ab o
uitute secularis habitus, hos famulos tuos emu
dum ignominiam secularis habitus deponunt, tu
per in æuum gratia perfruantur: & sicut similim
coronæ tuę eos gestare facimus in capitibus: sic
tute hæreditatem tuam consequi mereantur æ
in cordibus.

Quid Pius V. & Concilia Mechliniense, & Cameracense de vestitu clericorum statuerint. CAP. IIII.

PIVS verò quintus cupiens, & satagens sacri Concilij Tridentini iussa in omnibus exequi; vt cum vitæ & animi integritate clericalis externus etiam habitus, & vestitus congrueret; statuit, & præcepit [a] omnibus & singulis sacris ordinibus initiatis; aut quęcumque beneficia ecclesiastica etiam simplicia obtinentibus, cuiuscumque gradus, aut dignitatis sint, vt vestem superiorem, & interiorem simplicem, & talarem omnes gestent, non reflexam, sed compositè, & aptè ad collum annexam. Pallium, quod ferraiolum dicitur, id habeant, vt clericali decoro nō sit alienum, idque tantum in pluuiæ, & frigoris necessitate, semperque cum talari tunica induant. Quas tamen vestes ad longioris itineris necessariam commoditatem breuiores, modo ordinis honestati conueniant, adhiberi permittimus. Caligis non inflatis, nec dissectis; calceis crepidisve nō inaniter incisis vtantur, sed simplicibus & integris. Camisias ad manū, & ad collum crispas, & (vt dicunt) lactucatas, aut arte laboratas ne sumant. Pileos ne habeant, nisi valetudinis causa, & eos simplices, neque turbinatos, quos ingredientes in ecclesiam, vel ædes, maximè publicas, semper omittant. Neque reticulum, aut subbiretum, nisi valetudinis necessitas postulet, idque sine redimiculis; nec annulos, nisi honoris gradus, aut officij munus requirat. Pretiosioribus pellibus, vnguentis, & aliorum odorum suauitatibus abstineant. Ab omni mulæ & equi instrumento, & ornamento, aurum, argentum, villutum, & omnino sericum amoueant. Vestium colorem tantummodo nigrum, nisi alium magistratus, aut honoris ratio postulet, adhibeant. Vestes holosericas, aut serico ornatas, domi aut foris ne habeāt. Arma ne ferant, néve personati incedant. In omni denique vestitu nouitatem, & tam elegantiæ, & concinnitatis, quàm negligentię, ac sordium suspicionem vitent. Qui in aliquo horum deliquerit præter vestium, aliarúmve rerum amissionem vigintiquinque aureis mulctetur, locis piis arbitrio nostro attribuendis; carcere etiam ac beneficiorum priua-

[a] *sua cōstitut. ex. edita an. Dn. 1566. Vide concil. Mediolanen. part. 1. tit. de cleric. vestitu. & reliqua vitæ moderatione: & tit. de armis, lud. et spectac.*

In habitu clericali delinquētes quomodo puniendi.

tione, maioribusque pœnis pro delicti, & perse
genere arbitrio nostro puniatur.

Prouincialis verò Synodus Mechliniensis, que
mis Pontificibus, & sanctis Synodis, maximè à
Tridentina de clericorum habitu, vita, honest
modestia retinenda, & simul de luxu, comessat
lusibus, & quibuscumque criminibus vitandis, c
& salubriter sancita sunt, eadem sub eisdem a
maioribus pœnis, tanquam hic repetita Synod
uincialis seruari præcipit, & mandat, & statuit
sequuntur de vestitu & habitu: Quo autem lum
huius seculi à Dei ministris arceatur, nullus cler
nimis pretiosis, aut statui incongruentibus in p
vtatur vestibus, neque caligis follicantibus, &
na forma leuitatem præ se ferentibus. Dum in p
prodeunt, qui in sacris sunt ordinibus constitut
sacerdotalem, & vestem gestent talarem, po
qui in oppidis agunt. Qui verò ruri, vt minimu
midium tibiarum vsque promissam habere
Porrò clerici viatores, aut peregrinantes, ita
ter, suaque professione dignè gerant, vt eoru
bus, verbis, habituque modesto per omnia glo
Deus. Clerici, qui in academiis, aut scholis ma
vel minoribus viuunt, & in alio, quàm sui ben
co resident, intra mensem à die publicati huius
prouincialis, corona, pileo, caligis simplicibus, &
ordini suo, & vocationi congruo vtantur; &
annis huius rei testimoniales literas sigillo v
tis, si in ea resideant, munitas, aut ludimagistri
in priuatis scholis agant, conscriptas, ei, cui lite
moniales studij exhibere debent tempore congru
mittant. Qua in re, si defectuosi fuerint, fructib
rum beneficiorum priuentur.

Concilij prouincialis Mechliniensis de habitu & vestitu statuta.

Conciliū verò prouinciale Cameracense pauc
ta complectens, statuit[a]; vt clerici gestu, vultu,
& vestitu statum, & ordinem suum profiteantu
eam disciplinam neglexerit, & eum vestitum a
qui deceat potius militem, aut laicum, quàm cler
castigetur, cogaturque in ordinem redigi. Atq
dictorum vestigia, & exempla secutus R.^mus p

[a] *de vita & honest. cleric. cap. 4.*

Iprensi Synodo sua diœcesana statuisse legitur[a]: Cùm nihil sit, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assiduè instruat, quàm vita, & exemplum eorum, qui se diuino cultui dedicarunt; præcipimus omnibus Prælatis, presbyteris, & quibuscumque clericis nobis subditis, vt vitam & mores suos in habitu, gestu ac sermone ita componant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem. Proindè ab omni leuitate, vanitate, & spurcitia sermonis abstineant. Non vtantur vestibus partitis, non caligis scissis, aut sollatis; sed omnibus vestibus oblõgis, honesti coloris, vulgari, & simplici modo confectis, ita, vt omni tempore, & loco cunctis innotescat eorum status.

[a] *cap. 1. de vitâ & honest. ministr. eccl.*

Quæ autem suprà diuersis in locis à Pio V. pro cleri reformatione statuta fuisse commemorauimus, vel deinceps à nobis narrabuntur, eadem ferè omnia ex eiusdem Pij bulla desumpta R.mus noster ecclesiæ nostræ Canonicis, & clericis ad obseruandum proposuit. Ad quorum obseruationem, vt ipsi etiam nunc se obligatiores intelligãt, meminerint ab eodem postea in Synodo sua diœcesana Iprensi hoc promanasse statutum: De Canonicis tam cathedralibus, quàm collegiatis, & eorum officio multa præclarè à Concilio Tridentino, pro inducenda reformatione, decreta sunt; quæ etiam nos in visitatione ecclesiarũ huiusmodi, ex parte (prout tempus, & locus patiebãtur) in executionem misimus. Atque nunc quæcumque per nos tam de vita, & morũ probitate, quàm de officio diuino in visitationibus nostris ordinata, & publicata fuerunt, eadẽ in hac Synodo tanquam de verbo ad verbum repetita habemus; atque ab omnibus, quorum respectiuè interest, obseruari, præsenti statuto mandamus.

Quæcunque de Canonicis eorúmque officio à concilio Trident. decreta sunt, mandantur in Synodo Iprensi ab eisdẽ obseruari.

Honestatem in motu corporis seruandam esse.
CAP. V.

CLERICVS professionem & honestatem suam non modò habitu, & vestitu; verumetiam incessu probare, & declarare debet; vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendat. Incomposito enim corporis, vt D. Augustinus ait, inæqualitatem

indicat mentis. Vnde Hiſtoriographus ille, cir-
mutabilitatem deſcriberet, cuius conſcientia cu-
curis, mentem vaſtabat, inter cętera hoc etiam no-
indicauit, dicens: Inceſſus eius modo citus, mod-
dus[a]. Et vt D. Ambroſius docet[b], in ipſo motu g-
inceſſu, tenenda verecundia, & honeſtas eſt. Ha-
enim mētis in corporis ſtatu cernitur. Hinc homo
dis noſtri abſconditus, aut leuior, aut iactantior, au-
bidior, aut ſtupidior; vel contrà grauior, & conſta-
& purior & maturior æſtimatur. Itaq; vox quæda-
animi corporis motus. Ad cuius declarationem, h-
bationem adducit D. Ambroſius duorum cleric-
exempla memoratu digna, inquiens[c]: Meminiſ-
quendam amicum, cùm ſedulus ſe videretur com-
dare officiis, hoc ſolo tamen in clerum à me no-
ptum, quod geſtus eius plurimum dedeceret. Al-
quoque cùm in clero reperiſſem, iuſſiſſe me, ne
præiret mihi, quia velut quodam inſolētis inceſſu
bere oculos feriret meos. Idq́ue dixi, cùm redd-
poſt offenſam muneri, hoc ſolum excepi, nec
ſententia. Vterq́ue enim ab eccleſia receſſit, vt
inceſſu prodebatur, talis perfidia animi demōſtra-
Namq́ue alter Arrianæ infeſtationis tempore fid-
ſeruit; alter pecuniæ ſtudio, ne iudicium ſubiret, f-
dotem ſe noſtrum negauit. Lucebat in illorum m-
imago leuitatis, ſpecies quædam ſcurrarum per-
tium. Sunt etiam qui ſenſim ambulando, imitant-
ſtricos geſtus, & quaſi quædam fercula pompar-
ſtatuarum motus nutātium, vt quotieſcumque gra-
transferunt, modulos quoſdam ſeruare videantur.
curſim ambulare honeſtum arbitror, niſi cùm
exigit alicuius periculi, vel iuſta neceſsitas. Nam
rumque feſtinantes anhelos videmus torquere ora-
bus ſi cauſa deſit feſtinationis neceſſariæ, næuus e-
ſtæ offenſionis. Sed non de his dico, quibus rara pro-
ratio ex cauſa naſcitur, ſed quibus iugis & contin-
naturam vertitur; nec in illis ego tanquam ſimulacr-
effigies probo, nec in iſtis tanquam excuſſorum ra-
Eſt etiam greſſus probabilis, in quo ſit ſpecies auc-
tatis, grauitatiſq́ue pondus, tranquillitatis veſtigi-

a *c. clericus. §. ſicut ergo. diſt. 41.*

b *lib. 1. offic. cap. 18.*

Habitus mētis in corporis ſtatu cernitur.

Motus corporis eſt quædā vox animi.

c *d. lib. 1. c. 18.*

Qualis debeat eſſe inceſſus ſeu greſſus.

ita tamen, si studium desit, atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex. Nihil enim fucatũ placet: motum natura informet. Si quid sane in natura vitij est, industria emendet: vt ars desit, non desit correctio.

Verùm quia propter calceos, eorúmve ornatum incessum faciunt, quo animi sui superbiam declarent, & Deum grauiter offendant, hinc in concilio Carthaginensi quarto sancitum fuit [a]; vt clericus professionem, & in habitu, & in incessũ probet; & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat [b]. D. verò Ioannes Chrysostomus vehementer in abusum calceamentorũ inuehens [c]: Etsi, inquit, parua hæc peccata videantur, ac ideo negligantur, maiorum tamen delictorum causas nobis præbent. Sed quod minus peccatum inueniri poterit, inquies, quàm ornatos, & quasi resplendentes habere calceos, ac pedibus ita inhærentes, vt nulla inde ruga conficiatur? quod nec peccati quidem appellatione notandum est. Vultis igitur vt largas orationi habenas mittamus, ac dedecus huius rei ob oculos ponamus? Sed nolite, oro, irasci: imò verò etiãsi irascimini, parua mihi cura est; nõ enim ipse, sed vos huius leuitatis causa estis, qui cùm nec peccata quidem ista putetis, ad reprehendẽdum acrius tale iniuriæ genus impellitis. Audiatis Paulum, quanta hęc cum acrimonia reprehendat, & auctoritate ipsius turpitudinem rei cognoscite. Quid igitur hac de re Paulus scribit [d]? Non in plicationibus, inquit, auri, aut margaritarum, nec vestimẽto pretioso. Quam igitur veniam habere poteris, cùm neque vxori, iubente Paulo, pretiosæ vestes permittantur, tu calceos luxuriosissimè polias, ac ita construas, vt nimium attentus ad ridiculosa dedecora esse videaris. Virtutis quoque penitus expers, qui studium suum ad hæc contulit vniuersum. Tu ad terrena, quasi porcus, diaboli artibus persuasus deuolueris. Hæc enim omnia ille excogitauit, vt tu beatitudine priuatus ad hæc miserrima detrudaris. Ita Deus, qui cælum tibi offert, à diabolo superatur. Imò verò nec ista offert diabolus. Opera enim hæc etiam Dei sunt; sed mollitiem, luxum, atque maleficas artes, quibus oppressi adolescẽtes, aspicere terram coguntur: Qui cælorum philosophiæ studere iussi sunt,

a *cap. 45.*

b *c. fin. dist. 41.*

Chrysostomi in calceorũ abusum inuectio.

c *Hom. 50. in Matth.*

d *1. Timoth. 2.*

Vxori non sunt permittendæ vestes pretiosæ.

Curiosa propter calceos deambulatio.

magis calceis suis gloriantur, quàm si nouas res inauditas gessissent; digitis enim pedum subleuati ambulant in plateis nimio plerumque inde m confecti, in cæno, in hyeme, aut puluere in æstate ftimenta, & calcei sui maculentur. Quid facis Animam hac luxuria in cænum coniecisti, eam ra negligis detineri, & calceamentorum tanto m augeris? Discas vsum ipsorum, & tãti ea facere p Adiumenta enim certè sunt, vt lutum, & omn sordes audaciter conculcemus. Quodsi tu ab hui labe munda cupis calceamenta seruare, certicib atque capiti connecte. Ridetis hoc audientes; m lachrymandum potius videtur, cùm studia in v vestra, & vesaniam considero, cumque intellig pus vos malle luto, quàm calceos deturpare.

Calceorũ vsus quis sit.

Conuiuia clericorum qualia esse debeant. CAP.

QVIA honestas tam dictis quàm factis fr ter à clericis in conuiuiis ipsorum viola qualia ea esse debeant, diuersis Pontific conciliorũ constitutionibus ostẽdemus. Inprim D. Gregorius Natali Episcopo scribens: Conu

a epist. 37. lib. 2. & c. conuiuia. dist. 44.

quit[a], communia, quæ ex intentione impend ritatis fiunt, rectè vestra fraternitas in suis epist dat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex chari raciter prodeunt, cùm in eis nulla absentium v detur; nullus ex irrisione reprehenditur; nec in nium secularium negotiorum fabulæ, sed verb

Quæ charitatis conuiuia censeantur.

b c. sin. d. dist. 44.

lectionis audiuntur; cùm non plus, quàm necess uitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vsus exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque si

c cap. 7. & c. pro reuerentia. dist. 44.

vestris conuiuiis agitis, abstinẽtiæ, fateor, magist Et Martinus Papa[b]: Non oportet clericos ante sacram diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando cos, non hymno dicto comedere panem, & post gratiam auctori Deo referre. Pro reuerentia ve & sacerdotum id vniuersa constituit Synodus To na quarta[c]; vt (quia solent crebrò mensis otiosæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio diuin scripturarum lectio immisceatur. Per hoc enim &

Clerici cibum sumpturi illũ benedicere, eóq. sumpto gratias Deo agere debent.

Sacerdotali cõuiuio sacra immiscenda est lectio.

mæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

In concilio verò Nauetēsi de diuersis generibus conuiuiorum diuersa clericis præscripta sunt statuta. Primum[a] quando conueniunt presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum, & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Post refectionem similiter hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in cœna fecisse legitur[b]: & se contineāt omnes presbyteri, maximè in talibus locis; vt non vituperetur ministerium eorum[c]. Quando verò presbyteri per Calēdas simul conueniunt post peractum diuinum ministerium ad necessariam collectionem; non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium ibi ad tabulas resideant, ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent; quia indecens est, & onerosum: sæpe etiam tardè ad ecclesiam redeuntes maius damnū de reprehensione consequuntur (quod de grauedine mutua contrahunt) quàm lucrum ibi faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit[d]; quia inconuenienter cœnam dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conueniunt, & ex ingluuietate, ventris causa coniunguntur, reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur: & ideo peractis omnibus qui volunt panē cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant; & singuli singulum bibere faciant, & maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant; & sic ad ecclesias redeant[e]. Deinde nullus presbyterorum quando ad anniuersarium diem trigesimum, aut 7. vel 3. alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat; aut turpia ioca, vel

vrso,

a c *quādo autem, dist. 44.*

b *Matth. 26. Mar. 14.*

c *d. c. quando autē. dist. 44.*

d *1. Corinth. 11.*

e *c. quādo presbyteri. d. dist. 44.*

Amore sanctorum vel alicuius defuncti animæ bibēdum non est.

vrso, vel tornatricibus ante se fieri patiatur: nec
a c. nullus. d. dæmonum ante se ferri cõsentiat; quia hoc diab
dist. 44. & c. est, & sacris canonibus prohibitum a. Vnde &
nullus. de con- mens Papa martyr clericis statuta præscribens:
secrat. dist. 5. inquit, ad memorias mortuorum vocamini cu
b lib. 8. constitut. Apost. cap. destia, & cum Dei timore comedite, veluti vale
50. gatione fungi pro mortuis. Cùm sitis presbyt
Cur presbyteri sobrij esse debeant. diaconi Christi, sobrij esse debetis & priuatim.
c Proverb. 31. aliis, vt possitis intemperantes coërcere. Dicit
scriptura c: Dynastæ sunt iracundi; vinum verò
bant, ne cùm biberint obliuiscantur sapientiæ,
iudicare non possint. Quare presbyteri, & diac
Deum omnipotentem, & dilectum filium eius
clesiæ Dynastæ; quod non ideo dicimus, ne bibat
cæteroqui contumelia afficerent id, quod à Deo
est in lætitiam; sed ne vinolentiæ studeant. N
dixit scriptura: Ne bibas vinum. Sed quid dicit?
bere vinum ad ebrietatem.

D. verò Ioannes Chrysostomus de conuiuiis,
d Hom. 39. in epist. 1. ad Corinth. poris voluptate loquens d: Quod tantis, ait, m
imbuti cælestium tantam notitiam habentes, pr
bus adhuc rebus immoriuntur, qua venia digni
Quod immoriuntur porrò rebus his, vnde tande
Quia voluptatibus sese dedunt; quia cutem curan
cupiditati indulgent; quia grauem sarcinam co
densas tenebras crassum velum mentis oculis o
Voluptatis effectus. opponunt. Sic accidit enim, vt in voluptate præ
sima quidē pars nostri seruiat, imperet autem ab
sima: Illa excæcetur vndique, cæca vinciatur: Ha
circumagat vndique, quam conueniebat duci
Arctum vinculum animi, & corporis est, sic opi
industria comparante, ne corpus suum velut al
abijcerent quidam. Nam cùm Deus inimicis etia
Diabolus quibusdā persuadet odium sui corporis. nefieri velit, tantum diabolus potest, vt proprium
poris odium persuaserit quibusdam. Qui enim d
esse dicit, quid aliud quàm hoc struit? Quod ex
cuiusdam dementiæ est. Si diaboli est, vnde ista
Corpus instrumentum est animæ. consonantia, vt diuinæ nostræ menti ad omnem
aptissimum velut instrumentum sit corpus factum
aptum, inquis, cur animum excæcat? Haud corpus

quod tenebris istis animũ obducit. Absit bone vir; sed voluptas. Voluptatis igitur studium, inquis, quę res alia parit, quàm corpus? Nequaquam: Sed voluntas praua. Fomento corpus; non incitamento eget: vt nutriatur corpus, non vt distendatur, perfundatur. Estque non menti solum, sed ipsi etiam corpori inimica, & infensa voluptas. Ex forti debile reddit; è solido eneruatũ; morbidum è sano; tenue ex compacto; ex florente, & formoso, deforme; solidum ex fragrãti; ex mundo & puro, impurum; ex absoluto, doloribus vndique differtum; ex vtili inutile; ex recenti, vetus; ex robusto, flaccidum; ex celeri, tardum & languens; ex recto, claudum. Præterea si diaboli sit, nõ oportuit à familiaribus infestari; malitia dico. Sed nec corpus, nec cibi diaboli sunt, sed voluptas sola: per hanc mille mala malignus ille patrat satan. Sic totam pessundedit gentẽ. Impinguatus enim, incrassatus, dilatatus est, inquit [a], & calcitrauit dilectus. Sodomis hoc principium fulminum illorum fuit; quod significans Ezechiel [b]: Peccatum hoc, inquit, Sodomorum fuit, superbia, saturitas cibi, abundantia potus, his deliciabantur. Hinc Paulus [c]: Qui in deliciis versatur, is viuens mortuus est; quod velut sepulcrum corpus mille malis deuinctum circumfert. Quodsi corpus ita comparatum sit, qui animam habere putes, quanto tumultu, quantis fluctibus, quibus procellis erit plena? Hinc inutilis ad omnia fit, nec dicere, nec audire, nec consultare, nec facere necessariarum rerũ quicquam potest. Velut gubernator artem tempestate superante cum naui, cum nauigãtibus mergitur ipse quoque. Sic anima cum corpore in horrendum demergitur stupiditatis abyssum.

Corpus non excęcat animum, sed voluptas.

Cur voluptas inimica nõ solum menti, sed etiam corpori.

Nec corpus, nec cibi diaboli sunt, sed voluptas sola.

a *Deuter.32.*

b *Ezechiel.16.*

c 1. *Timoth.5.*

Ventrem porrò sic Deus quemadmodum portam quandam intra nos locauit, commensam vim ipsi tradens, & modum statuens certum, quãtum molere quotidie oportet. Huc si quid adijciatur, illaboratum relinquitur. Hinc nocumentum, hinc morbi, debilitates, deformitates. Non morbidum enim solum, sed & deformem cum, qui pulcher erat, voluptas facit. Si enim ingratum assiduè ructet vinum, nõdum coctum exhalet, plus æquo rubescat, & formam, quæ se decet, amittit, & ornamentum omne perdit. Nam flaccida caro fit, turgentes,

Voluptatis effectus.

gentes, & velut sanguine suffecti oculi, æquo plu-
sum, carnosumque corpus. Cogita, quæ hinc mo-
sequatur; nam spiritu multitudine eorum, quæ
runtur, distracto, hisque digirendis occupato, quo
getando corpori cedere debebat, totum absum-
perfluorũ subactione. Quid enim podagras, fluxu-
sim toto corpore oberrantes, morbos cæteros, qu-
sunt, & tragœdiam vniuersam attinet commem-
Diurna exercitatio enim, & labores, & tolerat-
moderata mensa, & victus simplex habiliora co-
reddunt, & formam præterea plurimùm iuuant.
luptatem verò deliciarum narres, licet, tamen c-
summam gulam non durat. Simul enim ac lingua
tremam transabiit, euanescit; multum interim s-
gotij relinquens. Nolo enim discumbentes mol-
luptuarios homines obserues; cùm surrexerunt,
tum sequere: beluarum corpora non hominum i-
bis. Capite nutant, tenduntur, constringuntur * le-
magno silentio: denique velut tempestate tur-
his, qui se liberent, opus habent, optantes statum
in quo erant priusquam distenderentur. Nam c-
uidæ mulieres, sic ventrem onerati circumferun-
ingrediuntur, vix oculos tollunt, vix loquuntur, v-
vix. Quod si dormiant paululum, somnia prodig-
& mille phantasiis plena vident. Nam quid alter-
lam insaniam rei venereæ dicam, quæ ipsa quoque
turit hinc? Itaque quemadmodum equi salaces, i-
ebrietatis æstro concitati, omnibus insultant pem-
quàm equi gestientes: turpia multa committunt, q-
dicere quidem fas est. Nec quid agant enim, quidr-
tiantur, amplius tum norunt. At verò non est tal-
brius, sed hic in portu sedens, aliorũ naufragia spe-
voluptate fruitur mera, & constante; vitam, quæ hi-
nem deceat, liberam viuens. Quæ cùm videmus,
tres, quid non voluptates, pernicioſa conuiuia vitan-
& simplicem potius persequimur victum? vt corp-
simul & animo rectè comparati, virtutibus pleni, b-
ris aliquando bonis potiamur. Quæ vt omnibus no-
contingant gratia faxit Domini nostri IESV Chri-

Quibus corpora nostra habiliora et formosiora reddãtur. Voluptatis brevitas.

Voluptuarij.

* lecto.

Luxuria ex voluptate.

Sobrius.

Rursus idem Chrysostomus in sermone super

Cau-

Carnis concupiscentias ne sectemur, quę generant mortem. Velim, inquit, esse admonitos, & eos maximè, quos grata conuiuia delectant. Non enim sunt illa pro cibo, vel animi remissione habenda, sed pro supplicio, & tormentis. Quippe non indecēs, & indecorus sermo, sed grauis, & moderatus; & cibo expleri, non frangi in oblectamentis ducenda sunt. Quodsi his rebus inesse aliquid voluptatis existimaueris, adfer mihi, quam heri, & vesperi ex his cōcœnationibus ceperis voluptatem: nullam habes: deinde & quæ illam assequantur noxia. Sitque mihi interea de voluptate, quę statim deflaccet, & fluit disceptatio. Simulac enim missum conuiuium fuerit, euolat omnis ex eo cepta iucunditas, cumque & vomitus, capitisque grauedines, & languores innumeros, animique capturam, & illecebras commemorauerim; quid ipse ad hæc respondebis? Nec enim decet per paupertatis occasionem agere impudenter. Hæc autem dixerim, non vt omnino negem conueniendum inter nos esse nonnunquam, & concœnandum; sed vt inhonesta, & turpia interdicam; cupiamque luxum in cibum conuerti, qui dolore, temulentia, & lasciuia careat; vtq; vel gentes intelligant Christianos nosse modum deliciis facere, id est, modestè, & temperanter his vti. Exultate, Propheta inquit[a], Domino in tremore. Qualis illa erit exultatio? Hymnos, scilicet pronuntiare, orare, & psalmos pro seruilibus illis cantionibus inducere. Hoc pacto Christus & mensæ aderit, & dapes benedictione complebit; cùm preces ad eum fuderis, cùm spiritu decantabis, cùm egenos ad victus communionem conuocaueris, conuiuiisque modum, & temperantiam exhibebis. Sic ex triclinio, Dei domum effeceris; proque immoderatis, & intempestiuis clamoribus hisce, & plausibus Dominum extuleris. Neque id dixeris, extare hoc tempore alias conuiuandi leges: quin potius corrigenda per te erunt, quæ se haud rectè habuerint. Si enim, Paulus inquit[b], cibum sumitis aut potum, seu aliud quodcumque agitis, omnia in Dei laudem facitote. Solent namque ex istiusmodi epulis tum turpia nobis desideria, tum omnis lasciuia obuenire.

Grata cōuiuia pro supplicio et tormentis habenda.

Breuitas voluptatis, ex conuiuio perceptæ.

Non decet occasione paupertatis agere impudenter.

Quatenus conuiuandum sit.

a *Psalm.2.*

Quomodo in conuiuiis sit exultandum.

Malè nūc conuiuantium excusatio.

b 1.*Corint.*10. *Omnia in Dei laudem sunt facienda.*

Malarū epularum pronūtius.

In con-

In conuiuiis frugalitatem, & sobrietatem seruand

CAP. VII.

CAETERVM quia Canonici, & alij eccl
pessimè in populo audiunt propter illo
conuiuiis luxum, & delicias, ad demonstr
frugalitatem & sobrietatem in illis præstantio
non grauabimur adhuc ex D. Chrysostomo, a
hoc ipsum demonstrare, atque comprobare. In h
enim super illo, quod nemo lęditur nisi à semet
cipiamus, inquit, si videtur, à conuiuiis, & à m
affluentia. In his enim diuitiarum magnificen
catur: conferamus mēsam diuitis & mediocris
cutiamus vtrosque conuiuas. Qui magis qu
qui puram, veramque vtriusque mense capiūt
tem. Illínam, qui tota die attritis, & lassescent
tis recumbunt, & cœnas prandiis iungunt, qui
tris distentione rumpuntur, atque oppressione
suorum premūtur. In quorum corpore vini im
ne, velut naufragij cuiusdam fluctibus, obru
necatur, vbi neque oculus, neque lingua, neque
priis deseruit officiis, sed omnia membra corp
vinculis iacent vincta grauius, quàm catenis v
por eis ipse ad quietem datur, neque ad salubri
dit, sed exterriti somniis insanientibus, & fur
teriores fiunt; & quasi sponte dęmones super
mæ suæ; risus, & spectaculum omnibus etiam
suis fiunt. Nihil agnoscunt eorum, quæ viden
norunt; dicere aliquid, & audire non possunt, f
fœdissima portantur de accubitis ad lectos. In
igitur conuiuiis magis voluptas est, an in illis, v
potusque tantus est, quantus famem depellat, a
Hunc modum vitę natura docuit, illum corrup
dinis inuenit. Ideo denique in hoc etiam sanit
& ratio permanet, & honestas cum sobrietate
rat; nec grauatum corpus, atque oppressum lec
conuiuio, sed adiutum potius, atque auctum vi
taque alacritate subnixum surgit incolume.

Chrysost. in Hom. quod nemo lędit. nisi à seipso.

Mensarum diuitis, & mediocris collatio; & vtrà melior sit.

Incommoda mensæ diuitis.

Mensa mediocris.

Quodsi tibi parū fidei habere sermo noster v
vtrorumque corpora animosque considera: & i
illa magis robusta, & valida, ac succi plena, quæ

Sobriorum corporū dispositio.

cribus, ac simplicibus vtūtur alimoniis. Nec mihi nunc adducas in medium, si qui forte ex accidenti ægritudine, aut qualibet debilitate fatigantur. Alia est ista causa, & alio in tempore requirenda. Hi verò, qui in deliciis, ac luxuria vitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta, quibusque ad cumulum malorum podagræ tremor & immatura senectus succedit, & est eis vita semper cum medicis, & medicamentis; sensus autem ipsi tardi, graues, obtusi, & quodammodo iam sepulti. Et si aliquid voluptatis, aliquid iucūditatis habent, quis hæc iucunda dicat, & grata, qui tamen nouerit, quid sit iucunditas, & voluptas? A prudentibus enim ita definitur; quia hæc sit sola voluptas, cùm quis desideriis suis fruitur. Vbi verò frui desideriis non potest, dum vel ægritudo non sinit, vel satietas ipsa desiderari non facit, quę onerosa efficit abundantia, sine dubio, & voluptas in eis pariter & iucunditas perit.

Mala dispositio corporū in deliciis viuentium.

Voluptas quid sit.

Denique considera ægros, qui fastidio perurgentur, quomodo, quamuis suaues eis, & lauti apponātur cibi, horrori tamen eos accipiunt magis, quàm voluptati. Sic ergò cùm per abundātiam cupiditas fuerit extincta, pariter & voluptas, ac iucunditas perimitur; quia non tam ciborum gratia, quàm desiderij gignit satisfactio voluptatem. Vnde & Sapiens quis, atque in horū disciplina philosophari bene sciens, aiebat [a]: Anima in satietate posita fauis illudit: Ostendens etiam ipse, quia voluptas non in natura, vt diximus, ciborum, sed in desiderij vigore consistit. Propter hoc & Prophera mirabilia enarrans, quæ in A Egypto gesta sunt, quæque in eremo, inter cætera etiam hoc dicit [b]: De petra melle saturauit eos. Equidem nusquā inuenimus mel fluxisse de saxo. Quid ergo est, quod dixit? Quoniam quidem post multam itineris fatigationem, & laborem, sitiētes aquis frigidis è saxo fluentibus fruebantur, easque multo cum desiderio hauriebant. Hoc ipso ergò quod dulcissimè, & desiderabiliter potādi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit, non quòd natura aquarum fuerit commutata, sed quòd dulcedo poculi instar mellis sitientibus, & desiderantibus obtineret dulcorem.

Cupiditas, & voluptas per abundantiam extinguuntur.

a *Prouerb.27.*

Voluptas in quo consistat.

b *Psal.80.*

Qui de petra melle saturati esse dicantur.

Igitur cùm hæc ita sint, nec dubitari à quoquam his possit, nisi sit aliquis aut contentiosus, aut hu-

Mensa mediocris longè melior est diuitis.

mus, nónne palam est & in propatulo, quod simp- victus, & mensa mediocris plurimum iucundita- beat, & voluptatis: è contra verò diuitum mens crabiles, & horridæ, ac morborum & contamina- plenæ, & sicut ait quidam prudentium, in quibus sta sint etiam ea, quæ delectabilia videntur. Eode- tinent & ea, quæ D. Chrysostomus habet in Ho- 49. in 14. cap. Matth. & in Homilia 72. in 22. ca- Homil. 27. in epist. 1. ad Corint. & Hom. 2. ad chenos. Sed breuitatis studio illa omittimus.

a lib. 30. moral. cap. 27. Quinque modis à gula tentamur.

D. verò Gregorius tradens quibus modis à gu- temur [a]: Sciendum est, inquit, quia quinque mo- gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigi- pora præuenit; aliquando verò tempus non p- sed cibos lautiores quærit; aliquando verò qua- da sunt, præparari accuratius expetit; aliquand- & qualitati ciborum & tempori congruit, se- quantitate sumendi mensuram moderatæ re- excedit. Nonnunquam verò & abiectius est, qu- derat, & tamen ipso æstu immensi desideri- peccat [b]. Mortis quippe sententiam patris ore meruit, quia in gustu mellis constitutum ede- pus antecessit [c]. Et ex Ægypto populus educt- mum occubuit; quia despecto manna, cibos c- petiit, quos lautiores putauit [d]. Et prima filiorum culpa suborta est, quòd ex eorum voto sacerdo- non antiquo more coctas vellent de sacrificio accipere, sed crudas quærerent, quas accuratius rent [e]. Et cùm ad Hierusalem dicitur [f]: Hęc fuit tas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas p- abundantia: apertè ostenditur, quòd idcirco perdidit, quia cum superbiæ vitio mensuram refectionis excessit. Et quia non cibus, sed app- vitio est, propterea lautiores cibos plerumque pa sumimus, & abiectiores non sine reatu con- degustamus. Vnde & antiquus hostis, quia non sed cibi concupiscentiam esse causam damna- telligit; & primum sibi hominem non carne, sed

b c. quinque modis. de consecrat. dist. 5.
c 1. Reg. 14.
d Exod. 16. Esdræ 2. cap. 9. Iudith 5.
e 1. Reg. 2.
f Ezech. 16. Iniquitas Sodomæ.

centauit, hinc est, quod plerumque Adam culpa committitur, etiã cum abiecta, & vilia sumuntur. Nam cùm alimenta quædam saluti nostrę Deus contraria iudicat, ab his nos quasi per sententiam vetat. Et dum concupiscentes noxia attingimus, profectò quid aliud, quàm vetita degustamus? Ea itaque sumenda sunt, quæ naturæ necessitas quærit, & non quæ edendi libido suggerit.

Quæ nobis edenda sint.

Et idem tradens quæ ex gulæ vitio peccata prodeãt [a]: De ventris, ait, ingluuie inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. Quod idẽ alibi [b] latius demonstrans, dicit: Gulæ deditos superfluitas locutionis, leuitas operis, atque luxuria comitatur. Nisi enim illos immoderata loquacitas raperet, dives ille, qui epulatus quotidie dicitur splendide [c], in lingua grauius non arderet, dicẽs: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma. Quibus profectò verbis ostẽditur, quia epulando quotidie, crebrius in lingua peccauerat, qui totus ardẽs, refrigerari se in lingua præcipuè requirebat. Rursum quia gulæ deditos leuitas protinus operis sequitur, auctoritas sacra testatur, dicens [d]: Sedit populus mãducare, & bibere, & surrexerunt ludere; quos plerumq; edacitas ad luxuriam pertrahit; quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Admonendi ergò sunt gulæ dediti, ne in eo, quod escarum delectationi incumbunt, luxuriæ se mucrone trãsfigant: & quanta sibi per esum loquacitas, quanta mentis leuitas insidietur, aspiciant, ne dum ventri molliter seruiunt, vitiorum laqueis crudeliter astringantur. Tanto enim longius à secundo parente receditur, quanto per immoderatum vsum, dum manus ad cibum tenditur, parentis primi lapsus iteratur. Itaque ne aut gulæ deditos appetitus à mentis statu deiiciat, aut abstinentes afflicta caro ex elatione supplantet, audiant illi ex ore veritatis [e]: Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius mundi. Vbi vtilis quoque pauor adijcitur; Et superueniat in vos repentinus dies ille. Tanquam laqueus enim veniet in omnes, qui

Fructus & fructus gulæ.

a *lib. 31. moral. cap. 31.*

b *3. par. cu. & pastor. admonitio. 20.*

c *Luc. 19.*

d *Exod. 32. 1. Corinth. 10.*

Gulæ dediti, quomodo admonendi sint.

e *Luc. 21.*

a 1.Corinth. 6. sedent super faciem omnis terræ. Audiant illi[a]: E
ventri, & venter escis; Deus autem & hunc, & ha
b Philipp. 3. struet. Audiant illi[b]: Quorum Deus venter est, &
c Rom. 14. ria in confusione ipsorum. Audiant illi[c]: Bon
non manducare carnem, & non bibere vinum, neq
d 1.Timoth. 5. quo frater tuus scandalizatur. Audiant isti[d]: M
vino vtere propter stomachum tuum, & frequēte
infirmitates. Quatenus illi discant cibos carnis in
natè non appetere, & isti creaturam Dei, quam no
petunt, non audeant condemnare.

Huc pertinent & illa, quæ B. Isidorus tradit li
de summo bono cap. 42. quę breuitatis causa om
tur. D. verò Bernardus de hac voluptate conui
loquens[e]: Voluptas, inquit, gutturis, quæ tan
æstimatur, vix duorum obtinet longitudinem
rum, & huius tam modicæ partis, tam exigua
tio, quanta paratur solicitudine, quanto sumptu
grandi labore; quantam deinde parit molestiam
monstruosius dilatantur renes, & humeri: hinc
tes vteri non tam impinguantur, quàm impreg
ruina, dumque carnis onus ossa non sustinent,
varij generantur.

e vt refert Dionys. Richelius in opusc. de vita eccles. art. 7.

D. verò Hieronymus[f]: Esus, inquit, carnium
tus vini, ventrisque saturitas, seminarium libidi
Vnde & Comicus; Sine Cerere, & Libero frig
nus. Quod si quis existimat, & abundantia ci
potionumque se perfrui, & vacare posse sapienti
est, & versari in deliciis, & deliciarum vitiis nō
se ipsum decipit. Sapientiæ enim studio, & deli
mul quis vacare non potest. Cùm enim procul
remoti sæpe capiamur naturæ illecebris, & coga
la cupere, quorum copiam nō habemus: quanto
sic circundati retibus voluptatum, esse nos liber
tremur? Absque gustu, & cibis impossibile est h
corpus subsistere. Adesse ergò debet ratio, vt ta
tantas sumamus escas, quibus non oneretur corp
libertas animi prægrauetur; quia & comedend
& deambulandum, & dormiendum, & digerend
postea inflatis venis incentiua libidinum sustin
Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. O

f lib. 2. aduers. Iouinian. Libidinis seminarium.

Sapientiæ studio & deliciis simul quis vacare non potest.

Quantum cibi sumendum sit.

Prouerb. 20. Luxuriosa res vinum.

qu

qui cum his miſcetur non erit ſapiens. Ne tales cibos accipiamus, quos aut difficulter digerere, aut comeſos magno partos, & perditos labore doleamus. Olerum, pomorum, ac leguminum, & facilior apparatus eſt, & arte impendiiſque coquorum non indiget; & ſine cura ſuſtẽtat humanum corpus, moderateque ſumptus (quia nec auidè deuoratur, quod irritamẽta gulæ non habet) leuiore digeſtione concoquitur. Nemo enim vno, aut duobus cibis, hiſque vilibus, vſque ad inflationẽ ventris oneratur; quæ diuerſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cùm variis nidoribus fumant patenæ ad eſum ſui expleta eſurie, quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur; multique impatientiam gulæ vomitu redimunt; & quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt. Hippocrates in aphoriſmis docet, craſſa, & obeſa corpora, quæ creſcẽdi menſuram compleuerint, niſi citò ablatione ſanguinis imminuantur, in paralyſim, & peſſima morborum genera erumpere, & idcirco neceſſariã eſſe demptionem, vt rurſum habeant in quæ poſſint creſcere; non enim manere in vno ſtatu naturam corporum, ſed aut creſcere ſemper, aut decreſcere, nec poſſe viuere animal, niſi creſcendi capax ſit. Vnde & Galenus vir doctiſſimus Hippocratis interpres; Athletas, quorum vita, & ars ſagina eſt, dicit, in exhortatione medicinæ, nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe; animaſque eorum ita nimio ſanguine & adipibus, quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare.

Qualibus vtendum ſit cibis. c. ne tales. de cõſecrat. diſt. 5.

Morbi ex ſaturitate nimia concitantur.

Craſſorũ corporum pericula, & mala.

Corpora in vno ſtatu non manent.

Quare in concilio Aquiſgranenſi primo, in quo Canonicis viuendi regula præſcripta eſt, legitur [a]: Solet in Canonicorum congregationibus irrationabiliter, atque indiſcretè fieri, vt nõnulli clerici, qui & diuitiis affluũt, & aut parum, aut nihil vtilitatis eccleſiæ conferunt, maiorem cæteris diuinum ſtrenuè peragentibus officium, annonam accipere; cùm hoc ita fieri debere nuſquam, nec in auctoritate ſcripturarum, nec in traditionibus ſanctorum Patrum poſſit quoquo modo ſancitũ reperiri. Sed quia huiuſmodi factũ nulla auctoritate fulcitur, ſed magis gulæ, imo auaritiæ cauſa cõſtat eſſe inolitum,

[a] cap. 122.

restat, vt falce iustitiæ resecetur, & æquitatis confu
iisdem locis, in quibus fit, prorsus abdicetur. Est ne
rationabile, iustumque coram Deo, & hominibu
vnaquaque canonica congregatione, à minimo u
ad maximum, cibum, & potum omnes æqualiter
piant, hi etiam videlicet, qui propter aliquã vtilit
in numero Canonicorum sunt admissi. Quanquam
rique subditorũ à Prælatis rebus quibuslibet alio
cæteris meritò soleant honorari, in hac tamen re
te, secluſa personarum acceptione, vna debet ca
potus æqualitas esse.

Et in formula viuendi Canonicorum in cõcili
demensi edita[a] habetur: Sit Canonicorum mens
galis, de cibis simplicibus, nõ nimis delicatis, nec
grossis, sed mediè temperatis, quia hoc expedit ad
tatem corporis[b]. Finitis igitur diuinis, quando
dendi tempus aduenit, cum omni sobrietate, & g
dine Canonicus cibum sumat, semper; Benedicit
mittendo flexis genibus, vel reuerenter stando
mosynam aliquam corporalem, si facultas adest,
similiter & spiritualem, scilicet, De profundis, or
lecta pro animabus in purgatorio detẽtis, similit
afflictis, & tribulatis aliquid potest breuiter me
ctare, prout Dominus dederit[c]. Modum in come
teneat, quem D. Bernardus describit, vt scilicet n
cibum, & potũ sumat, singulos morsellos bene
cando, quia tũc dulcius sapit, nutrit melius, & dig
salubrius. Omnino memor sit sanctorũ angelorum
sentiam adesse, in quorũ conspectu se reuerẽter
debet[d]. Faciat etiã sibi aliquid legi de diuina scri
vt non sola fauce corporalẽ cibum sumat, & me
ferculo fraudetur. Si verò lectorẽ nõ habet, tũc po
brũ ante se, & quantũ potest legat pro habẽda me
spiritualiũ[e]. Cõuiuia & hospites, & nũdinas, & de
tiones, & cõcursus hominũ studeat euitare, quia re
Hieronymo, sunt quasi quædã catenę voluptatis. A
talia diligit, Christo displicet. Si tamen hospites p
res, aut religiosos habuerit; aut viros boni testim
qui eum à bono proposito non retrahãt, laudabile
Facto prandio, gratias dicat, simul dolendo si in

a anno 1539. *Qualis Canonicorũ debeat esse mensa.*
b cap. 14. *in form. viuen. Cano. d. conc. Vide Tertull. lib. apol. aduers. gent. cap. 39. c. fin. dist. 44. & Hieron. in epist. ad Furiũ. ad Eustochiũ de virginit. seruãda. De modo comedendi.*
c *in d. formu. viuen. cap. 38.*
d *in d. formu. viuen. cap 39. Lectio sacra in mensa fiat.*
e *in d. for. viuen cap. 40. De conuiuiis Canonicorum.*
f *d. loco cap. 41 De gratiis agendis. vide Chrysost. Hom. 1. de Lazaro. c. fin. dist. 44.*

do

do, aut mensura excellit, quia secundum sententiam B. Augustini, rarò potest debita mensura seruari. Ait enim[a]: Certo quotidie aduersus manducandi concupiscentiam, & bibēdi; & quis est, qui non rapitur aliquantulum extra metas necessitatis[b]? Deinde potest pro recreatione, quasi spatiando transire, sine magno motu, quia hoc est sanum. Ecclesiastici enim, qui volunt solicitè suum officiū exercere, non habēt tempus pro grossis laboribus faciendis. Et ergò debent se diligentius regere in dictis quotidianis, ne in diuino officio inhabiles fiant. Posthæc si naturæ suæ conuenit, potest parū quiescere, & maximè in æstate, ne caput grauetur[c]. Reliquū tempus vsque ad vesperas, potest liberè expendere sicut placet, videlicet scribendo, legendo, carpentando, aut in hortulo aliquid plantādo, siue cum familia colloquendo de cura rei familiaris, & necessariis domus. Semper illud obseruādo, ne cor nimium elongetur à Deo, quia alias difficulter redibit in pristinam deuotionem. Si autem sentit se grauatum, tunc potest honesta colloquia, & solatia admittere. Cùm autem vesperarum tempus aduenerit, tunc præparet se ad illas iuxta ritum, & morem ecclesiæ suæ[d]. Denique cœnandum est, procedat, sicut dictum est de prandio[e]. Si verò ieiunium extiterit, tunc secundum consuetudinē potest aliquid gustare, siue de speciebus, siue torta cum potu competenti[f]. Semper tamen obseruandum est, quod cœna frugalis sit, & sobria: Alioquin multa inconuenientia sentiet. Mirum est dicere, quomodo nonnulli de eleemosynis pauperum, ventrem replent, vltra quàm digerere possunt. Quodsi gratis huiusmodi deliciæ darentur, fortè simplex malum esset, scilicet corporis debilitatio. Nunc autem animæ grauamen accrescit, pro eo quod vix aliquis potest satisfacere pro eleemosynis, etiamsi tantum extremum victum, & vestitum inde susciperet. Quid ergò de iactura hac tam grandi tot epulatum, & deliciarum? De hac sunt horrendæ sententiæ B. Hieronymi, & Bernardi[g]. D. verò Gregorius libro primo moral. cap. 5. dicit conuiuia sine culpa vix celebrari posse; magnaque purgatione sacrificiorum diluendas esse epulas conuiuiorum. Non-

a *lib. 10. confessionū cap. 31.*
b *d. loco cap. 43. Quid faciendū sit Canonicis post prādium.*
c *d. loco c. 44.*
d *d. loco cap. 45. De cœna.*
e *d. loco c. 46.*
f *cap. 47.*
g *d. loco c. 48.*

nulla quippe sunt vitia quæ à conuiuiis aut sepa
possunt, aut certè nequaquam possunt. Penè enim
per epulas comitatur voluptas, cumq; venter ni
lingua defrænatur, & cor ad inane gaudium rel

Quomodo vesperi eundum sit cubitum, & manè surg

CAP. VIII.

Quid post cœnam faciẽdum sit.

COMPLETO denique die quorundam
quod nihil post cœnam loquantur, sed a
rium festinãt pro exercitiis spiritualibus.
tem honestè quis recreari voluerit cum familia
inconueniens[a]. Quo facto antequam lectum pe
ligenter se recolligat, quomodo diem expende
negligentiis veniam petendo; &, si aliqua notabi
cata, licet venialia, inueniat se admisisse, diligen
scribat, ne obliuiscatur, vt crastino die ea confi
De bene autem gestis gratias agat simul cogani
vt futuram noctem sibi salubrem, & in puritat
stitate, & sine omni dæmonum infestatione pe
transire concedat, quatenus iterũ manè surgens
ipsum cum omnibus Sanctis laudare mereatur.

a d. loco cap. 49. & 50.

Quid faciendũ antequam lectum ingrediatur.

etiam aliquid boni studeat cogitare, donec sin
sancta cogitatione obdormiat[b]. Nam sicut no
quies corporis valetudini, vel prodest, vel offici
diurnam animi compositionẽ magni refert, qua
vespere incumbens; nocte quiescens; manè surgi
que è lecto consurgens te habeas. Et quia matu
mi collectio ferè ex vespertino tempore pende
idcirco præter alia, quæ dicta sunt, petatur à Deo
pro vera cognitione, & detestatione peccatorum
acto die commissorum, & seriò proponatur in
cum Dei gratia vitę emendatio, & maximè in
catis, in quæ sæpius, aut grauius eo die lapsus
oret Christum Dominum nostrum, vt lecto,
mienti ea nocte adesse dignetur cum matre sua
sima, angelo custode, sanctisque patronis, ad quo
quam præsentes, mens etiam & oratio conuertat
talique sancta cogitatione obdormiendum.

b in d. formu. cap. 51. & 52. Præfectus Sodalit. B. Mar. Colo. par. 1. piar. et Christ. instit. tit. de modo mane surg. & vesp. incumben.

Quomodo manè sit surgendum.

Vbi verò primum euigilamus, vel nocte, vel
cauendum summoperè est, ne primitias cogitatio

nostrarum alius præter Deum habeat. Solet enim diabolus primis diei cogitationibus vehementer insidiari, quòd sciat ab illis ferè reliquam diei constitutionem in homine pendere. Nam qualis quisque manè est, talis est frequèter reliquo die. Prima igitur cogitatio nocturna, vel matutina, sit gratiarum actio ad Deum, B. Virginē, angelum custodem, cæterosque sanctos patronos suos, quorum se curæ, & fidei ea nocte cōmisit, quòd se conseruarint, sibi adfuerint, dæmonem fugauerint; oretque humiliter, vt toto die se non deserant, sed in actionibus omnibus iuuent. Si tempus surgēdi necdum aduenerit, occupetur mens cogitatione sancta, aut oratione. Caueatur autem ne externæ cogitationes irrepant, maximè verò turpes, aut de negotiis futuris, quātumuis sub specie magnæ vtilitatis sese insinuēt, aut ingerant. Cùm autem erit hora surgendi, ilico surgatur, factoque signo crucis, orationes aliquæ piæ recitentur, quibus animus ab euagationibus, dum corpus vestitur atque componitur, cohibeatur, & dicatur hymnus & aliæ preces, quas in prima classe horum è psalmis à nobis decerptorum & collectorum posuimus.

De comessationibus, ebrietate, & crapula fugiendis. CAP. IX.

SAPIENTISSIMVS ille Salomon erudiens filiū suum præceptis pulcherrimis [a]: Noli, inquit, esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Et D. Paulus Romanis scribens [b]: Abiiciamus, inquit, opera tenebrarum, & induamur arma lucis; sic vt in die honestè ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione, sed induimini Dominum IESVM Christum, & carnis curā ne feceritis in desideriis. Et ad Galathas [c]: Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur.

a *Prouerb. 23.*

b *cap. 13.*

c *cap. 5.*

Quàm autem grauiter Deus puniri voluerit in ri lege huiusmodi peccata, satis ex eo liquet, dum citum fuit[a]: Si genuerit homo filium contuma & proteruum, qui non audiat patris, ac matris rium, & coërcitus obedire contempserit, apprehe eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius & ad p iudicij, dicentque ad eos: Filius iste noster prou & contumax est, monita nostra audire contem comessationibus vacat, & luxuriæ, atque commi pidibusque eum obruet populus ciuitatis, & mor vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus audiens pertimescat. Et si vnquam alias, nunc ma quoque impleri videtur illud Isaiæ[b]: Sacerdos & pheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à v rauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ign runt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ su mitu, sordibusque, ita vt non esset vltra locus.

Quare olim ab Apostolis rectè constitutum leg Episcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ ser tati deseruiens, aut desinat, aut damnetur. Subdi autem, aut lector, aut cantor similia faciës, aut d aut communione priuetur[d]. Et in concilio Agath Ante omnia clericis vetatur ebrietas, quæ omni tiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ei fuisse constiterit (vt ordo patitur) aut 30 dierum tio à communione submoueatur, aut corporali tur supplicio. Quæ pœnæ sic fuerunt disiunctiuè p ptæ, vt discretus iudex quem huic vitio dedit nimaduerteret, & quod à communione priuetu ui penderet, corporali potius supplicio castiget[e]. stiensis verò dicit[f], quod Episcopus, presbyter, v conus deseruiens ebrietati, si non desinat, depon subdiaconus & etiam inferior, siue clericus, siue communione priuetur. Si verò semel ebrius fuer 30 dierum spatio à communione submoueatur subdatur supplicio corporali. Et si à Superiore monitus hoc modo non satisfecerit, ab officio, & ficio suspendatur.

Nam in concilio generali Lateranensi sub Inno tio 3 celebrato constitutum fuit[g]: A crapula, &

a *Deut.21.*

Lex contra inobedientes, & comessatores.

b *28.cap.*

c *can. 24. & c. Episcopus. dist. 35.*

d *cap. 4. & c. fin. dist. 35.*

e *Diaz in pract. crim. canon. cap. 71.*

f *in sum. tit. de temp. ordinat. & qual. ordinan.*

g *cap. 15. & c. à crapula. de vita & honestate cleri.*

tate omnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi temperent, & se vino; nec ad bibendum quisquam incitetur, cùm ebrietas mentis inducat exilium, seu exitium, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. Et ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi, à superiore commonitus, satisfecerit, competenter à beneficio, vel officio suspendatur.

Nemo ad bibẽdum incitãdus est.

Tollitur abusus potandi ad haustus æquales.

Pœna ebriorũ, & ad haustus æquales potantium.

Hinc & in concilio Cameracensi statutum hoc promanauit[a]: Quantum probri, & incommodi ebrietas adferat, cum omnibus ordinibus reipublicæ, tum clero maximè, res ipsa docet: Atque eam ob rem ebriosum hominem nauigio iactato sine vllo gubernaculo Salomon comparat[b]. Nec enim vllum potest virtutis, aut mentis constans officium præstare, qui temulentiam, & ebrietatem sectatur. Propterea lege veteri sacerdoti mandabatur[c], vino vt abstineret, quo tempore munus sacerdotij esset obiturus. Quare præcipit sancta Synodus, vt quicumque in clero fuerit annumeratus, ab hac ebrietatis, & crapulæ macula se prorsus abstineat. Tollatur autem omnino turpis ea consuetudo, qua mutuò se quandoque prouocant ad haustus æquales, certantque hac infamia reliquos vincere. Isaias enim iis execrationem denuntiat[d], qui potentes sunt, ad bibendum. Quicumque verò ex clero hanc normam contempserit, nisi à superiore monitus paruerit, castigetur: castigatus si non resipuerit, suspendatur ad tempus, siue ab officio, siue à beneficio. Homini ecclesiastico, quacumque dignitate fulgeat, plus laudis adfert frugalitas in mensa, quàm sumptus; plus dedecoris exquisitus apparatus, quàm simplex; plus molestiæ longus accubitus, quàm breuis, & naturæ sufficiens. Sit ergò cultus in mensa, & conuiuiis potius in grauitate, sobrietate, & sale conditis sermonibus, quàm in pompa & deliciis; atque ita detestetur clericus comessationes, quę ventri sic seruiunt, vt menti noccant.

a *de vita & honest. cler. cap. 1. & 2.*

b *Prouerb. 23.*

c *Leuit. 10.*

d *Isa. 5.*

Frugalitas in mensa ecclesiasticorum laudanda est.

Conci-

a de vit. & honest. cler. cap. 5.

Prandia à clericis vsque ad vesperas protrahenda non sunt.

Concilium verò Mechlinienſe ſtatuit a; vt c
tabernarum frequẽtatione, ebrietate, comeſſa
& ſuſpecta cum mulieribus conuerſatione, & c
tione omnino abſtineãt: neque prandia ad veſp
horas protrahant, neque choreas ducãt, aut per
vel domos noctu, & interdiu laruati incedant. I
quenquam contrarium factum fuerit, priuation
butionum, & fructuũ ſui beneficij ſeu officij p
ſem puniatur, & creſcente contumacia, creſcat
& pœna.

b tit. de vit. et hon. cler. cap. 1. 2. & 3.

c 1. Timo. 3. & Tit. 1.

Hinc & in Synodo Buſcoducenſi prima reſi
ſtatutũ fuit b: Cùm clericos nõ tantum doctrin
vitæ integritate cæteris prælucere, ac iis dotib
tos eſſe oporteat, quas Apoſtolus in Epiſcopis,
teris, & diaconis requirit c, vt eorũ vita aliis
tatem incitamentum, mandamus omnibus cle
ſtræ diœceſis, vt in iis eccleſiis, quibus aſſcripti
neſtè, grauiter, & modeſtè ſe gerant, ac Deu
religiosè colant, caueantque diligenter, ne cu
quo, aut turpitudine vitæ iis ſint offendiculo
exemplo eſſe debent. Et quia inter alia vitia, q
do clericalis apud populũ maximè vileſcit, &
temptum venit, primum locum obtinẽt, incon
auaritia, & ebrietas, quibus clerici ſe hactenus
polluerunt; diſtrictè præcipimus, vt quæcumq
iuſmodi ac aliis vitiis à clero vitandis in gen
dentino, & prouinciali Mechlinienſi concilii
canonibus copiosè, & ſalubriter conſtituta ſun
nibus clericis, ſub pœnis inibi contẽtis, noſtri
trariis inuiolabiliter obſeruentur. Vt autem ha

Otium omnium malorum fons.

vitia, quæ ex otio, omnium malorum fonte, o
à clericis facilius vitari poſſint, eoſdem mone
ſtudio, & lectioni ſacrarum ſcripturarum, & b
auctorum ſe totos dedant, & comparẽt potiſſi
blia ſacra, concilium generale Tridentinum, &
ciale Mechlinienſe, atque hoc noſtrum diœceſa
quibus normam bene viuendi depromant.

Cæterùm quia hoc ebrietatis vitium tantop
ordinẽ dehoneſtat, non grauabimur, quid de ill
Patres ſenſerint, in mediũ huc adducere. D. cn
ncs

nes Chrysostomus [a]: Vbi, inquit, ebrietas, ibi diabolus: vbi turpia verba, vbi saturitas, illic dæmones choreas agũt. Et idem alibi [b]: Diabolo nemo magis amicus est, quàm qui deliciis & ebrietate maculatur: hic enim fons, hęc mater atque origo vitiorum omnium est. Hac via olim Hebræos in cultum diabolus idolorũ iniecit, hac iniquos amores Sodomitarum inflammauit. Hæc enim, ait, iniquitas est Sodomæ, in copia & plenitudine panis luxuriabantur. Hac denique via mille alij gehẽnæ traditi periere. Quid enim deliciarũ hæc fœditas mali non inducit? Sues ex hominibus facit, imò verò etiam suibus multò deteriores. Audiui enim multos, cùm insanæ istę accidũt passiones, dicentes: Vtinam non esset vinum. O amentiam singularem, ô stoliditatem inauditam: Alij delinquunt, & Dei tu dona criminaris? Putasne à vino hoc factũ malum? Non fecit vinum certè; sed incontinentia eorum, qui vino abusi sunt. Dicas ergò: vtinam non esset ebrietas, non essent delicię. Si verò dicis: vtinam non esset vinum, ordine paulatim progrediens, optabis ne sit ferrum propter homicidium; ne sit nox propter fures; ne sit lux propter calumniatores; ne sit fœmina propter adulterium; & sic omnia Dei opera tibi destruentur. Non igitur ita dicas, nec vinum, sed ebrietatem crimineris; & ebrio, cùm in se fuerit reuersus, omni dedecore suo prius descripto, dicas datum esse vinum ad lætitiam, non ad turpitudinem nostram: datum est, vt rideamus, non vt deridеamur, vt rectè valeamus, non vt ægrotemus: vt imbecilla corpora reficiamus, non vt robur animi deijciamus: honorauitne hoc munere Deus, cur dehonestas, propter intemperantiam bibendi, teipsum? Audi quid ad Timotheum dicit Paulus [c]: Modico vino vtere propter stomachũ tuum, & crebras ægrotationes tuas. Quod si sanctus vir ille morbo depressus, & alternis ægritudinibus laborans, quousque magister permisit, vino non vtebatur; quam veniam nos consequemur, vino ad ebrietatem sani abutentes? Et illi quidẽ dicebat: pauco vtere vino propter stomachum tuum. Ebrioso verò dicit: vtaris modico vino propter fornicationes; vt crebra turpiloquia fugias; propter pestiferas cupiditates, quas ebrietas parit.

Vbi ebrietas, ibi diabolus.

a *Hom. 57. ad popu. Antioch.*

b *Hom. 58. in 17. cap. Matth. & Hom. 71. ad popul.*

Deliciæ suos ex hominibus faciunt.

Vinũ culpandum nõ est, sed incontinentia, & eiusdẽ abusus.

Quid ebrio post ebrietatem sit dicendum.

c 1. *Tim. cap. 5. Modico vino vti licet.*

Cur à nimio vino abstinendum sit.

Quod

Quod si hæc non persuadent vobis, vt ab hi-
neatis, saltem propter dolores, & euersiones fi-
abstineatis. Non ad mœrorem, nec ad dolorem,
a Eccles.40. lætitiam vinum datum est. Vinum enim, inquit
ficat cor hominis; quam eius virtutē vos deijcit
quæ lętitia est, si non es in teipso, si mille dolor
xaris, si omnia tibi circumferri videantur, si n
detentus, quasi febricitās hominibus indigeas,
caput tuum perfundant. Hæc non omnibus di
velim, imo verò dicta sunt omnibus; non quia
vino corrumpantur; sed quia nullam de ebrios
sobrij habent, idcirco ad sobrios magis oratio
reximus, quoniam & medicus, ægrotis omissis,
Ebrietas turpissima est insania. qui ipsis assident, alloquitur. Vos ergò sobrio
hac turpissima insania vnquam capiamini, &
qui capiuntur, diligenter sanare curetis. Nolite
iores bestiis homines fieri: nihil enim vltra, qua
est, illæ desiderant; isti autem mediocritatis
excedentes, irrationabiliores illis constituuntur.
Asini & canes ebrioso præstantiores sunt. to enim melior asinus ebrioso est, quāto canis
tior? Omnes certè animantes, quæ rationis
sunt, cùm bibunt, aut comedunt vltra quàm
etiamsi mille homines cogerent, nunquam
Peiores igitur irrationabilibus vos estis, qui inte
ni, non apud mentis compotes solùm, verumetia
vos iudices. Inde namque manifestum, canibus
asinis vestro vos iudicio esse peiores, quia nulli
torum comedere aut bibere cogitis vltra me
Et si quis huius rei causam quæreret, nemo re
dubitabit, ne comedendi, aut bibendi excessu
mento ei sit. Cùm igitur minus tibi, quàm bes
uideas, nónne hoc facto tuo minoris te putare
Crapula. qui te continuè in dolores impellas? Non enim
quo inebriaris, verumetiam in crastinum ebrieta
liquiæ conseruantur.

Ebrietatis effectus & incommoda. Et quemadmodum cùm febris cessauerit, debili
men inde facta diutius remanet, sic ebrietate tra
effectus tamen eius tam corpus, quàm animam
exagitat. Iacet enim plerumque, tanquam tempe
conquassata nauis, miserū hominis corpus; animus

detestabili cupiditate compulsa, vehementer accēditur; & cùm iam ab ebrietate resipuerit, tunc multò magis, quàm prius insanit. Vinum, dolia, calices, cyathos, & crateres plenos confringens. Et quemadmodum, quamuis tranquillitas ex tempestate facta sit, detrimentum tamen quod inde factum est, non restituitur, si semel iactura facta sit, sic omnium penè bonorum iacturam ebrij patiuntur. Modestiam enim, pudorem, prudentiā, patientiam, humilitatem, omnia hæc quasi naufragium passi, iniquitatis pelago submerserunt. Verùm multa peiora sunt, quæ sequūtur ebrietatem, quàm quæ tempestatem. Nam ibi quidem iactura leuior est, hic verò grauiorem nauiculam reddit; quæ, diuitiis virtutum iectis, arenam, atque aquam fœtidam ex ebrietate sibi coaceruauit, quibus nauicula cum rectoribus, atque gubernatore simul demergitur. Quæ ne accidant, fugiamus, oro, hanc tempestatem; reuoluamus semper nobiscum, ebriosum neminem in cælorum regnum peruenturū. Nolite, inquit Apostolus [a], errare: Nec ebriosi, nec conuitiatores regnum Dei hæreditabunt. Quid regnum cælorum dixi, cùm nec præsentibus quidem iucundè vtantur, noctem in die habentes, & in luce tenebris obuoluti, & apertis oculis nihil rectè videntes. Et ad hoc grauissimum illud supplicium luunt, cum mœrore sine ratione conficiantur, insaniant, ægrotent, ac omnibus ridiculi sint. Quæ igitur venia ipsis dabitur, qui sponte tantis se malis obruunt? Nulla profectò. Fugiamus igitur hunc morbum, si tam præsenti vita, quàm futura frui volumus.

Ebrij patiūtur iacturam omnium bonorū.

a 1. Corinth. 6.

Grauissimum supplicīū quod ebrij luunt hic. Ebrio nullæ dāda est venia.

Huc pertinet & illud D. Hieronymi dicentis [b]: Quartumdecimum locū inter carnis opera, ebrietas tenet [c]. Ebriosi quippe regnum Dei non possidebunt [d]. Et Dominus ad discipulos: Cauete, ait [e], ne fortè grauentur corda vestra in vino & crapula. Vino hominis sensus euertitur, pedes corruunt, mens vacillat, libido succenditur. Vnde Apostolus clamitat [f]: Et vinum in quo est luxuria. Habet vnusquisque suæ sententiæ potestatem, ego Apostolum sequor, in vino esse luxuriam, in vino ebrietatem. Ebrietatem autem, & luxuriam inter carnis opera numerari nec ille potest negare, qui

b *in cap. 5. ad Galat.*
c *Galat. 5.*
d *1. Corinth. 6.*
e *Luc. 21.*
Vini immoderatè sumpti operatio.
f *ad Ephes. 5.*

qui eisdem passionibus vincitur. Ebrietas autem
vino, quàm ex cæteris bibēdi generibus, quæ
do conficiuntur, potest accidere: ex quo & de
citur[a]: Vinum & sicerā non bibet. Sicera inter
ebrietas. Et ne quis vinum non bibēs, aliud sib
bibendum, excusa causatio est, dum omne qu
briare potest, cum vino pariter aufertur. Qui
ma, quæ & extrema inter carnis opera, comes
Manducauit quippe populus, & bibit, & surrex
dere. Semper ebrietati iuncta luxuria est. Pulch
non ignobilis orator, cùm ebriū de somno ex
describeret, ait: Nec dormire excitatus, nec vig
brius poterat. Qua sententia expressit quodam
nec mortuum eum fuisse, nec viuum. Nam, vt
rony mus alibi ait[b], perspicuum est ebrietate,
statum mentis euerti; & non plenè nos sapere,
vini satietate animus occupatur. Et Chrysosto
eadem scribens[c]: Hæc, inquit, obtusum, & cra
genium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæc
lectum, nec sinit, vt quicquam perspiciat. Ideoq
ea pernicioſius, nihil ignominioſius est.

D. verò Augustinus seri
onem de ebrietate
Cùm, inquit, fratres charissimi, ebrietatis mali
ue vitium, & Deo odibile, ita per vniuersum m
à pluribus in consuetudinem missum est, vt ab
Dei præcepta cognoscere nolunt, iam nec pute
credatur esse peccatum; in tantum, vt in conu
rideant eos, qui minus bibere possunt; & per in
amicitiam adiutare homines non erubescūt, vt
amplius accipiant, quàm oportet. Qui enim a
cogit, vt se, plus bibendo, quàm opus est, incbri
nus malum ei erat, si carnem eius vulneraret
quàm animam eius per ebrietatem necaret. Et
ebrioſi tales sunt, quales paludes esse videntur,
enim in his nascitur, nullum fructum habere cog
tur: Tales sunt omnes ebrioſi, quorum prandia
vsque ad noctem; quorum cœnas lucifer videt, q
non possunt, etiam cùm videntur esse ieiuni, q
sensus tardi, graues, obtusi, & quodāmodo iam
Denique in ipsa frequenter ebrietate, nec seipso

a *scilicet de Ioanne Baptista. Luc. 1.*

Ebrietati semper est iuncta luxuria.

b *in cap. 44. Ezech.*
Statum mentis euertit ebrietas.

c *Hom. 44. in Ioan.*

d *serm. 231. de temp.*

Propter cōsuetudinem putatur ebrietas nō esse peccatum.

Quam grauiter peccet cogēs alterum ad nimium potum.

Pessimi ebrioſorum mores.

alios recognoscunt; nec ambulare valent, nec stare. Dicere aliquid, vel audire, quod ad rationem pertineat, omnino non possunt. Frequēter etiam vsque ad vomitum ingurgitare se non erubescunt, & ad mēsuras sine mensura bibere. Maiora enim pocula prouidētur; certa bibendi lege contenditur; qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine. Inde lites, & rixæ nascuntur, inde diuersis & horrendis saltationibus membra torquētur, inde adulteria, & nonnunquam homicidia perpetrātur. Et quoties nimium potum accipiunt, tanquam in paralysim resoluti, dum suis pedibus ambulare non possunt, fœdissima latera, aliorum manibus portantur ad lectum. Et est in illis oculorū caligo, vertigo, fatigatio, & dolor capitis, suffusio vultus, membrorum omnium tremor, animæ, ac mentis stupor. In talibus impletur, quod scriptum est[a]: Cui væ? cui tumultus? cui iræ? cui rixæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nónne his, qui morantur in vino, & eis, qui inuestigāt, vbi potus fiunt? & student calicibus epotandis? Sed illi qui tales esse volunt, miserabiliter se excusare conātur, dicentes: Ingratum habeo amicum meum, si quoties illum ad conuiuium vocauero, potum illi, quantum voluerit ipse, non dedero. Et nō sit tibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, qui & tuus, & suus est inimicus. Si & te, & alium inebriaueris, habebis hominem amicum; habebis Deum inimicum. Et ideo sapienter considera, si iustum sit, vt te à Deo separes, dum te ebrioso coniungis. Ad extremum tu eum noli adiurare, noli cogere, sed in potestate illius dimitte, vt quantum sibi placuerit bibat, & si se inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo pereatis.

Fructus ebrietatis. de quibus videetiam Ambros. in tract. de Helia & ieiu. cap. 12 15. 16. 17. et 18.

a *Prouerb. 23.*

Excusatio potatorum, & conuiuas suos inebriantium.

Nemo ad bibendum cogendus est. de quo vide Ambros. in tract. de Helia & ieiunio cap. 13.

O infelicitas generis humani, quàm multi inueniuntur, qui ebriosos, & luxuriosos amplius quàm oportet cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petētibus vel vnum calicem dissimulant dare, nec attendunt, quia illud, quod luxuriosis videntur ingerere, Christus in pauperibus debet accipere, qui dixit[b]: Quod fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Rogo, fratres charissimi, diligenter attendite, & videte, quia quando animalia ducuntur ad aquam, vbi saturauerunt sitim suam, etiāsi

b *Matth. 25.*

supra aquam diutius teneantur, repleta siti biben-

Ebriosi peiores brutis iudicandi sunt.

lunt omnino, nec possunt. Considerent ebriosi, peiores animalibus iudicandi sunt. Cùm enim amplius, quàm eis opus est bibere nolunt, illi & & triplum, quàm eis expedit, potum accipiunt. trium, aut quatuor dierum refectionem potue tionabilem habere, vno die cum grādi peccato dunt perdere potius, quàm expēdere, propter aut ebrietatem. Atque vtinam potum tantūmo derent, & non etiam ipsi perirent; ipsi qui com cam suam ebrietatem loquentibus irascuntur, nobis voce audiant, quia quicumque ebriosus pe

Ebriosus nisi pœnitentiam egerit in æternum peribit.

tiam de ipsa non egerit, sed vsque ad mortem ipsa ebrietate permānserit, in æternum profectò quia non mentitur Spiritussanctus per Apostolum

a 1. Corinth. 6.

cens[a]: Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. quicumque sunt ebriosi, melius faciunt vt nec sed sibi potius irascantur, & cum Dei adiutorio fecis se excutiant, vel de cloaca ebrietatis, dum tempus pœnitendi est, festinent, quanta possunt tate Deo auxiliante consurgere, & totis animæ

b Psal. 68.

cum Propheta supplicantes Domino dicant[b]: E

c Psal. 68.

de luto vt non inhæream: Et illud[c]: Non me de tempestas aquæ, neque absorbeat me profundū vrgeat super me puteus os suum. Ebrietas enim

Ebrietas inferni puteus.

inferni puteus, quoscumque susceperit, nisi dig uenerit pœnitentia, & emendatio fuerit subse fortiter sibi vendicat, vt eosdem ipsos de inferi broso puteo ad charitatis, vel sobrietatis lucem sine pœnitentia non permittat.

Consuetudo inebriandi quomodo tollenda.

Qui se de hoc malo desiderat liberare, quomo interuallo dierū potum addendo ad ebrietatis peruenit; ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis redeat. Qui si semel totum, quod amplius acci subtraxerit; vbi nimia siti cœperit exardescere grandi amaritudine clamat, & dicit: Malle se quàm sibi bibendi, vel inebriandi consuetudi lere; nec attendit, quod tolerabilius erat illi mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. vt nec ardorem nimiū patiatur, & de tam gra

quod patitur liberetur, per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat, quousque ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat. Qui hoc ita, vt diximus, per partes, subducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem pœnam nō patietur. Ergò, fratres charissimi, dum hæc suggero, me absoluo apud Deum. Quicumque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiurare, vel cogere voluerit, & pro se, & pro illis in die iudicij reus erit.

serm. 232. Sobrios irridẽtium amentia.

Illud verò quale est, quod ipsi infelices ebriosi, quando se nimio vino ingurgitant, rident, & vituperant eos, qui rationabiliter hoc tantum quod sufficit, bibere volunt, dicentes eis: Erubescite, & verecundia sit vobis, quare non potestis bibere quantum nos? Dicunt enim eos non esse viros, & videre miseriam ebriosorum. Se dicunt esse viros, qui in ebrietatis cloaca iacent; & illos non dicunt esse viros, qui honestè, & sobriè stant. Iacent prostrati, & viri sunt; stant erecti, & viri non sunt? Victor ebrietatis vituperatur, & victus ebrietate laudatur. Irridetur sobrius, qui & se, & alios potest regere; & non irridetur, imo non plangitur ebriosus, qui nec se, nec alios potest agnoscere. Solent ebriosi ita se excusare, vt dicant: persona potens me coëgit, vt amplius bibam; & in conuiuio regio non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus, & quod implere nolumus, implere non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra; & non posse prætenditur. Etiamsi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur: aut bibas, aut morieris; melius erat, vt caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falsò obijcitur. Ipsi enim Reges, & quicumque sunt alij potentes, quia Deo propitio & Christiani sunt, & prudentes, & sobrij, & toto corde Deum timentes, si te viderent definisse, vt eis non acquiescas pro timore Dei inebriari, si tibi sub hora videantur irasci, postea verò te in grandi admiratione suscipiunt, dicentes: Quantum cum illo egimus, quantis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à sobrietate separare

Excusatio ebriorum.

Psal. 140.

Melius est se pati occidi, quàm per ebrietatem animam suam mori.

potuimus. Nam & Deus, qui te videt per eius
rem inebriari non velle, ipse tibi gratiam illorum
bit, qui te, vt amplius biberes videbantur hortari
cogere. Ille, qui ebrietati resistit, si cùm Dei adu
perseuerare voluerit, & pro ipsa aliquas pertule
bulationes, omnia ei Dominus ad martyrij gloriam
putabit. Ideo charissimi, tanta infelicitate se ine
homines, quia putant ebrietatem aut paruum, aut
esse peccatum: sed pro ista ignorantia maxime
dotes in die iudicij reddituri sunt rationem, si cum
sibi populis, quæ, & quanta mala de ebrietate pa
assiduè noluerint prædicare. Qui ergò credit eb
esse paruum peccatum, si se non emēdauerit, & p
ebrietate pœnitentiam non egerit, cum adulteris
micidis æterna sine remedio illum pœna crucia
cundum illud, quod ipsi bene nostis B. Apostolus
dicasse[a]: Neque fornicarij, neque idolis seruien
que molles, neque masculorum concubitores, ne
uari, neque adulteri, neque ebriosi regnum De
debunt. Videte, ebriosos cum fornicatoribus &
seruientibus, & masculorum concubitoribus, &
ris iunxit.

Si quis inebriari nolens tribulationes perferat, illæ ipsi ad martyrij gloriam reputabuntur.

Pastores subditis suis prædicare tenētur ebrietatis mala.

Credētes ebrietatem esse paruum peccatum quæ pœna manet.

a 1. Corinth. 6.

Huc pertinent & illa, quæ B. Isidorus de summ
no scribens, habet[b]: Esca, inquit, crapulam; potu
tatem generat; ebrietas autem perturbationem
mentis, furorem cordis, flammam libidinis. E
ita mentem alienat, vt vbi sit, nesciat. Vnde e
malum non sentitur, quod per ebrietatem comm
Verum est, quod iuxta Prophetā[c] fornicatio, &
tas aufert cor. Vnde in Prouerbiis[d]: Potentes,
cundi sunt, vinum non bibant, ne cùm biberint
scantur sapiētiam. Plerisque laus est multum bi
non inebriari. Audiant hi aduersum se dicentem
phetam[e]: Væ qui potentes estis ad bibendum v
& viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vino
deditos, & luxuriosè viuentes Isaias sic arguit,
Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectand
potandum vsque ad vesperum, vt vino æstuetis.
enim à manè vsque ad solis occubitū ebrietati, &
voluptatibus inseruiunt, nec intelligūt cur nati su

b lib. 2. cap. 43.

c Oseæ 4. cap.

d Prouerb. 31.

Plerisque laus est multum bibere, & non inebriari.

e Isa. 5.

consuetudine beluina detenti, luxuriæ tantum tota die, epulisq; inseruiunt. Clamat Ioël propheta his, qui ebrietati deseruiunt, dicens [a]: Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine. Quo testimonio non ait tantum: flete omnes, qui bibitis vinum, vt bibere omnino non liceat; sed adiecit in dulcedine; quod ad voluptuosam pertinet, & prodigam effusionem. Nam quantum satis est necessitati edocet Timotheum bibere Apostolus, dicens [b]: Vino modico vtere. Non solum ex vino inebriãtur homines, sed etiam ex cæteris potandi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Vnde & Nazaræis, qui se sanctificabant Domino, præceptum est [c], vinum, & siceram nõ bibere: vtraque enim statũ mentis euertunt, & ebrios faciunt, luxuriam quoque carnis vtraque æqualiter gignunt. Quidã continentes, sicut panem cum pondere edunt; ita & aquam cum mensura sumũt, asserentes ad castimoniam carnis, etiam aquæ abstinentiam conuenire.

Expergiscimini ebrij & flete.

a *Ioël. 1.*

b *1. Timoth. 5. Vino modico vtere.*

De varia ebrietate vide Chrysostomum aduersus Iudæos oratione quinta.

c *Num. 6. Ad castimoniã carnis etiam aquæ abstinentia conuenit.*

Ebrietatis & crapulæ fructus, prouentus & effectus.

CAP. X.

DVerò Ambrosius de ebrietate scribẽs [d]: Sicut, inquit, mater fidei continẽtia; ita perfidiæ mater ebrietas est. In quod facinus non ista præcipitat? Rogas ad iucunditatem [e], cogis ad mortem; inuitas ad prandium, efferre vis ad sepulchrum; cibos promittis, tormenta irrogas: Vina prætendis, venena suffundis. Omne enim quicquid nocet, venenum est. Tollit sensus, viscera exurit, somnum infert, caput vexat. Etiam maior vis vini, quàm veneni est. Denique venenum vino excluditur, non vinum veneno. Meritò Deus per Moysen non solùm veneno, sed etiam draconum veneno vinum comparauit, dicens [f]: Furor draconum vinum eorum, & ira aspidum insanabilis; & pulchrè additur insanabilis: Multi enim reliquorum serpentium veneno curantur, nemo ebrietate. Certè veneno caro vulneratur, vino mens. Noxia est ebrietas ad corporis sanitatem, menti etiam crimen adiungit [g]. Sudant vino corpora temulentorum, si leuius ea tetigeris, exprimis vinum. Ebrietas fomentum libidinis. Ebrietas incentiuum insaniæ. Ebrietas venenum insipientiæ. Hæc sensus

d *in lib. de Helia, & ieiun. cap. 12. Ebrietas mater perfidiæ est.*

e *Ambros. d. lib. cap. 14.*

Maior vis vini quàm veneni est.

f *Deut. 32.*

g *Ambros. d. lib. cap. 14. Mala ex ebrietate promanãtia.*

hominum mutat, & formas; per hanc fiunt ex ho-
bus equi adhinnientes. Siquidem naturali vapo-
poris calidi, & præter naturam vini calore flam-
cohibere se non queunt, & in bestiales libidines
tantur, vt nullum tempus præscriptum habeant
deceat indulgere concubitui. Vocem amittunt,
variantur, oculis igneſcunt, ore anhelant, fremu-
bus, in furore ardeſcunt, sensu excedunt. Hinc p
periculosa, hinc calculi grauis pœna, hinc exita
ditas, hinc vomitus frequens semesas epulas cum
norum viscerum cruore fundentium. Nam cade-
a *Hierem. 25.* minus per Hieremiam locutus est, dicens [a]: Bib
inebriamini, & vomite, & cadetis, & non co
Hinc etiam vanę imagines, incerti visus, instabi
sus, vmbras sæpe transiliunt, sicut foueas. Nutan
facie terra; subitò erigi & inclinari videtur, &
vertatur, timentes in faciem ruunt, & solum m
apprehendunt, aut concurrentibus montibus sib
tur includi. Murmur in auribus, tanquā maris fl
tis fragor, & resonātia fluctu littora. Canes si vi
leones arbitrantur, & fugiunt: Alij risu solu
condito; alij inconsolabili mœrore deplorant:
nunt irrationabiles pauores. Vigilantes somn
mientes litigant. Vita his somniū est: somnus hi
est. Excitari nullis vocibus possunt, quantoliber
lando impulsu petas: nisi resipuerint, cuigilare no
sunt. Vnde bene Hieremias huiusmodi homine
Homo ebrius, superflua creatura. quam superfluam creaturam, deflendum puta
b *Ambro. d. lib. cap. 16.* enim homo ebrius nisi superflua creatura: [b]
c *in epist. ad Ocean.* Vnde & D. Hieronymus [c]: Vinolentia, scu
Qui inebriatur mortuus, et sepultus est. est, inquit, & comessatorum; ventercque mero
citò dispumat in libidines. In vino luxuria, in
voluptas, in voluptate impudicitia. Qui luxuria
uens mortuus est. Ergò qui inebriatur, & morta
sepultus est. Noë ad vnius horæ ebrietatem, nud
mora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate co
d *Genes. 9.* rat [d]. Loth per temulentiam nesciens libidini m
e *Genes. 19. §. 1. dist. 35.* cæstum, & quem Sodoma non vicerat, vina vic
Et idem epistolam ad Titum explicans [f]: Quale
f *cap. 1.* quit, Episcopum videri vinolentum, vt sensu occ

vel exaltet risum contra grauitatis decorem, & labiis dissolutis cachinnet, vel si paululum tristis cuiusdam rei fuerit recordatus inter pocula, in singultus prorumpat, & lachrymas. Longum est ire per singula, & insanias, quas ebrietas suggerit, explicare. Videas alios, pocula in tela vertentes, scyphum in faciem iacere conuiuæ; alios scissis vestibus in vulnera aliena proruere, alios clamare, alios dormitare; qui plus biberit, fortior computatur; accusationis occasio est, adiuratū per Regem frequentius non bibisse? Vomunt, vt bibant: bibunt, vt vomant. Digestio ventris, & guttur vno occupantur officio. Vbicunque saturitas, atque ebrietas fuerint, ibi libido dominatur. Nunquam ego ebrium castum putabo, qui etsi vino consopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum. Pascitur enim, vt D. Ambrosius inquit [a], libido conuiuiis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur. Grauiora sunt his fomenta verborum, vbi caro inebriatur, mēs titubat, animus vacillat, cor fluctuat. Rursum D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum scribens: Nunquam, inquit, vinum redoleas, ne audias illud philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Vinolentos sacerdotes & Apostolus damnat [b], & vetus lex prohibet [c]; qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibāt. Sicera Hebræo sermone omnis potio nūcupatur, quæ inebriare potest, siue illa, quæ frumento conficitur, siue pomorum succo, aut cum faui decoquūtur in dulcem, & barbaram potionem; aut palmarum fructus exprimūtur in liquorem, coctisq; frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinū [d]. Nec hoc dico, quod Dei à nobis creatura damnetur (siquidē & Dominus vini potator est appellatus [e], & Timotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est) sed modū pro ætatis, & valetudinis, & corporum qualitate exigimus in potando. Quodsi absque vino ardeo adolescentia, & inflāmor calore sanguinis, & succulento, validoq; sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est.

Quas insanias ebrietas suggerat.

a lib. 1. de pœnit. cap. 14. Libido vino accenditur, & ebrietate flammatur.

b 1. Timot. 3. & 5. Tit. 2.

c Leuit. 10. Isaiæ 28. Vinolentos sacerdotes Apostolus damnat, & vetus lex prohibet.

Sicera quid sit.

Quicquid inebriat fugiendū vt vinum est.

d c. Vinolentiā. dist. 35.

e Matth. 11.

D. verò Basilius in ebrietatem & luxum sermonem faciens: Ebrietas, inquit, dæmon est voluntarius, ex vo-

Ebrietas voluntarius dæmon.

luptate animabus nostris inditus. Ebrietas malitiæ ter est, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum, ex temperato facit lasciuum; iustitiam ignorat, pudorem tiam extinguit. Sicut enim aqua igni est aduersa, ita vinum immodicum rationem supprimit. Qua in re differt homo miser à brutis differs? Nónne rationis munere quam à Deo omnium conditore accepisti, reliquas naturæ omnis factus Dominus, & imperator? Hoc te mentis lumine per ebrietatem priuans, inter bruta ratione carentes numerari poteris, similisque illis deri. Nec solùm eo peiores brutis, quòd mente ebrij, sed etiam quòd sensibus longè infra illa videantur. Quod quæso animal ita visu auditu que ebrius homo, debilitatur? Nónne familiaria interdum ignorāt, alienis verò sæpe vt domestica grediuntur? An non vmbras sæpenumero, tanquam cos, aut loca prærupta transiliunt? Aures terrifico more fluctuantis maris refertas habent; terra instar insurgere, ac in arduum, & rectum erigi, mouerique commoueri videntur. Quandoque ab re, & præter dum rident nunc verò sine consolationis remedio rant: nunc item audaces, & temerarij, mox timidi ignaui. Lymphatus, & malo dæmone captus misericordia quidem dignus: ebrius verò eadem fere de patiens minimè misericordia dignus, qui sponte seruit dæmoni. Quis est qui maledictionem Caini seip um transfert? An non qui vino tremit, & titubat per omnem vitam? Naturali namq; firmitate debile te, necesse est corpus continuo vacillet, atque moueri. Cum potatione procedente eò veniunt, vt de aucto hac insania certēt, & de ebrietate per ambitionem tendant; cuius auctorem legis diabolum habēt; verò præmium, peccatum. Nam qui plus hauserit is præ cæteris laudatur, is victoriam refert. Atque gloria in ignominia illorum est. Inter se namque tendunt, & vt in iudicio aliquo defensitant. Ebrietas itaque rationis interitus, fortitudinis pernicies, senectus immatura, mors momentanea. Quid quæso simile quàm gentium idola? Oculos habent, & non videbunt aures habent, & non audiunt, manus paralysi affectæ habent

Ebriosi peiores brutis.

Maledictionē Caini in se transferunt ebriosi.

Legis ebriosorū auctor diabolus.

Ebrij gentium idola.

habent, pedes infirmos, ac facilè offendentes.

Quid autem B. Iuo de ebrietate senserit, liquet ex his B. Augustini à se allegatis verbis[a]: Fuge, inquit, vinũ, velut venenum, ne ebrietas superet te, expoliatumque virtutibus te nudum efficiat. Vinum enim, vt sancta scriptura dicit[b] apostatare facit etiam sapientes. Attende Noë virum sapientem, & sanctum quomodo per ebrietatem nudatus est, dormiens[c]. Attende & Loth patriarcham, qui per ebrietatem se miscuit filiabus impudenter[d]. Hinc B. Basilius dicit[e]: Multi per vinum à dæmonibus capti sunt. Nec est aliud ebrietas, quàm manifestissimus dæmon. Et Propheta ait[f]: Fornicatio & vinum, & ebrietas aufert cor. Ebrietas enim perturbationem parit; gignit mentis furorem, & flammam suscitat libidinis, Apostolo teste[g]: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Si quis autem contra hæc fecerit sanctorum statuta, dignam, & longam agat pœnitentiam, quia vnum est ex his peccatis, quæ hominem separant à regno Dei, dicente Apostolo Paulo[h]: Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. In cuius rei probationem, & demonstrationem facit insigne, & memoria dignum exemplum illud quod venerabilis Beda in historia sua ecclesiastica gentis Anglorum, commemorat, dicens[i]: Noui, inquit, ipse fratrem, quem vtinam non nossem, cuius etiam nomen si hoc aliquid prodesset, dicere possem, positum in monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter viuẽtem. Corripiebatur quidem sedulò à fratribus, ac maioribus loci, atque ad castigationem vitam conuerti admonebatur; & quamuis eos audire noluisset, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob necessitatem operum ipsius exteriorum; erat enim fabrili arte singularis. Seruiebat autem multum ebrietati, & cæteris vitę remissioris illecebris, magisque in officina sua die noctuque residere, quàm ad psallendum, atque orandum in ecclesia, audiendumque cum fratribus verbum vitæ concurrere consueuerat. Vnde accidit, (quod solent dicere quidam) quia qui non vult ecclesiæ ianuam sponte humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam inferni non sponte damnatus introduci. Percussus enim languore, atque ad extrema perductus vocauit fratres, & multum

a 13. par. decreti cap. 80.

b Eccles. 19.

c Genes. 9.

d Genes. 19.

e Tomo 2. in admonit. ad fil. spirit. *Ebrietas est manifestissimus dæmon.*

f Oseas 4.

g Ephes. 5.

h 1. Corinth. 6.

i lib. 5. cap. 15. *Memorabile exemplum de ebrioso damnato.*

Notent Canonici non libenter venientes ad ecclesiam.

mœrens ac dãnato similis cœpit narrare, quia v
inferos apertos, & satanam immersum in profu
tartari, Caipham quoque cum cæteris, qui occi
Dominum, iuxta eum flammis vltricibus cõtra

Locus ebrioso, & ad psallendum in ecclesiã non venienti in inferno præparatus.

In quorum vicinia, inquit, heu misero mihi locum
spicio æternæ damnationis esse præparatum. Au
hæc fratres cœperunt diligenter exhortari, vt v
positus adhuc in corpore, pœnitẽtiam ageret, &
debat ille desperans: Non est mihi modò tempus
mutandi, cùm ipse viderim iudicium meum i
completum. Talia dicens, sine viatico salutis d

Pro ebrioso quedã defuncto nec missæ factæ, nec psalmi cantati, nec oratum fuit.

corpus eius in vltimis est monasterij locis hum
neque aliquis pro eo vel missas facere, vel psalmo
tare, vel saltem orare præsumebat. O quàm gra
stantia diuisit Dominus lucem, & tenebras. B
martyr Stephanus passurus mortem pro veritat
cælos apertos, vidit gloriam Dei, & IESVM d
à dexteris Dei, & vbi erat ipse futurus post m
ibi oculos mentis ante mortem, quo lætior occ
ret, misit. At cõtra faber ille tenebrosę mentis, &
nis, imminente morte vidit aperta tartara, vidi
nationem diaboli, & sequacium eius. Vidit etiam
infelix inter tales carcerem, quo miserabilis ipse
rata salute, periret; sed viuentibus, qui hæc cog

Multi exemplo cuiusdã ebriosi damnati, ad pœnitudinem prouocati sunt.

sent, causam salutis sua perditione relinqueret. F
est hoc nuper in prouincia Berniciorum ac long
tèque diffamatum, multosque ad agendam, &
differendam scelerum suorum pœnitudinem, p
cauit. Quod vtinam ex hinc etiam nostrarũ fiat
ne literarum.

D. Petrus, vt testatur B. Clemens Papa & m
ipsius discipulus [a], ebrietatem quoque oppido c
bat, & ebriosos corpore, & animo mortuos esse p
cabat. De quibus & in exemplum aiebat ista Isai
ba [b]: Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sec
& potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuet
Væ qui potentes estis ad bibendum, ad bibendu
num, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, &c.
xander verò Papa tertius, audiens quod quidam
se diabolica fraude decepti hominem quendam i
ta

a *epist. 1. ad Iacob. fratr. Dom. & Iuo in decr. par. 13. cap. 84.*
b *Isa. 5. cap.*

tatione, & ebrietate occisum, quasi sanctum (more infidelium) venerarentur, rescripsit, & mandauit illis [a], vt cùm vix pro talibus in ebrietatibus peremptis ecclesia permittat orare; dicit enim Apostolus [b]: Ebriosi regnum Dei non possidebunt; illum non præsumerent de cætero colere, etiamsi per eum miracula fierent.

a c. 1. de relig. qui et venerat.
b 1. Corinth. 6.

D. verò Dionysius Richelius de vita ecclesiasticorũ, & præsertim Canonicorum scribens [c], & explicans illud Oseæ prophetæ [d]: Vinum, & ebrietas, & fornicatio auferunt cor. Hoc est, inquit, mentem excœcant, atque iudicium obtenebrant rationis. Cumque optimum hominis sit esse, & viuere secundum rationis censuram, constat quod crapula ingerat homini maxima nocumenta. Nam lædit naturam, abbreuiat vitam, intellectũ obscurat, voluntatem subuertit, varias parit infirmitates, tædium & torporem adfert, fastidium diuinorum gignit, acediam causat, ad iniuriandum aliis facit præcipitem, somnolentiam, negligentiamque inducit, ad loquacitatis nugas instigat, & omnem cordis custodiã, compunctionem, timorem dissipat prorsus. Idcirco non tantum Canonicis, & cunctis cæteris spiritualibus personis, sed vniuersis quoque fidelibus prohibetur, Christo dicente [e]: Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, aut curis huius vitæ. Denique sicut gula mentem commaculat, ita corpus reddit deforme, & monstris consimile, naturali decore, & conueniente hominem priuat. Gula, & libido voluptati deseruiunt carnis: crapula & ebrietas calix est dæmoniorum, qui cùm aut mentem, aut ventrem impleuerit, Christus in homine crapuloso non inuenit locum. Quemadmodum ignis, & aqua simul esse non valent, sic spirituales, & corporales deliciæ se in eodem non patiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula senserit Christus, vina sua super mel & fauum suauia menti propinare nequaquam dignatur. Filij hominum vsquequo graui corde, cur diligitis vanitatem, & negligitis veritatem [f]? cur voluptatem amatis, & virtutem, ac salutem amittitis? Imo pro breui, ac fœda delectatione æternam vobis amaritudinem procuratis. Citò cum diuite epulone

c art. 7.
d Ose. 4.

Crapulę maximæ nocumẽta.

e Luc. 21.

Crapula & ebrietas calix est dæmoniorũ.

f Psal. 4.

lone guttam aquæ pro refrigerio cupietis, nec ob
poteritis. Nempe in quos ardor tartareæ sitis, in
lisque famis acerbissima pũctio magis, quàm in
desæuient, qui pauperum necessarias sustentatio
suas conuertunt delicias. Planè, vt testatur B. B
dus[a], pinguedo carnis, deliciæ corporis, saturitas
aut ante mortem vos deserent, aut vos in mor
relinquetis. Hic caro vestra paulò post dep
vermibus: illic anima infernalibus tradẽda est ig
donec rursus infeliciter colligatæ sine fine soci
pœnis, quæ sociatæ fuêre in vitiis. O delicate,
ciis, ac diuitiis circumfusus es, & confusus cõfu
expectas, & mortem atque damnationem;
quod ait Paulus[b]: Non est regnum Dei esca, &
non bissus, & purpura; quoniam diues omnib
bundans descendit in puncto ad inferos. Qui
dicitis delicati & lubrici, quorũ Deus venter e
luxuriis, & cõuiuiis nutristis corda & corpora

Aduertant, timeantque Canonici, qui ab ob
sacrorum canonum penè totaliter corruerunt,
infallibilis iudex[d]: Vę vobis, qui saturati estis, q
rietis. Væ vobis diuitibus, qui habetis consola
vestram: Væ vobis, qui nunc ridetis, quia plora
flebitis. Nónne de talibus scripsit Iudas Apostol
sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine tim
metipsos pascentes, despumantes suas confusion
bus procella tenebrarum cõseruata est in æterna
sanctus ille Apostolus: Hi, inquit, sunt in epu
maculæ, & non potius: Hi sunt in epulis suis ma
nisi quod epulando incidunt tot, & tanta pecc
non solùm maculati, sed & maculæ appellentur
quibusdam ex gentilitate conuersis scribit Apo
Fuistis aliquando tenebræ. Epulãdo quippe non
excedunt in quãtitate & qualitate escarum, & p
sed item in verbis vanis, superfluis, prauis, ne dic
tractoriis, scurrilibus, & lasciuis, in iocis, ludis, c
nis, dissolutionibus, amissione tẽporis, & omissi
multis. Talibus clamat Ioël propheta[f]: Expergisc
ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinũ i
cedine, quia peribit de ore vestro.

a *in declamatio. de bonis deserendis.*

Grauis in delicatũ inuectio.

b *Rom. 14.*

c *Ad Philip. 3. & Iacob. 5.*

d *Lucæ 6. cap.*

e *ad Ephes. 5.*

Excessus, qui epulando fiunt.

f *cap. 1.*

Insuper adde, quod cùm vniuersi fideles ad arctam viam, ad pœnitentialem conuersationem, ad vitam coram altissimo timoratam teneantur, quanto Canonici in altiori gradu, spiritaliorique statu sunt constituti, tanto pię vulgo virtuosiores, magisque sobrij & timorati esse obligantur. Nemo seducat seipsum, ab vnoquoque exigit Deus vt iuxta exigentiam suæ vocationis ambulet dignè. Porrò consuetudo praua, quo diuturnior, eò incurabilior, atque iniquior. Hinc D. Augustinus cùm laicis dixisset in suo sermone [a]: Quicumque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiurare, vel cogere voluerit, & pro se & pro illis in die iudicij reus erit; subdit: Et quia, quod peius est, aliqui etiam clerici, qui hoc deberent prohibere, ipsi cogũt bibere aliquos plus quàm expedit; amodo incipiant & seipsos corrigere, & alios castigare, vt cùm ante tribunal venerint, nec de sua, nec de aliorum ebrietate incurrant supplicium. Sed magis, dum & ipsi se emendant, & alios castigare non cessant, peruenire ad æternum præmium mereantur. Et illud ante omnia rogo, & per tremendum diem iudicij vos aduro, vt quotiescumque vobis inuicem conuiuia exhibetis, illam fœdam consuetudinem, per quam grandi mensura sine mensura tres homines aut volentes, aut inuiti solebãt bibere, tanquam venenum diaboli de vestris conuiuiis respuatis: quia ista infelix consuetudo adhuc de paganorum obseruatione remansit. Et quicumque hoc in suo conuiuio, aut alieno fieri acquieuerit, diabolo se sacrificasse non dubitauerit. De qua bibitione non solùm anima occiditur, sed etiam corpus debilitatur. Sed credo de Dei misericordia, quod ita vobis inspirare dignabitur, vt tam lugẽdum, & erubescendum malum ita vobis in horrorẽ veniat, vt illud nunquam fieri permittatis, sed quod in illa ebrietate periturum erat, in pauperum refectionem proficiat.

Canonici debẽt esse magis sobrij laicis.

a *serm. 231. de temp.*

Monitio Augustini ad clericos, qui alios cogunt bibere.

Consuetudo bibẽdi ad æqualem mensuram respuenda ex conuiuiis.

Æquali mensura bibẽs, aut bibenti acquiescẽs diabolo sacrificat.

Rursus idem Augustinus [b] de ebrietate ad populum sermonem faciens, & verba sua ad clerum deflectens: Desinat, inquit, ac deliberet vnusquisque apud se ebrietatem graue esse peccatum, & tunc aut nunquam, aut difficilè cum ebrietas poterit superare. Cùm enim non solùm

b *serm. 232. de temp.*

Quomodo cauenda sit ebrietas.

solùm in futuro seculo propter ebrietatem to
sunt homines, sed etiam in præsenti per ipsam
tem multis frequenter infirmitatibus fatigan
morbum corporis timeant, qui de animæ suæ fa
cogitant; oculorum suffusionem, atque caligine
tis vertiginem, & membrorum tremorem ex
qui inferni supplicia non formidant. Et hæc qui
solum laicis, sed etiã clericis dicimus, quia, quo
est, multi sunt etiam maioris ordinis clerici, q
aliis sobrietatis bonum deberent iugiter prædic
solùm hoc non faciunt, sed etiam & se, alios
briare non erubescunt, nec metuunt. Sed agno
doleãt quicumque tales sunt, quia si se noluerint
dare, pro se, & pro aliis, necesse est eos æterna
sustinere.

Alia D. Augustini ad clericos de ebrietate admonitio.

Quæ pœna maneat clericos ebriosos.

Illud verò quale est, quod iam transacto cõti
pleta siti, cùm amplius bibere non possunt, nec d
tunc quasi nouelli, quasi & qui ipsa hora super
diuersis nominibus incipiunt bibere, non solùm
hominum, sed etiam angelorum, & reliquorũ a
rum sanctorum, æstimantes, quod maximum i
norem impendant, si se in eorũ nominibus nimi
tate sepeliant; ignorantes, quod nullus tam gra
iuriam sanctis angelis, vel sanctis hominibus a
tur irrogare, quàm illi, qui in illorũ nominibus
per ebrietatem suas animas probantur occidere
enim aliqui, qui sola ex causa aliqua salsa ciba
ordinant fieri, vt per ipsam salsitudinem nimia
sint ebrietate obruere. Hæc enim si pagani, qui
ignorant, faciunt, nec mirandum est, nec nimis
dum, quia & in Deo spem non habent; antiquã p
suorum consuetudinem seruant. Christiani ver
Deus de tenebris duxit ad lucem; de morte vo
vitam, quibus omnes scripturæ clamant, ebrieta
gere, sobrietatem diligere, quare turpissimas eo
brietates imitantur, de quorũ perfidia liberari p
misericordiam meruerũt? Et ideo rogo, & per tr
dum diem iudicij vos adiuro, vt quantum pote
brietatis malum auxiliante Deo fugiatis, & iam
incipiat verecundum esse, quod hucusque gentib

Comessatio.

Grauiter peccant qui in nominibus sanctorũ se inebriant.

Notãtur comedentes salsa cibaria causa potationis. de quo etiam vide August. lib. 8. confess. cap. 3.

paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo quia Deo propitio illis dissimiles estis in fide, similes esse in ebrietate penitùs non debetis; quia etiamsi reliqua peccata Christiani non admittant, sola eos, si frequens fuerit ebrietas, & emendatio ac pœnitentia non subuenerit, in inferni profunda præcipitat, secundum illud quod iam dictum est: Neque ebrioſi regnum Dei possidebunt.

Amico suo nimiũ propinãs, inimicus eius efficitur.

Ad extremum, qui amico suo nimium propinat, in anima efficitur inimicus. Corpus quoque eius debilitare, & animam probatur occidere. Melius erat, vt illud, quod vna die plus eum bibere coëgit, quàm expedit, per duos, aut tres dies ipsum amicum ad cõuiuium reuocaret suum. Et vnde vna die eum nimium bibendo debilitauerat; ipsum in aliis diebus sufficiente potu reficeret, nec potum ille perderet, nec amicum deciperet. Aut certè, quod est melius, quicquid nimio potu perditum esset gula, pauperibus daretur in eleëmosynam, vt & caro rationabiliter bibendo reficeretur, & per misericordiam pauperum animæ redemptio præpararetur. Ergo, fratres charissimi, dum hæc, humiliter, & cum grandi charitate pro sollicitudine paterna commoneo, absoluo apud Deum conscientiam meam. Qui me libẽter audierit, & fideliter quod ei prædicatum est implere voluerit, habebit præmium æternum. Qui autem contempserit, timeat, ne ei æternum necesse sit sine vllo fine sustinere supplicium.

Ebrietas tanquam inferni fouea vitanda est.

Frequenter charitatem vestram paterna pietate admonui, vt ebrietatis malum, tanquam inferni foueam vitare & fugere deberetis. Et licet apud plures profecerit castigatio, quàm multi tamen sunt, qui nec Deum timent, nec eos, qui honesti sunt, vel sobrij, reuerentur; & tantum bibunt, vt interdum necesse habeant viscera nimio potu plena per vomitum relaxare, & tanquam fractæ & naufragæ naues, ita ipsius ebrietatis fluctibus fatigentur, vt nec vbi sint recognoscant, & dicere aliquid vel audire, quod ad rationem pertinet, omnino non valeant, Sed credimus de misericordia Dei, quod ita omnes ebrioſi de ebrietatis malo ad bonum sobrietatis sunt per Dei gratiã redituri, vt & nobis gaudium faciant,

faciant, & ipsi feliciter ad æternum peruenire mu-
tur præmium.

Sacrosancta verò Tridentina Synodus volu-
ro supradicta vitia extirpare, & profligare, fa-
sanxit[a], vt quæ alias à summis Pontificibus, &
conciliis de clericorum vita, & honestate recte
simul de luxu & comessationibus, ac quibuscu-
minibus fugiendis copiosè, & salubriter sancit
eadem in posterum eisdem pœnis, vel maior
trio ordinarij imponendis obseruarentur. Quo
pra diuersorum Pontificum, & conciliorum
editas constitutiones, & ordinationes posti
bus & hanc Eutychiani papæ addendam puta
Magnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia
Christianis, modis omnibus cauere præcipim
autem hoc vitare noluerit, excommunicand
decreuimus, vsque ad congruam emendation
eadem constitutio renouata in concilio Magu
mo cap. 46.

In concilio verò Treuirensi insigne quoque
brietate emanauit statutum[c]: Ebrietas, vt pa
signium flagitiorũ incitatrix, ac scaturigo, qua
essationibus & cõuenticulis dominatur, eccle
gradum summa cum turpitudine passim in
Quod perpendẽs R.mus Dominus noster, quam
& abominabile sit, tum in profanis, tum in sac
bus vitium, quamque periculosum rixis nimi
dibus, atque vulneribus scatens, quod confes
cana sæpe effutit, iudicium mentemque pe
quascumque denique libidines pecudis inst
priuatum impellit, atque exagitat; ideo hunc
deditos ecclesiarum ministros R.ma illius pa
vna cum præsenti Synodo ab officiis, curis, &
muneribus remouendos decernit. Quid enim
stius, quàm vino assiduè madidos eiusmodi
animarum curę præesse, de quibus Propheta di
sacerdoti, & prophetæ præ ebrietate erranti, &
iudicium aspiciẽti. Formidabilem namque in e
pœnam euangelica tuba[e], nisi Ioële prophet
nente fleuerint atque vlulauerint, ex inopinato

a *Sess. 22. de ref. cap. 1.*

b *Iuo in decret. par. 13. cap. 70. & Burchar. lib. 14. decret. cap. 2.*

c *an. Dom. 1548. cap. 1.*

Ebrietas ecclesiasticum gradu turpiter infamauit.

d *Isaiæ 28.*

e *Luc. 21.*
f *Ioel. 1.*

dendi à sobriis, vt cum hypocritis exitij, æternæque damnationis partem sortiãtur. Quare ad sobrietatem, cùm omnes, tum præcipuè ecclesiæ seruos, qui luminaria mundi, & sal terræ sunt, vnà cum Paulo R.ma illius paternitas hortatur, vtque temulentiam, in qua luxus est, deuitent obnixè precatur. Cæterum qui turpiter illi vitio indulgent immorigeri, ab officiis, & beneficiis, vt dictum est, ecclesiastica censura & Synodi auctoritate primùm suspendit: Deinde si etiam impudenter detestandæ consuetudini, ac dictu pariter & visu fœdissimæ diutius inhęserint, omnibus honorum gradibus exutos, ad quadrupedum sortem, quæ natura prona atque vĕtri obedientia finxit, maioribus suppliciis affectos statuit abijciendos. Quæ autem à Confessariis iniungenda sit ebriosis pœnitentia, alibi à nobis dictum est.[a]

Insignis contra ebriosos pœna.

a *in specul. de malor. hor. trip. causs. et remed. lib. 3. cap. 10.*

Anne dies Dominicos, & Sanctorum festa epulis ac symposiis decorare & celebrare liceat? CAP. XI.

ETSI ad propositam quæstionem, sobrietatis, pietatis, ac veræ honestatis amatoribus, & cultoribus per præmissa satis responsum esse arbitramur, tamen, quia fortè quispiã posset obijcere, scriptum esse[b]: Epulaberis in festiuitate tua; & D. Clemẽtem martyrẽ ac pontificem declarasse[c], illum peccato obnoxium, qui in die festo Domini mœstitiam præ se ferr, eo quòd per huiusmodi dies exhilarari oporteat; Ad singula quid sancti Patres responderint, huc producemus. Et primò præfatus Clemẽs introducens Apostolos suam ad Deũ orationem fundentes, hæc illos refert dixisse verba[d]: Domine omnipotens, mundum per Christũ condidisti, & Sabbatum propter id instituisti, quoniam in eo quieuisti ab operibus, in meditationem tuarum legum, festaque præcepisti in lætitiam nostrarum animarum, vt memoriam recoleremus creatæ à te sapientiæ: quemadmodum propter nos nasci voluit ex muliere, apparuit in vita, demonstrans se in baptismo, quod Deus & homo erat, qui pro nobis passus est tua permissione, & mortuus, atque tua potentia suscitatus, ideo resurrectionis festum celebrantes, in Dominica lætamur, propter eum, qui vicit mortem, donauit vitam, & immortalitatem:

b *Deutero. 16.*

c *lib. 5 const. apost. cap. vlt.*

d *lib. 7. const apostol. cap. 36.*

Cur dies Dominici & festa instituta.

tatem: per quem acceſſerunt gentes ad ipſum in po
lum magnum, verum Iſraëlem, Deo charum. Tu
Domine etiam Patres noſtros de terra Aegypti
ſti, Sabbatum eos ſeruare iuſſiſti, non vt anſam
eis dares, ſed vt occaſionem pietatis haberent;
vt potentiam tuam agnoſcerent, & mala vitare
ſacris quibuſdam cancellis eos aſtringens, vt ne
nem quidem iratum in die Sabbati de ore ſuo
vellet emittere. Dies verò Dominicus, cùm de
nobis ipſum mediatorem, legiſlatorem, reſurre
auctorem primogenitum omnis creaturæ, De
bum, & hominem, natum de Maria ſine congre
conuerſatum ſanctè, crucifixum pro nobis ſub
Pilato, & mortuum ac ſuſcitatum à mortuis, me
Dominicus præcipitur, vt tibi Domine pro iis o
gratiarum actio offeratur: ea eſt enim a te coll
tia, quæ ſua magnitudine omnia beneficia obſc

Huic Apoſtolorum ſententiæ & orationi ſu
a *in Hom. de eleemoſyna.* D. Ioannes Chryſoſtomus[a], & de Sabbato v
ciens: Tum, inquit, à labore omni ceſſatur, rela
que & feriis alacrior fit animus. Et quod mult
eſt, innumeris eo die bonis potiti ſumus. Na
deſtructus eſt infernus, extinctũ maledictum, d
peccatum, confractæ inferorum portæ, captiu
eſt diabolus, diuturnum bellum diremptum, co
Deo homines, noſtrumque genus ad priſtinam,
maiorem rediit dignitatem, viditque, ſed inop
& admirabile illud ſpectaculum, quod homo fa
immortalis. Hæc omnia volens ipſe nobis in m
referre, diem illum in medium attulit, ipſum in a
tum aſſumens, qui vnicuique diceret: Cogita
quanta & qualia bona accepiſti hoc die, quant
es liberatus. Qualis eras antea, qualis poſtea f

Dies Dominicus quomodo venerandus. Spirituali autem honore hunc diem venerari o
non conuiuando, non vinum profundendo, no
tati, choreisque vacando, ſed indigentes fratre
litate facili iuuando. Quę dico, non vt laudetis
ſed vt vos quoque imitemini. Faciamus ita
Paulus præſcripſit, & die Dominico vnuſquiſq
ſtrum domi opes Dominicas reponat; fiatq; ex

& consuetudo immutabilis; nec dubito posthac non fore opus adhortatione, vel consilio. Nequaquam enim tam efficax est adhortatio & sermo, vt cõsuetudo tempore firmata. Statuamus igitur hoc, vt Dominico die aliquid in subsidium pauperum reponamus, neque legẽ postea transgrediamur, etiam quantacunque vrgeat necessitas. Obediamus, & faciamus etiam nos ita, vt cum priuatis sint & sacræ opes in domibus nostris repositæ, futurumque vt per eas etiam priuatę conseruentur. Quemadmodũ si opes subditorum in regiis promptuariis conseruentur, per illas etiam regiæ securiores sunt ita certè & in domo tua si pauperũ opes reposueris, & Dominico die collegeris, etiã tuæ securiores erunt. Erisq; dispensator opum illarũ à Paulo ordinatus.

D. verò Augustinus explicans[a], quomodo dies Dominicus, & Sanctorum festa celebrari debeãt; Sciendum est, inquit, fratres charissimi, quod ideo à sanctis Patribus nostris constitutum est Christianis, & mandatum, vt in solennitatibus Sanctorum, & maximè in Dominicis diebus, otium haberent, & à terreno negotio vacarent, vt paratiores, & prõptiores essent ad diuinũ cultum, cùm non haberẽt, quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentq; eo tempore terrenã solicitudinem, quò facilius possent Dei intendere voluntati. Inde ipse Dominus per prophetam dicit[b]: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. At hi, qui diuersis curis ac negotiis implicati, hanc sententiam Dei spernunt, & diuinæ contemplationi vacare nolunt, timeo quod in futuro iudicio illis ianuam Domini pulsantibus, atque aperiri poscentibus, Dominus respondeat; Amen dico vobis, nescio vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem[c]. Et qui modò Deum quærere negligũt, ab ipso tunc respuantur. Idcirco fratres, non sit vobis molestum, in Dominicis diebus, & in natalitiis Sanctorũ, diuino studere cultui. Dominicũ ergo diem Apostoli & Apostolici viri ideo religiosa solennitate habendũ sanxerũt, quiã in eodẽ Redẽptor noster à mortuis resurrexit. Quiq; ideo Dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibus, vel mũdi illecebris abstinẽtes, tãtùm diuinis cultibus seruiamus; dãtes scilicet diei huic honorẽ et

a *Serm. 251. de tempo.*

b *Psal. 45.*

c *Matth. 7. Luc. 13.*

Cur dies Dominicus ex Apostolorum institutione celebretur.

reuerentiam propter ſpem reſurrectionis noſtræ, q
habemus in illa.

a *ſerm.6.*

D. verò Ambroſius [a] docens quibus epulis & q
potationibus Sanctorum feſta colenda ſint: Dic
quit, mihi ſi non dolendum fuerit hoc peccatu
vos ſalutis immemores tunc fuiſſe, vt beatiſſim
ſtolis Petro & Paulo honorificentiam minime
deritis, cùm ipſos eſſe ſciatis Doctores gentium
res martyrum, principes ſacerdotum, nec volue
rum natalem nobiſcum feſtiuiſſimum celebrare,
illic cæleſti intereſſe conuiuio, in quo pro mar
tanta lætitia, ſubſtantiam vitæ ipſe nobis Domi
niſtrauit. Vultis autem ſcire quantis bonis frau
ritis; interrogate, fratres, qui tunc mecum pariter
runt, quàm refecti à Dominica menſa diſceſſer
quales ſecum domũ ſpirituales diuitias reporta

Cuiuſmodi epulis & diuitiis Sanctorum natalitia celebranda ſint.

Igitur fratres, quotieſcunque martyrum me
celebramus, prætermiſſis omnibus ſeculi achio
ne aliqua dubitatione concurrere debemus, rel
honorificentiam, qui nobis ſalutem profuſione
guinis pepererint, qui tam ſacrata hoſtia pro no
pitiatione Domino ſunt oblati, præſertim cùm
Sanctos ſuos omnipotens Deus: Qui vos hono
honorat; & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quiſq
honorat martyres, honorat & Chriſtum; & q
Sanctos, ſpernit & Dominum. Quinimo noſtri
cauſa profectus, Sanctorum celebramus memo

Matt.10.Mar. 9. Luc.10.

b *in Hom. de Gordio martyre.*

D. Baſilius ſentit [b], Non enim noſtris indigent
ornari, ſed nos ipſorum vitæ hiſtoria & comm
tione, imitationis gratia indigemus. Quema
enim ex igne naturaliter emicat ſplendor; ex v
quoque præſtanti diffunditur odor: ſic è San
commemoratione geſtorũ ad omnes prouenit
Sanctus Apollonius referẽte Gratiano [c], die D
nihil aliud agendum eſſe declarauit, niſi Deo va
nullam operationem in illa die ſancta agendam
tantùm hymnis & pſalmis, & canticis ſpiritual
illam tranſigendam.

c *in c. ieiunia. de conſec.diſt.3. & Concil. Matiſco. 2. cap.1. Magunti. ſub Carolo Magno. cap 36.37. Triburienſe ſub Arnulpho Imp. cap.35.*

Sunt inſuper diuerſa concilia [d], quæ ſtatuerun
Dominicum, & Sanctorum natalitia ſeu feſta

essationibus, & compotationibus, sed omni cum honore, pietate, deuotione, & sobrietate veneranda, precibus & orationibus non sine lachrymis insistẽdum totis illis diebus, oculis manibusque ad Deum semper expantis. Dn. Albinus Flaccus Alcuinus, Caroli Magni Imp. præceptor quæstionem tractans, cur Sanctorũ dies, quibus ab hoc seculo transierunt, summis laudibus & magna recolamus alacritate, inter alia dicit[a]; Mos ecclesiasticus obtinuit, dies illos non funebres, sed natalitios appellare. Iure enim nasci dicuntur, qui de pressuris huius mundi tanquam de angustiis cuiusdam arctissimi ventris, ad illam spatiosissimam & lucidissimam cælestis habitationis emittũtur latitudinem. Si ergo nos eorum fratres esse præsumimus, quos ita glorificatos adspicimus, dignum est eorum felicitati congratulemur, & eorum lætitiæ collætemur; fratrum nostrorũ gloriæ congaudeamus; eorumque triumphis, quibus per diuinum auxilium diabolum vicerunt & seculũ, dignis laudibus cælestes eorum natales debita alacritate veneremur. Nam si eos lugubriter, aut cum mœrore transigamus, duplici redarguemur errore, quia videmur aut non credere eos ad gloriam transisse, & ideo quasi mortuos lugere: aut si scimus eos felicitati donatos, & non congratulemur, gloriæ illorum inuidere conuincimur. Et cum antiquos natalitia sua, vel suorũ affinium, quibus in hanc miseram effusi sunt vitam, tanta alacritate inuenimus celebrasse, vt in his etiam omni corporeæ voluptati licenter operam darent: quantò nos spirituali hilaritate sanctorum Patrum natalitia cõuenit celebrare; quibus non ad miserias nascuntur, sed de miseriis ad gaudia transierunt, sine fine possidenda. Non nos corporalibus illecebris resoluentes, vt faciebant pagani, verum canticis spiritualibus, hymnisque cælestibus in Christo tripudiantes, vt Christiani. Quamuis non denegemus etiam corporaliter aliquantulum remissius quam cæteris diebus esse viuendum, propter quosdam (vt reor) hebetiores (inter quos Dominos canonicos & alios ecclesiasticos non arbitror numerandos) qui nihil putant esse festiuum, nisi quod viderint corporali delectatione mellitum. Sanè, quia Sanctos eosdem ad hanc,

[a] *in lib. de diuin. offic. tit. De feria sexta, quæ & parasceue.*

quam diximus felicitatem, per afflictionem nos
ramus peruenisse temporalē, necesse est, vt sicut
eorum congaudemus lætitiæ: sic temporali quo
rum compatiamur angustiæ; quatenus per om
sequentes vestigia, ad eadē illis intercedentibus
mur pertingere gaudia. Ad quod signandum pr
tibus eadem natalitia diebus, quas vulgò vigi
appellamus, solito parciùs vescentes, eadem
debitis ieiuniorum obsequiis, & macratione
deotè præuenimus, vt per pridianam purifica
nentiam, dignius celebremus sequentis festi bea

Vigiliæ Sāctorum cur institutæ.

Cæterùm dato, & concesso, etiam inter eccle
hebetiores esse, quibus permittēdum videatur
diebus aliquantulum remissius, & hilarius
comedant, quàm cæteris diebus, attamē nequa
randum arbitramur, vt in Sanctorū nomine,
re haustus seu potus æquales sibi mutuò propi
ad eporādum obligent, ac inuitos importuni
gant: tales enim etiā si laici sint, cēsore D. Aug
grauissimam Sanctis iniuriam irrogāt, & sacr
nonum [b] violatores sunt. Ab illis verò San
veritate gaudia festiua celebrantur, qui ipsorum
virtutum, scilicet sobrietatis, abstinētiæ, pietat
nentiæ & similiū sequuntur. Solennitates enim
rum exhortationes ad sanctitatē illorū sunt:
non pigeat, quos celebrare delectat. Sed nos
gaudere cum Sāctis, & eorū virtutes nolumus
Qui verò illos in quantum potuerit noluerit
eorum beatitudinem non poterit peruenire.
aliquis: Quis est, qui possit beatorū martyrum
sequi? Huic nos cum D. Augustino [c] respōdem
non solùm martyres, sed & ipsum Dominū, cu
adiutorio, si volumus, possumus imitari. Audit
sed ipsum Dominū generi humano clamantē
à me, quia mitis sum, & humilis corde, Audite
trum Apostolū admonentē: Christus pro nob
est, nobis relinquens exemplum, vt sequamur
eius [e]. Vel si illius & aliorū martyrum in passi
tribulationibus vestigia sequi nolumus, alias
confessione sequamur virtutes, vt si non marty

An in Sāctorū nomine vel honore alteri propinare liceat.

a serm. 231. de temp.

b c. nullus presbyterorū. dist. 44.

c serm. 47. de Sanctis.

d Matth. 11. c. qui scit. 2. q. 6.

e 1. Petri 2. c. cum Matthæ. de celebr. miss.

moriamur confessores. Et cùm manifestum sit, sicut D. Bernardus ait [a], Sanctorũ solẽnitates ad animas magis, quàm ad corpora pertinere, dignum est, vt prius anima satietur, quòd hæc portio sine dubitatione, & sine comparatione sit potior: & quę animarum sunt, animæ plus acceptant, quippe naturali quadam eis cognatione coniunctæ. Quibus propterea quoque Sancti isti cõpatiuntur amplius; propterea magis desiderãt animarũ bona, & plus earũ refectionibus delectãtur; quoniã & ipsi similes nobis fuêre passibiles, & ipsi peregrinationis huius & exilij miserabilis deplorauêre molestias; & ipsi graue huius corporis onus, et tumultus seculi, & tẽtationes experti sunt inimici. Nulli itaq; dubiũ quin gratior eis sit, & multo acceptabilior illa festiuitas, qua intenditur epulis animarũ, quã sit ea, quæ celebratur à secularibus curã carnis perficientibus in desideriis voluptatũ.

[a] *in serm. 1. de festo omnium Sanctor.*

Quocirca diabolica fraude inescati ac decepti nobis videtur, qui nunc in honorem quasi Sanctorum, eorum occurrentibus festis, comessationes, & cõpotationes agunt, perinde ac si Sancti illis genio indulgẽtes Deo placuissent, & iam potatorum & comessatorũ patroni essent. Atque hoc modo, prô dolor, ab ecclesiæ cãtoribus seu mulicis sanctę Cæciliæ festũ celebratur; quos cupiẽ tunc orationis esse memores, quã pia mater Ecclesia in illius honorem Deo canit, dicens: Deus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis & martyris tuæ solennitate lætificas: da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exemplo. Si Deum hac oratione deprecamur, vt S. Cæciliam, quam veneramur officio ipsius festo occurrente, piæ conuersationis sequamur exemplo, an ne istud fieri debere comessationibus, & ebrietatibus sancti Patres docuerunt? Quinimo ab his accepimus, quod ipsa cilicio & ieiuniis membra sua domuerit, & Deum assiduis gemitibus exorauerit: & cantantibus organis in die nuptiarum suarum, non lasciuè ac petulanter, vt nunc fit, cum suo sponso Valeriano tripudiabat, sed in corde suo soli Domino decantabat, dicens: Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, vt non confundar. Ipsa semper euangelium Christi gerebat in pectore: & neque

diebus, neque noctibus vacabat à colloquiis & oratione. O vtinam omnes cantores & ecclesiæ huiusmodi piæ conuersationis exemplo S. Cæciliam quam patronam sibi constituunt, sequerentur, Sed eò cœcitatis ac dementiæ iam multi deuenerunt, vt lius festiuitatem non cilicio & ieiuniis, sed comessationibus, ebrietatibus, tripudiis, lasciuis ac impudicis tilenis inter epulas venerandam putent, ad omnem quitiam ac lasciuiam propẽsiores, quàm ad vitæ dationem, ieiunia & orationes. Atque hunc ferè dum omnes artifices ac opifices aliquẽ Sanctorum patronum sibi delegerunt colendum. Ita vt huius cultu ac ritu ad ethnicismum seu atheismum redeamur. De talibus Sanctorum cultoribus D. Augustinus scribens [a]: Comessationes, inquit, & ebrietates concessæ & licitæ putantur, vt in honorem beatorum martyrum non solùm per solennes dies ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non oculis inspicit) sed etiam quotidie celebrentur. fœditas si tantùm flagitiosa, & nõ etiam facile quibuscumque tolerantiæ viribus sustentandam remus. Et idem Augustinus alibi [b]: Qui se in martyrum inebriant, quomodo à nobis approbantur, cùm ea etiam si in domibus suis id faciant, doctrina condemnet? Alia est disciplina Christiana alia luxuria vinolentorũ, vel error infirmorum. Io. Chrysostomus contra eos, qui post hymnos & diuina mysteria Deo eiusque Sanctis celebrata ebriant, verba faciens [c]: Orationum, ait, tempus ebrietatis, & quidem semper, maximè autem in nitatibus: solennitas enim propterea instituta vt turpiter viuamus, neque vt peccatis abundemus præsentia tollamus. Audisti hymnos sacros, vidisti ptas spirituales, in regia mensa discubuisti, impleto Spiritu sancto, simul cum Cherubim in choreis socius factus es supernis potestatibus. Noli tantam titiam abijcere: noli thesaurum effundere: noli te tati dedere, quæ anxietatis mater est, diaboli lætitia numera pariens mala: hinc enim morti similis hinc grauedo capitis, hinc morbi, & obliuio, &

a *epist. 64. ad Aurelium. & c. comessationes. dist. 44.*

b *lib. 20. cõtra Faustũ cap. 21.*

c *Hom. 27. in epist. 1. ad Corinth.*

Ebrietas anxietatis mater, & diaboli lætitia.

imago. Præterea ne amico quidem vellem, vt ebrius obuiam fieret. Cùm autem Christum intus habeas, audes, quæso, tantum vini ingurgitare? Sed delicias amas. Igitur ab ebrietate cessa: etenim ego te in deliciis esse volo, sed in veris, quæ nunquã languescunt. Quæ igitur veræ deliciæ sunt, quę semper florent? Voca ad prandiũ Christum, participem rerum tuarum facias, vel suarum potius: hoc immẽsam habet voluptatem, & semper florentem. Verùm sensibilia nõ huiusmodi sunt, sed simul & apparent, & abolentur; & qui in deliciis est, nihil melius habet, quàm qui in nullis est deliciis; imo peius. Ille enim tanquam in portu sedet, hic tanquam in fluctibus & morborum obsidionibus, tãtum æstum ferre minimè potest. Si ergo sententia sanctorum Doctorum præfatæ comessationes laicis damnabiles sunt, multo magis ecclesiasticis ad gehennam imputantur.[a]

Veræ deliciæ.

a *c. fi. dist. 44.*

Si quis verò dixerit, inueteratam consuetudinẽ non posse, aut admodum difficulter, relinqui. Hoc ipsum etiam nos fatemur cum D. Io. Chrysostomo[b], adeo fortis est consuetudo mala, vt, licet res pessima ac turpissima sit, statim abijci non possit, nec tempore breui, nisi vi incidatur, ac deijciatur. Quod fiet, si publico edicto seu statuto sub graui pœna vel mulcta inhibeantur prædictæ comessandi ac compotandi consuetudines. Nam vbi est timor, facile soluitur consuetudo, etiam si valde diuturna sit, & necessaria[c]. Tamen si voluerimus prudentes esse, & nostræ salutis curam habere, possumus nostra sponte, & nulla pœna coacti, à mala cõsuetudine desistere, & in bonam consuetudinem nos reducere: & sic posteris nostris non paruam dabimus occasionem eadem imitandi, & accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab his bene agentur. Nam qui initium bonę viæ præbuerit, hic author est eorum, quę & ab aliis fiũt, & duplicem recipiet mercedem: tam pro his quæ ipse recte facit, quàm quibus alios in optimã illam induxit viuendi rationem[d]. Dolendum profectò, eò rediisse Christianorum mores, & præsertim clericorũ, vt quàm olim ex religionis commodo ac profectu erat festa instituere, tam nunc præstare ferè videatur, eadem antiquare, & abrogare, cùm magna pars Christianorum

b *Hom. 3. de pœnit. & lib. 3. aduers. vitup. vitæ mo.*

c *Chrysost. ad popul. Hom. 7. 14. & 28.*

d *Chrysost. Hom. 56. in Genesim.*

otium istud festorum, non ad orandum, non ad diuina, & verbum Dei audiendum, aliaq; pia & legendum vel meditandum (cuius rei causa dat sed ad omnifariam bonorum morum corruptel gendam, in dies magis magisque impudenter dictitans se id animi gratia facere, quasi planè tiens cum Platone, qui ob illud ipsum, Deum festa sacra instituisse aiebat [a]: Atque ita belle perinde in hac re, vt in multis aliis imitamur. tantum absuit, vt maiores nostri fecerint, vt ipsum audacter eisdē ethnicis vitio dederint, tulliano [b], qui de Cæsarum solennibus sacris Propterea, inquit, publici hostes Christiani, qui ratoribus neque vanos, neque mentientes, neque rarios honores dicant. Grande videlicet officium & choros in publicum educere, vicatim epulari tem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum teruatim cursitare ad iniurias, ad impudētias nis illecebras, siccine exprimitur publicum publicum dedecus? hæccine solennes dies princi cent, quę alios dies non decent? Qui obseruant nam de Cæsaris respectu, ij eam propter Cæsar runt, & malorum morum licentia pietas erit luxuriæ religio deputabitur. O nos meritò dam cur enim vota & gaudia Cæsarū casti, & sobrii bi expungimus? cur die lęto non laureis postes mus? nec lucernis diem infringimus? honesta lennitate publica exigente inducere domui tuæ alicuius noui lupanaris, &c. Non putauit Tert futurū, vt prædicta in nostros Christianos aliqui derēt, qui hoc producto loco ethnicos deridet, cheu, venit tēpus, quod illos potius Cæsarū, qui & Sanctorū eius festa celebrare cōspiciamus. Fa tur Deus, vt Pōtifices & Episcopi nostri tandē stino suo vigori, obseruationi, ac venerationi re

Vtrum dies nostros natales comessationibus & com nibus celebrare non possimus? CAP. XI

SI quis verò interroget, an dies nostros natal possimus comessationibus & cōpotationibus brare? huic respondendū putamus; quod cùm

a *vt refert Polyd. lib. 6. de rer. inuent. cap. 8.*

b *in apologet. aduers. gentes cap. 35.*

essationes & compotationes iure diuino [a] & humano [b] non solùm clericis, sed etiam laicis prohibitæ sint, illis natales celebrari non posse consequitur. Deinde quia consuetudo ista celebrandi natales, ab ethnicis ad nos traducta videtur; qui sacris, pulte, fritillo, mere, libis, floribus & thure Genio oblatis, necnon oppiparis, ac lautis conuiuiis non sine luxu illos colere solent [c]. idcirco ne hos imitari censeamur, ne conuiuiis quidem solito lautioribus natalitia nostra esse colenda existimarem, maximè hoc misero & calamitoso tempore; quo multi exules, vel inter hæreticos degentes cũ beato Iob [d] exclamãt: Pereat dies, in qua natus sum: dies ille vertatur in tenebras: Non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Occupet eũ caligo, & inuoluatur amaritudine. Non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Quare non in vulua mortuus sum? quare egressus ex vtero non statim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiẽs silerẽ, & somno meo requiescerem cum Regibus & consulibus terræ. Quare misero data est lux, & vita iis qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortẽ & non venit? Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquę, sic rugitus meus, &c. his similia. Quem locum Iob D. Ambrosius explicãs [e]: Conqueritur, inquit, de illa hora insperata, vnde in tantã lapsus est miseriam. Nam cognouerat, nasci malorum omniũ esse principiũ: & ideo diẽ, qua natus est, perire optauit, vt tolleretur origo incommodorum: & optauit perire diem generationis suæ, vt diem resurrectionis acciperet. Et ne quis putet omnes ethnicos in ea fuisse sententia, vt diem suum natalem præscripto modo colerent, eũque morti præferrent, adferam quid Cicero hac de re scribat [f]: Iudicauisse Deum dicũt, & eum quidem Deum, cui reliqui dij cõcessissent, vt præter ceteros diuinaret, mortem esse optimum homini. Fertur etiam de Sileno fabella quædam: qui cùm à Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse Regem, non nasci homini longè optimum esse: proximum autem, quàm primùm mori. qua est vsus sententia in Cresphonte Euripides.

Nam

[a] *Deut. 21. Prouerb. 23. & 28. Rom. 13. & 1. Petri 4.*

[b] *c. 1. c. comessationes. c. non oportet. & c. sin dist. 44. c. de crapula. de vita & hon. cler.*

[c] *Alex. ab Alexand. Genial. dier. lib. 2. cap. 22. Polyd. de rer. inuent. lib. 6. cap. 7.*

[d] *Iob 3. cap.*

[e] *in tract. de resurrectio.*

[f] *lib. 1. Tuscul. quæst.*

Nam nos decebat cœtus celebrantes, domum
Lugere, vbi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala:
At, qui labores morte finissēt graueis,
Omnes amicos laude, & lætitia exequi.
Claræ verò mortes pro patria oppetitæ, nō solùm
rioſæ rhetoribus, ſed etiam beatæ videri ſolēt. Qu
ita ſint, magna tamen eloquentia eſt vtendum, a
velut ſuperiore è loco concionādum, vt hominis
tem vel optare incipiant, vel certè timere deſiſtāt. N
ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed cōuia
nem adfert loci, quid optabilius? ſin autem perim
delet omnino, quid melius, quàm in mediis vitæ la
bus obdormiſcere. Nos verò, ſi quid tale accidat,
Deo denuntiatum videatur, vt exeamus è vita, la
agentes gratias pareamus, emittíque nos è cuſtodi
leuari vinculis arbitremur, vt aut in æternam, &
in noſtram domum remigremus, aut omni ſenſu,
leſtiaque careamus. Sin autem nihil denuntiabit
tamen ſimus animo, vt horribilē eum diem alis
fauſtum putemus: nihilque in malis ducamus, q
vel à diis immortalibus, v
à natura parente o
conſtitutū: non enim temerè, nec fortuitò ſati &
ſumus: ſed profectò fuit quædam vis, quæ gene
leret humano: nec id gigneret aut aleret, quod cu
antlauiſſet omnes labores, tum incideret in mor
lum ſempiternum: portum potius paratum nob
perfugium putemus, quò vtinam velis paſſis pe
ceat. Sin reflantibus ventis reijciemur, tamen
paulò tardius referamur neceſſe eſt. Quod autem
bus neceſſe eſt, id ne miſerum eſſe vi poteſt? hac
Cicero. Adhæc, nónne & ipſe Sapiēs dixit[a], diem
tis meliorem die natiuitatis? In hac opinione vi
& Thraces fuiſſe, quibus mos erat in lucem edi
chrymis proſequi, mortuos conuiuiis & tripo
Trauſi, edito infante propinqui circūſedentes cum
ratu commemorabant, quantum calamitatum ill
perferēdum vitam ingreſſo: Contrà defunctum ho
nem cum luſu lætitiaque efferebāt, recenſentes qua
malis ſubductus ſit[c]. Plinius ſecundus[d] collectis

a Eccleſ. 7.

b Eraſ. in Chiliadib. adag. chil. 2. cent. 3. Prouerb. 49.

c Herodot. lib. 5 hiſt. Eraſ.

d in præfat. lib. 7. natur. hiſto.

mis tum natiuitatis nostræ periculis, tum vitæ incommodis, tandem cõcludit: Itaque multi extitére, qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Quare quàm rectè nunc faciant Christiani, qui non solùm diem natiuitatis, sed etiã mortis, splendidis ac oppiparis conuiuiis, compotationibus, & aliis excessibus celebrant, aliorum esto iudicium. Quæ si moderata essent, tolerabiliora viderentur, nisi in illis parochi aliiq; sacerdotes sæpe multa dicerent, facerent, & audirent, præsertim in natalitiis, quæ eorum statui ac ordini non conueniunt.

Si quis verò dixerit clericos & alios Christianos sua natalitia agere, exẽplo Seruatoris nostri IESV Christi, & S. Ioannis Baptistæ, quorum natiuitates solennibus festis sancta Ecclesia Catholica celebrat: Vtinã omnes Christiani, & præcipuè clerici, suos natales sic celebrarent, quemadmodum sancti Patres ac Doctores docuerunt, Christi, & Ioan. Baptistæ natiuitates decorandas & celebrandas esse. Et vt è multis aliquot adferam, ac ostendam quomodo illorum natiuitates coli debeant, in primis accipite quid D. Augustinus de Christi natiuitate sermonem faciens, dicat[a]: Licet nos omni tempore bonis operibus ornatos ac splendidos esse conueniat, præcipue tamen in die natalis Domini. Certè si te Rex terrenus, aut quicunque paterfamilias ad suum natalitium inuitaret, qualibus vestimentis studeres ornatus incedere, quàm nouis vel nitidis, quàm splendidis, quorum nec vetustas, nec vilitas, nec aliqua sœditas oculos inuitantis offenderet? Tali ergo studio inquãtum præuales Christo auxiliante contende, vt diuersis virtutum anima tua composita, simplicitatis gemmis, & sobrietatis floribus adornata, ad solennitatẽ Regis æterni, id est, natalem Domini Saluatoris cum secura conscientia procedat, castitate nitida, charitate splendida, eleemosynis candida. Ideo etiã ab omni inquinamento ante eius natalẽ multis diebus abstinere debetis. Quotiescunque natalem Domini, aut reliquas solennitates celebrare disponitis, ebrietatem ante omnia fugite, iracundiæ quasi bestiæ crudelissimæ repugnate, odiũ velut venenum mortiferum de corde repellite, &c. D. verò Grego-

a *in Dominica 1. Aduent.*

b *Homil.8.* Gregorius b, Natus, inquit, in præsepio reclinatur
deles omnes, videlicet sancta animalia, carnis
mento reficeret: ne ab æternę intelligētię pabulo
remanerent. Quid autem est quod vigilantibus pa
bus angelus apparet, eosque Dei claritas circumf
nisi quod illi præ cæteris videre sublimia merent
fidelibus gregibus præesse solicitè sciunt? Dum
piè super gregem vigilant, diuina super eos gra
gius coruscat. Curemus ergo, fratres charissimi,
nos immunditia polluat, qui in æterna præcon
Dei ciues, & angelis eius æquales sumus. Vend
moribus dignitatē nostram, nulla nos luxuria
nulla nos turpis cogitatio accuset, non malitia
mordeat, non inuidiæ rubigo consumat, non
flet, non ambitio per terrena oblectamēta dilan
ira inflammet. Dij etenim vocati sunt homines.
de ergò tibi, ô homo, contra vitia honorem De
propter te factus est Deus homo, qui viuit & re
secula seculorum, amen. Cur autem, & quomod
tiuitate Domini nobis lætādum sit, multis egre
monibus explicauit D. Leo Magnus, in quorum
sic ait: Saluator noster, dilectissimi, hodie natus
deamus. Neque enim fas est locum esse tristitiæ,
talis est vitæ: quæ consumpto mortalitatis timo
rit nobis de præmissa æternitate lætitiam. Nu
huius alacritatis participatione secernitur: vna
lætitiæ communis ratio est: quia Dominus no
cati, mortisque destructor, sicut nullum à reatu
reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Exul
ctus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat pe
quia inuitatur ad veniam; animetur gentilis, qua
tur ad vitam. Dei namque filius secūdum pleni
temporis, quam diuini cōsilij inscrutabilis altitu
posuit reconciliandam auctori suo, naturam gen
sumpsit humani; vt inuētor mortis diabolus per
quam vicerat, vinceretur. Agamus ergo, dilect
gratias Deo Patri per filium eius in Spiritu sancto
propter multam charitatem suam, qua dilexit no
sertus est nostri; & cùm essemus mortui peccatis,
uificauit nos Christo, vt essemus in ipso noua
non

nonumque figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis, & adepti participationem generationis Christi, carnis renūtiemus operibus. Agnosce ô Christiane dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione recidere. Memento, cuius capitis & cuius corporis sis membrum. Reminiscere, quia erutus de potestate tenebrarum, trāslatus es in Dei lumen, & regnū. Per baptismatis sacramentum, Spiritus sancti factus es templum. Noli tātum habitatorem prauis de te actibus effugare, & diaboli te iterum subijcere seruituti, &c.[a]

Pulchrè admodū, & expressè instituti nostri sententiam à D. Bernardo confirmatam inueni, qui in aduentu Domini de ipsius natalis solennitate verba faciens[b]. Quantæ, inquit, insaniæ, vt post tanti Regis aduentum, aliis quibuslibet negotiis homines velint seu audeant occupari; & non magis omissis omnibus, soli eius cultui vacent, nec in eius præsentia cuiusquam meminerint cæterorum? Quorum secularis est mens & vita, memoriam hanc etsi celebrant, sine deuotione & affectione dies istos arida quadam consuetudine obseruāt. Denique, quod damnabilius est, ipsa quoque inæstimabilis huius dignationis memoria datur in occasionem carnis, vt videas eos tanta solicitudine diebus istis vestium gloriam, ciborum parare delicias, ac si hæc & huiusmodi quærat in natiuitate sua Christus; & ibi suscipiatur dignius, vbi hæc accuratius exhibētur. Sed ipsum audi dicentem: Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam: quid tanta ambitione vestes paras in natalem meum? Detestor ego superbiam, non amplector. Quid tanta solicitudine ciborum copias reponis in tempus illud? Damno ego carnis delicias, non accepto. Planè insatiabilis es corde tanta parans; & ex tam longo: nam corpori vtique & pauciora sufficerent, & quæ possent opportunius inueniri. Celebrans ergo aduentum meum, labiis me honoras, sed cor tuum longè est à me. Non me colis, sed Deus tuus venter est, & gloria in confusione tibi. Infelix omnino, qui voluptatem corporis, & secularis cōlit gloriæ vanitatem. Beatus autem populus, cuius

a *De hac Christi natiuitate lege Chrysost. Hom. & oratio. de B. Philogonio. Cypria. de eadē sermo. Bernard. serm. de eadem & eiusdē vigilia.*

b *in serm. 3. de aduent.*

Psal. 100.

cuius est Dominus Deus eius. Fratres nolite vo-
mulari in malignantibus, neque zelaueris facie
iniquitatem. Intelligite magis in nouissima eorum
compatimini eis ex animo, & orate pro eis, qui pr
cupati sunt in delicto. Hæc enim faciunt miseri,
ignorantiam Dei habent. Nam si cognouissent, nu
Dominum gloriæ tanta aduersum se insania p
carent.

Porrò, qui exemplo D. Ioannis Baptistæ se
suos celebrare dicunt, audiant, quæso, quid ipsis
patronus concionetur [a]: Ego vox clamantis in de
dirigite seu parate viam Domini, rectas facite
eius. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim
cælorum. Genimina viperarum, quis ostendit vo
gere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœ
tia. Iam enim securis ad radicem arboris po
Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum
detur, & in ignem mittetur. Qui habet duas
det non habenti vnā: & qui habet escas, similite
Multa quidem & alia exhortans euangelizabat
Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de p
melorum, & zonam pelliceam circa lumbos
autem eius erat, locustæ & mel syluestre. D.
Chrysost. super præmissis egregium sermonem
inter alia inquit [b]; Venit Ioannes, nihil aliud
quàm vt illos ad peccatorum suorum cognitio
hat. Hoc illius etiam habitus ipse ostendit, qu
compunctioni, ac pœnitentiæ congruebat. Ho
quoque prædicationis eius verba declarant. Nih
aliud aiebat, quàm, facite fructus dignos pœnitē
illi impræparata mensa, & facilis amictus, & h
facilior amictu. Neque enim vel tecto indiguit
lecto: non mensam vel aliqua huiusmodi requi
angelica quadam vita mortali in carne resp
Propterea etiam vestimentum de pilis camelor
buit, vt habitu quoque ipso mundi contemptū d
suadens cæteris nihil cum terra habere commu
ad priorem nobilitatem reuerti. Quod quidē ipse
stus pro maxima prædicat laude virtutis [c]. Qu
quit, exiistis videre in desertum, hominem mollib

a Mat. 3. Luc. 3. & Ioan. 1. Isa. 40. c. hæc autē. 23. q. 4. Mar. 1.

b Homil. 10. in Matt. & 3. in oper. imperf.

c Matth. 11.

stimentis indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Si verò ille in omni vitæ ratione mundissimus, cœloq; ipso clarior, & prophetis celsior, quo nullus hominum maior fuit, quique tanta apud Deum familiaritate gaudebat, ad omnem tamē patientiam durabat laborum, satis altè deliciarū fluxa despiciens, atque ad omnem se vitæ rigorem coartās; quam nos satisfactionē adferre poterimus, qui post tot Christi beneficia, postque mille nostrorum onera peccatorum, ne minimam quidem partem illius castigationis imitamur: sed comessationibus, & potationibus dediti, ac peregrino odore fragrantes, vel potius fœtentes, nihilque à theatralibus feminis discrepantes, ac nosmetipsos enervantes vndique, ac vndique relaxātes, in prædam diaboli præparamur. Hunc igitur etiam nos studeamus imitari, & omnem luxuriam ac temulentiam relinquentes, ad preciosiorem vitam nos vndique coartemus. Absistamus ab hac fluida, dissolutaque vita. Nequeunt enim omnino, nequeunt aliquando in vnum & confessionis lachrymæ & corporis conuenire voluptas. Et hæc nos doceat beatus Ioānes, & cibo suo, & habitu, & habitaculo, &c. quæ licet pulcherrima breuitatis studio omittenda duxi. Nunc quid D. Bernardus in illius natiuitate concionatus sit, subijciam: Hic Ioannes, quo nullus maior in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinātis byssо & purpura, & splendidè epulari? heu hic est præsentis totus honor diei, hæc Baptistæ reuerentia tota: hæc natiuitatis eius prophetata quondā lætitia est? Cuius enim memoriam agitis, ô nimis delicati cultores, cuius celebratis natalem? Nónne illius, qui in eremo fuit hirsutus veste, confectus inedia? Quid existis in desertum videre filij Babylonis, arundinem vento agitatam? Quid igitur? hominē mollibus vestitum? nutrimum mollibus? In his nempe tota versatur hæc vestra celebritas, in popularis fauoris aura sectanda: in gloria vestium, & voluptate ciborum. Sed quid hæc ad Ioannem? Neque enim Ioannes fecit sic, aut talibus vnquam potuit delectari. Multi, (ait angelus [a]) in natiuitate eius gaudebunt. Verum id quidem, multi in natiuitate eius

[a] Luc. 1.

gaudent: & paganis ipsis (vt audiuimus) læta est d
lennis. Illi celebrant quod ignorant, sed non ita d
runt Christiani. Nunc verò & ipsi in hac B. Ioannis
ptistæ natiuitate gaudent, sed vtinam de natiuitat
de vanitate. Gaudemus intus, & non sub sole, sed
a 2. Corint. 6. Apostolum [a], tanquam tristes propter humilitat
grauitatem: semper autem gaudētes propter inter
consolationem. Gaudeamus, dilectissimi, in nat
Ioānis, & gaudeamus de ipsa natiuitate. Ille erat lu
ardens & lucens. Gaudeamus in feruore eius ad
tionē; gaudeamus in lumine, non tamē ibi manē
vt in lumine eius videamus lumē. Lumen vtiq
quod nō est ipse, sed cui testimoniū perhibet ipse.
damur ad pœnitentiā, fratres, interrogemus con
nostras, & animemur ad vltionē exigendā de
horrendū possimus euadere iudiciū Dei viuētis.
quid verò minus est feruoris, humilitas supple
confessionis. Fidelis est Deus si confiteamur in
nostras, si miserias nostras exponamus, si nō ex
infirmitates nostras, dimittet nobis peccata no

Rursum idem Bernardus alterū de natiuitate
Baptistæ sermonē faciens. Considerandū, inquit
dignitate præpolleat natiuitatis huius celebrād
tio, quātamque gratiam in oculis Ecclesiæ po
uenire. Nullius hominis natiuitatē, præter solius
authoritatis arcē recepit Ecclesia, huius istius e
ne seruata. Nouit enim, quia melior est dies mo
natiuitatis; & quod ortus hominū tristitia co
Inde est quòd diē mortis martyrum, nō natiui
lennizat Ecclesia: mortē tamē illorū natalitio
mine nominās, quibus factus est de morte nat
enim cœperunt de morte nasci ad vitā, cùm vi
fuerunt pro vita. Porrò quāta sublimitas in cō
ne fuerit, non est currētis linguæ volubilitate
b Mat. 3. et 11. dum, sed euāgelicæ dignitatis comprobandū e
Rigida vestis et durissimis hispiditatibus cōtex
re squalifero corpus afficit patriarchæ; carnem
rimam immatura districtio disciplinę feritate co
teneros artus, & sacratiori spiritu superfusos, co
quassat longitudo martyrij. Cibus autem eius

erat? Non quæruntur perdices, fasiani, seu aliæ aues: nō per totam curritur regionē, vt patriarchalis stomachus impleatur: sed erat esca eius locusta & mel syluestre. Cœli rore pascitur, & animalis vilissimi satiatur edulio, nihilq; coctū accepit ieiunātis austeritas. Castigato vētri, & diuturna maceratione distēto, ignota fuit varietas ferculorum, nec introiuit in os eius, quod gulam alliceret, suffarciret ventrem, stomacho blandiretur.

At, quia verisimile est, nullos hāc literalē viuēdi rationem D. Io. Baptistæ nūc velle imitari, adferā aliā ex Innocētio faciliorē, quā omnes salutis suæ studiosos, spero libēter amplexuros. Multi, inquit[a], gaudēt in natiuitate Ioānis secundū tropologiā, vniuersi videlicet, qui nascentē in se Dei gratiā cū mētis hilaritate suscipiūt, & conseruant. De qua dicebat & orabat Psalmista[b]: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me. Ioānes enim interpretatur Dei gratia, quæ per affectū concipitur. Et multi in natiuitate eius gaudent, videlicet omnes boni, qui proximo suo cōgratulantur in bono. Propter quod veritas dicit[c]; luceat lux vestra corā hominibus, vt videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Est ergo summoperè prouidendū, vt qui gaudemus exterius in corpore, gaudeamus intus exultantes in mēte: Non est autē impiis gaudere dicit Dominus[d]: nec est pax ossibus meis à facie peccatorum. Quocirca purgemus animas nostras à maculis peccatorum, vitiorū, vt tātæ solennitatis gaudiū dignè celebrare possimus: ne fortè simus ex illis, qui lætātur cùm malefecerint, & exultāt in rebus pessimis: & tenent tympanū & citharā, & gaudēt ad sonitū organi, sed in pūcto ad inferna descēdunt.

Si quis verò obijciat, D. Augustinū diem suū natalē prādio celebrasse: Fateor, sed sicut ipsemet scripsit[e], tenui, vt ab eo nihil ingeniū impediretur. Verū diligēter à lectore illic animaduerti cuperē, quos se cōuiuas habuisse cōmemoret, & quo studio ac intētione eos inuitauerit: nō ad indulgendū genio, nō ad curandū cutē, sœcūdos euacuandū calices, potandū haustus ęquales, comedendas placētas, pastillos, artocreata, & alia his similia delicata & oppipara fercula, sed ad tractādū & disputādū omni cū sobrietate, modestia, ac pietate de vita beata; de

a *serm. 3. de nati. Io. Baptistæ.*

b *Psalm. 50.*

c *Matth. 5.*

d *Psalm. 37.*

e *in lib. de vita beata.*

de qua tunc librum suum, quem de illa scripsit, tri
disputatione compleuit, quemadmodum ipse testa
a *lib.1.retract. cap.2.* reliquit[a]. Quod si hoc modo Canonici & alij eccle
stici suos iam celebrarēt natales, profectò illos appr
laudarem, nec tam prolixum hac de re scribendi l
uissem laborem. Deinde quod D. Augustinus nat
suum celebrauerit, & aliis, vt hoc ipsum in spirital
dio facerent, docuerit, propter sui temporis haere
feciſſe videtur: qui sustinebant, non esse bonum na
idcirco natiuitatem nostram non colēdam. Quam
nionem ipse longa disputatione refutat in libro d
b *cap.127.* uersis quæstionib[b]. Vbi inter alia dicit; Certè cr
homo gaudet cùm fuerit Dei dignationem adepta
meliorari se credit, dum sacramentū creatoris ad
quod vtique non assequeretur nisi natus: quia
natiuitatis, cognitio est veritatis. Et si encœnia cu
bantur Hierosolymis, id est, dedicationis temp
agebatur festiuitas: quanto magis ipsius homin
brandus natalis est, qui magis templum Dei est:
etiam ad agendum Deo gratias manibus temp
fabricatum. Melius est enim templum corpus ma
quia hoc Dei opere, illud verò humano labore co
ctum est: & hoc sub spe æternitatis est, illud pos
nis. Itaq; qui Deo instituente natum se nouit, re
tias agat, cognitum habens mysterium eius, de
natali suo gaudere, videns profectū esse natiuitat
Verè autem nasci illi non debuerunt, qui creatore
relinquentes gloriam eius aliis deputant: horum
natiuitas proficit ad pœnam, sed non natiuitat
incurrit, sed voluntas. Itaque non video reos fie
mines, quia nati sunt, sed quia malè conuersa
Promissum est regnum cœlorum natis benè agen
vt neque natiuitas profit malè agenti, neque
possit benè agenti. At respondetur è contra: Si
natiuitas, cur renascimur? Non renasceremur, nis
esset natiuitas. Renasci enim renouari est, & qu
uantur, instaurantur. Non ergò accusat renas
natiuitatem, sed reformat. Et quod reformatur, bo
initio institutum probatur. Hæc ille.

D. Ambrosius ad Felicem Episcopum Com

scribens[a], quomodo natalem suum, non lautis ac delicatis conuiuiis & cõpotationibus, sed piis orationibus & meditationibus in ecclesia celebrare debeat, egregiè instruit, atque inter alia dicit: Natalem tuum prosequemur nostris orationibus, & tu nostri in tuis votis non obliuiscaris. Te noster spiritus comitabitur, tu quoque cùm ingredieris secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, facito nostro more, vt nos quoq; tecum inducas cum spiritu. Adolens aureum illud thymiamaterio, nos ne intermiseris. Ipsum est enim quod in secũdo tabernaculo est, de quo plena sapientię oratio tua, sicut incensum, dirigitur ad cœlestia, &c. Episcopis lectu dignissima.

a *epist. 5. lib. 1.*

Postremò D. Ioan. Chrysostomus erudiens nos quomodo dies Dominicus & natalitia nostra à nobis celebranda sint. Iam, inquit[b], si nos natalitia celebramus, & multi libertinorum etiam eos dies, in quibus libertate donati sunt in magno habent honore, ita vt alij venerando tempus, conuiuia faciant, alij multa munera largiantur: quanto magis nobis dies ille obseruandus, quē si quis natalitium totius humanę naturæ appellet, haud aberrarit. Perditi enim eramus, & inuenti sumus: mortui eramus & reuiximus: inimici eramus, & reconciliati sumus. Spirituali autem honore hunc diē venerari oportet, non conuiuando, non vinum profundēdo, non ebrietati choreisque vacando, sed indigentes fratres liberalitate facili iuuando.

b *in Hom. de elecmos.*

De Calendarum Ianuarij & Vigiliæ earundem ritu ac cultu. CAP. XIII.

PORRÒ, quia Calendas Ianuarij, earumque vigiliam, cõuiuiis, compotationibus, strenis, tripudiis, cantilenis & aliis ad gentilium imitationem[c], ritibus coli & obseruari vidimus, quid de illarum celebratione & obseruatione sancti Patres statuerint & docuerint Christianis faciendum esse iam dicemus. Inprimis à S. Zacharia Papa statutum legitur[d]: Si quis Calendas Ianuarij ritu paganorum colere, vel aliquid plus nouũ facere propter nouũ annum, aut mensas cum lampadibus vel epulis in domibus præparare, & per vicos

c *Polyd. de rer. inuent. lib. 5. cap. 2.*

d *c. si quis. 26. q. 7. Calẽdas Ianu. ritu gentili nõ colendas.*

& plateas cātores & choros ducere præsumpserit, a
thema sit. D. verò Augustinus [a]: Non obseruetis, in
dies, qui dicuntur AEgyptiaci, aut Calendas Ianu
quibus cantilenæ quædam & comessationes, & ad
cem dona donātur, quasi in principio anni boni fa
gurio, aut aliquos menses & tēpora, aut dies & a
aut lunæ solisque cursum: quia qui has & quasc
diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat, aut a
aut consentit obseruātibus, inutiliter & sine cau
gis ad sui damnationem, quàm ad salutem tend
qui per quosdam numeros literarum & lunæ, &
Pythagoricam necromantiam ægrotantium vi
mortem; vel prospera, vel aduersa futura inqui
qui attendunt somnialia scripta, & falsò Dani
mine intitulata: & sortes, quæ dicūtur sanctorum
stolorum; & auguria auiū; aut aliqua pro domo
da; aut propter cōiugia copulanda; aut in collec
herbarum carmina dicunt; aut pyctociola pro
infirmitate scripta super homines & animalia p
præter symbolum & orationem Dominicam; a
gicis falsitatibus & grandinariis tempestatibus
Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domu
tes, aut suis domibus introducunt, & interrogan
se fidem Christianam & baptismum preuaricas
ad paganum & apostatam, id est, retrò abeūtem,
inimicum, iram Dei grauiter in ęternum incurr
ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo recon
Dicit enim Apostolus [b]: Siue manducatis, siue
siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini no
Christi facite. His conuenienter addere licebit, q
Isidorus in eandē scribit sententiam, dicens [c]: Ie
Calendarum Ianuariarum propter errorem gen
instituit Ecclesia. Ianus enim quidam princeps p
rum fuit, à quo nomen mensis Ianuarij nunc
Quem imperiti homines, veluti Deum colentes,
gionem honoris posteris tradiderunt, diemque
scenis & luxuriæ sacrauerunt. Tunc enim miseri
nes, &, quod peius est, etiam fideles sumentes
monstruosas in ferarum habitu trāsformantur: a
mineo gestu demutati, virilem vultum effæminā

a *in c. non obseruetis. 26. q. 7. Durand. in ratio. diuin. offic. lib. 6. cap. 15. in fin.*

b *1. Corint. 10.*

c *lib. 1. de eccles. offic. cap. 40.*

Calendæ Ianuarij quomodo à gentilibus cultæ.

nulli etiam de fanatica adhuc consuetudine, quibusdam ipso die obseruationum auguriis profanantur: perstrepunt omnia saltantium pedibus, tripudiantium plausibus, & quod his turpius est nefas, nexis inter se vtriusq; sexus choris, inops animi, furens vino turma miscetur. Proinde ergò sancti Patres, considerantes maximam partem humani generis eodē die huiusmodi sacrilegiis ac luxuriis insidere, statuerunt in vniuerso mundo per omnes ecclesias publicum ieiunium, per quod agnoscerent homines intantùm se prauè agere, vt pro eorum peccatis necesse sit omnibus ecclesiis ieiunare.

Ieiunium Calend. Ianuarij cur institutū.

Dn. Albinus Flaccus Alcuinus suam de his Calendis opinionem proferens a; Hæ Calendæ, inquit, secundum dementiam gentilium potius dicendæ sunt cauendæ, quàm calendæ. Ea siquidem tempestate (quādo iudices præerant filiis Israël, hoc est, ante Samsonem) fuit quidam princeps Gentilium in Italia, nomine Ianus, à quo Ianuarius mensis posteà nuncupatus est. Hunc verò Ianum imperiti homines, qui Deum non cognoscebant, quasi Regem metuebāt, & pro Deo illum colere cœperunt, duasque illi facies figurauêre, propter Oriētem & Occidentem: necnon & quadrifrontem appellauerunt, id est, Ianum geminum, propter quatuor partes, seu elementa quatuor, atque tempora quatuor. Sed cùm hoc facerent, formabant potius monstrum, quàm Deum. Vnde Numa post Romulum hunc esse primū mensem anni voluit, tanquam bicipitis Dei mensem respicientem, ac prospicientem transacti anni finem, futuriq; initium: & Ianuarium vocatū, eò quod sit limes & ianua anni. Vnde imperiti homines veluti Deū colentes, diē ipsum multis spurcitiis sacrauerunt. Quidam mutabant se in species monstruosas, in ferarumque habitus transformabāt. Alij in fœmineo gestu mutati, virilem vultū effœminabant. Nec immeritò virilem fortitudinē non habēt, qui in mulieris habitum transierunt: aliqui fanaticis auguriis profanabantur, perstrepebant saltando pedibus, tripudiando plausibus: nōnulli ita auguria obseruabant, vt focum de domo sua, vel aliud quodcunq; beneficium, cuiquā petenti minimè tribuerent. Diabolicas etiam strenas & ab aliis accipiebant, & ipsi aliis

a *in lib. de diuin. offic. tit. de Calend. Ianua.*

Ianus cur bifrons & quadrifrons dicatur.

Vide Durand. in ratio. diuin. offic. lib. 6. cap. 15.

tradebant. Necnon etiam mensulas plenas ad man-
candum tota nocte paratas habebant, credentes o-
Calend. Ianuarij per totum annum præstare posse-
quia his atque aliis miseriis mũdus vniuersus re-
erat, statuit vniuersalis Ecclesia ieiunium publicu-
die fieri, quatenus his calamitatibus auctor vitæ i-
imponeret. Sed quia Domino largiente, hæc à fid-
pro nihilo habentur, licet quantulæcunq; similno-
quod absit, adhuc lateant in feris hominibus, em-
men conamine prohibendę sunt atque pellendæ
enim aliud quicquam noui in istiusmodi Calend.
mendum est, nisi quod & in aliis Calend. mensi-
cepto quod octauæ Dominicæ cum eximio cult-
brantur. Sed neque illud reticendum, quod dum
die hæ superstitiones diabolicæ Romæ agerentu-
dam S. Almachius, cùm diceret: Hodie octauæ d-
minicæ sunt, cessate ab his superstitionibus id-
& sacrificiis pollutis, iubente Alypio vrbis p-
hac de causa interfectus est. Quo scelerato crim-
tyrãnidis exemplo pastores fortasse territi ac p-
videntur cessasse populum redarguere de præs-
perstitionibus, & exhortari atque vrgere ad
ieiunij obseruationem: Atq; hac ratione istud
præceptum prorsus in desuetudinem veniss-
& illas, si non omnes, saltem pleraſque ad hæc
tempora perseuerasse; nisi quod quæ olim ipsis C-
fieri solent, nunc aliqua eorum in illarum vigi-
vespera & nocte præcedente fiant. Verùm qui-
ethnici non tãtùm Ianuarij, sed etiam cæterorum
sium Calendas variis inhonestis & indecentibus
celebrare consueuerãt [a], idcirco hæc generalis à
no Papa promulgata fuit constitutio [b]. Non lic-
quas obseruationes agere Calendarum, & otiis
neque lauro, aut viriditate arborum cingere d-
Omnis enim hæc obseruatio paganorum est.

Ieiunij publici origo Calend. Ianuarij.

a *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 15.*
b *c. non licet. 26. q. 7.*

Vincite igitur oro prauam & pernicioſam cõ-
dinem celebrandi Calendas Ianuarij, eiusque vigi-
& cogitate, quod non hoc solũ graue est, quod eu-
sic colunt, sibi damnum & Dei indignationẽ assci-
sed & quod multis aliis scandalo sunt. Quippe hęc
gen-

gentiles & Iudæi videntes eos, qui quotidie in templo versantur, & sacra officia peragunt, talia facere, quomodo res nostræ religionis pro deceptionibus non habeantur: & non idem de omnibus nobis suspicabuntur? An non auditis beatum Paulum admonentem & consulentem clara voce [a]: Absq; offendiculo estote? Deinde ne putetis de nostris tantùm admonere, subdit: & Iudæis & Gentibus. Et tandem adijcit: & Ecclesiæ Dei. Nihil enim ita offendit, & nocet religioni nostræ, vt scandali ansam præbere infidelibus. Nam quando vident aliquos è nostris virtute conspicuos, huius vitæ negotia & curas è sublimi cõtemnere, carnis desideria non sectari, multos ex ipsis malè habet: plerique admirantur & obstupescunt, quod cum eiusdem naturæ nobiscum sint, non concedantur ipsis eadem. Denique quando vident paruum aliquod delictum nostrorum, statim linguam exacuunt simul contra nos omnes, & ex vnius delicto totum clerũ iudicant. Neque hoc contenti sunt, sed statim aduersus caput suum loquentes, ob seruorum delicta etiã communem Dominum blasphemare audent, & putant velamẽta errorum suorum esse aliorum desidiam & peccata. Quod autẽ hoc maximè periculosum sit his, qui blasphemiæ occasionem præbent, audiamus prophetam clamantem, & ex persona Dei dicentem [b]: Væ vobis, quia propter vos nomen meum blasphematur in gentibus. Terribile hoc verbum est, & horrore plenum. Væ enim, hoc est, quasi lamentantis supplicium illos non euasuros. Porrò sicut hos qui per suam negligentiam ac peccata causam illis præbent blasphemiæ, tanta manet pœna ac condẽnatio: ita è diuerso virtutum studiosis sit multarũ coronarum materia: quod docens Christus dicebat [c]: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Nam quemadmodum illi delictis aliquorum offensi, linguã acuunt contra Dominum nostrum: sic, inquit, si virtutem exercueritis, videntes vos homines, non vos tantũ laudabunt; sed cùm viderint opera vestra lucentia, & facies vestras illustrantia, ad glorificandum patrem vestrum in cœlis prorumpent: cumque hoc ab illis fit, rursum no-

a 1. Corint. 10.

b Isa. 52. Ezechiel. 36. Rom. 2.

c Matth. 5. & quatuor. 12. q. 2.

sum nostræ retributiones augebuntur, & multa bona concedet Deus, eo quòd ab illis laudetur. Ergo igitur faciamus fratres, vt per nostra opera glorificetur Dominus noster, & nulli simus offendiculi occasio.

a *Chrysost. Hom. 7. in Genes.*

Quomodo Vigilia Epiphaniæ celebranda sit. CAP. XIIII.

PRÆTEREA, deplorandum etiam mihi videtur vigiliam Epiphaniæ in tantam venisse detrimentum & gentilitatem, quasi (vt sic loquar) vt non ritè acta, nisi vesperi creetur & inauguretur Rex, tur oppipara cœna, incendantur multæ candelæ norem & inaugurationem Regis, eoque bibente metur ab omnibus discumbentibus, apertis & capitibus: Rex bibit. His, inquam, & aliis ritibus uiis ac voluptatibus nisi traducatur vespera in noctem, non rectè vigilia ista celebrata creditur tum ieiunet, vel à cœna abstineat, simulatæ pietatis, & sanctitatis notatur & arguitur. O ô mores, ô, quàm procul à prima vigiliarum ne, & earundem in ieiunium mutatione iam est. Refert Polydorus Vergilius b ex Tertulliano ad vxorem: Morem fuisse statim ab initio religionis, vt, quia Seruator Christus noctu luisset, sacerdotes nocturno tempore surgerent, canonicas canerent, ac profani similiter viri lieres de media nocte surgerent, & dies, præsch schales, agerent pernoctantes in templo, ibique & die cœnæ Domini conuiuium concelebrarent, Dominicum conuiuium appellabant, vnàque frequenter conuiuarētur, vbi simul inopes cibo bantur. Hęc & huiusmodi sancti illi (vt D. Hieron ait c) cecinerunt, fecerunt, ac scripta reliquerunt, corum posteri paribus excitaremur exemplis, brandas etiam noctibus salutis nostræ excubias nempe ex præcepto Domini fiebat, dicente suis lis d: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? late & orate, vt non intretis in tentationē: spiritus dem promptus est, sed caro infirma. Et Propheta ipsum decantat e: Media nocte surgebam, vt con

b *lib. 6. de inuen. rer. cap. 4.*

c *in ferm. de obseruat. vigil.*

d *Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.*

e *Psalm. 118.*

tibi superiudicia iustitię tuę. Item Apostolus ait[a]: Orationi insistite vigilantes. Hinc populus quoque imitans illos & pastores, qui circa Bethleem atque gregē suum noctercubias agentes[b], meruerunt primi de ortu Domini cognoscere, solebat ea nocte, quę diem quempiam praecessisset solennem, in templis ad sepulchra martyrū pernoctare orando, sacrosque hymnos canendo. Sed quia ea pietas postea paulatim in impietatem, illi sacri hymni in dissolutas cantiunculas, preces illæ in procaces affectus verti cœperunt: ita vt in eo nocturno conuentu, pueri puellæque amores suos iam licentius meditari, iuuenes palam stuprum offerre, senes lenociniū facere, & matronæ passim corrūpi minus erubescerent. Quod Patres vbi animaduerterunt, ne id malum latius serperet, tandem instituerunt loco vigiliarum, ieiunium illis diuis, pridie diei cuiusque festi, si ille celebris ac solennis esset, & vt sacerdotes nihilominus de media nocte surgerent, ac horas suas celebrarent: quia vti Cyprianus ait[c], efficax fit precatio præcedente ieiunio. Manstit dein vigiliarum, id est, officij nomen huiusmodi ieiunio, quod æquè obseruatur ac quadragesimale. Ita Aegyptij, teste Herodoto[d], pridie diei festi, solenne ieiunium habere, & postquam dormierant, vaccam immolare solent. Hunc ritum attendāt, qui eiusmodi diebus grauatè abstinent, quando inde scire licet, nos à priscis hominibus istum accepisse abstinentiæ modum, vt non videantur nouum obiisse munus.

a *Coloss. 4.*

b *Luc. 2.*

c *in serm. de ieiun. & tenta.*

d *lib. 2. histo.*

Ioannes verò Belethus insignis academiæ Parisiensis olim Theologus, de diuinis officiis scribens circa an. Dn. 1153: Solebant, ait[e], maiores nostri illa nocte, quæ proximè festum præcedebat, vigilare, vnde & vigilias appellabant dies festa proximè præcedentes, ad quas conueniebant iuuenes & puellæ, cantores & lusores, sicut adhuc fit in plerisque regionibus, vt in Pictauia, præcipuè in festis patronorum ecclesiarum. Sed quoniam multa inde nascebantur incommoda, institutum fuit, vt in locum vigiliarum succederent ieunia, vt eo demum modo comessationes superfluæ & ebrietates, quæ crebrò contingebant, tollerentur è medio. Quod in ea forma ab Ecclesia ita dispensatum

e *lib. de diui. offic. cap. 11.*

satum accepimus. Si quis tamen ieiunaret & vigi-
is vtique haud malè faceret. Nihil enim verat
duplicare. Eheu, quò ergo nos iam deuenimus, q-
Epiphaniæ vigiliam, neque illius loco instituta
nium obseruamus, sed per hoc abrogatarum
Patribus comessationum, ebrietatũ, luxuriarum
luptatum diuersarum obseruatores tenacissimi

His addere licebit, quod Guilielmus Duran-
scopus Mimatensis an. Dn. 1286 ad instituti
firmationem scripsit, dicẽs [a]: Sciendum autem
in primitiua Ecclesia ministri ecclesiæ ter de
terpolatim surgebant, ad diuinum officium
dum; tria in hoc tempora designãtes, videlicet
ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ.
bant enim primò, circa primum somnum, quan
gus solet ire dormitum: secũdò, circa mediam
tertiò, paululum ante diem; sic ordinantes vt
nocturnum & lectiones cum suis responsoriis
perlectæ essent, prius quàm lucesceret: appare
aurora pulsatis campanis cantabant: Te Deum
mus, & matutinas laudes. Ad primam nocturn
tifex & ministri Ecclesiæ surgebãt, quæ sine
cantabatur, pro eo, quia nullus ad hanc inuitaba
vocabatur vigilia, quia habuit initium à pasto
gilias noctis super greges suos seruantibus. In
tamen solẽnitatibus populus tota nocte in De
persistebat, ac vigilabat, quod adhuc Romæ &
risque locis in magnis festiuitatibus, præsertim
rum patronorum ecclesiarum obseruatur. Sed
sores, & cantores conueniebant, & turpibus
& saltationibus, & comessationibus, potatio
fornicationibus intendere cœperunt; propter
multa alia inconuenientia, quæ fiebant, huius
giliæ sunt interdictæ: & institutum, vt loco
ieiunia, quæ ieiunia adhuc retinent nomen
communiter vigiliæ, & non ieiunia nuncupãtur.
tamen ieiunaret, & honestè in ecclesia vigilaret,
bene faceret. Ad secundam nocturnam surgebant
stri simul & coniugati [b], tam mulieres, quàm
cum inuitatorio dicebatur: ad significandum

[a] *in ratio. diuin. offic. lib. 5. cap. 3.*

[b] *Guil. Durand. in ratio. diuin. offic lib. 6. cap. 7.*

inuitantes pastores, ad videndum Regem natum. Ad tertiam surgebant omnes communiter: sed posteà algescente charitate, cum omnes tam ministri ecclesiæ, quam populus surgere ad matutinum officium pigritarent, statutũ est, vt omnes media nocte surgerent, iuxta illud Prophetæ [a]: Media nocte surgebam, &c. Et totum noctis officium continuè cantaretur, & plures adhuc illa hora surgunt. Quia verò quidam nocturnis deliciis plus quàm Dei seruitiis vacantes, institutionem huiusmodi non seruabant, consequenter statutum fuit, vt saltem tempore vltimi nocturni omnes surgant. A nonnullis nocturnum officium in quatuor partes est distinctum, scilicet in tres nocturnas, & matutinas laudes, quod per quatuor noctis vigilias contra quatuor hostiũ persecutiones, antiquitus Ecclesia decantabat. Porrò in memoriam illius laudabilis consuetudinis, & deuotionis antiquorum, in tempore æstiuali celebrat Ecclesia nocturnum officium in tempore primæ nocturnæ; licet quandoque tempestiuius (quod quidam vigilias sub antiquo nomine vocant) & specialiter in festiuitatibus beatorũ Ioannis Baptistę, Petri & Pauli, & Assumptionis beatæ Mariæ: quæ sunt præcipuæ illius temporis solennitates. Romani etiam adhuc in præcipuis festiuitatibus totius anni, in sero dicunt tres psalmos, & tres lectiones, quos vigilias vocant; & in nocturnis idem repetunt: & totum officium matutinum perficiunt [b]. Vigiliam autem Epiphanię olim in Ecclesia fuisse celebrem, testantur antiqua Rom. Missalia & Breuiaria, & liber munum ecclesiasticorum SS. Rom. Ecclesiæ [c], Micrologus [d]. Rodulphus de Riuo [e], & alij. Et illam in iuniam, sicut aliorum solennium festorum, mutatam esse, euidenter constat ex concilio Salegunstadiensi Benedicto papa 8. & Henrico Imp. 2. celebrato circa annũ Dn. 1032. Quare, qui contendunt & sustinent illam non ieunio, sed comessationibus, potationibus, regum inauguratione, cantilenis, choreis, & aliis lasciuiis ac voluptuosis carnalibus colendam esse, à recta videntur nobis aberrare via. D. enim Chrysostomus auditores suos inuitans ad celebrandum festum Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ [f]: Rogo, inquit, vos omnes, obsecroque

a *Psal.* 118.

b *Guil. Durand. in ratio. lib. 5. cap. 5.*

c *lib. 2. cap. 27.*
d *de eccles. obseruat. cap. 40.*
e *de cano. obseruan. propos. 19.*

f *in orat. de S. Philogonio.*

croque, vt summo studio, summaque cum al
velitis adesse, sed prius suam quisque domum
get, vt videamus Dominum nostrum in cuni
tem, ac fasciis inuolutum; horrendum ac stup
spectaculum. Quid enim excusabimus, aut qu
niam obtinebimus, si quum ipse nostra causa de
rit è cœlis, nos ad illum vel ex ædibus ire gra
quum alienigenæ barbarique ex Perside accurra
lum videant in præsepi iacentem, tu verò ne bre
dem spatium emetiri sustines, vt hoc felici spe
perfruaris. Nam si cum fide accesserimus, proci
videbimus illum in præsepi iacentem. Siquide
mensa vicem explet præsepis. Nam & hic pon
pus Dominicum: non quidem fasciis inuolu
tunc, sed vndiquaque Spiritu sancto conuestitu
mysteriis initiati sunt; intelligunt quæ dicun
Magi quidem nihil aliud quàm adorant, tibi
cum pura accesseris conscientia permittemus
mas, & sumpto domum abeas. Accede igitur
que munera offerens, non qualia deferebant
multo religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offe
perantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus,
puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia.
lerunt illi myrrham, offer tu modestiam & c
missum cum eleemosyna. Quod si hisce cum
bus accesseris, multa cum fiducia particeps
sacræ mensæ. Nam hæc ideo nunc loquor, quod
certò futurum, quod in illa die complures irre
accedant, irruantque ad victimam hanc spiritual
igitur ne faciamus ad detrimentum & conde
nem animæ nostræ, sed ad salutem, iam nunc
obsecroque, vt omnibus modis repurgatis an
stris, ita demum adeatis mysteria. Ex quibus C
stomi verbis facilè cognosci potest, quomodo
dicio ac censura, vigilia Epiphaniæ peragenda
branda fuerit.

D. verò Leo Magnus papa de hac festiuitate
nem faciens [a]: Gaudete in Domino, inquit, dilect
iterum dico gaudete, quoniam breui interuallo
ris post solennitatem Natiuitatis Christi festiui

a serm. 2.

clara

clarationis eius illuxit, & quem in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Agnoscamus ergo in Magis adoratoribus Christi, vocationis nostræ fideique primitias, & exultantibus animis beatæ spei initia celebremus. Honoretur itaque à nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostræ auctor apparuit, & quem Magi infantem venerati sunt in incunabulis, nos omnipotentem adoremus in cœlis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas Domino munerum species obtulerunt: ita & nos de cordibus nostris, quæ Deo sunt digna, promamus. Quamuis enim omnium bonorum sit ipse largitor, etiam nostræ tamē fructum quærit industriæ. Non enim dormientibus prouenit regnum cœlorum, sed in mandatis Dei laborantibus atque vigilantibus; vt si dona illius irrita non fecerimus, per ea quæ dedit, mereamur accipere quod promisit. Vnde cohortamur dilectionem vestram, vt abstinentes vos ab omni opere malo, quæ sunt casta & iusta sectemini. Filij enim lucis abijcere debent opera tenebrarum. Itaque odia declinate, mendacia abijcite, superbiam humilitate destruite, auaritiam largitate delete. Decet enim vt capiti sua membra conueniant. Diligite castimoniæ puritatem, quia Christus virginitatis est filius: abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. Induite vos virtutem patientiæ, in qua animas vestras possitis acquirere, quoniam qui cunctorum est redemptio, ipse est omnium fortitudo. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Per viam veritatis & vitæ constanter incedite, nec vos impediant terrena, quibus sunt parata cœlestia[a]. Fugiantur noxiæ voluptates, inimica gaudia, & desideria iam tamquæ peritura. Quis fructus, quæ vtilitas, ea indelinenter cupere, quæ etiamsi non deserant, deserenda sunt? Amor rerum deficientium ad incorruptibilia transferatur, & ad sublimia vocatus animus cœlestibus delectetur. Dum itaque tempus vobis ad mandata Dei exequenda conceditur, glorificate Deum in corpore vestro, & lucete dilectissimi sicut luminaria in hoc mundo. Sint lucernæ mentium vestrarū semper ardentes, & nihil resideat vestris tenebrosum in cordibus.

[a] *Leo serm. 1. de Epipha.*

Quoniam

a Ephes. 5. Quoniam sicut ait Apostolus[a]: Fuistis aliquando
nebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis
late: impleaturque in vobis, quod in trium Ma
imagine præcessit. Et sic luceat lux vestra coram
nibus, vt videntes opera vestra bona, magnifi
trem vestrum, qui in cœlis est. Sicut enim ma
peccatum est, cùm inter gētes propter malos C
nos nomē Domini blasphematur: ita magnum
est meritum, cùm idem in sancta seruorū suo
b Leo serm. 5. de Epiphan. uersatione benedicitur[b]. Magnum verò nobis
(vt D. Gregorius inquit) Magi innuunt, quod
nem suam per aliam viam reuertuntur. In eo
quod admoniti faciunt, nobis profectò insinuant
faciendum. Regio quippe nostra paradisus est
IESV cognito, redire per viam, qua venimus
mur. A regione etenim nostra superbiendo,
do, visibilia sequendo, cibum vetitum gustan
simus: sed ad eam necesse est, vt flendo, obedien
bilia contemnendo, atque appetitū carnis re
redeamus: quoniam qui à paradisi gaudiis per
menta discessimus, ad hec per lamēta reuocam
necesse est, fratres charissimi, vt semper pauid
que suspecti, ponamus ante oculos cordis hi
operis, illinc iudiciū extremæ districtionis. Pe
quàm districtus iudex veniat, qui iudicium mi
latet; terrores peccatoribus intentat, & tamen
sustinet, & idcirco venire citius differt, vt mi
niat quod condemnet. Puniamus fletibus culpas
c Psalm. 94. Psalmistæ voce[c] præueniamus faciem eius in
sione. Voluptatū nos ergò fallacia nulla deci
vana lætitia seducat. In proximo namque est
d Luc. 6. dixit[d]: Vę vobis, qui ridetis nunc, quia lugebi
e Prouerb. 14. bitis. Hinc enim Salomō ait[e]; Risus dolore mi
f Eccles. 2. & extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum
Risum reputaui errorem, & gaudio dixi: Qui
g Eccles. 7. deciperis? Hinc rursus ait[g]: Cor sapientium, vbi
tia est: & cor stultorum, vbi lætitia.

O vtinam omnes & singuli Prælati ac pastores
Calendis Ianuarij, & ipso Epiphaniæ vere nunc
subditis suis possent, quod D. Ioan. Chrysostomus

vel alia simili solennitate dixisse ad suos videtur: Hesternum, inquiens, diem, quum esset festum, fecistis festum spiritus, quia multo cum animi studio recepistis ea, quæ à nobis dicebantur, maximamque diei partem in eo consumpsistis, ebrij temulentia quadam sobrietatis plena, cumque Paulo ducentes choreas. Qua quidem ex re nobis geminum accreuit lucrum; primum, quod ab indecora temulentorum saltatione abstinuistis, deinde quod spiritualibus saltastis tripudiis, quibus plurimũ adest decoris ac modestiæ. Adhæc quod crateris participes fuistis, non mero, sed spirituali doctrina redundantis: neque saltastis ad tibiæ, citharæque modos, sed ipsi tibia citharaque fuistis Spiritui sancto: quumque cæteri choros ducerent diabolo, vos eo quod hoc in loco versabamini, præbuistis vos ipsos organa vasaque spiritui, exhibuistisque animas vestras, ceu musica instrumenta, quæ Spiritus sanctus pulsaret, moueretque; præbuistis corda vestra, velut organa, quibus gratiam suam inspiraret. Vnde modulatum concentum reddidistis, non solùm homines demulcentem, verumetiam supernas virtutes delectantem. Agè itaque & hodie, aduersus ebrietatem armemus linguam, istamq; vitam madidam ac dissolutam prosternamus; vituperemus istos, qui in ea totis diebus versantur, non vt illos pudefaciamus, sed vt eos à pudendis liberemus; non vt illos probris afficiamus, sed vt eos corrigamus; non vt illos traducamus, sed vt ab infami traductione, & à diaboli, hoc est traductoris manibus eripiantur. Quisquis enim in temulentia totos agit dies, quisquis in deliciis & in gurgitatione, sub diaboli tyrannidem redactus est. Atq; vtinam oratio hæc nostra profectus aliquid adferat.

An clerici Bacchanalia celebrare possint.

CAP. XV.

VERVM, quia dici solet: semel in anno ridet Apollo: quæritur num ecclesiastici Bacchanalia seu carnispriuia celebrare iã possint dominica Quinquagesimæ, quæ vulgò à Flãdris **Papen-vastelauont** vocatur: Ad quam quæstionem respondendum nobis videtur, quod cùm ex decreto [a] S. Aniceti papæ clerici, laicis

[a] *epist. 1. cap. 4. & c. prohibet, dist. 23.*

laicis & ſimplicibus, virtutis, honeſtatis, pudicitiæ
grauitatis exemplar eſſe debeant: ac ſe ipſos tanquam
ſignum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem
denter exhibere, nequaquā Bacchanalia, celebrare
ſunt, & præſertim ſacerdotes, licet ab illorū diſſolu
voluptaria, & luxurioſa vita Dominica illa ſuam
pellationem ſortita videatur, in turpem ac inhonestam
totius cleri notam. Quia cenſore D. Gregorio[a],
Dominicum ſacerdotem moribus & vita clare
quatenus in eo tāquam in vitæ ſuæ ſpeculo plebs
miſſa & eligere quod ſequatur, & videre poſſit
corrigat. Dolendum profectò ac deflendum huius
Bacchanalia adhuc à Chriſtianis nominari, nedum
lebrari, cùm iam olim ante Chriſtum natum Ro
ſeueritas illa damnarit, eo quod ſub nomine religi
corruptelæ omnis generis fieri cœpiſſent: ab his
facinora & flagitia orta ſunt, teſte Liuio[b]. In his
& aliis ſimilibus non debent eccleſiaſtici ad vulg
multitudinis exempla reſpicere; quæ nullā qua
plinam ſequens, nullum viuendi tenens ordinem
tam ratione ducitur, quàm quodam impetu ferta
imitādi nobis illi ſunt, qui ſub Chriſtiano nomine
tilem vitam agunt, & aliud profeſſione, aliud con
ſatione teſtantur: atque (vt Apoſtolus ait[c]) Deum
fitentur ſe noſſe, factis autem negāt. Inter Chriſtianum
& Gentilem, non fides tantùm debet, ſed etiam
diſtinguere; & diuerſam religionem per diuerſa
monſtrare. Nolite, ait Apoſtolus[d], iugum ducere
infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum
tate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ
conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fidelis
infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum
Sit ergo inter nos & illos maxima ſeparatio. Di
tur certo diſcrimine error & veritas: illi terrena
qui cœleſtia promiſſa non habent: illi breui hu
ſe totos implicent, qui æterna neſciūt: illi pecca
metuant, qui peccatorum impunitatem putant: illi
uiant vitiis, qui non ſperant futura præmia virtu
Nos verò qui puriſſima confitemur fide, omnem
minem manifeſtandum eſſe ante tribunal Chriſti

a *epiſt. 32. lib. 7.*

b *Decad. 4. lib. 9. Polyd. de rer. inuen. lib. 6. cap. 4.*

c *Tit. 1.*

d *2. Corint. 6.*

recipiat vnusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonum, siue malum, procul esse debemus à vitiis, & concupiscentiis, dicente Apostolo [a]: Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Nec turbam sequantur errantem, qui se veritatis discipulos confitentur. Duas certè conuersationis vias, & distincta in diuersum itinera viuendi, Saluator in euangelio ostendit [b]: Quam, inquit, spatiosa via, quæ ducit ad mortem, & multi sunt, qui intrant per eam, Et rursum: Quam arcta via & angusta est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vide quanta inter has vias separatio sit, quantumque discrimen. Illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. Illa celebratur & teritur à multis, hæc vix inuenitur à paucis. Illa enim vitiis per consuetudinem, quasi decliuior ac mollior, & velut quibusdam amœna floribus voluptatum, facilè ad se rapit commeantiũ multitudinem. Hæc verò insueto calle virtutum tristior atque horridior, ab his tantùm eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est, quàm vtilitas mansionis. Asperam enim nobis & insuauem virtutum viam, nimia facit vitiorum consuetudo: quæ si in partem alteram transferatur, inuenietur, sicut Scriptura dicit, semita iustitiæ leuis. Ponamus ergò iam rationem vitæ nostræ, & per quam potissimùm gradiamur viam, conscientia teste discamus. Omne enim quod agimus, omne quod loquimur (sicut D. Hieronymus inquit) aut de lata aut de angusta via est. Si cum paucis angustum iter & subtilem quandam semitam inuenimus ad vitam tẽdimus. Si verò multorum comitamur viam in Bacchanaliorum celebratione, secundum Domini sententiam imus ad mortem.

a *Galat. 5.*

b *Matth. 7.*

in epist. ad Celant.

Adhæc audiant quæso clerici, quid sancti Pontifices Rom. de Dominica Quinquagesimę decreuerint & sanxerint. Thelesphorus enim omnibus Episcopis scribens [c]: Statuimus, inquit, vt septẽ hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici, id est, in fortẽ Domini vocati, à carne ieiunant; quia sicut discreta debet esse vita clericorũ à laicorum cõuersatione: ita & in ieiunio debet esse discretio. Has ergò septẽ hebdomadas

c *c. statuimus. dist. 4. Durãd. in ratio. diuin. offic. lib. 6. cap. 27. Polyd. de rer. inuen. lib. 6. cap. 3.*

omnes clerici à carne, & deliciis ieiunent: & hym
& vigiliis atque orationibus inhærere die noctuq
a c. denique. dist. 4. deant. Et D. Gregorius a: Sacerdotes ait, & Diacon
reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus
nat, à Quinquagesima propositum ieiunādi susce
quò & aliquid ad pensum sanctæ institutionis ac
& eorum, qui in laicali ordine consistunt, obser
sicut loco, ita & religione præcellant. De ipsa ve
minica hæsitamus quidnam dicendum sit, cùm
laici & seculares illa die plus solito cęteris dieb
ratius cibos carnium appetant: & nisi noua q
auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent
aliter se huius sacri temporis obseruationem
putant: quod vtique non rationi, sed voluptati
dam mentis cœcitati asscribendum est: Vnde
consuetudine auerti possunt: & ideo cum ven
genio relinquendi sunt, ne fortè peiores exis
tali consuetudine prohibeantur. Par autem e
qui his diebus à carnibus animalium abstine
omnibus quoque, quæ sementinam trahunt
carnis, ieiunemus; à lacte videlicet, caseo & o
rum piscium esus ita Christiano relinquitur,
infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat
Denique qui à carne abstinent, nequaquā sum
marinarum beluarum cōuiuia præparent. Vin
que ita bibere permittitur, vt ebrietatem om
giamus: alioquin restat, vt omnia, quæ corp
bent, similiter faciamus.

Quare, licet multi laicorum Dominica Qui
simæ & duobus diebus sequentibus, oppipar
catis vescuntur cibis; & quorum Deus vent
vomitum vsque saturentur, quasi expleru
famem, quam quadragesimali ieiunio pass
laruarum seu habituū peregrinorum assum
ludant, & sub inueterata delirandi licentia, a
sanendi studio dies illos cōsumant, atque
gitia quotidie faciant, & illud impunè; perin
modo cuique liceat esse scelerato; nihilque
credant committi, si vera hominis facies non
quasi non pateāt etiam Deo; quem nemo fide

bigit, fandi atque nefandi iustum esse iudicem: qui & improbos pœna, & probos præmio semper afficiat. Vnam de Belgio nostro narrare possem, quod Polydorus Vergilius de Anglia commemorat[a]: quam eiusmodi personatas belluas ad sua vsque tempora scilicet an. Dn. 1499 non vidisse, nec quidem voluisse videre fatetur, quãdo apud Anglos, in re hac præ aliis sapientiores, lex fuit, vt capitale esset, si quis personas induere t. Illorum, inquam, laicorum exempla clerici sequi non debent, imò quantum in ipsis est, omnem adhibere debent diligentiam, ne diutius laici talia peccata committant, eosque & verbo, & vitæ exemplo, ad meliorẽ viuendi rationem reuocare. Siquidem referente Io. Beletho[b]; cum clerici olim considerabant se præcedere populum ordine, rati sunt æquum esse, vt & sanctitate præirent. Quare, inquit, duos dies addiderunt; & à die Dominica ante inuocauit me, incipiũt ieiunare. D. Ambrosius dicit[c] Pythagoricum mandatum in aliquorum scriptis prædicari: quod ille discipulos suos cõmunem atque vsitatam populo prohibuerit ingredi viam. Sed hoc vnde assumpserit, non est incognitum. Nam cùm ex populo Iudæorum (vt plerique arbitrantur) genus duxerit, ex eius disciplina deriuauit etiam magisterij præcepta, meritòq; magnus apud Philosophos habitus, æqualem (vt aiunt) vix reperit. Legerat itaque diuino præceptum esse oraculo Iesu Naue: vt detritæ & popularis viæ deponerent puluerem, qui viam Domini ambulare desiderarent. Legerat etiam præceptum Moysi, vt montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autẽ deorsum staret. Separauit igitur sacerdotes à populo, & postea ipsum Moysen introire intro nubẽ præcepit. Videtis diuisiones? Nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atque vlu, & moribus illius, dignitas sibi vendicat sacerdotalis. Quomodo enim potest obseruari à populo, qui nihil habet secretum à populo, dispar à multitudine? Quid enim in te miretur, si sua in te recognoscat, si nihil in te aspiciat, quod vltra se inueniat: si quæ in se erubescit, in te, quem reuerendum arbitratur, offendat? Superegrediamur ergò plebeias viuendi rationes, & strata quædã

a *lib. 5. de rer. inuen. cap. 2. Personam induere, apud Anglos capitale est.*

b *in lib. de dign. offi. cap. 78.*

c *epist. 6. lib. 1.*

Pythagoras à Iudæis genus duxit.

gregalis conuersationis, ac detritæ viæ orbitas de
mus, ac vulgaris semitæ solum, quam cum ille, q
vita leuior cursore, de quo dicitur: Transiuit, & non
dit. Sed non quæramus nobis viam inaccessam se
nibus insolentium, inuiam operibus imperitorum
nullus maculosus deterat, maculosus scilicet, ig
suæ sordibus, & fumo iniquitatis oblitus, tenebr
& parietinis quibusdam animæ ruinosus, qui n
virtutis suauitatem gustauerit, aut certè limis ea
ctandam, magis quàm dilecto affectu, & aperi
mentis suscipiendam arbitratus sit: & quod pl
amant, qui sibi faceti atque vrbani videntur, pud
dinem sapientiæ in dedecus versutiæ transfig
veram non intuens gratiam, tanquam in noct
non credit in die viuentibus. Has igitur deuia
tas declinantium, qui propter suam appetentu
ceciderunt in deserto, derelinquamus. Conc
autem & sequamur sapientiæ viam, quam non
runt filij glorificantium se, & iactantium, quam
tus ignorat, mors nescit, quia Deus dilexit eam
autem Deum, atque & subditum esse sapientia
stinere à peccatis disciplina est. Quid igitur
istius seculi via, in qua est tentatio; in qua sub
seruentium cupiditatum, instar cicadarum, se
cantu sibi noxio statimque occidunt, nullum
ferentes. Horum viæ noxiæ tortuosæque serp
qui venenato lapsu corporis sese trahunt, atque
ram nequitiæ sese colligunt, & erigere non
cœlestia. Ingrediamur ergò portas Domini,
stitiæ, quas iustus, qui fuerit ingressus confite
no. Sed hæc paucorum est ingressio. Vnde ait
a Matth. 7. nus a: Quia angusta porta, & arcta est via, quæ
vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Lata
spatiosa via, quam multi gradiuntur, ad mor
git, & viatores suos eò ducit. Sit itaque via
gustior, virtus exuberantior, trames pressior, fi
limior, callis arctior, vigor mentis exundans,
rectæ, quia inflexibilia sunt virtutum vestigia.
Salomon. O qui dereliquerunt semitas rectas,
sus ad superiora, quia melius (licet difficilius)

dere, quàm descendere. Væ iis, qui descendunt in AEgyptum. Non vtique transire in AEgyptum criminosum est, sed transire in mores AEgyptiorum, transire in eorum perfidiam, escæ cupiditatem, luxuriæ deformitatem, qui eò transit, descendit; qui descendit, cadit. Declinemus itaque AEgyptium hominem, & non Deum. Lætemur, & exultemus semper in Domino, & epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, sed in azymis sobrietatis, pietatis, sinceritatis, & veritatis. *Isa. 31.*

De sobrietate amplectenda. CAP. XVI.

CVM ex præmissis manifestum sit, nulla esse vitia, quibus magis dehonestentur, & in vituperium veniant clerici, quàm luxus, comessationes, & ebrietates, è quibus plurima alia vitia turpissima profluunt, & promanant, consequitur ex virtutibus his oppositis clericorum honestatem mirum in modum augeri & illustrari. Quare licet ex supradictis satis illæ manifestæ sint, tamen operæpretium duximus, aliqua de hisce speciatim hic tractare. De sacerdotibus veteris testamenti (quorum sacerdotium carnale, & typicum tantum fuit) Dominus ad Aaron loquens, dixit[a]: Vinum, & omne quod inebriare potest non bibes tu, & filii, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum. Si itaque cauenda fuit ebrietas, fugiendaque temulentia à sacerdotibus, quando hircorum & taurorum fiebat sacrificium, quanto magis sacerdotibus, & ministris Ecclesiæ noui Testamenti, quorum sacerdotium, ordo & status spirituales sunt, quique diuinis assiduè occupati sunt; qui (cum illi per vices tantum) quotidie templum Dei ingrediuntur, quando omnium hostiarum immolanda est veritas, vitanda est omnis ebrietas, ingurgitatio, & voluptas? Deinde D. Ioannes Baptista vt idoneus esset minister baptismi Christo exhibendi, vinum, & siceram non bibit[b]. Quid igitur faciēt sacerdotes, & alij altaris in sacrificio ministri Christū

a *Leuit. c. 10.*

b *Luce 1.*

vnigenitum Dei filium realiter, & substantialiter p
sentem Deo Patri offerentes? D. verò Paulus Chri
Domini sui præceptoris doctrinam secutus, laicos
ab ebrietatibus, & comessationibus abstinere omn
voluit[a]; & ne carnis curam in desideriis facerent, pro
cebat ebriosos regnum Dei nō possessuros[b]. Quare
Episcopi, & Diaconi vitam describēs[c] rectè sanx
statuit, eos vinolentos, seu vino deditos esse non o
tere, sed sobrios, ornatos, sanctos, pudicos, & m
nentes.

Nam quàm rarum sit, atque difficile eos, qui sob
tati non studeant castimoniam, aliasq; virtutes co
uare, ex verbis D. Hieronymi satis innotescit[d]. Ec
siæ, inquit, principes, qui deliciis affluūt, & inter epu
atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, prop
ticus sermo describit, quod ejciendi sunt de templ
domibus, lautisque conuiuiis, & multo labore
conquisitis. Et si vis scire quo ejciendi sint p
malas cogitationes, & opera sua; euangelium
tenebras scilicet exteriores, vbi erit fletus, & stri
tium. An non confusio, & ignominia est, IESV
cifixum pauperem, & esu
entem fartis prædicat
poribus; & ieiuniorum doctrinam rubentes bucca
mentiaque ora proferre? Si in Apostolorū loco
non solùm sermonem eorū imitemur, sed etiam
uersationem, & abstinentiam.

Hinc & ab Eutichiano Papa statutū fuit[e]: Episc
& Dei ministri non debent comessationibus & v
lentiis nimis incumbere, sed considerent sententiam
mini, dicentis[f]: Attendite ne grauentur corda vest
crapula, & ebrietate. Moderatè enim cibum, & po
rium sumptum sumant, vt iuxta Apostolum sobr
& parati ad seruitium Domini. Et ab Eusebio Pa
ce[g]: Oportet Episcopum moderatis epulis con
esse, suosque conuiuas ad comedendum, & pota
non vrgere quin potius semper sobrietatis præbea
plum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpi
nis argumenta, non ludicra spectacula, non acroam
vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurr
admittantur præstigia. Adsint peregrini, & pau
& o

a *Ad Rom. cap. 13.*
b *1. ad Corint. 6. cap.*
c *1. ad Timot. 3. cap. & ad Tit. 1. cap.*
d *c. ecclesiæ. dist. 35.*
e *Ivo in decre. par. 13. cap. 71. et Burchar. lib. 14. decret. cap. 3.*
f *Luc. 21.*
g *Decret. 10. et Ivo par. 13. decret. cap. 75. Burchard. lib. 14. decr. cap. 7. Qualia Episcoporum debeant esse conuiuia.*

& debiles, qui de sacerdotali mensa Christũ benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantùm corporali cibo, imo verbi spiritalis alimento conuiuantes se refectos, gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus per IESVM Christum Dominum nostrum.

Quocirca in SS. Tridẽtina Synodo hæc constitutio legitur[a]: Optandum est, vt ij, qui episcopale ministeriũ suscipiunt, quæ suæ sunt partis, agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammãdos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes[b]. Hæc cùm ad restituendam ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animaduertat; admonet Episcopos omnes, vt secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis, ac vitę actionibus, quod est veluti perpetuũ quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant: inprimis verò ita mores suos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, sanctæ humilitatis exẽpla petere possint[c]. Quapropter exemplo Patrum nostrorum in concilio Carthaginẽsi[d] non solùm iubet, vt Episcopi modesta supellectili, & mẽsa, ac frugali victu contenti sint: verumetiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat. Omnino verò eis interdicit, ne ex redditibus ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant[e]: cùm & Apostolorum canones prohibeant[f], ne res ecclesiasticas, quę Dei sunt, consanguineis donent; sed, si pauperes sint, iis vt pauperibus, distribuant: eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa; imo quàm maximè potest, eos sancta Synodus monet, vt omnem humanum hũc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in ecclesia seminarium extat, penitus deponant.

a *sess. 25. de reform. cap. 1. Quid cogitandum illis qui episcopatum suscipiunt.*

b *c magnæ. de voto & voti redem. c. qualiter. 2. de accusationib.*

c *Matth. 18. Mar. 9. Luc. 9. Eccles. 3. 35. 66. Cõcil. Toletan. 3. cap. 7. c. pro reuerẽtia. dist. 44.*

Quæ exempla subditi ab Episcopis suis petere ac discere debeant.

d *Concil. Carthag. 4. cap. 15. c. episcopus. dist. 41.*

e *c. sint manifestæ. c. episcopus. 1. c. res. et sequent. 12. q. 1.*

f *Canon. apost. 49. 41. 75. d. c. sint manifestę. c. præcipimus. 12. q. 1.*

g *Cano. apost. 75. c. quisquis. episcopus. 12. q. 2.*

Quæ verò de Episcopis dicta sunt; eadem non [illegible] in quibuscunque beneficia ecclesiastica, tam secu[illegible] quàm regularia obtinentibus pro gradus sui con[illegible] ne obseruari, sed & ad sanctæ Ecclesiæ Romanæ C[illegible] dinales pertinere decernit [a]; quorum consilio ap[illegible] ctissimum Romanum Pontificem cum vniuersa[illegible] clesiæ administratio nitatur, nefas videri potest [illegible] etiam virtutum insignibus, ac viuendi discipl[illegible] fulgere, quæ meritò omnium in se oculos conuer[illegible]

Cæterum diligenter notandum, & retinẽdum [illegible] prædicta Synodus Tridentina declarauerit, [illegible] Episcopis ab eadem dicta sunt, in quibuscumque [illegible] ficia ecclesiastica, tam secularia, quàm regulari[illegible] nentibus, pro gradus sui conditione, obseruari [illegible] D. enim Dionysius Richelius de vita Canon[illegible] scribens [b]: Sobrietatem, inquit, amplectantur [illegible] mentis ac sensuum corporis protectrix, pacis, [illegible] citiæ conseruatrix. Ebrietas verò in sacerdote, [illegible] nico sacrilegium est, in aliis crimen. Sobrieta[illegible] naturæ prolongat, vitam gratiæ fouet, vita[illegible] promeretur; proportionatum, & validum [illegible] pus, & cor præstat tranquillum ad profectum [illegible] ac virtutum præparat mentem ad vacandum [illegible] obsequiis, ad gloriandum in hymnis, & psalmis [illegible] hærendum meditationibus sacris reddit idoneum [illegible] nonici ergo qui casto corpore, mundoque corde [illegible] tur omnipotenti seruire Deo, & cultui eius affi[illegible] intenti; hanc indesinenter seruẽt virtutem; & [illegible] tifex summus districtè instituit [c], vina, si forte [illegible] temperent sibi, nec vnus alium incitet ad po[illegible] sed & summè, & inuiolabiliter caueant ad ha[illegible] tare ęquales: cùm non conueniat complexioni, [illegible] vnius, quod conuenit, aut minus disconueni[illegible] Quàm autem vitiosum, & enorme sit in aliquo [illegible] ctorũ excedere, patet ex eo, quod idem summ[illegible] tifex præcepit reos in talibus ab officio bene[illegible] suspendi, nisi commoniti resipiscant. Quodsi C[illegible] corum Pręlatus non corripuerit ita agentes, vel [illegible] absit) in prætactis, aut aliquo prætactorum per[illegible] ter peccet, quanta damnatio imminet ei? Si[illegible]

a *Concil. Lateran. sub Leone 10. sess. 9.*

b *art. 7.*

Ebrietas in sacerdote & canonico sacrilegium est. Sobrietatis cõmoda.

c *in c. à crapula. de vita & honest. cler.*

quoque Canonicis culpabilibus in prædictis, nec tamen in vita hac recipientibus disciplinam?

D. verò Basilius [a] respondens ad hanc quæstionem: Nunquid pietatem in vita colere volenti necessaria continentia sit [b]. Quod necessaria quidem sit continentia perspicuum, inquit, est. Primum quidem, quod ab Apostolo ea inter fructus spiritus cõnumerata est: tum quod ex hac etiam illud assequi nos affirmat, vt ministerium nostrum reprehensione careat. Continentiam autem appellamus, non si quis se à cibo penitus abstineat, quando hoc quidem violenta quædam vitæ dissolutio est, sed eam quam tollendæ contumaciæ corporis causa, pietatis ergo de industria sequimur rerum voluptatem titillantium abstinentiam; atque vt semel finiam: quarum rerum voluptates ab iis, qui ex libidine vitam degunt, expeti solitę sunt, ab his nobis, qui ad veram pietatis culturam contendimus, est temperandum. Proinde non in vna tantum escarum fugiẽda voluptate continentiæ culturam consistere existimandum est; sed eam ad omnem etiam rem, quæcumque proposito nobis fini aduersaria sit, & impedimento, pertinere. Ex quo intelligitur, qui hanc perfectè virtutem tenuerit, cum nullo modo, cùm ventrem in potestatem redegerit suam, humanam sibi passurum gloriam dominari; aut cum obscœnam voluptatem didicerit, opum cupiditatem, aut aliam quamuis degenerem animi affectionem veluti iram ægritudinémve, aut quæcumque imperiis animis dominari consueuerunt non superaturũ. Forte enim quod in omnibus præceptis animaduertimus, ea videlicet inter se connexa esse, neq; fieri posse, vt vllo modo vni separatim ab altero satisfiat, hoc præcipuè in continẽtia cernitur; nam & dimissè de se sentit verè humilis, qui in gloria continentiã adhibet; & euangelicæ inopiæ mensurã expectat, qui in congerẽdis opibus continẽtiam seruat; & ab ira trãquillus est, qui animationẽ atq; iracundiã in officio continet. Ea deniq; abstinæ continẽtiæ ratio est, vt linguæ, vt oculis limites præscribat; vt auribus minimè curiosam indulgeat auscultationẽ, & singulis his cancellos ipsorum officij quasi quosdam circumscribat, atq; circũdet, extra quos,

qui

[a] *lib. regul. fus. disp. inter. 16.*

[b] *Id quid interpres continẽtiam in Basilio vertit Græcè ἐγκράτειαν habetur quod alij pro abstinentia, temperantia, seu moderatione atque sobrietate accipiunt. Quid temperantia seu continentia sit.*

Continẽtię vocabulũ admodum latè et generaliter hic accipitur. de qua vide Io. Stobæi senten. serm. 17. et 18.

qui egressus sit, is incontinens, ac petulans et

a *Basil. d. lib. inter. 17.* *In risu etiam continētia adhibenda est.*

Atque illud etiam[a], quod à plerisque negligitur, mediocriter caueri ab illis debet, qui colēdæ pietatis dent, ne in risum videlicet præter modum effundantur. quandoquidem non abesse à se intemperantiam significat is, qui profuso nimis petulantique risu immoderatos animi sui motus nequaquam sedatos ac compositos, mollitiem, ac veluti laxitatem, nequaquam rationi obtemperantem habere compressam declarat. Verum enimuero non cè rictum diducere, eoque modo animi sui diffusionem leuiter significare, non est contra decorum, quatenus illud tantum indicetur, quod scriptum est[b]: Cor stulti exhilarat faciem. Illud autem in immanes cachinnos prorumpere, & corpore contra animi voluntatem insultare, nequaquam est eius, qui animo cōpositus, planè probo, aut compote sui ipsius. Porro huiusmodi vir sapientissimus Salomon confirmat his verbis: Stultus in risu exaltat vocem suam; vir autem sapiens tacitè ridebit. Quamobrem qui omnibus animi affectionibus moderatur, neq; voluptatis titillationibus permouetur, contraque fortiter, constanterq; adversus quamcumque prauam libidinem animatus est, is perfectè continens est. Atq; etiam est, cùm interdum multis iis conuenit abstinere, quæ alioqui genere ipso licita cessæ, ac necessariæ ad vitæ vsum sunt, quotiescunque abstinentia illa fratrum nostrorum salutis causa suscipitur. Quemadmodum est apud Apostolum: Si esca scandalizat fratrem meum, nō comedam carnem in æternum. Qui etiam cùm haberet potestatem viuendi ex euangelio, ea potestate vsus non est, ne quod officulum daret euangelio Christi[c].

b *Prouerb. 15. Cachinnādum non est.*

c *Eccles. 21.*

Perfectè continens.

d *1. Corint. 8.*

c *1. Corint. 9.* *Continētiæ definitio, quam alij sobrietatē seu temperantiam nomināt.* *Quid sit voluptas.*

Est ergo continentia peccatorum sublatio, vitiorum affectionum emendatio, corporis ad naturalem rationem vsque passiones, cupiditatesque mortificatio, principium vitæ spiritualis, sempiternorum bonorum conciliatrix, voluptatis aculeum in se ipsa abolens. Siquidem voluptas nihil est aliud, quàm esca illa maligni, per quam homines ad peccatum valde procliues sumus. Ad quam omnis anima non secus atque hamo quodam adducta pertrahitur. Quodsi quis adhibita continentia,

neque effœminari passus sit, neque inflecti, hic sine controuersia quoduis penitùs peccatum effugerit. Ac reliquæ quidem virtutes cùm in occulto exerceãtur, minus fœre illustres apud homines existunt; continẽtia autem in quo inest, eum vel primo ipso aspectu tantum notum facit. Vt eum opimus corporis habitus, & coloris bonitas, pugilem à cæteris distinguit; sic Christianum à cæteris macilentia corporis, pallorque defloreſcens, qui continentiæ velut adiunctus est comes, iudicio est eum Christi mandatorum verè pugilem esse, qui in infirmitate corporis aduersarium suum in lucta prosternat, & quam potens sit in pietatis certaminibus declaret conuenienter verbis illis: cùm enim infirmor, tunc potens sum[a]. Quantum enim vel in solo continentis alicuius aspectu lucri est; videre illum videlicet parcè tenuiterq; res ipsas necessarias attingentem, ægreque naturæ ministerium, perinde ac tributum molestiæ & angoris plenum pendentem, temporisque quod in hoc ipso consumitur moram animo iniquo ferentem, celerrimeque à mensa ad obeunda munera sua resilientem. Siquidem opinor ad animum illius, qui vẽtris libidinibus seruiat, penitendum, & ad frugem reuocandũ meliorem, nullam cuiusuis generis orationem posse excogitari, quæ tantundem valeat, quantum vel solum continentis alicuius aspectum. Atq; hoc est, ni fallor, illud ad gloriam Dei manducare, & bibere, vt in mensa etiam luceant bona opera nostra, vt glorificetur Pater noster, qui in cœlis est.

Christianus quibus signis à cæteris distinguatur.

a 2. Corint. 12.

Quid in continente seu sobrio cõsiderandum sit.

Ratio reuocãdi ebriosum ad frugem.

Ad gloriã Dei manducare, et bibere.

Verumenimuerò ne similes efficiamur inimicorum Dei, qui cauteriatam habent conscientiam suam, ac propterea abstinent à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus: singula, si quando tempus inciderit, attingenda nobis sunt, quatenus iis, qui nos cernunt, ostendamus omnia esse munda mundis, & nihil reijciendum, quod cum gratiarũ actione percipiatur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Videndum est tamẽ, vt ea in re ab instituto continentiæ nostræ non discedamus, vt videlicet de iis, quæ viliora sunt, & ad necessitatem solam parata, eatenus sumamus, quo ad necessitati factum sit satis, atque in his

Quicquid in mẽsa nobis apponitur quatenus degustandum sit.

Basil. d. lib. Interrogat. 18.

in his ipsis saturitatis etiam malum declinemus, a
his quę voluptuaria sunt penitùs nos abstinea
enim modo & voluptariorũ hominum libidin
cidemus, & eos, qui cauteriatam habent consci
suam, quantum in nobis erit curabimus, à nobis
spicionem illam, quæ in vtramque partem pos
a 1. Corint. 10. stere, amouebimus. Vt quid enim libertas mea, ni
ab alia conscientia iudicatur? Sanè continentia
Continẽtia seu sobrietas quã sit efficax. quę hominem mortuũ esse simul cum Christo, a
bra sua, quæ sunt super terram mortificasse d
Hanc scimus esse temperantię matrem, sanitatis
liatricẽ; ab hac egregiè quicquid, quicquid id
Christianorum virtutum fœcunditati officiæ
b Matth. 13. Mar. 4. Luc. 8. c. hinc. dist. 49 c. exiit. de ver. signific. in 6. c Mar. 9. Siquidem, vt dictum est à Domino b, solicitudo
huius, voluptatesque ac reliquę cæterarum rerum
ditates eę sunt quæ verbum Dei suffocant, & sine
dum efficiunt. Ab hac verò dæmones profugat
ipsę nos Dominus docuerit c, esse eorum genus
dam, quod in re alia nulla exeat, nisi in oratione
iunio. Porrò in vitiis quidem animi vnus con
modus est, summa earum rerum, quæ ad pest
luptatẽ ferunt, à nobis alienatio. In cibis autem
admodum alij, aliis necessarij sunt, pro ætate
cuiusque ac studiis, iique appositè ad corporis
habitudinem distincti: item quoque diuersa
illorum, modus, ratioque. Quò fit, vt nequaquã
d Basil. d. lib. inter. 19. vni, & eidem regulæ subijci possint d. Verùmtam
commune illud propositum sit, videlicet vt ne
Quis seruari in continentia seu sobrietate debeat modus. quam desit eorum, quæ necessitas cuiusque
Nam illud: immodicè ventrem distendere, &
deratis se epulis onerare, præterquã quod
atque execratione digna res sit, cùm Dominus
Væ qui saturati estis nũc, corpus etiam ipsum
prorsus reddit ad labores, & procliue in
morbis expositum facit, ac peruium. Neque
tate metiendus est finis, aut spectãdus cibi
necessario tantum vsu ad vitæ conseruationem
Quis ventrem Deum suũ faciat. debet, reiecta voluptatis libidine; quando
seruire nihil est aliud, quàm ventrẽ Deum
Quoniam corpus nostrum, quod assiduè

mentis exinanitur, ac defluit, ea re subinde opus habet, vt repleatur (quæ etiam causa est, cur cibi appetitiones naturales sint) sanè recta ratio vsus ciborum id replendum admonet: quod exinanitum sit, quo videlicet constare animal possit, siue aridum, siue humidum illud alimentum sit, quod natura desideret. Proinde quod minore negotio à naturalis nos desiderij molestia liberet, illud adhibendum nobis est. Sed cum tuendi corporis causa escas assumamus, per easdem ei rursum bellum inferre non debemus, & impedimento esse, quo minus præcepta Dei exequi possit: Atque animum nostrum ea assuefaciamus fugere, quæ ipsi nocēt, etiamsi illa voluptatem habeant. Verùm enim eæ omnino nobis præferendæ epulę sunt, vt quæque minori possunt negotio comparari, ne prætextu continentiæ ex his eas, quę nobiliores sint, ac maioris pretij, exquiramus, nempe qui magno partis condimentis epulas nostras apparemus. Sed quod in quaque regione, & haberi facilè potest, & vile est, & quo passim populus vtitur, eo est nobis vtēdum, iisque tantummodo importatis, quæ ad vitam summè sunt necessaria, atque hoc ipsum ita procuretur, citra curiositatis notam. Absit item tumultuosa omnis, & importuna distractio.

Quæ epulæ præferēdæ cæteris.

Cur seruanda in mensa sobrietas & continentia.

CAP. XVII.

DVerò Ioannes Chrysostomus de hac in mensa seruanda continentia scribens [a]: Fugite, inquit, delicias, si quid mihi obeditis, & creditis. Sed voluptatem, inquis, habent deliciæ; sed non tantam voluptatem, quantas difficultates, atque molestias. Huc accedit, quia voluptas illa vsquequo linguam, vel gulam tangit, apparet; cùm autem mensa remota fuerit, vel postquam erit cibus absumptus, similis eris ei, qui nihil illius attigerit, magis autem multoque amplius pestem grauedinem ex illis cibis, & distensionem, & oppressionem mentis habiturus, atque somnum morti consimilem: forenses etiam iuges habebis vigilias propter stomachi cruditatem, & præclusionem spiritus interioris, & per molestiam ructationis indigestæ, & plu-

a *Hom. 29. in cap. 12. ad Hebræ.*

Breuitas voluptatis, quæ ex gula percipitur.

Intemperantiæ vitium arguẽdum, non venter.

& plurimum maledicturus es tuum ventrem, ci
beres magis intemperantiæ vitium atque immo
tionis arguere. Non itaq; deliciemur deliciis op
sed audiamus Paulum dicẽtem [a]: Carnis curam
ficiatis in concupiscentiis. Tale namque est, in ve
cibos mittere, quale, si quisquam eos in cloaca
ijciat, magis autem non tale est, sed multo pe
enim fimum tantum operatur sine tua læsione,
tem plurimos morbos, plurimasque procreat ag
nes. Nutrimentum enim nisi ex sufficientia non
valeant sine labore digeri: cùm verò plus ex
quàm reficiẽdi corporis ratio postulat, non so
trimentum nullum, sed etiam corruptio genera

a *Ad Rom. 13.*

Quantum nutrimenti sumendum sit.

Quomodo nutriendum sit corpus.

Sed nullus attendit hæc; præoccupatæ sunt
mentes superflua voluptate. Vis nutrire corpus
quod est superuacaneũ, & quod sufficiat, sub
quãtum poterit stomachi decoctio maturare,
ex cibis abundantibus opprimatur, ne dimerg
ruas, quod posset sufficere. Sufficientia quippe,
mentum, & voluptas est. Nihil enim sic iucun
sicut cibus bene digestus, & decoctus. Nihil en
lutem; nihil sic sensuum iucumẽ operatur; nihil
tudinẽ fugat, sicut moderata refectio. Sufficien
pe cum nutrimento, & sospitatẽ simul etiam
& voluptatem: Abundãtia verò morbum facit
lestias ingerit, & ęgritudines generat. Quod en
fames, hoc etiam plenitudo facit ciborum, ma
multo peiora: Fames quippe in paucis diebus a
minem, & liberat ex hac vita pœnali: Excessus
borum consumit, & putrefacit corpus huma
macerat ægritudine diuturna, & tunc enim mo
deli consumit. Nos autem famem quidem in
quoddam, fugiendumque putamus, & ad indig
confugimus, quas multò videmus esse peiores.

Sobrietatis seu moderatę refectionis efficacia.

Cur fames melior sit excessu ciborum.

Vnde igitur iste morbus ad homines? Vnde
ror? Non dico, vt se homines crucient, sed tan
nutriantur, quantum illis & voluptatem pariat,
tem, & corpori nutrimentum competens submi
vt opus sit corpus nostrum operationibus anim
quium sui muneris exhibere, dum suã tenet bene

pe

pagem, & concinnum sibi constet ex suis operibus vniuersis. Cùm verò exundans deliciis fuerit factum, compagem suam & concinnantiam non valet ex diffluentia retinere; subintrans quippe humorum redundantia totum dissoluit penitùs, & effundit. Carnis, inquit Apostolus [a], curam ne perfeceritis in concupiscentiis. Bene dixit. Materies namque est cibus cupiditatibus inhonestis. At si in philosophia quisque cunctis emineat, tamē si deliciatur, necesse est, vt aliquid, vel ex cibis vel vino patiatur, vt flammam excitet ampliorem. Hinc fornicationes, hinc adulteria. Etenim venter esuriens, amorē non valet procreare, magis autem neque sufficientia si fuerit moderata. Quæ verò generat absurdas cupiditates, illa est abundantia, quæ se deliciis tradit. Obsecro igitur, ne nostrū corpus vitiosum, ne inutile faciamus, neque ei vitia inseramus, sed præparemus ei fructus vtiles, & arbusta fructuosa, nec ea dissoluamus per immoderationem ciborum. Immoderatio quippe pro fructibus vermes facit. Sic etiam insita nobis cupiditas, si eam deliciarum inundationibus inebries, cupiditates generat turpes, & voluptates admodum turpiores. Abijciamus itaque hanc luem, vt possimus adipisci bona, quæ promissa sunt in Christo IESV Domino nostro.

a *Rom.* 13. *Cibus est materies inhonestis cupiditatibus.*

Eiusdē Chrysostomus de pœnitentia verba faciens [b]: Si, inquit, ipse meis sermonibus derogas fidem, de his filios medicorum percunctare, ipsique eadem tibi manifestius explicabunt; qui abstinentiam matrē sanitatis appellant. Pedum verò dolores, & grauedinem capitis, vomitum, apostema & hydropisim, & flegmata, millesque morborum aliorum torrentes à delicatis cibis, crapulaque prouenire dicunt, quasi à pessimo quodam fonte prauos riuulos, bonam corporis habitudinem, & animę sanum intellectum, non tam lædentes, quàm depopulantes. Sapiēs verò sobrietati, & modestię in mensa studendum esse docens [c]: Vtere, inquit, quasi homo frugijs, quæ apponuntur, & non cùm manducas multum ab eo habearis. Cessa prior, causa disciplinæ, & noli primus esse, ne fortè offendas. Et, si in medio multorū sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior possis bibere. Quàm sufficiens est homini erudito vinum exi-

b *Homil.* 1. *Abstinentia est mater sanitatis. Plurima morborum genera à delicatis cibis crapulaq; proueniunt.*

c *Eccles.* 31. *cap.*

num exiguum, & in dormiendo non laborabis ab
& non senties dolorem. Ignis probat ferrum dum
vinum corda superborum arguet in ebrietate po
æqua vita hominibus vinum in sobrietate: si bib
moderatè, eris sobrius. Vinum in iucūditatem cr
est, nō in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ
poris vinum moderatè potatum. Sanitas est anim
corpori sobrius potus.

2 epist. 1. cap. 5. Hinc D. Paulus Timothæo scribens[a]: Noli, m
adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere p
stomachū tuū, & frequētes tuas infirmitates. Qu

b Hom. 1. ad Antioch. cum D. Ioan. Chrysostomus enarrās, & explicās
gita, inquit, quomodo non à principio, neq; ab ex
hoc consilium dederit Paulus; sed postquam vid
virtutem deiectam, tunc consuluit: neque hoc
ter, sed cum prædefinitione quadā. Non enim
ter dixit: vino vtere, sed vino modico: non qu

D. Paulus per Timothæū bibēdi vini mensuram nobis præscripsit. admonitione, & consilio Timothæus egeret,
nos indigemus. Idcirco ad illum scribens, nobis
vini mensuram, & terminos statuit; tantum
bens, quantum valetudinem adiuuet, quantum
sanitatem præbeat, & nec alterum morbum. N
ciores enim, quàm continuatus aquæ potus, sed
plures, & difficiliores animi, & corporis morbo
modica vini parit potatio, passionum bellum,
rum cogitationum hyemem menti introduens,
corporis vim molliorem, & solubiliorem effi
Non enim ita terræ natura vexata aquarum
dantia continuè dissoluitur, vt corporis vis
& diffluit, & exiliis redditur vini potu con
gurgitata. Fugiamus igitur vtramque intempe
& corporis valetudinem curemus, & ipsius
recidamus.

Vinum ad sobrietatē à Deo datum est, non ad ebrietatem. c Psalm. 103. Vinum enim à Deo datum est, non vt ineb
sed vt sobrij simus, vt delectemur, non vt d
Vinum enim lætificat, inquit Dauid[c], cor hom
verò ipsum tristitiæ materiā facis. Etenim anim
uato sunt supra modū ebrij, tenebris multis m
fusis. Medicina optima est, quando commēsura
habet optimam. Hic omnibus locus, & cōtra

Quatenus vinū optima sit medicina.

vitis est Dei creaturam accusantes: si enim de vetitis esset, non permisisset Paulus, non vino vtendū dixisset. Non solum autem contra hæreticos, sed & contra fratrum nostrorum simpliciores, qui postquā aliquos præ ebrietate se deturpātes viderint, illos vituperare omittentes, fructum à Deo datum calumniantur, dicentes: Non sit vinum. Ipsis itaque dicamus: Non sit ebrietas. Vinum enim Dei: ebrietas autem diaboli opus est. Non vinum ebrietatē facit, ne Dei creaturā accuses, sed consequi insaniam argue. Tu verò peccātem punire, & corrigere omittens, benefactorem afficis cōtumelia. Cùm igitur quosdam hæc dicentes audierimus, obmutescere faciamus. Non enim vsus, sed immodestia ebrietatem facit: ebrietatem, inquam, malorum omnium radicem.

Vinum Dei ebrietas diaboli opus est.

Ebrietas malorum omnium radix.

Vinum datum est, vt corporis imbecillitatem corroboret, non vt animi sanitatem exterminet. Noli igitur immoderatè Dei munere vtens, stultis & impudentioribus hominibus occasiones præbere. Quid enim ebrietate miserabilius? Mortuus, est animatus: Ebrius, dæmon est voluntarius. Morbus veniam non habens; ruina excusatione carens, commune generis nostri opprobrium. Non enim in conuentibus tantum inutilis ebrius aut in priuatis, & publicis negotiis, sed etiam solo est aspectu omnium grauissimus; fœtores exhalans teterrimos, eructationes, & oscitationes, & voces ebriosorum insuaues, atque molestæ, eos, qui spectant, & audiunt, extremæ abominationis implent. Et quod malorum caput est, cœlum ebriis inuisum hic morbus efficit, nec æterna bona assequi permittit, sed post vitæ huius opprobrium & illic tali morbo laborantes, pœna manet æterna. Hanc igitur improbam consuetudinem vitemus, & Paulum audiamus dicentem [a]: vino modico vtere. Et enim ipsum modicum propter infirmitatem permisit, quod nisi imbecillitas vexasset, neq; modicum admittere discipulū coēgisset. Necessarium enim est nobis traditos cibos & potus temporibus, & necessitatibus semper metiri, & nullatenus necessitatē excedere, neque imprudēter, & temere quid facere oportet.

Ebrius, dæmon est voluntarius.

Cœlum ebriis est inuisum.

a 1. *Timoth.* 5.

Præterea sapientissimus ille Salomon filium suum instruens [b]: Noli, inquit, esse in cōuiuiis potatorum, nec in

b *Prouerb.* 23.

comessationibus eorum. Cui væ? cuius patri væ? cui xæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oc- rum? nónne his, qui commorantur in vino, & ca- calicibus epotandis? Ne intuearis vinum, quan- uescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Ingre- blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & e- regulus venena diffundet. Oculi tui videbũt extra & cor tuum loquetur peruersa; Et eris sicut dor in medio mari, & quasi sopitus gubernator amis uo, & dices: Verberauerunt me, sed non doluit me, & ego non sensi; quando euigilabo & rursu reperiam?

a *in tract. de sobrietat. & castit.*

D. verò Augustinus de sobrietate scribens: niam, inquit, studij commoda à nobis sugger honestatis, admonemus in tali proposito m lentem, segnem, somnolentum, atque temulen non debere; quoniam ab his vitijs tribus, nisi declinatus, securus nunquam esse potest, vel & periculis omnibus, & ipsi etiam morti erit obnoxius. Fortitudo enim inimicũ opprimit, tendentibus insidias obstat: sobrietas verò pr cor hominis facit. Propterea enim Dominus ster paterno affectu per prophetas, & Apost nobis præcepit ab omnibus vitijs, & maximè tate, quæ omnium vitiorũ gurges est, penitus

Sobrietatis cõditiones.

Sobrietas autem castitatis est sensus, & mentis brorum omnium corporisque tutela, castitatis tiæque munimen, pudori proxima, amicitiæ serua, honestati semper cõiuncta, criminum, que omnium profuga: recti iudicij tenax; mo cordationisque inseparabilis sapientia, secreto stos, arcani velamen, lectionum, & doctrinæ diorum, & artium discipula pariter, & magi niorum capiendorum pedissequa; bonæ fam auida, in cogitationibus salubria, atque vtilia tutis singulare auxilium, cuncta cum oratione nens, in congregatione honestorum se ipsam gerens. Sobrietas temeritatem fugit, pericula clinat, mutuis officiis obtẽperat, superbiam domum familiamque cum moderatione gubern

sibi committentibus seruat, & vt summatim breuiterque dicam, sobrietatis perseuerantia, inæstimabilis est animi fortitudo, omnes eam virtutes, & omnes laudū semper tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornari, aut placere omnino non possunt. Fomentis corporalibus procusum est vini munus; abutētibus autem eo penitus interdicitur, & sobrietatis disciplina custodienda sancitur.

Vini vsus, & vtilitas.

Est quidem in multis vitæ mortalium vinum necessarium, debilem stomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infusum medetur, antidotis etiam, diuersisque medicaminibus admixtum salutem operatur, tristitiam remouet, languores omnes animi delet, lætitiam infundit, conuiuas honesta miscere colloquia facit. Paulò amplius verò sumptum, potanti omnino conuertitur in venenum. Propterea enim vini abstinentiam sacerdotibus primo, & Leuitis à Domino legimus imperatam[a], quia oportebat, vt illi primitus sobrietatis modum obseruādum susciperent, qui cæteris mortalibus non dictis, sed factis præcepta diuina obseruanda traderent, & castitatis, & sanctitatis moribus adimplerent. Quare debet congrua obseruatione sobrietas cum sacerdotali affectu certare, quia qui non sobrius accesserit ad diuinæ maiestatis altarium, sentiet immaturæ mortis interitum. Quicunq; erit honore sacerdotali præditus, & proximus fuerit ebrietati, vicinus est vltioni. Et in eos, qui Deo proximāt, si fuerint temulenti, procul non sunt vindictæ sæuientis. Ergo quisquis diuino munere sacerdos constitutus violentus accesserit ad sacramenti celebrationem, mortis consequendæ non habet dilationem. Quisquis immoderatus conuiuioque medius amissis modestiæ frenis insana fuerit ebrietate prostratus, auersos aspicit nascentes, quos integros videre nequiuit, aut sermone longo superflua verba emittit, & vana dicta componit, male clamans, & bene sibi sonans, & dum nihil consequitur sanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa secreta in medium prodit.

Cur sacerdotibus & Leuitis vini vsus fuerit prohibitus. [a] *Leuit.* 10. *Ezech.* 44. 1. *Timoth.* 3. *Tit.* 1. & 2.

Ad vniuersa vel crudelitatis, vel turpitudinis faci-

nora perpetrãda facilis inuenitur, cui nulla sobriæ [illegible]
tis ratio, sed ebrietas dominatur. Assumit inter [illegible]
iniusta certamina, & nullis stantibus causis asperam [illegible]
citat rixam, & in contumeliam erigitur conuiuan[illegible]
& crimina proximorum. Ebrietas ab animæ iniu[illegible]
cipit, & flagitiorum omnium mater est, culpar[illegible]
teria, radix criminum, origo omnium vitiorum, [illegible]
tio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, [illegible]
corporis, naufragiũ castitatis. Ebrietas tempor[illegible]
sio est, insania voluntaria, ignominiosus languor, [illegible]
tis sanæ debilitatio, turpitudo morum, dedecus [illegible]
honestatis infamia, animæ corruptela. Ebrietas [illegible]
rem Dei aufert, futurum Dei iudicium de cord[illegible]
bentium tollit. Ebrietas regna cœlestia appetẽtib[illegible]
negat; ebrietas famulo non solùm fidem aufert, [illegible]
fraudum & seruitutis officio inutilem facit, & [illegible]
la, quæ comprehendi non possunt. Tantam erg[illegible]
tudinem, & tantum malum à vobis abijcite, & [illegible]
tis crimina totis viribus declinate; fugite crapu[illegible]
loquentes, aut facientes, quibus sobrij non erube[illegible]
Vos verò, qui pro Dei amore vinum tantum [illegible]
quod oportet; & quod ebriosis in terra perdit[illegible]
bis per eleemosynam in cœlo reponitur, non vob[illegible]
ficiat, quod vos honesti, & sobrij estis, sed quan[illegible]
testis, ita castigate, & corripite ebriosos, vt eis [illegible]
licet vobis præsentibus amplius bibere, quàm op[illegible]
vt dum & ipsi sobrietatem diligitis, & alios per [illegible]
admonitionem ab ebrietatis perditione reuocati[illegible]
solùm pro vestra, sed etiam pro aliorum salute [illegible]
vobis præmia in æterna beatitudine præparetis[b].

B. verò Prosper temperantiam, quæ sobrietatis [illegible]
ter, & parens est, mirum in modum laudans [illegible]
effectibus[c]: Temperantia, inquit, temperãtem [illegible]
stinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudi[illegible]
citum, serium, verecundum. Hæc virtus si anim[illegible]
tat, libidines frænat, affectus temperat, desideria [illegible]
multiplicat, vitiosa castigat, omnia intra nos [illegible]
ordinat, ordinata corroborat, cogitationes pra[illegible]
mouet, inserit sanctas. Ignem libidinosæ volupta[illegible]
tinguit, animi teporẽ desiderio futuræ remunera[illegible]

Ebrietatis cõditiones.

a August. in d. tract. de sobriet. & castit.

Sobrij ebriosos corripere debent.

b August. ser. 232. de temp.

c lib. 3 de vita contempl. cap. 19.

Varij temperãtiæ effectus.

accendit, mentem placita tranquillitate componit, & totam semper ab omni vitiorum tempestate defendit.

Temperantia intemperantiæ nostram ad honestum modum in cibo & potu redigit.

Temperantia intemperantiam nostram ad honestum modum redigit in cibo ipso, vel potu, vt contenti simus appositis; ne poscamus impudenter, quod aut ille, qui polcitur fortè non habeat, aut alios, quod desiderio nostro placet offendat, aut gulæ nostrę intemperans appetitus appareat, nec iudicemus eos, qui volunt cibis, quos ipsi percipimus, abstinere: nec iis verecundiam faciamus, qui ea, quibus ipsi abstinemus, fortè percipiunt, & Deo gratias agunt; certi quod satis miserum sit, aliquos de cibi, & potus perceptione damnare, aut nobis arrogare per abstinentiam sanctitatem.

Ad alia, quam quæ cibi, et potus sunt extenditur temperantia.

Temperantiæ est, quod reuerentiam senioribus exhibemus, æquales germanius honoramus, minoribus gratiam paternæ dilectionis impendimus; quod præstamus loquenti senioriſilentium; quod ipsius ad loquendum prę stolamur imperium; quod non attollimus immoderatum in collocutionibus sonum; quod risui prorumpere non permittimus in cachinnum, quod nulli detrahimus, nec detrahentes æquanimiter sustinemus; sciẽtes, quod tam illi, qui detrahunt, quàm illi, qui detrahentibus acquiescunt vanitatis morbo corrupti sunt. Qui ad hoc alios viles videri volunt, vt se commendent eorum comparatione quos carpunt, & videantur ea vitia non habere, quæ malitiosè in aliis reprehendunt: quod malum temperantia tollit; cui, qui seruire voluerit, non quod reprehendat in fratribus, sed vnde Deum laudet, attendit: Ac per hoc ipsius temperantię est, quod non solùm temperantes in omnium membrorum officiis sumus, sed etiam quod omnia libenter, quæ nos moderatos ac sobrios faciunt obseruamus.

Tẽperantiæ est quod obseruamus ea quę nos sobrios faciũt.

Ceterum hic obiter notandum, & obseruandũ venit; quod, sicut à B. Prospero tẽperantia, & à Basilio eiúsve interprete, continẽtia, non solùm ad ea, quæ cibi & potus sunt, verumetiam ad plura alia extẽditur; ita etiam sobrietatis vocabulum à Chrysostomo eiúsve interpretario quàm ad moderatã cibi potusque sumptionem porrigitur. Explicans enim illum locum Pauli ad Titum: Sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc seculo:

a *Hom. 5. in cap. 2. & ibid. Theophylact.*

Vides, inquit, quod semper dicere soleo, sobrietas [illegible] modo abstinentiam fornicationis indicat, verum [illegible] turbationum quoq; reliquarum. Igitur & qui pecu[illegible] amat, sobrius non est. Nam sicut est corporum [illegible] ita & pecuniarum. Imò longè hic impotentior, [illegible] tantum habet vim, qua posset impellere. Et in epi[illegible] secunda ad Timothæum explicans illud[a]: Non [illegible] dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, [illegible] lectionis, & sobrietatis: sobrietatem, inquit, siue [illegible] tem mentis atque animæ dicit, siue per quam ipsi [illegible] piscimus, cùm quid aduersi contingit, quod & ca[illegible] nos, & nostra superflua amputet.

Qui pecunias amat non est sobrius.

a *Hom. 1. in cap. 1.*

Cur in Completorio legatur semper: Sobrij estote, &c.

CAP. XVIII.

PRÆTEREA cùm sobrietas, & vigilantia [illegible] omnium seruatrix sit, & ad illam Apostolus [illegible] pessendam frequenter nos hortetur, & præc[illegible] Idcirco in Ecclesia Romana receptum est, vt in C[illegible] pletorio horarum canonicarum canatur ad cleri[illegible] lectio[c]. Fratres, Sobrij estote, & vigilate, quia ad[illegible] rius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, [illegible] rens quem deuoret, &c. Quoniam qui sobrius est, [illegible] vigilat, vt D. Ioannes Chrysostomus inquit[d], qua[illegible] à peccato capiatur, mox tamen ipsum abijcit, fug[illegible] Qui verò somno, aut insania comprehenditur, non [illegible] telligit, quo pacto sub iis detineatur seruitute. Et [illegible] Basilius dixit[e]; ebrietas vt somnium adfert, mortis [illegible] manum; ita vigiliam habet somnij assimilem. An [illegible] ras quem es hospitio excepturus? nimirum illum [illegible] nobis ita pollicitus est: Ego & Pater veniemus, [illegible] sionem apud eum faciemus. Cur igitur prius rec[illegible] mulentiam, ac Domino ingressum præcludis? Cur [illegible] mittis, vt hostis munimenta tua prior occupet? Ebrietas non recipit Dominum: ebrietas Spiritum sanctum [illegible] pellit. Fumus quidem abigit apes, dona verò spiritu[illegible] fugat luxus. Sed non satis est, vt Theophylactus [illegible] vigilare, ac sobrium esse, verùm opus est etiam arma[illegible] Vt enim quis vigilans sit, & sobrius, non habeat a[illegible] arma, facilè eum, latrones, & prædones confi[illegible]

b *Ad Thess. cap. 5. 1. ad Timoth. 3. cap. & 2. ad Timot. 4. ad Titum 1. et 2. cap.*

c *1. Petr. 5.*

d *in cap. 1. Ioã. Hom. 4.*

e *in Hom. 1. de ieiunio.*

Ioan. 14.

Ebrietas Spiritum sanctum eiúsque dona propellit.

f *in epist. 1. ad Thess. cap. 5.*

Cùm igitur Apostolus moneat nos, quia aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens circumeat, quæ-rens quem deuoret; nullum non aditum tentans in nos per corporis voluptates[a]: Si contra hunc aduersarium arma poscitis, arripite quæ Apostolus subministrat, dicens: Cui resistite fortes in fide. Fides enim est illa lorica, qua nos contra illum D. Paulus indui voluit, dicens[b]: Non dormiamus, sicut & cæteri; sed vigilemus & sobrij simus: Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: nos autem, qui Dei sumus, sobrij simus, induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis. Loricam autem siue thoracem fidei & charitatis dicens, vt Theophylactus inquit[c], dogmata, & bonam vitam adumbrauit: Hoc enim est vere sobrium esse. Non simpliciter autem hæc habēda, cæterum veluti lorica. Hanc enim nihil facilè dissecat, sed veluti munimentum quoddam est pectori, ac nihil ignitorum satanæ telorū nos tanget. Quid enim, quæso, vt Chrysostomus inquit[d], fides conferet emolumenti, si vita sincera non fuerit, & pura? Cùm rectæ fidei dogmatibus vitam quoque vestram diligēter curate. Fulgeat enim, inquit[e], lux vestra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificent patrem vestrum in cœlis, vt & vita cōsonet fidei dogmatis, & dogmata prædicent vitam. Fides enim sine operibus mortua est[f], & opera sine fide mortua sunt. Nam tametsi sanam teneamus doctrinam, vitam autem negligamus, nihil nobis proderūt doctrinæ. Rursus si vitæ curam diligentem gesserimus, in fidei autē placitis claudicauerimus, neque sic nobis aliquid lucri fuerit.

D. verò Hieronimus de sobrietate hac scribens[g]: Aiunt medici, inquit, & qui humanorum corporum scripsere naturas, præcipueque Galenus in libris quorū titulus περὶ ὑγιείας, puerorum, & iuuenum, ac perfectæ ætatis virorum mulierumque corpora, insito calore fervere, & noxios illis esse cibos ætatibus, qui, calorem augent; sanitatique conducere, frigida quæque in esu & potu sumere. Sicut è contrario senibus, qui pituita laborāt, & frigore, calidos cibos, & vetera vina prodesse. Nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere

a *Vide Cyprianum in serm. de zelo, et liuore, in principio.*

b 1. *ad Thess. cap. 5.*

c *d. loco ad Thess. Quid sit verè sobrium esse.*

d *aduers. vituperat. vitæ monast. lib. 1. et in 1. cap. Gen. Hom. 1.*

e *Matth. 5.*

f *Iacob. 2.*

g *in epist. 10. ad Furi.*

Quales cibi pueris, iuuenibus, viris & mulieribus cōducant vel non conducant. Senibus quales cibi conueniant.

nere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carnium pu
& leguminibus onerant ſtomachũ, quæ moderat
ceq; ſumpta innoxia ſunt; &, vt quod ſentio loqu
hil ſic inflãmat corpora, & titillat mẽbra genitalia
indigeſtus cibus, ructuſq; conuulſus. Quicquid ſa
minariũ voluptatũ, venenũ puta. Parcus cibus, &
ſemper eſuriens triduanis ieiuniis præfertur: Et
melius eſt quotidie parũ, quàm raro ſatis ſumere.

Inter comedendum quid clericis cogitandum.

do comedis, cogita, quod ſtatim tibi orandũ, ille
gendũ ſit. De ſcripturis ſanctis habeto fixũ ver
merũ: iſtud pẽſum Domino tuo redde: nec anteq
mẽbra cõcedas, quã calarhũ pectoris tui hoc ſub
ne impleueris. Poſt ſcripturas ſanctas doctorũ
tractatus lege, eorum duntaxat, quorum fides

Cæterùm deploranda res eſt, & cũ Innocẽtio
tifice[a], dolentes referimus, quod licet hæc ſobri
nonicorum, & aliorũ eccleſiaſticorũ auribus
inclametur, nõ ſolùm tamen quidã minores, ver
aliqui eccleſiarũ Prælati circa comeſſationes ſup
& fabulationes illicitas (vt de aliis taceamus)
dietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduum
quentes, vix ad diurnum concentum auium ex

a *in c. dolentes, de celebr. miſſ.*

Origines verò explicans illum locum Leuiti
locutus eſt Dominus ad Aaron, dicens: Vinum,
ceram nõ bibetis tu & filij tui tecum, cùm intrabi
tabernaculũ teſtimonij, aut cùm accedetis ad alta
non moriemini. Lex, inquit, euidens datur & ſacer
bus, & principi ſacerdotum, vt cùm accedunt ad
vino abſtineant, & omni potu, quod inebriare

Sicera quid ſit.

quod ſcripturæ diuinæ appellatione vernacula
moris eſt nominare. Vult ergo ſermo diuinus
in omnibus eſſe Domini ſacerdotes, vtpote qui
tes ad altare Dei orare pro populo debeant, &
nis interuenire delictis, qui portionem in terra
beant, ſed ipſe Dominus portio eorũ ſit, ſic
de his ſcriptura[c]. Filiis Leui non dabitis partẽ
fratrum ſuorum, quia ego portio eorũ Dominus
ipſorum. Vult ergo iſtos, quibus ipſe Dominus
eſt, ſobrios eſſe, & ieiunos; vigilãtes in omni

c *Ioſ. 13. cap.*

maximè autẽ cùm ad exorandũ Dominum, &

capi

candum in conſpectu eius altaribus præſto ſunt. Quæ mandata in tantũ vim ſui ſeruant, & omni obſeruantia cuſtodienda ſunt, vt & Apoſtolus hæc eadẽ noui Teſtamenti legibus firmet. In quo ſimiliter etiam ipſe ſacerdotibus, vel principibus ſacerdotũ vitæ regulas ponẽs, dicit eos non debere eſſe vino multo ſeruientes, ſed ſobrios eſſe: ſobrietas enim omniũ virtutũ mater eſt, ſicut ecõtrario ebrietas omniũ vitiorum. Apertè enim pronuntiauit Apoſtolus, dicẽs [a]: vinum in quo eſt luxuria, vt offenderet, ex ebrietate veluti primogenitam filiam generari luxuriam. Tum præterea Saluator, Domini & Regis auctoritate ſacerdotibus ſimul ac populis leges, & iura conſtituens [b]: Attẽdite, inquit, ne fortè grauentur corda veſtra in ebrietate, & crapula, & in ſolicitudinibus ſeculi, & veniat ſuper vos ſubitaneus interitus. Audiſtis edictum Regis æterni, & lamentabilẽ finem ebrietatis vel crapulę didiciſtis. Si quis vobis peritus, & ſapiẽs medicus his ipſis verbis præciperet, & diceret: Attẽdite vobis, ne quis (verbi gratia) de illius vel illius herbæ ſucco auidè ſumat; quod, ſi fecerit, ſubitus ei veniet interitus, nõ dubito, quin vnuſquiſq; propriæ ſalutis inuitus præmonentis medici præcepta ſeruaret. Nunc verò animarũ, & corporũ medicus, ſimulq; & Dominus, iubet ebrietatis herbã, & crapulæ vitandã; ſimiliter & ſolicitudinum ſecularium, velut mortiferos ſuccos cauendos. Et neſcio ſi quis noſtrum non in his cõſumitur, vti ne dixerim fauciatur. Eſt ergo ebrietas vini pernicioſa in omnibus. Sola namque eſt, quæ ſimul cum corpore, & animam debilem reddat. In cæteris etenim poteſt fieri, vt, ſecũdum Apoſtolum [c], cùm infirmatur corpus, tunc magis potens ſit ſpiritus, & vbi is, qui de foris eſt, homo corrũpitur, ille, qui intus eſt, renouetur. In ebrietatis verò ægritudine corpus ſimul, & anima corrũpitur, ſpiritus pariter cum carne vitiatur. Omnia membra debilitat, pedem, manum, linguam reſoluit, oculos tenebrat, mẽtem velat obliuio, ita vt hominẽ ſe neſciat eſſe, non ſentiat. Habet ergo iſtud primo dedecoris corporalis ebrietas. Iam verò ſi diſcutiamus, quot modis mens inebriatur humana, inueniemus ebrios etiam eos, qui ſibi ſobrij videntur. Iracũdia inebriat animã, furor verò eam plus

Sobrietas omnium virtutũ mater eſt.

a Epheſ. 5.

Luxuria filia primogenita ebrietatis.

b Luc. 21.

Ebrietas vini pernicioſa in omnibus.

c Rom. 8.

In ebrietate corpus ſimul & anima corrũpitur.

Qui ſobrij etiã ebrij ſint.

eam plus quàm ebriam facit; si quid tamen, esse ebr-
tate amplius potest. Cupiditas & auaritia non so-
ebrium, sed & rabidum hominem reddunt.

Cupiditas, & auaritia rabidum hominem reddunt.

Quò pertinet & illud, quod D. Ioannes Chrys-
mus aduersus Iudæos dixit [a]: Præteriit ieiunium ip-
rum, imò potius ebrietas Iudæorum. Etenim & a-
vino ebrietas est, & in sobrietate temulentia, ita-
saque comessatio. Quodsi nemo posset absque v-
mulentus esse, nequaquam Propheta diceret [b]: Væ
qui ebrij sunt, & non à vino. Si nō esset sine vino
tas haudquaquam dixisset Paulus [c]: Nolite inebri-
no, in quo est luxuria. Nam quemadmodum vin-
& alio modo posset aliquis inebriari; Eoq; dixit
inebriari vino. Est enim ebrietas & in ira, & in a-
concupiscentia, & in auaritia, & in amore glor-
que in aliis innumeris affectibus. Ebrietas e-
aliud est, quàm excidisse à recta ratione, delira-
sanæ mentis priuatio. Non solùm igitur qui m-
haurit merum, verumetiam qui alium quempia-
bum alit in animo, vehementer ebrius esse iudi-
Etenim qui mulieris alienæ tenetur amore, qui
vacat, ebrius est. Et quemadmodū is, qui multu-
bit merum, sesequè ingurgitauit, illiberales voces
dit, aliudque pro alio videt; sic & hic, veluti mero
piam sua cupiditate repletus, neque sana profer-
sed obscœna omnia, sed pernicioſa, sed illiberalia
que plena, aliaque pro aliis videt, cæcutiens ad ea
cernuntur. Quodsi mulieri stuprum inferre cōcu-
hanc vbique imaginans, non aliter, quàm mēte c-
& delirans in conuenticulis, in conuiuiis, in omni
pore, in omni loco, etsi innumera hominū millia
alloquantur, nec audire quidem videtur, sed a-
tantum intentus est animus, nec aliud somniat,
peccatum, habetque suspecta omnia, metuit om-
hilo melior animante, quod alligatum scutica
tur. Rursus quem tenet ira, ebrius est. Similiter
turget facies, vox fit asperior, oculi fiunt sanguin-
mens obtenebratur, prudentia submergitur, lingua
mit, oculi intorquentur, aures alia pro aliis audiu-
mirum ira longè grauius, quam vllum merum

Quē tenet ira, ebrius est.

Ebrietatis definitio.

a oratione 5. In sobrietate quoque est temulentia, & luxuriosa comessatio.
b Isa. 29.
c Ephes. 5.
Varia ebrietas.

percellente cerebrum, tempestatem concitante, turbationemque gignente insedabilem. Quodsi ebrius est, quem tenet concupiscentia, iráve; multo magis homo impius, & in Deum blasphemus, illiusque legibus repugnans ebrius est, insanitque, deterius affectus, quàm ij, qui comessantur, quique mente capti sunt, licet ipse morbum suum non sentire videatur. Nam id maximè conuenit ebrietati, etiam sensu vacare malorum, quæ turpiter committit.

Impius & in Deū blasphemus ebrius est.

Huc etiam accedere videtur illud D. Hieronymi [a]: Cauc, ne si ieiunáre, aut abstinere cœperis, te putes esse iam sanctam. Hæc enim virtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. Magisque id prouidendum est, ne tibi hoc, cùm licita contemnas, securitatem quandam illicitorum faciat. Quicquid supra iustitiā offertur Deo, non debet impedire iustitiam, sed adiuuare. Quid autē prodest tenuari abstinētia corpus, si animus intumescat superbiā? quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si liuore liuidi simus? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc, inquā, præclara est abstinentia, tunc pulchra, atque magnifica castigatio corporis, cùm est animus ieiunus à vitiis. Imò qui probabiliter, ac scienter abstinentiæ virtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quò animæ frangant superbiam, vt quasi de quodam fastidio contemptus sui atque arrogantiæ descendant ad implendam Domini volūtatem, quæ maximè in humilitate perficitur. Idcirco à variis eiborum desideriis mentē retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate virtutum. Iamque minus ieiuniorum, & abstinentiæ laborem caro sentit, anima esuriente iustitiam. Nam & vas electionis Paulus dum castigat corpus suum, & in seruitutem redigit [b], ne aliis prædicans ipse reprobus inueniatur, non ad solam (vt quidam imperiti putāt) hoc facit castitatem. Non enim huic tantummodo, sed & omnibus omnino virtutibus abstinētia opitulatur. Neque magna, aut tota Apostoli gloria est, nō fornicari, sed hoc agit, vt castigatione corporis erudiatur animus; quantoq; nihil ex voluptatibus concupiscit, tantò magis possit de virtutibus cogitare, ne perfectionis magister imperfectū aliquid in se ostendat.

a *ad Celant.*

Sobrietas, & abstinentia quando laudanda.

Domini volūtas maxime in humilitate perficitur.

b 1. *Corint.* 9.

Abstinentia omnibus opitulatur virtutibus.

dat. Abstinere autem cōuenit ab omni cibo, quem cupiscentia, & libido præsumit, quem deliciæ parat luxus excogitat, videndumq; est, non solùm qua quanto cibo, & quo in tempore, & quā parco vtam

a Origin. in epist. ad Rom. lib. 9. cap. 14.

Cùm autem clerici vino dediti esse prohibentur intemperantiā nequaquam habere permittuntur enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur trumq; enim inter opera tenebrarū Apostolus commorat scribens Romanus [b]: non in comessationibus ebrietatibus: ventris namq; ingluuies ad luxuriam uocat facilè, & omne opus bonum dissoluit [c]. Gulam tem vitium, vt D Basilius inquit [d], non in escarum pia naturæ suæ vim positam exercere nouit, sed in luptate, atque gustatu, licet modicis admodum Quod, si ita est, vt vel breuissima modo gustatu pta delectatio obnoxium te istiusmodi morbo efficere, haud dubiè id te nullo negotio ad interitum bit. Etenim multos ego, inquit, animaduerti sæpe alterius cuiusuis generis vitiis laborarent, ad sanitatem tamen redierint postea; qui autem hoc morbo tenentur, vt ventris ingluuie duci se sinerent, nemini omnibus vidi vnquam, qui cōualuerit. Nam qui modi sunt, ij mendaces sunt, ad iusiurādum parati iuriosi, litigiosi, pertinaces, clamosi, & qui saturi se pertinacissimè pernegent, illiberales, qui victu cato apprimè gaudeant, queruli, aliorum curiosi ratores, totius vitæ honestæ de industria inimici, gulę libidinem obtegant, innumerabilibus se aliis inuoluunt, qui cum habitu quidem inter saluos deantur, rebus ipsis inter perditos numerandi Hæc fuit quæ Adæ interitum, & post ipsum, niuersæ illius posteritati exilium apportauit.

b cap. 13.

c §. 1. dist. 44.

d in serm. de abdicat. rerū.

De tabernis, & ludis clericis vitandis. CAP. X

VERVM, quia in tabernis, seu cauponis sationes, & ebrietates à clericis, vt plurimum fiunt, ad eorum honestati, & saluti consulendum à diuersis Pontificibus, & conciliis, illis earundē ingressus prohibitus fuit, nisi peregrinationis, vel itineris cessitati compulsis [e]. Sunt enim illæ dæmonū offici

e c. clerici, de vit. et hon. cleric. c. clerici edendi, et c. non oportet. dist. 44. Iuo par. 6. decret. cap. 203 & 2. sequent. Burch. lib. 2. decret. cap. 129. & 2. sequent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& omnis intemperantiæ schola: Vbi omnis vitæ regula dissoluitur, & inconcessis voluptatibus habenæ laxantur[a]. Quocirca etiam nuper in reformatione cleri Germaniæ a Sedis Apostolicæ Legato statutum fuit[b], vt clerici tabernas publicas euitent, nisi eas peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tam inibi, quàm domi, & alibi à crapula, ebrietatibus, omniq; ludo à iure prohibito, blasphemiis, rixis, ac aliis quibuscũque excessibus, & offensionibus penitùs abstineãt: choreas, spectaculáque, & conuiuia publica vitent; ne ob luxum, petulantemque eorum nomen ecclesiasticum malè audiat.

a *Ind. Clichth. in opusc. de vita & moribus sacerd. cap. 17.*
b *cap. 3.*

Ludi autẽ à iure prohibiti sunt, quos mimi, ioculatores, & histriones faciunt, seu exercẽt[c]: qui à Bonifacio octauo goliardi seu bufones vocantur[d]. Quodsi clerici clericalis ordinis dignitati nõ modicũ detrahentes per eam artem illã igni miniosam exercuerint ipso iure; si autem tempore breuiori, & tertio moniti nõ resipuerint, omni priuilegio clericali vt careãt constitutũ est[e].

Qui ludi clericis sint prohibiti.
c *c. clerici officia. de vita & honest. cler.*
d *c. vnico. de vita et honest. cler. in 6.*
e *d. c. vnico.*

Iure quoq; canonico clericis prohibetur[f], vt ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Propterea quod plurima crimina in talibus ludis perpetrari soleãt. Quod Iustinianus Imperator sua constitutione desuper ædita egregiè testatur, inquiens[g]: Alearũ vsus antiqua res est, & extra operas pugnatorias cõcessa: verum pro tẽpore abiit in lachrymas, multa millia extraneárũ nationum suscipiẽs. Quidã enim nec ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione tantũ proprias substantias perdiderũt, die noctuq; ludẽdo, argento, apparatu lapidũ, & auro. Consequẽter autem ex hac inordinatione blasphemare Deum conãtur, & instrumenta conficiunt. Cõmodis igitur subiectorũ prospiciẽtes hac generali lege discernimus; vt nulli liceat in publicis, vel priuatis domibus, vel locis ludere, neq; in genere, neque in specie. Et si contra factũ fuerit; nulla sequatur condẽnatio, sed solutũ reddatur, & competentibus actionibus rejetatur ab his, qui dederunt, vel eorũ hæredibus, aut his negligẽtibus à patre aut defensoribus illius ciuitatis, vel inuipiat fiscus, nõ obstãte 50 annorũ præscriptione. Et idẽm Imperator in alia authẽtica cõstitutione[h]. Interdicimus sanctissimis Episcopis, & presbyteris, diaconis, & sub-

Ad aleas & taxillos ludere clericis est inhibitum.
f *d. c. clerici officia.*
g *l. vnica. C. de alear. lusu, & aleatorib.*

Ex aleæ lusu prouenit substãtiarum perditio, & blasphemia in Deum.
h *authen. interdicimus. C. de Episc. et cler. & in authen. de sanctissimis Episcopis. collat. 9. §. interdicimus. item 50. parte decret. cap. 370.*

& subdiaconis, & lectoribus, & omnibus aliis cui-
bet ordinis venerabilis collegij constitutis, ad tabu-
ludere, aut alijs ludẽtibus participes esse, aut inspec-
fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia
nire. Si quis autem ex his in hoc dereliquerit, inter-
hunc tribus annis à venerabili ministerio prohibea-
in monasterium redigi. Sed in medio tempore si p-
nitentem ostenderit, liceat sacerdoti sub quo cõfi-
est, tempus minuere, & hunc priori rursus mini-
reddere.

Pœna clericis aleatoribus iure ciuili constituta.

Et cùm teterrimum sit prodigalitatis instrumen-
alea, qua complures per inconsultam temeritatem
inopiam redacti Deo maledicunt, & grauiora scel-
nonnunquam aggrediuntur, vt ex prædicta sub-
constitutione liquet, meritò & hoc prouidendum
ne ludo tam noxio vlla ratione indulgeretur, sed
quoad eius fieri posset, omnis eius vsus procul
bene institutæ reipublicæ exterminaretur. Huius
interest, ne quis re sua abutatur. Et quia recep-
occasionem adiumentumque præbent ciuscem
quitiæ, rectè prætor de iis hoc edictum propos-
quis enim apud quem alea lusum esse dicetur, ve-
uerit, damnumve ei dederit, siue quid eo tempo-
eius substractum est, iudiciũ non dabo. In eum, q-
ludendę causa vim intulerit, vti quæq; res erit, a-
uertam. Hostiensis sedecim [b]: Florentinus vero n-
vnum [c] eminerat scelera, crimina, & peccata, quæ
ludi genere euenire solent. Verum hęc breuitatis
nos omittimus.

Alea prodigalitatis instrumentum.

Pœna autem clerici publici aleatoris est, vt repo-
à promotione, & ab obtinẽdo beneficio, etiãsi
fuerit monitus, vt desistat à ludo; sed non præ-
neficio obtento, nisi præcedat monitio. A deo, vt
tio facta tali sit nulla, si de hoc constabat, tanquam
vili, & indigno: & si non constabat, quia erat
debet irritari [d]. Ludus autem aleæ hoc loco vo-
qui iactu tesserarum seu taxillorũ committitur,
innititur fortunæ. Sub quo comprehenditur, & co-
alius lusus, cuius lucrum è solo pendet fortunæ
& nulla industria humana dirigitur [e]; qui certè

a *l. 1. ff. de aleator.*
b *in summa tit. de excess. prælat.*
c *in 1. part. tit. 1. cap. 25.*
d *c. inter dilectos, & ibi gloss. & Panor. de excess. prælat. et idem Panor. in c. clerici officia. de vita & honest. cleric.*
e *Panor. in d. c. clerici officia. Sylvester in sum. in verb. ludus. Iud. Clichth de vita & morib. sacer. cap. 19. et conc. Senon. tit. de decret. mor. cap. 25.*

habet iusti lucri rationem, ob quam legitimè transferatur lucrum in ipsius lucrantis dominium. Quocirca sanctus Bonauentura dixit [a], huiusmodi lucrantes ad restitutionem eorum quæ hoc ludo sunt assecuti strictè obligari, & quod taxillorum iactu, aut chartis lusoriis sunt lucrati in pios vsus pauperū erogari debere. Enimuero si quis semel, aut bis contrectet aleas, & eas iactet, concertans cum alio posito pignore, nónne tandem trahetur ex huiusmodi inescatione ludi in consuetudinem, & fiet aleator, habebitq; aleas in deliciis? Nónne qui sibi cauere, ne in assuetudinem mali ducatur eniti debet, vt ne semel quidē admittat id, cuius assuefactionem vult euitare? cùm Ecclesiastes dicat [b]: qui in vno deliquerit, multa bona perdet. Quocirca in Synodo Senonensi dicto loco expressè clericis omnibus statutum & mandatum fuit, vt à ludo alearum, aliisque qui à sorte pendent, abstineant, neque ludentium fautores, spectatores, aut testes existant.

a *vt refert Indo. Clichtho. in d. opus. cap. 19.*

b *Ecclesiast. 9.*

Dicit Dionysius Richelius de huiusmodi ludis scribens [c]: Ministros inquit, ecclesiæ, quos à secularium vita, & moribus differre oportet, necesse est maturitati morum, ac probitati vacare; compunctioni, atque diuino timori operam dare, sicque in conspectu altissimi orationibus, ac psalmodiis & pœnitētiæ actibus inhærere, vt pro propriis, ac fundatorum, & benefactorum suorū excessibus, & peccatis satisfaciant Deo. Idcirco cauere debentur ea, quæ compunctionem, maturitatem, deuotionemque dissipant, dissolutionem inducunt, & seculares generant mores, vt sunt familiaritates, exercitia, ludi, & ioci mimorum, & ioculatorum, ac histrionum, visitatio tabernarum, comessationes, & lauta conuiuia, lusus alearum, & taxillorum, quibus multa enormia connecta sunt vitia, & ex amore procedunt pecuniæ, maritiamque concernunt.

c *de vit. Can. & eccle. art. 9.*

Quando & quomodo clericis permissum sit ludere. CAP. XX.

INTEREA, vt solidius, euidentius, ac certius innotescat, qualiter Canonicis, & ministris Ecclesiæ interdum liceat ludere, & qui ludi sint liciti; aduerten-

dum quod D. Thomas, Durandus, & alij scribunt, asserunt[a]: Quemadmodum hominis corpus indi[...] corporali refocillatione, quiete, & somno, quia nō [...] continuò laborare: sic itidem anima indiget virium [...] creatione, atque solatio, quod fit per aliqua verba, [...] opera, in quibus non intenditur, neque requiritur [...] animi delectatio; & hęc verba aut opera vocata sunt [...] dicra, aut iocosa. Circa quæ tria sunt obseruanda [...] mum, vt delectatio talis non quæratur per verba, [...] facta inhonesta, turpia, aut nociua alicui. Secūdum [...] ne grauitas seu deuotio cordis nimis resoluatur [...] lia. Tertium, vt iocus seu ludus existat conuenien[...] parte personæ, ac loci, & temporis, aliis quoque vi[...] circunstātiis debitè decoretur. Virtus autem per [...] homo ita decenter se habet in ludis, secundum [...] phum εὐτραπελία, id est, vrbanitas vocatur[b]. [...] ludo admisceantur verba, aut facta turpia, lascia[...] ua, scandalizatiua, mendosa graue peccatum est, [...] quenter mortale: imo affectus ad ludum, & iocum [...] set esse tam immoderatus, dissolutus, & vehemēs [...] esset mortale peccatum, quamuis ludus in se non [...] nisi peccatum veniale. In concilio verò Medio[...] statutum legitur: Clericalis ordinis hominibus [...] genere saltationis, & ludi, præsertim verò aleæ [...] rarum ac talorum interdicimus. Prohibemus [...] bos, qui malleis ligneis impelluntur; item follis [...] id est, pilæ maioris, nec solùm ludere vetamus, [...] ludorum spectatores esse nolumus: aut quemquam [...] dētem in ædibus suis permittere. Si autem valet[...] interdum causa, parua pila, aut alio non indecoro [...] modi exercitationis genere vti contigerit; nec [...] id faciant; nec pecunia intercedat in ludo: nec [...] quod facilè pecunia æstimari possit. Choreas [...] aut publicas non agent, nec spectabunt.

Ex his elicitur quibus & quando, ac qualiter [...] dere. Illis planè ludere licet modo præfato, qui [...] bus, aut corporalibus exercitiis bonis insistūt [...] rationabilem fatigationem: non autem his, qui [...] citati, & otio vacant, qui otia, risus, & dissolutio[...] mittunt quotidie, qui lauta agunt conuiuia, & in [...]

a vt narrat Dionys. Richel. in d. artic. 9.

In ludis licitis quæ obseruāda sint.

b 4. Ethicor. Vrbanitas.

Quatenus in ludis licitis cōmittatur peccatum.

Quibus clericis ludere liceat, et quibus non.

verba, cachinnos, & dissolutiones immoderatas excedunt. Grauiter igitur peccant, & intolerabilia promerentur supplicia ministri Ecclesiæ, præsertim Canonici, atque in sacris ordinibus constituti, qui cùm quotidie ea, quæ Dei sunt cursoriè agant, horas festinanter persoluunt; imò de diuino officio se celeriter nimis expediant; deinde ea, quæ carnis sunt, expleant diligenter, & lautè ac lentè reficiantur, suasque habeant cõsolationes in multis; & tamen quasi assiduè frequenter refectione completa, aut aliis horis, ludis vacant, iocisque immoranter aut etiam quod enormius est, ad aleas seu taxillos ludunt, aut ludis illis intersunt, communicantes, & faumtes ludentibus, seu in lucro, & damno ipsorũ participantes. Certè isti non habent legitimam causam ludendi; sed potius horis, quibus ludunt, deberent sua deplorare peccata, & tempus quod in aliis suis vanis recreationibus, fabulis, risibus infructuosè, imò vitiosè consumunt, recuperare pro posse; negligentias quoque, & defectus, quos diuinum soluendo officium incidunt, & committunt deflere.

Hi insuper nimium suis ludis immorantur, & iocis, qui deuotionem, maturitatemq; cordis, si quam paulò ante habebant, omnino dissipant, & corrumpunt. Heu quam periculosa est taliũ vita, quam perdita atque damnabilis, qui pro eo quod prandio facto, & cœna cõpleta deberent ad cameras suas redire, aut bibliothecas intrare, & sacris lectionibus, saluberrimisq; considerationibus esse intẽti (prout sanctus loquitur Cyprianus[a]) se ad exteriora omnino profundunt, ad carnalia & mundana solatia intimoratè exponunt, ac variis modis pretiosissimum tempus ipsis indultũ inutiliter ac lamẽtabiliter perdũt, suæ vocationis statum non attendẽtes, nec conscientias suas corã Deo discutiẽtes; imò ad quæ, quãta, & qualia teneãtur vix vnquã debitè efficaciterq; pẽsantes. De talibus ait D. Bernardus[b]: Insolentia clericorũ vbiq; terrarũ turbat ecclesiã, & molestat: alienis nimirũ laboribus locupletãtur, comedũt fructus terrę absq; pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas ipsorum: mẽs quippe affluens deliciis, nec exculta disciplinis multas contrahit sordes. Quantos videmus, qui nõ Christo Domino, sed

a *in tract. de aleatoribus. Tom. 3. secundũ editionem Pamelij.*

b *epist. 158. Insolentia clericorum vbiq; terrarũ turbat ecclesiam.*

suo deseruiunt ventri, atq; in multis eorum formis regnat, qui puritatis auctori impuro corde, ac sordi corpore ministrantes non verentur iuxta se stare altare Dei, qui fecit eos medios, & disperdat.

Ludus alearũ quatenus pro pecunia fieri possit.

Præterea ludus, qui fortunæ innititur, vt est ludus alearũ, non potest pro pecunia fieri, nisi sex concurrant. Primum est congruitas personæ: Clericis autẽ aleas & taxillos ludere, aut huiusmodi ludis interesse de[a] non licet[a]. Vnde aleator publicus, & vsurarius repelluntur à dignitate obtinenda, non obstante consuetudine contraria[b]. In beneficio tamen obtento potest Episcopus gratiam facere si se corrigat, alias de[b] bet deponi[c]. Secundum est, cõgruitas materiæ, quia esculento vel poculento aliquo modo ludere licet, quando de ludo laudabili iuxta prædicta, idque[c] recreationis, & non lucri in crumena reponendi, vt dictum est, in esculẽta, aut poculenta conuertendi, dummodo exiguum illud sit pretium, ne succumbens gra[d] trimento afficiatur, conuertaturque in sumptus m[e] cris conuiuii, quod relaxandi animi gratia instit[u] Verum Panormitanus[e] hoc in laicis, non autem [in] ricis procedere existimat, quia & his cõuiuia ior[a] sunt[f]. Tertium est, cõgruitas temporis, vt non tem[p] luctus, aut pœnitentiæ, aut officij diuini, vel co[n] nionis fiat. Quartum est, congruitas modi, vt hab[e] dolo, nec quis contra legem ludi faciat, nec alium [ad] uocet, aut cogat ad ludendum. Quintum est, congru[o] loci, ne scilicet fiat in loco sacro, vel publico, ex [q] scandalum oriri apud laicos possit. Sextum est, [de] gruitas finis, vt scilicet ludatur non propter auar[i] seu lucrandi cupiditatem, sed gratia honestæ, & [ad] sariæ recreationis suæ, vel socij[g].

Aduertant hæc clerici ad tantam cæcitatem, [im] tatem, insaniamque prolapsi, vt non obstantibus [ca] canonibus & decretis, audeant, & præsumant [pu] & desiderio lucri turpissimi ad aleas, & taxillos [in] lusorum secularium ludere, cùm tamen ad lucrand[a] restitutionem, seu in pios vsus conuersionem [pe] teneantur, nec aliter possint saluari, sacramentali[ter] absolui, vt D. Dionysius Richelius in opusculo [de]

a c. clerici officia. de vit. & honest. cler.
b c. inter dilectos. de excess. Prælat.
c Panor. in d. c. inter dilectos alleg. c. 1. dist. 35.
d Dionys. Richel. in d. opusc. art. 9. et Clichtho. in d. opusc. cap 19 gl. in c. 1. dist. 35.
e in d. c. clerici. officia. per l fi. ff. de aleatorib. & Panor. in d. c. clerici officia. et d. c inter dilectos. Syluest. in summa in verb ludus.
g Dionys. Richel. in d. opusc. art. 9 et Clichtho. in d. opusc. cap. 19.

ecclesiasticorum scribit [a]; & Iudocus Clichthoueus Theologus Parisiensis in opusculo de vita, & moribus sacerdotum, allegans sanctum Bonauenturam [b]. Nec obstat si dicatur, hanc consuetudinem ludendi in toto orbe esse præscriptam ab eo tempore, cuius non extat memoria in contrarium: Quia ista obiectio locum non habet, quando consuetudo est nutritiua peccati; excusat quidem interdum à pœna temporali, sed non à pœna gehennali. c. fin. & ibi glos. & dd. de consuet. glos. not. in c. denuq. dist. 4. Scripsit D. Alphonsus Aluarez in Thesauro Christ. religio. cap. 60. huius ludi inuētorem esse diabolum, ac proinde consuetudine non posse validari, eiusque conditionem adeo ignominiosam, & vituperabilem asserit, quod cum Chilon Athenienſis Philosophus, vnus ex septem sapientibus missus esset Corinthū ad gerendæ societatis causa; & ibi duces, ac seniores populi ludentes alea comperisset, adeo illud abhorruit, vt statim infecta re illinc discederet, inquiens: Nolle se Spartanorum, quorū virtus per orbem clarescebat, hac infamia maculare; ne diceretur cum aleatoribus societatem contraxisse. Quos Philosophus 4 ethic. affirmat esse deterioris conditionis, quàm latrones. & idcirco Odofre. in l. 1. ff. de aleato. eos velut reipubl. reputat hostes & inimicos. Respiscāt ergo miserrimi, & diuini pensent rigorem iudicij, intolerabilia quoque tormenta inferni, quæ paulo post incident haud dubiè, nisi iam non solum desistant, sed & condignos agant pœnitētiæ fructus [c]. Cæterum, in illis ludis, qui sorti fortuitæ non subiiciuntur, sed humana diriguntur industria, solertia atque peritia (quorum nonnullæ leges, & conditiones supra positæ sunt) adhibēda & hæc cautio est, & regula; ne scilicet quid in his fiat, quod in aliis fortunæ subiectis cauendum diximus. Quibus & illud addendum videtur, clericos id ludi genus exercere nō debere, in quo euenire plerumque solet periculū læsionis fortuitæ sibi, vel alteri inferendæ, vt in ludo arcus, aut eiaculationis bombardarum seu sclopetorum; propterea, quod exponatur periculo effundendi humanum sanguinem, aut grauiter se, vel aliquem casu lædendi; & hoc ludi genus inspectoribus sæpe ingerit, propterea etiam scandalum,

[a] *art. 9.*

[b] *cap. 19.*

[c] *Dionys. Richel. in d. opus. art. 9.*

[d] *Clichth. in d. opusc. cap. 19. Ludus arcuum & bombardarum clericis, periculosus & malus est.*

& præbet offendiculum, iudicantibus clericali ordini minimè licere. Vnde occasionem ruinę pręstant pro-mo, grauiusque delinquunt.

De profanis spectaculis & scenis fugiendis.

CAP. XXI.

De fugiendis spectaculis publicis.

Voluptas oculorum varia.

a lib. 6. diuinar. institut. cap. 20.

PRÆTEREA spectacula publica clericis fugienda esse non sine causa supra dictum est: Siquidem Lactantius de illis scribens a: Voluptas, inquit, oculorum varia, & multiplex est, quæ capitur ex aspectu rum, quæ sunt in vsu hominum, vel natura, vel opere delectabiles. Hanc philosophi rectissimè sustulerunt. Aiunt enim multò esse præclarius, & homine dignius cœlum potius, quàm cœlata intueri, & hoc pulcherrimum opus, intermicantibus astrorum luminibus, tanquam floribus adornatum, quam picta, & ficta, & gemmis distincta mirari. Sed cùm disertè ad contemptum terrestrium nos exhortati sunt, & ad cœli spectaculum excitauerunt, tamen spectacula hæc publica non contemnunt. Itaque his & delectātur, & libenter interfuit.

Spectacula publica maxima sunt irritamēta vitiorum.

Quæ quoniam maxima sunt irritamenta vitiorum, ad corrumpendos animos potentissimè valent, talia sunt nobis, quia non modo ad beatam vitam nihil conferunt, sed etiam nocēt plurimùm. Nam qui hominem quamuis ob merita damnatum in cōspectu suo iugulat pro voluptate computat, consciētiam suam pollicitus scilicet, quàm si homicidij, quòd fit occultè spectator, & particeps fiat. Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur, adeò longè ab hominibus secessit humanitas, vt cùm animas hominum interficiant ludere se opinentur, nocētiores iis omnibus, quorum sanguinem voluptati habent. Huius autem publici homicidij socios, & participes esse non conuenit, qui iustitiæ viam tenere nituntur.

In scenicis ludis quę tractētur.

In scenis quoque nescio an sit corruptela vitiosa. Nam & comicæ fabulæ de stupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum, & quò magis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt, eò magis sententiarum elegantia persuadent, & facilius inhærent audientium memoriæ versus numerosi, & ornati. Item tragicæ historiæ subijciunt oculis parricidia, & incesta Regum

malorum

malorum, & cothurnata scelera demonstrant. Histrionũ quoque impudicissimi motus, quid aliud, nisi libidines docent, & instigãt? quorum enervata corpora, & in muliebrem incessum habitumque mollita, impudicas fœminas inhonestis gestibus mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt adveris? Quid iuuenes, aut virgines faciant, cùm & fieri sine pudore, & spectari ab omnibus libenter cernunt? Admonentur vtique quid facere possint, & inflammantur libidine, quæ aspectu maximè concitatur; ac se quisque proiectu in illis imaginibus præfigurat, probantque illa dum rident, & adhærẽtibus vitiis corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modò, quos præmaturis vitiis imbui non oportet, sed etiã senes, quos peccare iam non decet, in talem vitiorum semitam dilabuntur. Circensium quoque ludorum ratio, quid aliud habet, nisi lenitatem, vanitatem, insaniam? Tanto namque impetu conatantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, vt iam plus spectaculi exhibeant, qui spectãdi gratia veniũt, cùm exclamare, & efferri & exilire cœperũt.

Libido aspectu maximè concitatur.

Vitanda ergo spectacula omnia, non solùm ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata, & pacifica esse debent, sed ne cuius voluptatis nos cõsuetudo deliniat, & à Deo, atq; à bonis operibus auertat. Quare rectè in concilio Laodicẽsi statutũ fuit [a]: nõ oportere ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut scenis exhibentur interesse. Quod & in cõcilio Senonensi eisdem cautum, & prohibitũ est [b]. Et in cõcilio Agathẽsi sancitũ fuit [c]; vt presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducẽdi vxores licẽtia modo nõ est, etiã aliarũ nuptiarũ euitent cõuiuia; nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obscœni motus corporũ choreis & saltationibus efferuntur, ne auditus, & obtuitus sacris ministeriis deputati, turpiũ spectaculorum atq; verborũ contagione polluantur. Nam auriũ voluptas, quæ ex vocũ, & cantũ suauitate percipitur, tam est vitiosa, vt Lactantius inquit [d], quàm oblectatio oculorum. Quis enim nõ luxuriosum, ac nequã putet eum, qui scenicas artes do-

Cur vitandæ sint spectacula.

a *cap. 54. & c. non oportet. de cõsecrat. dist. 5.*

b *cap. 25. tit. de decret. mor.*

c *cap. 19. & c. presbyteri. dist. 34.*

Clerici nuptiis, vel aliis conuiuiis, vbi choreæ fiunt, vel amatoria cantãtur, interesse nõ debent.

d *lib. 6. diuin. instituar. cap. 21.*

mi habeat? Atqui nihil refert vtrúmne luxuriam [illegible] domi, an cum populo exerceas in theatro. Et quis [illegible] vt D. Cyprianus ait[a], in nuptiis locus est, cui animus [illegible] nuptias non est?

a in tract. de habitu virgi.

Sed iam de spectaculis dictum est, restat vnum [illegible] est nobis expugnandum, ne capiamur iisque ad [illegible] intimum penetrant. Nam illa omnia, quæ verbis [illegible] id est, aëris & neruorum suaues soni possunt facile [illegible] temni, quia non adhærent nec scribi possunt. Car[illegible] autem compositum, & oratio cum suauitate decip[illegible] capit mentes, & quo voluerit, impellit. Inde hom[illegible] literati, cùm ad Dei religionem accesserint ab a[illegible] imperito doctore fundati minus credunt. Assue[illegible] dulcibus & politis, siue orationibus siue carmin[illegible] uinarum literarum simplicem, communemque [illegible] nem pro sordido aspernantur. Id enim quærunt, [illegible] sensum mulceat. Persuadet autem quicquid suaue [illegible] animo penitùs, dum delectat, insidet. Num igitur [illegible] & mentis, & vocis, & linguæ artifex diserte loqui [illegible] potest? Imò verò summa prudentia, carere fuco [illegible] ea, quæ diuina sunt, vt omnes intelligerent, quæ [illegible] omnibus loquebatur. Ergo qui veritati studet, [illegible] vult seipsum decipere, abijciat inimicas, ac noxias [illegible] luptates, quæ animā sibi vinciant, vt corpus cibi [illegible] præferantur vera falsis, æterna breuibus, vtilia iucū[illegible] Nihil aspectu gratum sit, nisi quod piè, quod iustè [illegible] videas; nihil auditu suauè, nisi quod alit animam, [illegible] lioremque te reddit. Maximeque hic sensus non [illegible] vitiū detorquendus, qui nobis ideo datus est, vt doc[illegible] nam Dei percipere possemus. Itaque si voluptas [illegible] dire cantus, & carmina, Dei laudes canere, & audi[illegible] cundum sit. Hæc est voluptas vera, quæ comes, & [illegible] virtutis est. Hæc est non caduca, & breuis, vt illi [illegible] appetunt, qui corpori, vt pecudes seruiūt, sed perp[illegible] & sine vlla intermissione delectans. Cuius termi[illegible] quis excesserit, nihilque aliud ex voluptate petierit, [illegible] ipsam voluptatem, hic mortē meditatur: quia sicut [illegible] perpetua in virtute est, ita mors in voluptate. Qui [illegible] temporalia maluerit, carebit æternis: qui terrena [illegible] tulerit, cœlestia non habebit.

Carminis & orationis quā ta vis & efficacia sit.

Cur literati sacras literas cōtemnant.

Cur scripturæ simplici stylo factæ sint.

Qui visui, et auditui debeat esse gratum ac suaue.

Dei laudes canere & audire iucundum est. Voluptas vera quæ sit.

In virtute vita est perpetua: in voluptate mors.

Vt

Vt igitur clerici à morte ad vitā perpetuam perduci possent, lege patrum cautum illis fuisse testatur B. Isidorus[a], vt a vulgari vita secluſi, à mundi voluptatibus se abdineant, non ſpectaculis, non pompis interſint, conuiuia publica fugiant; priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colant; vſuris nequaquam incumbant; neque turpium occaſiones lucrorum, fraudisque cuiuſquam ſtudium appetant. Amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant; ſecularia officia negotiaque abijciant; honorum gradus per ambitionem ne ſubeant; pro beneficiis medicinæ Dei munera ne accipiant: dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, non infrēni lingua, aut petulanti tumidoq; gressu incedant, ſed pudorem, ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuque oſtendant: obſcœnitatem etiam verborum, ſicut operum penitùs execrentur. Caſtimoniam quoque non violati corporis perpetuò obſeruare ſtudeant: ſenioribus debitam prębeant obedientiam neque vllius iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollāt: Poſtremò doctrinæ, lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant. Tales enim debēt eſſe, qui diuinis cultibus ſeſe mancipādos ſtudent exhibere, ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinę gratiam populis adminiſtrent. Melius nāque eſt, vt D. Clemens inquit[b], Domini ſacerdotiū paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

Quodſi eccleſiaſtici, & præſertim Canonici, perſoluta ſe in Eccleſia diuinis officiis, ſtudiis ſanctis occupentur, neque ignauia, atq; otio torpereant; inhoneſtis, & turpibus ludis, & cōpotationibus reſiduum tempus non conſumerent. Quos tamen, vt D. Auguſtinus inquit[c], oportet aſſiduitatem habere legendi, & inſtantiā orandi[d]. Quia vita viri iuſti lectione inſtruitur, oratione munitur, & aſſiduitate lectionis munitur homo à peccato, iuxta illum, qui dicebat[e]: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hæc ſunt enim arma, videlicet lectio, & oratio, quibus diabolus expugnatur. Hæc ſunt inſtrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur.

a *lib. 2. de offic. eccleſiaſt. cap. 2. & c. his igitur. diſt. 23. Qualis debeat eſſe clericorum conuerſatio.*

Pecuniæ amor cunctorum criminum materia eſt.

b *in c. tales. diſt. 23. et epiſt. 2. ad Iacob. fratrem Dom. Melius eſt paucos habere clericos bonos, quā multos inutiles.*

c *referēte Burchardo lib. 2. decret. cap. 100. et Iuone par. 6. decr. cap. 177.*

d *Cyprian. lib. 1. epiſt. epiſt. 2. in fin.*

e *Pſal. 118. Arma quibus diabolus expugnatur, et beatitudo acquiritur.*

ritur. His armis vitia comprimuntur; his alimen-
tutes nutriuntur. Sed si quando à lectione cessa-
bet manuum operatio subséqui; quia otiositas in-
est animæ: & antiquus hostis, quem à lectione, s-
oratione vacantem inuenerit, facilè ad vitia rap-
vsum namq; lectionis discetis qualiter & vos v-
& alios doceatis. Per vsum orationis, & vobis, &
quibus in charitate cõiuncti estis, prodesse valebi-
manuum operationẽ, & corporis macerationẽ, &
alimẽta negabitis; & vestris necessitatibus subue-
& habebitis vnde necessitatem patientibus poeni-

Otium inimicum est animę.

Pius verò 5 Papa decretorũ concilij Tridẽtini
uator, & executor diligẽtissimus, ad extirpandũ
fligandũ supra commemoratos clericorum exce-
vitia, inter alia cauit, & edixit[a]; vt clerici, quos
Christũ spectaculũ fieri oportet mũdo, angelis, et
nibus, maximè debeãt ab iis spectaculis, quę Chri-
sapiũt abstinere, et ne comœdias, fabulas, chorea
ludia, aut ludicrũ, & profanũ vllũ spectaculi gen-
vel spectent: Ne talis, tesseris, pagellis pictis, & o-
alea, aut vllo præterea vetito, aut indecoro ludi
ludãt, néve huiusmodi ludi spectatores sint: Ne
sationibus aut minus honestis cõuiuiis interfint,
nasq; aut tabernas ne ingrediãtur, nisi longioris
causa. Imò vsque adeò honestatis, & sobrietatis
fuit dictus Pius 5 Papa, vt clericis prohibuerit[b], ne
quã propinẽt, aut prouocati ad bibendũ respondẽ-
sobriè & castè ex doctrina Apostoli viuãt: Ne sce-
nobiles assectẽtur, néve officij causa stent circũ
illis accũbentibus. In famulatu verò ecclesiastica-
sonarum vilia officia, aut opera, quę clericali de-
conueniãt, minimè faciãt. Quicũq; in iis, quæ fu-
hibita sunt deliquerit pręter mulctã 25 aureorũ
gula delicta exigendã, et in pios vsus erogandã,
priuatione beneficij, & graui⁹ etiã pro personę cõ-
ne, & facinoris, ac flagitij modo plectẽdos esse

a sua const. an. Dn. 1566.

Clerici debent esse angelis & hominibus spectaculum.

b in d. sua constitu.

Anne scholares eorúmque magistri ludos scenicos nunc agere possint. CAP. XXII.

VErùm si quis interroget, anne ludimagistri
sint per discipulos suos comœdias, et trag-
aliósve ludos scenicos agere. Huic respon-

An ludimagistri eorũve discipuli comœdias aliósve ludos scenicos agere possint.

videtur, ꝙ si prędicti ludimagistri, eorũve discipuli clericali tõsura insigniti sint, eos nõ posse, vt ꝑ supradicta patet, nisi ludi pij & sacri sint. Quia iure canonico expresse cautũ est: vt clerici mimis, ioculatoribꝰ, & histrionibus nõ intẽdãt. c. clerici de vita & honest. Verũ si discipuli nõ sint tõsurati, nec illis quidẽ permittendũ hoc videtur, pręsertim si lasciui vel prorsus profani sint, cùm ab illis Christiana religio eos prohibeat. Nã cũ paruuli, q̃ succrescẽtes in maiorũ suorũ locũ in reipublicę, tã ecclesiasticę, q̃ secularis administratione succedãt, et cõsequẽs sit ab ipsis prauè ac nequiter institutis reipub. perniciẽ imminere, idcirco summoperè refert, vt pueritia, q̃ seminariũ & seges est omniũ rerũ publicarũ, in timore Dei, verecũdia, pudicitia, ac bonis disciplinis edoceatur, quout supra ex SS. Cõcilio Tridẽt. demõstratũ fuit. D. enim Cypr.[a] cõsultus quid sibi videretur de histrione quodã, an talis deberet cõmunicare cũ catholicis, qui adhuc in eiusdẽ artis suæ dedecore perseuerabat; respõdit his verbis: Puto ego nec maiestati diuinæ, nec euangelicæ disciplinæ cõgruere, vt pudor, & honor ecclesiæ tã turpi, & infami cõtagione fœdetur. Nã cùm in lege[b] prohibeãtur viri induere muliebrẽ vestẽ, & maledicti eiusmodi iudicẽtur, quãtò maioris est criminis, nõ tantũ muliebria indumenta accipere, sed & gestus quoq; turpes, & molles, & muliebres magisterio impudicæ artis exprimere? Nec excuset se quispiã, si à theatro ipse cessauerit, cùm tamẽ hoc cæteros doceat. Non potest enim videri cessasse, qui vicarios substituit, & qui pro se vno plures succedaneos suggerit cõtra institutionẽ Dei, eruditis & docẽs, quẽadmodũ masculus frãgatur in fœminã, & sexus arte mutetur, & diabolo diuinũ plasma maculãti per corrupti, atque eneruati corporis delicta plateatur. Quodsi penuriã talis, & necessitatẽ paupertatis obtẽdit, potest inter cęteros, qui alimẽtis ecclesię sustinẽtur huius quoq; necessitas adiuuari; si tamẽ cõtentus sit frugalioribus, & innocẽtibus cibis. Nec putet salario se esse redimendũ, vt à peccatis cesset, quãdo hoc nõ nobis sed sibi pręstet. Cęterũ quãtũ vult inde quęrat. Qualis quęstus est, qui de cõuiuio Abrahę, Isaac, & Iacob, & homines rapuit, & malè ac perniciosè in seculo saginatos ad æternæ famis, ac sitis supplicia deducit? Et ideo

quantum

a *lib. 1. epist. epist. 10.*

An histrio cõmunicare possit cũ Catholicis.

b *Deutero. 22. Viri muliebrẽ vestem induere non possunt.*

Cur nõ sit quis salario redimẽdus vt à peccatis cesset.

quantum potes eum à prauitate, & dedecore ad
innocentiæ, atque ad spem vitæ suæ reuoca, vbi
tentus ecclesiæ sumptibus parcioribus quidem,
lutaribus.

a lib. 2 epist. epist. 2.

Mala ex ludis scenicis prouenientia.

Et idem alibi de huiusmodi ludis scenicis, & spe
culis publicis scribens[a]: In theatris, inquit, cont
quod tibi & dolori sit, & pudori. Cothurnus el
cus prisca facinora carmine recensere. De parri
incœstis horror antiquus, expressa ad imaginē re
actione replicatur, ne seculis transeuntibus exo
quod aliquando commissum est. Admoneur
ætas, auditu, fieri posse, quod aliquādo factum el
quam æui senio delicta moriuntur, nunquam
temporibus obruitur; nunquam scelus oblutor
tur. Exempla fiunt, quæ iam esse facinora des
Tunc delectat in minus turpitudinum magistris,
quid domi gesserit recognoscere, vel quid ge
audire. Adulterium discitur, dum videtur, &
ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica
ad spectaculum matrona processerat, de spectac
uertitur impudica.

Histrionicis gestibus inquinantur omnia.

Adhuc deinde morum quanta labes, quæ proh
fomenta, quæ alimenta vitiorum histrionicis ge
inquinari? videre contra fœdus, iusque nascendi pu
tiam incœstæ turpitudinis elaboratā? Eiurantur
omnis honor, & vigor sexus enerui corpora
core emollitur, plusque illic placet, quisquis
fœminam magis fregerit. In laudem crescit ex
& eo peritior, quo turpior iudicatur. Spectatur
nefas, & libenter; quid non potest persuadere, qu
est? Mouet sensus, mulcet affectus, expugnat
ctoris conscientiam fortiorem; nec deest prob
dientis auctoritas, vt auditu molliore pernicies
nibus obrepat. Exprimit impudicam Venerem
rium, Martem, Iouem illum suum non mag
quam vitiis principē in terrenos amores cum
fulminibus ardentem, nunc in pluuias oloris
nunc aureo imbre defluere; nūc in puerorum
tium raptus ministris auibus prosilire. Quare
an possit esse, qui spectat, integer, & pudicus, cum

suos, quos venerantur, imitãtur. Fiunt miseris & delicta religiosa. O si & possis in illa sublima specula constitutus oculos tuos inferere secretis, recludere cubiculorũ obductas fores, & ad conscientiam luminum penetralia occulta referare, aspicias ab impudicis geri, quod nec aspicere possit frons pudica: Videas quod crimen sit & videre, videas quod vitiorum furore gementes gessisse se negant, & gerere festinãt. Libidinibus insanis in viros vim proruunt. Fiunt, quæ nec ipsis, nec illis possunt placere, qui faciũt. Mentior, nisi alios, qui talis est, increpat; turpis turpes infamat, & euasisse se consciũ credit, quasi conscientia satis non sit: iidem in publico accusatores, in occulto rei, in semetipsos censores pariter, & nocentes. Damnant foris quod intus operantur; admittunt libenter, quod cùm admiserint, criminantur. Audacia prorsus conuitiis fauens, & impudentia congruens impudicis. Nolo mireris, quæ loquũtur huiusmodi ore illo polluto. Quicquid iam voce delinquitur minus est, sed ubi post insidiosas vias, post dispersas orbe toto multiplices pugnas; post spectacula vel cruẽta, vel turpia; post lenocinum probra, vel lupanaribus prostituta, vel domesticis parietibus obsepta, quantum quo secretior culpa, maior audacia est. Deinde in œcumenica Synodo sexta, quæ fuit Constantinopolitana 3, statutum est [a]: Vt nullus vir muliebri veste induatur, nec mulier veste viro conueniente, sed nec Comicas, nec Tragicas, nec Satyricas personas induant. Qui secus fecerit, si clerici sint, deponantur; si laici, segregentur à communione.

Quare piè & rectè à prouinciali Synodo Mechliniẽsi statutum fuit [b], vt illi auctores, qui per gentilitatem, aut turpes amores iuuenum mores corrumpere possent, à scholis arceantur. Et [c] vt non solum è templis, & locis sacris, verumetiam è domibus, & hortis ecclesiasticorũ tollantur imagines, sculpturæ, aulæa, quæ gentilitatem, aut mendaces ethnicorum fabulas, satyrorum, faunorũ, Dryadum, terminorum, & Nympharum, ac id genus alia repræsentant. Similiter quæcumque figuræ lasciuę, prauæ, & ob pudendam nuditatem vel alias tam obscenæ, vt pias mentes offendant: vel superstitiosæ, quæ fidelium mentes à religione, & deuotione distrahunt, & sæpius

a *can. 62. Vide constitut. de sanct. apis. §. penul. in authẽt. & Sum. Syluestri in verb. ars vers. 7. & in verb. ludus. §. 7. & Panor. in c. cũ decorem. de vita & honest.*

b *tit. de schol. cap 3.*

c *tit. de imaginib. cap. 1. & 3. & d. Synod. Constanti. 3. can. 100.*

& sæpius grauiter offendunt. Et si clerici post pub-
tionem dicti concilij prędictas imagines infra trim
è suis domibus non eiecerint, Episcoporum est cu
vt contra illos ad condignam punitionem proce
Turpem etiam illum abusum in quibusdam freque
tum ecclesiis; quo in certis anni celebritatibus non
cum mitra, baculo ac vestibus pontificalibus more
scoporum benedicunt: alij vt Reges ac duces in
(quod festum fatuorum, vel innocētium seu puer
in quibusdam regionibus nuncupatur) alij laiuale
theatrales iocos: alij choreas ac tripudia mari
mulierum facientes, vt homines ad spectacula &
chinnationes moueant: alij comessationes & con
ibidem præparant. Hæc sancta Synodus Basilien
testans [a], statuit & iubet tam ordinariis quàm ecc
rum Decanis & rectoribus sub pœna suspensio
nium prouentuum ecclesiasticorum trium mensium
tio, ne hæc aut similia ludibria, neque etiam merc
seu negotiationes nundinarum in ecclesia, quæ
orationis esse debet, & etiā in cœmiterio exerce
plius non permittant. Transgressoresque per cen
ecclesiasticam aliaque iuris remedia punire non
gant. Omnes autē consuetudines, statuta, aut priui
quæ in his non concordant decretis (nisi forte ma
adijcerent pœnas) irrita esse hæc sancta Synodus
uit. huc pertinet c. cum decorem, & quæ ibidem
Hostiensis & Panor. & alij. de vita & honest. cleri

a cap. 25.

Et quoniam piè introducta consuetudo repræsen
populo venerādam Christi Domini passionem, & g
riosa martyrum certamina, aliorumque sanctorum
gestas, hominum peruersitate eo deducta est, vt
offensioni, multis etiam risui, & despectui sit,
concilio prouinciali Mediolanēsi statutum est anno
1566 [b], vt deinceps Saluatoris passio, nec in sacr
in profano loco agatur, sed doctè & grauiter ea
concionatoribus exponatur, vt, qui sunt vberes co
num fructus, pietatem & lachrymas commoueat
toribus, quod adiuuabit proposita crucifixi Salua
imago, cæterique pij actus externi, quos ecclesiæ p
tos esse Episcopus iudicabit, Item Sanctorum ma

b parte 1. tit. de actionib.

& actiones ne agantur; sed ita piè narrentur, vt auditores ad eorum imitationem, venerationem, & inuocationem excitentur. Si quis personatus vestes clericales, aut monachales, vel ad eorum formam induerit; & is, qui eas assumpserit, & is, qui accommodarit, graues poenas subeant. Fabulis, comœdiis & hastiludiis, aliisve prophanis & inanibus spectaculis non intereruntᵃ; ne aures & oculi sacris officiis addicti, ludicris & impuris actionibus, sermonibusque distracti polluantur.

a *part. 2. tit. de cleric. vestitu. et tit. de armis, ludis & spectac.*

De hospitalitate. CAP. XXIII.

D. Ambrosius ad clericos suos de officiis honestatem inducentibus scribens: Commendat, inquit, plerosque etiam hospitalitas. Est enim publica species humanitatis, vt peregrinus hospitio non egens suscipiatur officiose, pateat aduenienti ianua. Valde id decorum totius est orbis existimatione, peregrinorum honore suscipere; non deesse mensæ hospitalitatis gratiam; occurrere officiis liberalitatis; explorare aduentus hospitum. Quod Abrahæ laudi est datum, qui ante tentoria sua speculabatur, ne fortè præteriret peregrinus aliquis, & diligenter prætendebat excubias, vt decurreret, vt præueniret, vt rogaret, ne transiret hospes, dicens: Domine, si inueni gratiam ante te, ne præterieris puerum tuum. Et ideo pro hospitalitatis mercede fructum posteritatis accepit. Loth quoque nepos eius non solùm genere, sed etiam virtute proximus propter hospitalitatis affectum Sodomitana à se suisq; impietate detorsit. In officiis autem hospitalibus, omnibus quidem humanitas impartienda est; iustis autem vberior deferenda honorificentia. Quicumque enim iustum receperit in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, vt Dominus pronuntiauit. Tanta autem est apud Deum hospitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ à præmiis remunerationis immunis sit. Vides quod Abraham Deũ recepit hospitio cùm hospites quęreret; vides quia Loth angelos suscepit? Qui scis an & tu, cum suscipis hospitẽ, suscipias Christũ? Licet in hospite sit Christus, quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: Hospes eram, & venistis ad me; nudus eram, & operuistis

b *lib. 2. offic. cap. 21.*

c *Genesis 18.*

d *Genes. 19.*

e *Matth. 10. Magna est apud Deum hospitalitatis gratia.*

Christus est in hospite.

f *Matth. 25.*

ruistis me. Suaue est igitur non pecuniæ, sed gratiæ dere. Verum non prodigos nos docet esse scriptura liberales.

Duo sunt largitatis genera.

Largitatis enim duo sunt genera: vnum liberale alterum prodigæ effusionis. Liberale est hospitio pere, nudum vestire, redimere captiuos, non habe sumptum iuuare. Prodigum est sumptuosis effunde

a Prouerb. 20.

uiuiis, & vino plurimo. Vnde legitur a: Prodiga vinum, & contumelioſa ebrietas: prodigũ est po fauoris gratia exinanire proprias opes; quod facit ludis Circensibus, vel etiam theatralibus, & mun gladiatoriis, vel etiam venerationibus patrim dilapidant suum, vt vincant superiorum celebri cùm totum illud sit inane quod agũt. Quando

In bonis, et piis operibus seruãda mensura est.

etiam in bonorum operum sumptibus immo esse non decet. Pulchra liberalitas erga ipsos qui peres mensuram tenere, vt abundes pluribus, non ciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Qui ex affectu puro, ac sincero promitur, hoc est de non superfluas ædificationes aggredi, nec prætere necessarias. Et maximè facere doti hoc conuenit, Dei templum decore congruo, vt etiam hoc cultu Domini resplendeant, impensas misericordiæ co nientes frequentare, quantum oporteat largiri pe nis: non superflua, sed competentia; non redun sed congrua humanitati; ne sumptu pauperum à r sibi quærat gratiam, ne restrictiorem erga clerum indulgentiorem se præbeat. Alterum enim inhum alterum prodigum; Si aut sumptus desit necessa rum, aut voluptati superfluat.

Ornatus templorum à quibus, & quom do fieri debeat.

Et eò magis infirmo, ac inopi nos studere con quia pro eo, qui non habet remunerationem, spon à Domino IESV, qui sub specie cõuiuij generali turis edidit formam, vt his potius nostra cõferam

b Luc. 14. cap.

neficia, qui nobis ea non possunt repræsentare, qu Ad conuiuium atque epulas non eos qui diuites sed pauperes inuitandos. Diuites enim rogati vi vt ipsi quoq, nobis reddant conuiuium. Pauperes non habent quod restituant, cum acceperint remu torem nobis faciunt Dominum, qui se pro pauper

ligat

ligandum obtulit. Ad ipsum quoq; seculi vsum collatio beneficij facta in pauperes magis quã in locupletes plus iuuat; quia diues dedignatur beneficium, & pudet eum debitorem esse gratiæ. Quinetiam id quod collatum est sibi meritis suis arrogat, quod velut debitum acceperit, vel ideo datum sit eo quod is, qui dedit reddendum sibi à diuite vberius existimauerit. Ita in accipiendo beneficio, eo ipso quod acceperint diuites, dedisse se magis, quàm accepisse existimant. Pauper verò etsi non habet vnde reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certũ est, quod plus reddat, quàm acceperit. Pecunia enim nũmo soluitur; gratia nunquã exinanitur. Reddendo vacuatur pecunia, gratia autem & habendo soluitur, & soluendo retinetur. Deinde quod diues refugit, pauper fatetur, quod sit obligatus debito, sibique subuentum, non honori suo delatum putat: donatos sibi arbitratur filios, vitam redditam, seruatã familiam. Quantò igitur melius apud bonos, quàm apud ingratos locare beneficiũ [a]?

Cur beneficia diuitibus dãda non sint.

Cur pauperi benefaciendũ sit.

Vnde D. Basilius docens quæ ratio tenenda sit in accipiendis hospitibus [b]: Iam, inquit, cùm inanis gloria, & humani fauoris captatio, & quælibet prorsus in quacumque re ostentatio interdicta Christianis hominibus sint (quando qui ipsa etiam mandata idcirco exequitur, vt spectetur ab hominibus, eaque re apud illos in gloria sit, debitam alioqui studio illi mercedem amittit) mirabiliter quælibet fugienda inanis gloriæ significatio. Sed quoniam videmus eos, qui in ciuili vitę genere versantur, humilitatem paupertatis fugere, veluti rem ignominiosam, ob eamque causam, quotiescumque aliquis ipsis suscipiendus hospes sit, epularum & copiam, & magnificentiam studiosius consectari equidem metuo, ne ad nos quoq; furtim istiusmodi pestis insinuet, néve planè ij esse conuincamur, quos tantoperè cõmendatæ à Christo paupertatis pudeat. Vt igitur si vasa argẽtea velire purpura prætexta, aut mollia stragula, & pellucida amicula foris accersita comparemus, ex decoro nostro non esset; sic indecorum prorsus fuerit, si noua & à communi victus nostri ratione longè abhorrentia escarum genera excogitare velimus. Illud enim circumcursare nos, vt ea peruestigemus, quæ non ad necessariũ

a *Ambros. lib. 2. offic. cap. 25.*

b *lib. de quæstion. fus. disput. quæst. 20. & 21.*

Quælibet inanis gloriæ significatio fugiẽda.

Indecorum est clericis, causa hospitalitatis à cõmuni victus ratione recedere.

vitæ vsum requiruntur, sed ad explendam miseram
bidinem, ambitionemq; anxiè solita sunt inueniri, pr
terquam quod fœdũ, ac turpe est, & ab instituto
alienum, exemplo etiam apprimè nocet, quãdo vi
cet qui luxu diffluunt, ac deliciis, ac vitam beatam
tris voluptatibus finiunt, nos quoque in earundem
rum, quibus inhiant curis, solicitudinibusque ver
animaduertunt. Si enim res damnanda ac fugienda
dulgentior ille est deliciarum luxus, nullo eas pacto
plecti, ac deligere debemus. Siquidem de iis, quæ
cata sunt praua, nullo vnquam tempore videri
debet aliquid expediens, & commodum.

Indulgẽtior deliciarum luxus damnandus ac fugiendus est.

Quid ergo nobis cum apparatibus sumptuosis? A
cessit ad nos hospes aliquis? Si frater est, & idem
cum vitæ institutũ habet, is domesticam suam mensam
agnoscet; quippe cũ quę domi reliquerit, ea inuen
sit apud nos. At defatigatus ex itinere? Eatenus
prolixius, liberaliúsve agatur, quatenus ad recreand
eius lassitudinem sit satis. Accessit alius à cõmuni
gariq́ue viuendi consuetudine? Hic discat ex factis
ratio illi persuadere nõ potuit: formulam, & adum
tionẽ hinc mutuetur vitæ frugalioris. Insideant in
animo monumenta, quæ ipsi memoriã excitent
Christianorum, neq; pudendæ propter Christũ, pau
tatis. Quod si his minimè ille permouebitur, ac
ridiculo habebit, prorsus iterũ nobis molestus non
Verumenimuerò nos quandocumque diuites
animaduertimus, ex iis, qui summum bonum in
ptatibus ponunt, vehementer admodum illorum
dolemus, deploramusque, quod totum vitæ tempus
futilibus, ac nullius pretij rebus consumant, nemp
voluptates suas, Deum sibi suum constituerunt,
sentiunt, vt partem bonorũ suam in hac vita
& per hasce delicias ad sibi paratum ignem, &
stuantissimum ardorẽ hinc emigrẽt. Quod si futurũ
vt nos quoq; in iisdẽ, in quibus ipsi criminibus
& ea, quæ voluptuaria sunt, inquiramus, & ad
tionem ea apparemus, equidẽ metuo, ne quæ
mus, ea ædificare videamur, illis etiam eisdẽ rebus
quas cæteros iudicamus, nempe quorũ vita assim

In hospitibus discretio personarum habẽda non est, quo ad mensæ apparatum.

sit, qui videlicet modò in hanc, modò in illam formam pro varia temporum ratione transeamus, nisi fortè vestitus etiam demutandus nobis sit, quotiescumq; casus talem, vt in superbos, ac fastidio elatos aliquos incidemus. Quodsi hoc facere minus instituto nostro conueniat, illud certè multò ab honesto alienius, si ob istos delicatulos à mensæ nostræ solito ritu recesserimus.

Pro varia temporum ratione neque mensa, neque vestitus à clericis mutari debet.

Constans, atque vnius modi est vita germanè Christiani, eaque vnum modum sibi propositum habet gloriam Dei. Siue enim manducatis, siue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite. Verba Pauli sunt hæc [a], ex cuius ore Christus loquebatur; contraque, eorum, qui à vera pietate sunt alieni, inconstans, ac varia; nempe quæ sese modò in hanc; modo in illam formam per simulationē transmutet, & ad illorum quibuscum est libidinem accommodet. Quamobrem tu quoque cum & largiore epularum copia, & exquisita nimis in illis ad voluptatem apparandæ solertia in fratre accipiendo mensæ tuę solitum ritum immutas, sine controuersia ipsum velut hominem voluptatibus deditum accusas, & apparatu illo ei contumeliam infligis, nimirum qui ventris illi libidinem obijcias. An nō sæpenumerò & genere ipso & modo apparatus animaduerso coniecturā consueuimus facere, quis, aut cuiusmodi ille sit, qui expectetur. Porrò aliis rebus est opus, pro dissimilitudine videlicet naturæ, corporis cuiusque, & propositæ rei gerendæ necessitate. Siquidem huic largiore & validiore opus est cibo propter defatigationē laboris; illi cōtra tenuiore, leuioreque, & ad corporis ipsius imbecillitatē accōmodato.

Gloria Dei in omnibus nostrū debet esse propositum.

a 1. Corint. 10. Colos. 3.

In communi autem hoc statuendum est, vt cibaria, quę promiscuè omnibus apponātur, eiusmodi sint, quę cum vili pretio, tum paruo etiā negotio apparētur. Adhibenda tamen in mensa necessario vbiq; munditia est, atque elegantia, ita tamen, vt nunquam extra fines nostros egrediamur. Atq; hoc vnum in acceptione hospitum nostra spectemus modò, vt eorum cuiusque, quos acceperimus necessitati satisfiat: Qui enim vtūtur, hoc modo, inquit [b], sint tanquā non abutētes. Porrò abusus nihil est aliud, quàm sumptus ille, qui vltra necessariū ipsum fit. Loci autem in accubatione assignationem

Qualia debeāt esse cibaria hospitibus apponenda.

In mensa adhibenda munditia atque elegātia est.

b 1. Corint. 7.

Abusus in mēsa quis sit.

Quæratio seruāda sit in accubatione.

arbitrio permittamus illius apud quem sumus; sic
a Luc.14. Dominus etiam videtur admonuisse, quãdo dixit[a] per-
tinere ad patremfamilias huiuscemodi locorum distri-
butionem. Hoc enim modo & inter nos vicissim su-
portabimus in charitate, honestè omnia, & secundum
b 1.Corint.14. ordinem facientes[b], & illud demonstrabimus omni
vehementi, atque obstinata de accũbendo contentione
neutiquam nos ostentationis, aut captandæ causa gloriæ
popularis humilitatem consectari. Quin cedẽdo pro-
parendoque ad veram humilitatẽ perueniemus. Quan-
do maius superbiæ signum est nimis præfractè con-
dere, quàm principem locum in subselliis tenere, quan-
documque id facere iussi obtemperemus. Si vulgaris
communis vitæ sint, qui nobiscum accumbant, dan-
nobis sedulò opera est, vt in hac etiam parte cum
nostro illi discant se intra modestiæ fines continere, at-
que prima subsellia appetere, memores perpetuissimi
c Matth.20. Marci 10. & Lucæ 22.cap. quod Christus discipulis suis dixit[c]: Quicumq; volue-
rit inter vos maior fieri, sit vester minister; & qui vo-
luerit inter vos primus esse, erit omnium seruus. Nam
& filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed
ministraret. Nam quis, inquit, maior est qui recumbit,
an qui ministrat, nónne qui recumbit? Ego autem in
medio vestrum sum sicut qui ministrat.

d in cap. 20. Mat.Hom.66. Vnde D.Ioannes Chrysostomus[d]: Nullo, inquit, pa-
cto metuas, quasi tollatur honor tuus, si teipsum hum-
liaueris; Hinc enim vel ad cœlos vsque gloria tua per-
transit, hinc amplior, atque præstantior redditur, hinc
regni ianua tibi aperitur. Si verò voluerimus magni
atque mirabiles videri, non modò tales non erimus, in-
rumetiam reliquis omnibus abiectiores futuri sint.
Hac ratione sanctos viros maximè admiramur, qui
cæteris erant excellentiores, eò humiliores se ipsos de-
cebant, qui ad hunc vsque diem in sublimitate sua
seuerant, cùm nec mors quidem ipsa magnitudinem
eorum deprimere potuerit. Ad hanc regulam hospitali-
e in cap 5. ad Timoth. Hom. 14. Hospitalitatis iura. tatis, vt idem Chrysostomus inquit[e], iura seruãda sint.
Nosipsos cuncta inferre oportet officia, vt ipsi sanctis
cari mereamur, vt benedicantur manus nostræ, Christi
enim, non pauperi tribuis. Quis verò sit adeò infelix
crudelis

erubescat manum Christo porrigere? Istud reuera hospitalitas est; istud verè de amore Dei proficiscitur. Cæterum si superbè cæteris, inferre ministerium, impetres, quantalibet hospites humanitate foueantur, nequaquam hospitalitas ea res est. Ingenti nempe hospes eget obsequio, & ne sic quidem ille fiduciã sumit. Ea quippe rei natura est, vt erubescat cùm infertur hospitalitatis officium, nimioque ad eam tollẽdam verecundiam est opus obsequio, vt & signo, & verbo ostendamus inter illa officia beneficium nos non inferre, sed referre, plúsque ingẽ recipere, quàm demus. In hunc modum ex alacritate nostra, quod agimus incrementa suscipiet. Sicut enim, qui detrimenti nomine id officium censet, omnia perdit, & qui beneficium se putat inferre mercedis multum amittit: ita & qui se accipere beneficiũ, dum exhibet, existimat, fœcũdioribus successibus gaudet. Hilarem enim datorem diligit Deus [a]. Gratias magis pauperi debet, qui dignatur accipere. Nisi enim essent pauperes, peccatorum difficile sarcinam poneres; medici illi sunt vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præstant: non ita medicus, vt medicamenta imponat, extendens manum, curationẽ exhibet, vt pauper abs te, vt accipiat porrigens manum. Dedisti pecuniam; &, peccata simul exuisti.

Erubescit cui infertur hospitalitas.

a 2. *Corinth.* 9. *Pauperi, qui dignatur accipere, debetur gratia.*

Deinde quod hospitalitas hæc nõ in sumptuosa mensa, sed frugali, & tenui, ac potius in liberalitate mentis, atque corporis alacritate in officiis præstandis cõsistat, idem Chrysostomus pulchrè demonstrat, scribens in Genesim [b], vbi Abrahę, & Loth hospitalitatem mirum in modum commendat, & amplificat. Rursus idem alibi [c]: Nec vitium aliquis suum, inquit, scripturæ illius auctoritate defendat, quæ iubet sacerdotem hospitalem esse debere. Hospitalitas enim non circa delicioso cibos, & magnos ostenditur, sed circa assiduas susceptiones impotentium peregrinorum, vt hospitalitas nostra non ab hominibus laudetur, sed à Deo censeatur. Nam deliciosa conuiuia magis luxuriam accusant, quàm humanitatem commendent.

b *Hom.* 41. *in cap.* 18. *& Hom.* 43. *in cap.* 19.

c *in* 24. *cap. Matt. Hom.* 51. *in opere imperfecto.*

d 1. *Timoth.* 3. *Tit.* 1.

An in hospitalitate nulla personarum sit habenda rat

CAP. XXIIII.

ET licet curiosius explorare non debeamus, de quos hospitio excepturi sumus, qui, & vnde ue, an ignoti[a]? tamen quos scimus esse hæret vel malos recipere non debemus. Vnde D. Hier mus[b]: Nobis, inquit, hospitalitas cordi est, omn ad nos venientes læta humanitatis fronte susci Veremur enim ne Maria cum Ioseph locum no niat in diuersorio, ne nobis IESVS dicat cru Hospes eram, & non suscepistis me. Solos hæ non suscipimus, quos vos solos recipitis. Et Chry mus[c]: Manducare, inquit, & bibere sacerdotu est peccatum, sed cum ebriis manducare, & bibere est, cum peccatoribus, qui tenebrosorum actuum ebrij sunt, & sic manducare vel bibere, quomodo illi desiderant, peccatum est. Non enim iubet n ptura malorum personas abominari, sed volunt Nam & Christus cum publicanis & peccatoribus ducauit[d], sed non sic quomodo publicani, & pecc res volebant. Quiescamus autem ab absurda cura te, & diabolica, & peremptoria: si enim hospes se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, Non enim sine periculo in talibus indiscussa comunicatio est. Circa maiora periculū vertitur. Non das, sed accipis. Si verò pro nutrimento possidet his examines; quomodo Abraham hospitalem omnes ostendebat. Si scrutator esset circa reliqu ad se, nunquam angelos hospitio accepisset: enim non putasset eos angelos, sed cum reliquis ret; sed quoniam omnes recipiebat, suscepit, & Non enim ex vita eorum, quos accipis, merced retributurus est Deus, sed ex voluntate, & honori tia multa, & misericordia, & bonitate. Sed conuiuia despicienda non sint, tamen non in celebrari, nec clericos ad ea conuocatos parum sibi tollere oportet[e].

Hinc & in sexta Synodo vniuersali Constanti litana tertia constitutum legitur[f]: Admoneri

a *Chrysost. in 18. cap. Genes. Hæreticos vel alios malos hospitio recipere non debemus.*
b *in apolog. aduers. Ruffin.*
Hæretici pro hospitibus non sunt recipiendi.
c *in cap. 24. Matt. Hom. 51. in opere imperfecto.*
d *Luc. 19.*
e *Chrysost. in cap. 6. ad Hebræ. Hom. 11. et c. quiescamus. dist. 42.*
f *cap. 9.*

nes, vt hospitalitatem diligant, vt nulli hospitium præbere detractent. Et si cui forte hospitium præstiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, nisi forte illi, qui recipiuntur sponte aliquid dent. Dicendum quoque est illis, qualiter multi per hospitalitatis officium Deo placuerint, dicente Apostolo[a]: Hospitalitatis nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hospitio susceptis. Et iterum[b]: Hospitales sitis inuicem sine murmuratione. Sciant quicumque hospitalitatem amãt Christum se in hospitibus recipere. Nam ille modus hospitalitatis non solùm inhumanus, sed etiam crudelis est, quo nunquam in domũ hospes ante recipitur, nisi prius dandi hospitij merces compensetur. Et quod Dominus agere iussit pro perceptione regni cœlestis, pro acquisitione terrenarum rerum agatur. Et in concilio Namnetensi[c]: Vt curam hospitum maximè pauperum, atque debilium, orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbyter, hos quoq; ad prãdium suũ iuxta possibilitatem conuocet, eisq; hospitium tribuat. Vt autem omnis rapinæ tollatur occasio, volumus, vt presbyteri, qui bonum exemplum charitatis omnibus ostendere debent, hospitales existant iuxta dominicum, & Apostolicum præceptum, vt humanitatem præbeant ter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt quidam Deo angelis hospitio receptis. Et Dominus in die iudicij dicturus est electis[d]: Hospes eram, & suscepistis me. Et Iob dicit[e]: ostium meum semper viatori patuit. Et in concilio Matisconensi secundo[f]: Sectatores hospitalitatis nos esse non solùm Dominus IESVS admonet, cùm se dicit[g] in hospitem receptum fuisse, sed etiam eius Apostolus omnibus pœnè præcepit[h]. Proptereà, beatissimi fratres, vnumquemq; nostrum oportet non solùm semetipsum ad hoc opus aptare; sed etiã omnium fidelium mentes, vt possint apud Deum misericordiæ operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per veram hospitalitatem reconciliari. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suæ ipse prius non comprobarit opere indignationem diuinæ procul dubio incurret maiestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus

a *Paul. ad Hebræ. 13. cap.*
b *Petr. epist. 1. cap. 4.*
c *cap. 3. & 5. Ino par. 6. decret. cap. 257. et 258. Burchard. lib. 2. decret. cap. 166. et 167.*
d *Matth. 25.*
e *cap. 31.*
f *cap. 11.*
g *Matth. 25.*
h *1. Timoth. 3. Tit. 1. 1. Pet. 4.*

omnium Christianorum. Et D. Hieronymus Dom
a *c quoniã. 16. q. 1.* Papæ scribens, dicit [a]: Quicquid habent clerici pau
rum est, & domus illorum omnibus debent esse co
munes; susceptioni hospitum, & peregrinorum mag
lare debent. Maximè curandum est illis, vt de decim
& oblationibus cœnobiis, & xenodochiis qualem
luerint, & potuerint sustentationem impendant, a
tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem
b *c fin. 16. q. 1.* tendant [b].

B. verò Gregorius Papa Augustino Anglorum
c *Beda lib. 1. eccle. hist. gẽtis Angl. cap. 27. & c. mos est. 12. q. 2.* scopo rescribens [c]: Mos, inquit, est Apostolicæ Sedis
dinato Episcopo præcepta tradere, vt de omni
quod accedit, quatuor debeant fieri portiones;
delicet Episcopo, & familiæ eius propter hospitali
atque susceptionem: alia clero; tertia verò pauper
quarta Ecclesiis reparandis. Et idem Anthemio
d *epist. 66. lib. 9. & c. volumus. dist. 89.* cono scribens [d]: Volumus, inquit, vt frater Pasc
& vicedominum sibi, & maiorem ordinet domus
tenus hospitibus possit superuenientibus, vel cau
cueniunt, idoneus, & paratus existere. Si verò
gentem eum perspicis, vel ea, quæ dicimus implere
ferẽtem, omnis clerus eius adhiberi debet, vt com
consilio Episcopi eligantur, quorum personæ ad ea
prædiximus, valeant ordinari. Quanta autem
Gregorij fuerit hospitalitas testatur Ioannes diac
e *lib. 2. cap. 22.* illius vitam describens [e]: Qui cum ad mensam
quotidie peregrinos quoslibet inuitaret, inter illos
quadam vnus accessit, in cuius manibus dũ ipse ex
militatis ministerio aquam fundere vellet, con
vrceam accepit; sed repente eum, in cuius manibus
quam infundere voluerat, inuenire non potuit. Cu
hoc factum secum ipse miraretur eadẽ nocte Dom
Christus in forma hospitis à B. Gregorio susceptus. ei per visionem dixit: Cæteris diebus me in meis
meis; hesterno autem die me in memetipso susc
Alio quodam tempore idem Gregorius iuxta
tudinem suam præcepit sacellano, vt duodecim
nos inuitaret, qui pergens iussa compleuit, eosq
mensam pariter ordinauit. Dum autem simul
berent, intuens Papa tredecim numerauit, ac ter
decimum postea angelũ esse cognouit. Hinc &

cilio Parisiensi sub Ludouico, & Lothario Imperatoribus celebrato legitur [a]: Cùm hospitalitas in tremendi examinis die ab æterno iudice sit remuneranda, qui dicturus est [b]: Hospes fui, & collegistis me, & ob id ab omnibus Christianis summoperè sit sectanda, multò magis tamen vigilantiusq; ab his, qui dictis, & exemplis ad vitam æternam aliis ducatum præbere debent, postposita auaritiæ peste, & alia qualibet occasione procurari est exequēda Ab Apostolo quippe inter cætera virtutum præconia, quæ Episcopo inesse debent, hospitalitas etiam habenda prædicatur [c]. Episcopi namque domus, vt B. Hieronymus scribit [d], omnium commune debet esse hospitium. Laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium: Episcopus, nisi omnes recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas verò quam Dominus remuneraturum se esse asseruit, illa est intelligenda, quæ membris Christi, vtique videlicet indigentibus, & diuersas necessitates patientibus exhibetur. Proinde studendum summoperè Episcopis est, vt cum hospitalitatem subditis habēdam prædicant, ipsi eam ante omnes primùm factis adimpleant.

a *lib. 1. cap. 14.*

b *Matth. 25.*

c *1. Tim. 3. cap.*

d *in cap. 1. ad Tit.*

Dionysius verò Richelius de vita Canonicorum, & aliorum ecclesiasticorum scribēs [e]: Timeant, inquit, Canonici, & ministri Ecclesiæ, si non susceperint hospitio, & pie tractauerint pauperes, & mendicos; quid respondebunt, qui tales dedignantur penitùs hospitare? quique vix siccum panem, aut viles ciborum reliquias enixiguntur? cùm Dominus dicet [f]: Hospes fui, & nō collegistis me. Quod in persona membrorum suorum, videlicet pauperum, & indigentium dicet, non in persona diuitum, & potentium, quos tamē & propinquos suos suscipiunt reuerenter, tractant solenniter, pretiosè, & lautè reficiunt, molliterque cubant. Audiant hi, & tremident, atque implere conentur quod Christus in euangelio loquitur [g]: Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne fortè & ipsi te reuocent, & fiat tibi retributio. Sed cùm facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cœcos, & beatus eris,

e *art. 22.*

f *Matth. 25.*

g *Luce 14. cap. Qui ad conuiuia vocādi, qui non vocandi sint. Vide cōcil. Mediola celebra. 1566. tit. de iis, quæ pertinent ad honor. & iur. Eccles. conseruat. rect. administ. et dispensa.*

tus eris, quia non habent retribuere tibi: Retribu[illegible] enim tibi in resurrectione iustorum. Ecce aperta [illegible]tentia, saluberrimaq; doctrina; veruntamen non [illegible]telligenda sunt ista, quin Canonici, & sacerdotes [illegible] possint interdum ex pia, & rationabili causa hospi[illegible]tatem decentem diuitibus, potentibus, præsidentib[illegible] cognatis impendere; quod tamen raro, & sine [illegible] ac pompa agendum est, intētione sincera, ne dero[illegible] pauperibus, & vera opera misericordiæ relinquan[illegible] quæ conuertēda sunt bona, quæ ecclesiasticis super[illegible] quoniam ecclesiastici reditus sunt patrimoniū Chr[illegible] eleemosynæ pauperum, stipēdia ministrorum eg[illegible]

Quādo et quomodo Canonicis permissum sit diuites inuitare.

Porrò sacrilegium est, vt sanctus dicit Hieronym[illegible] res pauperum non pauperibus erogare: & pa[illegible] peccatoribus, maximè diuitibus dare, & dæmo[illegible] immolare. D. verò Augustinus [b] allegans in qu[illegible] sermone supradicta Christi verba: Cùm facis pra[illegible] aut cœnam, &c. tacitè occurrens obiectioni: Erga [illegible]cos aut parentes non debeo ad conuiuium vocare! [illegible]gandi, inquit, sunt, & parentes, & vicini, sed rari[illegible]gandi sunt, & nō nimis sumptuosa, & deliciosa, sed [illegible]parca & sobria vel honesta debent illis conuiuia pr[illegible]rari, vt remaneat, vnde possint pauperes refici, vnde [illegible]sit aliquid indigentibus erogari, vt, cùm dies iudic[illegible]nerit, non cum impiis, qui nunc pauperes desp[illegible] audiamus: discedite à me maledicti in ignem æter[illegible] sed cum iustis, & misericordibus audire mereamur [illegible]nite benedicti patris mei, percipite regnū. Quia e[illegible] & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mi[illegible]bere: Simul etiā nobis illa vox desiderabilis dirig[illegible] Euge serue bone, & fidelis, supra multa te const[illegible] intra in gaudium Domini tui [c]. D. enim Bern[illegible] Res, inquit, pauperum non pauperibus dare, sac[illegible] crimen esse dignoscitur. Patrimonia enim pauper[illegible] facultatis ecclesiarum, & sacrilega eis crudelitate [illegible]pitur, quicquid sibi ministri, & dispensatores vltra [illegible] accipiūt, & vestitum. Nec enim ordinauit Deus [illegible] euangelio seruiunt, de euangelio quærere diuitias, [illegible] ornatum, sed viuere ex eo, vt videlicet sint conten[illegible] mento corporis, nō gulæ irritamenta, aut incētiua [illegible]

a c. clericos. 1. q. 2. et c. fin. 16. q. 1.

b serm. 2. de temp. habit. in dom. 2. aduentus.

Parentes et amici quando et quomodo ad prandium vocandi.

c Matth. 25.

d in serm. de colloq. Simon. & Iesu, seu in decla. super illo: Ecce nos reliquimus omnia, &c.

dinis, & quibus tegantur, non quibus ornẽtur accipere.

Propterea rectè, & egregiè in concilio Aquisgranẽsi sub Ludouico pio Imperatore celebrato, cùm adhuc Canonici tam cathedralium, quàm collegiatarum ecclesiarum in monasteriis suis viuerent, statutũ legitur[a]: Euangelicis, atq; Apostolicis instruimur documẽtis in colligendis hospitibus ante omnia dari debere operam, vt meritò de nobis à Domino dicatur: Hospes fui, & collegistis me, &c. Proinde oportet, vt Prælati Ecclesiæ præcedentium Patrum exempla sectantes, aliquod præparent receptaculum, vbi pauperes colligantur, & de rebus Ecclesiæ tantum ibidem deputent, vnde sumptus necessarios iuxta possibilitatem rerũ habere valeãt, exceptis decimis, quæ de Ecclesiæ villis ibidẽ conferuntur. Sed & Canonici tam de frugibus, quàm etiã de omnibus eleemosynarũ oblationibus in vsus pauperum demus libẽtissimè ad ipsum conferant hospitale. Et boni testimonij frater constituatur, qui hospites, & peregrinos aduentantes, vtpote Christũ in membris suis suscipiat, tisque necessaria libenter pro viribus administret. Quæ etiam ea, quæ in vsus pauperum cedere debent nequaquã in suos vsus reflecta, ne cum Iuda loculos Domini furante, sententiam damnationis excipiat. Sed & Prælatorum debet vigilare industria, ne eum, cui hospitale committitur, pauperum res pauperibus deputatas in aliquo minuere, aut his, quasi beneficiario munere concessis, sinant vti. Quod à Prælatis quibusdam curam pauperum paruipendentibus fieri comperimus. Clericorumque si aliis temporibus nequeunt, saltem quadragesimæ tempore, pedes pauperum in competenti lauẽt hospitali, iuxta illud euangelicum[b]: Si ego Dominus, & magister vester laui vobis pedes, quantò magis vos debetis alter alterius lauare pedes, &c. Quapropter expedit, vt in competenti loco hospitale sit pauperum, vbi facilis ad illud veniẽdi conuentus fieri possit fratrũ. Quodsi is, cui hospitale commissum est, curam pauperum neglexerit, eorumque res in suos vsus retorserit, quanquã diuina vltione dignus sit, seuerius tamẽ quam ceteri delinquẽtes à Præpositis iudicãdus, & à ministerio remouẽdus est: Nec immerito, quippe qui & pretia pecca-

a *cap. 141. in 1. g. Canonic. Qualis olim Canonicis præcepta fuerit hospitalitas.*

b *Ioan. 13.*

peccatorum, & alimenta pauperum, & thesaurum [illegible] lo recondendum suis (quod fas non fuit) aptauit vsu[illegible]

De pauperum portione in Canonicorum Ecclesiis, si perierit, restituenda. CAP. XXV.

QVARE cùm dubitandum non sit, quin [illegible] hanc prædictam Aquisgranensis concilij constitutionem in omnibus Canonicorum tam cathedralium, quàm collegiatarum, ecclesiarũ collegiis [illegible] à prædecessoribus vel fundatoribus ipsorum certa bona destinata sint ad hospitalitatem pauperum, & peregrinorum, ter pium, & sanctum fuerit, si Prælati prædictarum ecclesiarum diligentissimè inquirant, quo [illegible] bona ad vsum hospitalitatis pauperum destinata [illegible] nerint. Ex Gelasij namque, Simplicij, & Gregorij pontificũ constitutionibus, (quas alibi posuimus [illegible] cõstat, bona Ecclesię olim in quatuor partes diuisa fuisse, & vnam ex illis in hospitalitatem & vsus pauperum relictam, & tributam fuisse[a]. Et si inuenerint illa bona post claustrorum seu monasteriorum deuastationem vel profanationem ad alia ipsorũ bona communia [illegible] uenisse (prout verisimile omnino est) danda diligens [illegible] opera, vt iuxta Synodum Augustanam anno 154[illegible] lebratam ex collegiorũ Canonicorum ærario, aut [illegible] uentibus, pauperum, & infirmorum, atque peregrinorum necessitati prouideatur. Quodsi ad hoc præstandũ [illegible] induci, vel cogi facilè nõ possint, propter immemorialem præscriptionem (quæ coram Deo veritate cogitata malæ fidei possessorẽ non iuuat[b]) grauiter, & diligenter monebuntur, & requirentur, vt reformatis excessibus & delictis eorum circa vestitum, conuiuia, comessationes, ebrietates, ludos, & alia similia, liberales [illegible] pauperes. Quoniam secũdum D. Hieronymum[c], [illegible] rapere cõuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere [illegible] batur, ac sic per opera omnia pietatis se instituat, [illegible] præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis [illegible] Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. Vnde Apostolus scribens ad Timothęum, ait[d]: Exercite ipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est. Pietas autem est vtilis [illegible]

a c. vobis. et 8. sequẽt. 12. q. 2. Vide alterum nostrum speculum de malo. horũ tem. caus. lib. 2. cap. 10. et lib. 4. cap. 6.

B na olim collegiis Canonicorum ad vsus & hospitalitatem pauperũ relicta, quomodo nunc restituenda sint.

b c. vigilanti. de præscriptionib.

c sicut Gratianus habet in §. 1. dist. 42.

d 1. Timoth. 4. Pietas vtilis est ad omnia.

omnia, habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. Si enim vidua ab ecclesia recipi prohibentur[a], quæ pauperes non recipit hospitio, quæ pedes Sanctorum non lauit, quæ tribulationē patientibus non subministrauit, quę omne opus bonum nō est executa: Multò magis sunt prohibēdi à sacerdotio, qui ab opere pietatis perhibentur alieni. Vnde quidam hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi concilio excommunicantur, sic enim in eo statutū est[b]: Si quis despicit eos, qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperum exhibēt, & propter honorem Domini conuocant fratres; & nolunt communicare huiusmodi conuocationibus, parum pendens quod geritur, anathema sit. Hinc etiam Ioannes Euangelista[c] quendam excommunicauit Diotrepen, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia deijciebat[d].

a 1. ad Timo. 5.

b Concil. Gangrens. cap. 11.

c in epist. sua 3.

d c. Si quis despicit. dist. 42.

Quamobrem piè & religiosè D. Hieronymus in epistola ad Nepotianum de vita clericorum scribens: Mensam, inquit, tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit: hospitiolum tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant. Conuiuia tibi vitanda sunt secularium, & maximè eorū, qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui cibo quoq; vescebatur alieno lictores consulum, & milites excubare. Quodsi obtenderis te facere hæc, vt roges pro miseris, atque subiectis, iudex locuples plus deferet clerico continenti, quàm diuiti; & magis sanctitatem tuam venerabitur, quàm opes. Aut stultus est, qui non audiat clericos pro quibuslibet tribularis, nisi inter phialas, libenter carebo huiusmodi beneficio, & Christum rogabo pro iudice, qui magis, & citius subuenire potest, quàm iudex: melius est enim cōfidere in Domino, quàm confidere in homine; melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Item omnes, ait, qui stipendiis templi, & his, quæ conferuntur ad vsus ecclesiæ abutūtur in aliis rebus, quibus suam expleant voluptatem, similes sunt Scribis, & Phariseis, & sacerdotibus Iudæorum. Enormiter ergo peccant, qui de bonis Ecclesiæ thesaurizant, hæreditaria emunt,

Conuiuia secularium et maximè potētum clericis vitanda sunt.

Clerici Ecclesiæ bonis abutētes quibus similes sint.

emunt, quæ suis relinquant cognatis, ne dicam sc[illegible] & filiis, & filiabus locupletandis, aut in vana, & secula[illegible] hospitalitate exercēda iis abutuntur, quotidie celebra[illegible]tes conuiuia cum carnalibus amicis suis, & sociis [illegible] diuitibus, pro quibus, & præparāt sumptuosè, & vix [illegible]ne talibus possunt mensæ accumbere, nisi vel eos [illegible]tent, vel ab ipsis inuitentur [a], quæ conuiuatio clerico[illegible]strictè prohibetur, sicut supra à nobis declaratum [illegible]

Aduerte & pensa, ô Christi sacerdos, & minister [illegible]clesiæ quod D. Ioannes Chrysostomus, & alij qui[illegible] Sancti nunquam acquieuerunt, cum inuitantibus [illegible]ducare, nec conuiuia celebrauerunt, & quod quidā [illegible]uotus, & magnus, locuplesque Prælatus ex conscien[illegible] remorsu compunctione, ac diuina illustratione [illegible] Diues factus sum, vt fiam spiritaliter miser; mundi [illegible]nores adeptus sum, vt perderem Deum: sequor [illegible] Principum, vt à cœlesti curia excludar: intersim magna[illegible]tum consiliis, vt de aliis solicitus mei obliuiscar. Qui[illegible] de hospitalitate hodierna dicam, quæ meritò hostili[illegible] potius, quàm hospitalitas cēsetur. Christus enim ei [illegible]sam non præstat, sed studium vanæ gloriæ. Diuiti[illegible] quidem in hospitio cum honore, & reuerentia suscep[illegible] in omni opulentia deliciæ apponuntur de patrimo[illegible] crucifixi. Christus autem semel crucifixus in ligno, [illegible] mēbris suis pauperibus quotidie torquetur, affligitur [illegible] crucifigitur, multiplicis miseriæ pœna, dū de patrimo[illegible]nio suo deliciantur diuites, quo debebāt, refici paupe[illegible] ipsius hæredes, quibus (horrendum dictu) plerique præ[illegible]runt suos equos, & canes. Quis huius crudelitatis [illegible]turus exitus docet nos parabola diuitis epulonis [c], [illegible] induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quo[illegible] splēdidè, & paulò post morte sublatus in inferno [illegible]tus est. Vtinam hoc iudiciū sibi ob oculos ponant, [illegible] patrimonio Christi tā indignè, tamq; grauiter abu[illegible]tur, atq; hoc sub prætextu honestatis seu hospitalitatis.

An non credimus hæc omnia aliquando districtè [illegible]dicanda? eiusmodi, inquam, vanos, & inutiles sumptus, qui de eleëmosynis pauperum, fidelium oblationibus, decimis, & tributis egētium animarū, de exactionibus & oppressionibus pauperū fiunt, & qui in sudore vul[illegible]

[a] *Dionys. Richel. in opusc. de vita eccles. art. 22.*

[b] *vt habet Richel. d. art. 22. Insigne apophthegma Prælati aulici.*

Qualis sit hodierna clericorum hospitalitas.

[c] *Luc. 16.*

nostri pane nostro vesci debuimus, labores miserorum nobis ad delicias vsurpamus, atque in ebrietate, & crapula sudorem alienũ bibimus? Ille, qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubin, iudicabit causas pauperum, quando stabunt iusti in magna constãtia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & eorũ stipendia consumpserũt. Vbi est, queso, verbum istud Prophetæ[a]: Dispersit dedit pauperibus. Porrò nos nec diuitibus dare, nec ligna in syluam ferre oportet. Fuge ergo, ò Christi sacerdos, frequentia, & lauta conuiuia tantis periculis plena, & ecclesiastica bona iustè, discretè, ac piè expende.

a *Psal. 111.*

Vera hospitalitas à clericis requisita. Qualiter bonis ecclesiasticis sit vtendum.

Ex his non obscurum est intelligere, quænam sit vera hospitalitas, quæ ab ecclesiasticis requiritur, nimirum ea, quæ ex charitate, ac pietate, non autem quæ ex vanitate, cantalive affectione procedit. Patet item qualiter bonis ecclesiasticis sit vtendum; nimirum in vera, ac euangelica hospitalitate exercẽda, ac cæteris misericordiæ operibus non modo corporalibus, verumetiã spiritualibus primum circa domesticos, deinde circa alios. Primo enim per opera misericordiæ spiritualia piã institutionem, ac quatenus opus sit, sedulam vitiorũ correctionem ecclesiasticus debet circa suam familiã exercere. Circa subuentionem quoq; temporalem quantum illa indiget. Deinde quod reliquum est facultatum, in alios pios vsus conuertere[b].

b *Richel. in d. art. 22.*

Quare SS. Tridẽtina Synodus[c] admonet quoscumq; ecclesiastica beneficia secularia seu regularia obtinẽtes, vt hospitalitatis officium à sanctis Patribus frequenter commendatum[d], quantũ per eorum prouentus licebit, promptè benigneq; exercere assuescant. Memores eos, qui hospitalitatem amant Christum in hospitibus recipere[e]. Illis verò, quæ hospitalia vulgò nũcupata; seu alia pia loca ad peregrinorũ, infirmorũ, senium, pauperũve curam præcipuè instituta, in cõmendam, administrationem, aut quemcumq; titulũ, aut etiã Ecclesiis suis vnita obtinent, vel si Ecclesiæ parochiales, hospitalibus fortè vnitæ, aut in hospitalia erectæ, earũq; patronis in administrationẽ concessæ sint, præcipit omnino vt impositũ sibi onus, officiũve administrẽt, atq; hospitalitatẽ, quã debẽt, ex fructibus ad id deputatis actu exerceãt, iuxta

c *sess. 25. de refor. cap. 8. Vide concil. Mediolan. part. 3. de piorũ locor. administra.*

d *c. quiescamus. dist. 42. c. Archidiaconũ. dist. 85. c. volumus. dist. 89. c. vobis. c. qui. et 7. sequen. 12. q. 2. c. quoniam. 16. q. 1.*

e *Matth. 25.*

constitu-

constitutionem concilij Viennēsis [a], aliàs in hac eadem Synodo sub felic. recor. Paulo 3 renouatā [b]; quæ incipit Quia contingit. Quodsi hospitalia hęc ad certū peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarū personarum genus suscipiendum fuerint instituta; nec in loco vbi sunt dicta hospitalia, similes personę; aut per paucę reperiantur, mandat adhuc vt fructus illorum in alium pium vsum, qui eorum institutioni proximior est, ac pro loco, & tempore vtilior conuertantur, prout Ordinario, cùm duobus de Capitulo, qui rerū vsu peritiores sint, per ipsos deligēdis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte etiam in hunc euentum, in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu quod ordinatū fuit obseruari curet Episcopus, aut si id non possit, ipse prout supra, vtiliter prouideat. Itaque si prædicti omnes & singuli, cuiuscumq; ordinis, & religionis, & dignitatis, etiamsi laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia, ab Ordinario moniti hospitalium munus adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessariè ipsa obire cessauerint; non solùm per ecclesiasticas censuras, & alia iuris remedia, ad id compelli possint, sed etiam hospitalis ipsius administratione, curâve perpetuò priuari possint, aliique eorum loco ab iis, ad quos spectabit, substituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos cōtra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ teneantur: nec administratio seu gubernatio huiusmodi locorum vni & eidem personæ vltra triēnium debet committatur; nisi aliter in fundatione cautū reperiatur, non obstante, quo ad omnia supradicta quacumque unione, exemptione, & consuetudine in contrarium etiam immemorabili, seu priuilegiis, aut indultis quibuscumque. Piorum locorum bona administratorum adhibitione locentur: sed publicè locanda proponantur, facta omnibus conducendi potestate. Quos piis locis absque debere constiterit, iis eorum locorum bona locari nequeat. Qui verò piorum locorum bona cōducere voluerit, det idoneum fideiussorem, cum quo iure agi possit.

a Clem. quia contingit. de religios. domib.
b sess. 7. de refor. cap. vlti.

Fundationes quatenus fieri potest, sunt obseruandæ.

Mali hospitalium administratores ad fructuum restitutionem obligantur.

Hospitalium administratio tantum triennalis esse potest.

æquè atq; cum ipso principali conductore. Aliter facta locatio, & conductio irrita ac nulla sit. Fructus, qui pauperibus addicti fuerint, veris pauperibus tantum distribuantur, quemadmodum cuiusque inopia, & eius voluntas, à quo bona illa profecta sunt, postularit. Quos autem compererit Episcopus, vel iniquè distribuendo, vel in suum commodum vertendo, vel inutilibus & superuacaneis sumptibus faciendis, malè in administratione vesari, eos pro modo culpæ puniat; & ad restitutionem legitimè compellat, & ab officio etiam, si ei videbitur, amoueat. Concil. Mediolanen. part. 3. tit. de piorum locorum administratione.

De reformatione hospitalium Concilij Viennensis constitutio, à SS. Tridentino Concilio innouata. CAP. XXVI.

QVIA contingit interdum, quod xenodochiorum, leprosariarum, eleemosynariarum, seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita bona, res, & iura ipsorum interdum ab occupatorum, & vsurpatorũ manibus excutere negligunt; quinimo ea collabi, & deperdi, domos, & ædificia ruinis deformari permittunt, & non attento, quod loca ipsa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, vt pauperes, infectiq; lepra reciperentur inibi, & ex prouentibus sustentarentur illorum, id renuũt inhumaniter facere, prouentus eosdẽ in vsus suos damnabiliter conuertentes, cùm tamẽ ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (alia quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) conuerti: Nos incuriam, & abusum huiusmodi detestãtes hoc sacro Concilio approbante, sancimus; vt hi, ad quos id de iure, vel statuto in ipsorum fundatione locorum apposito, aut ex consuetudine præscripta legitimè, vel priuilegio Sedis Apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè, in statum reduci debitũ facant, & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem, & sustentationem debitam iuxta facultates, & prouentus locorum ipsorũ rectores prædictos compellere non omittant, In quo si fortè cõmiserint negli-

Quæ sunt ad certum vsum largitione fidelium destinata, non debent ad alium cõuerti.

Hospitalium administratio reformanda et restaurãda est.

Administratorum hospitaliũ negligentia ab Ordinariis est supplenda.

gentiam, vel defectum, Ordinariis locorũ iniungi[illegible] vt etiam si pia loca prędicta exẽptionis priuilegio [illegible] nita consistant; per seipsos, vel alios impleant [illegible] præmissa, & singula, & rectores eosdem vtique non [illegible] emptos, propria; exemptos verò, & alios priuilegia [illegible] apostolica ad id auctoritate compellant, cõtradic[illegible] cuiuscumq; status, aut conditionis existant, ac præb[illegible] eisdem circa præmissa cõsilium, auxilium vel fauo[illegible] per censuram ecclesiasticã, & aliis iuris remedi[illegible] pescendo: nullum tamẽ per hoc exemptionibus, [illegible] uilegiis ipsis, quo ad alia præiudiciũ generando. [illegible]

Hospitalia non sunt conferẽda clericis secularibus in beneficium.

tem prẹmissa prõptius obseruentur, nullus ex locis [illegible] secularibus clericis in beneficium conferatur, etiam [illegible] cõsuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit [illegible] seruatum, nisi in illorum fundatione secus constitu[illegible] fuerit, seu per electionẽ sit de rectore locis hu[illegible]

Qualibus hospitaliũ gubernatio sit committenda.

prouidendum. Sed eorũ gubernatio viris prouidis, [illegible] neis, & boni testimonij committatur, qui sciant, [illegible] & valeãt loca ipsa, bona eorum, ac iura vtiliter [illegible] & eorum prouẽtus, & reditus in personarum vsu[illegible] serabilium fideliter dispẽsare, & quos, in vsus alie[illegible] na prædicta conuertere, prẹsumptio verisimilis non [illegible] istat: in quibus sub obtestatione diuini iudicij, [illegible] ad quos dictorum locorum commissio pertinet, [illegible] scientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum loc[illegible]

Hospitalium administratores iuramẽtum præstare tenentur.

gubernatio, seu administratio cõmittetur, ad instar [illegible] torum, & curatorum iuramentum præstare, ac de [illegible] rum ipsorum bonis inuentaria conficere, & Ordin[illegible] seu aliis, quibus subsunt loca huiusmodi, vel depu[illegible]

Administratores hospitalium singulis annis tenẽtur reddere rationem.

ab eis annis singulis de administratione sua ten[illegible] reddere rationem. Quodsi secus à quoquam fuer[illegible] tentatum; collationem, prouisionem seu ordina[illegible] ipsam carere decernimus omni robore firmitatis.

Præmissa verò ad hospitalia militarium ordinum [illegible] religiosorum, aut aliorum minimè extendi vol[illegible] quorum tamen hospitalium rectoribus in sancta [illegible] dientiæ virtute mandamus, vt in illis secundum [illegible] ordinum instituta, & antiquas obseruantias prou[illegible] pauperibus, & hospitalitatẽ debitam in illis tenere [illegible] curent: ad quod per Superiores eorum arcta distri[illegible]

cogan[illegible]

cogantur, statutis, aut consuetudinibus quibuslibet nō obstantibus in præmissis.

Cæterum nostræ intentionis existit, quod si qua sint hospitalia, altare, vel altaria, & cœmiterium ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes, & sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes; seu si parœciales rectores consueuerint in illis exercere præmissa, antiqua consuetudo seruetur, quo ad exercenda, & ministranda spiritualia supradicta.

Spiritualia in hospitalibus à quibus administrari debeāt.

De beneficentia, & liberalitate. CAP. XXVII.

CVM ecclesiasticis omnibus, & præsertim Canonicis ad honestatem parandam, & conseruādam plurimum conferat beneficētia, & liberalitas; qua nihil est, vt Cicero inquit [a], naturæ hominis accommodatius: de qua quidem ipse naturale suum ingenium, & prudentiam secutus pulchrè quidē scripsit; sed D. Ambrosius fidei lumine illustratus longè pulchrius, & præclarius. Itaq; quid hic de ea senserit, & scripserit, subijciemus. Diuidit autem beneficētiam [b] in beneuolentiā, & liberalitatem, quæ ad illius perfectionem requiri ait. Non enim satis est bene velle, sed etiā benefacere opus est: nec satis est iterū benefacere, nisi id ex bono fonte, nec est ex bona, & libera volūtate proficiscatur [c]. Hilarē enim datorē diligit Deus [d]. Nam si inuitus facias, quę tibi merces est? Vnde Apostolus generaliter inquit [e]: Si volens hoc ago, mercedem habeo: si inuitus, dispēsatio mihi credita est. In euāgelio quoque multas disciplinas accipimus iustæ liberalitatis. Pulchrum est igitur; bene velle, & eo largiri cōsilio, vt prosis, nō vt noceas. Nam si luxuriosо ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedem adulterij; largiēdum putes, non est beneficētia ista, vbi nulla est beneuolentia. Officere enim istud est, non prodesse alteri, si largiaris ei, qui conspiret aduersus patriā, qui cōgregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnet ecclesiā. Nō est probabilis liberalitas, si adiuues eum, qui aduersus viduam, & pupillum graui discernit largitur aut vi aliqua possessiones eorū eripere conatur. Non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat; si iniustè quærat, & iustè dispensandum putet: nisi

a 1. lib. offic. *Liberalitate naturæ hominis nihil accōmodatius.*

b lib. 1. offic. cap. 30.

c c. nō satis est. dist. 86.

d 2. Corint. 9.

e 1. ad Corinth. 9. cap. et c. iam vero. 23. q. 6.

Dare oportet vt prosis, nō vt obsis.

tet: nisi fortè, vt ille Zacheus [a], reddas quadruplū pri-
ei, quem fraudaueras, & gentilitatis vitia fidei studi-
& credentis operatione compenses.

Liberalitatis fundamētum.

Fundamentum igitur habeat liberalitas tua. Hoc pri-
mum quæritur, vt cum fide conferas fraudem nō faci-
oblatis, ne dicas te plus conferre & minus confer-
Quid enim opus est dicere? Fraus promissi est: in
potestate est largiri quod velis. Fraus fundamen-
soluit, & opus corruit. Nunquid Petrus ita indigna-
ne efferbuit [b], vt Ananiam extingui vellet, & vxo-
eius? Sed exemplo eorū noluit perire cæteros. Nec
perfecta est liberalitas, si iactantiæ causa magis, qu-
misericordiæ largiaris. Affectus tuus nomen impo-
operi tuo. Quomodo à te proficiscitur, sic æstima-
Vides quàm moralem iudicem habeas? Te consi-
quomodo opus tuum suscipiat; mentem tuam pri-
terrogat. Nesciat, inquit [c], sinistra tua, quid facia-
tera tua. Non de corpore loquitur: sed etiam vna-
tuus, frater tuus quod facis nesciat, ne dum hic pa-
iactantiæ, illic remunerationis fructum amittas.

Non ostētationis seu iactantiæ causa largiendum.

Perfecta liberalitas.

Perfecta autem est liberalitas, vbi silentio qu-
opus suum, & necessitatibus singulorum occulti-
nit, quem laudat os pauperis, & non labia sua. De-
perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore com-
datur, vt primū opereris circa domesticos fidei. Gra-
dis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum
sumptu esse, fame laborare, erumnam perpeti, qui pr-
sertim egere erubescat, si in causam ceciderit aut cap-
uitatis suorum, aut calumniæ, & non adiuues; si in
carcere, & pœnis, & suppliciis propter debitum a-
iustus excrucietur (nam etsi omnibus debetur mi-
cordia, tamen iusto amplius) si tempore afflictionis
nihil à te impetret, si tempore periculi, quo rapi-
mortē, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita-
rituri [d]. De quo pulchrè Iob dixit [e]: Benedictio pe-
in me veniebat. Personarū quidem Deus accepta-
est, quia nouit omnia. Nos autem omnibus qui de-
bemus misericordiam: sed quia plerique fraude
quærunt, & fingūt erumnam, ideo vbi causa man-
tur, persona cognoscitur, tempus vrget, largius
pro-

Domesticis fidei ante alios benefaciēdum.

Iustis magis benefaciēdum, quàm aliis.

a Luc. 19.

b Act. 5.

c Matth. 6.

d c. non est satis. dist. 86.

e Iob 29.

profundere misericordia. Non enim auarus Dominus est, vt plurimum quærat. Beatus quidem, qui dimittit omnia, & sequitur eum. Sed & ille beatus, qui quod habet, ex affectu facit. Denique duo æra viduæ illius[a] ditiorum muneribus prætulit: quia totum illa quod habuit contulit: illi autem ex abundanti partem exiguã contulerunt. Affectus igitur diuitem collationem, aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. Cæterùm Deus non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi fortè, vt Ezechias[b], qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed totus omnibus in disciplinam se propheticam daret.

Et etiam illa probanda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessarij, non tamen vt ditiores illi eo fieri velint, quod tu potes conferre inopibus. Causa enim præstat, non gratia. Neq; enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias, sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere pretium tuum quærunt; vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accusat, quod eum diuitem non feceris, cùm te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede[c].

Considerandæ etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales: vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queant victum quærere: Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuãda promptius. Tum si quis ex diuitiis ceciderit in egestatem, & maximè si nõ vitio suo, sed aut latrocinijs, aut proscriptione; aut calumniis, quæ habebat, amisit. Sed si fortè dicat aliquis: Cœcus vno loco sedet, & præteritur, & iuuenis validus frequenter accipit, verum est, quia[d] obrepit propter importunitatem. Huc pertinent & illa, quæ D. Gregorius in beneficiis præbendis obseruanda scripsit[e]: Admonendi, inquit, sunt qui iam sua misericorditer tribuunt, vt à cœlesti Domino se positos dispensatores subsidiorum temporalium agnoscant, & tantò humiliter præbeant, quantò

a *Luc.21.*

Minus ex affectu, nõ ex quãtitate spectatur.

b *3. Reg. 19. c. Dominus. dist. 86.*

Cognatorum etiam habenda est ratio, si egeant. c. est probanda. dist. 86.

Non debet quis se Deo dedicare, vt amicos diuites faciat.

c *d. c. est probanda. dist. 86.*

Considerãda in pauperibus ætas, debilitas, et verecundia. c. considerandæ. dist. 86.

d *fortè legend. abripit.*

e *par. 3. curæ pastor. admonit. 21.*

Quomodo admonendi sint qui sua misericorditer tribuunt.

& aliena esse intelligunt, quæ dispensant. Cùm
illorum ministerio, quibus accepta largiuntur
tutos se esse considerant, nequaquam eorum
mor subleuet, sed timor premat. Vnde &
solicite perpendant, ne commissa indigne
ne quædam quibus nulla; ne nulla, quibus
multa, quibus pauca; ne pauca præbeant, quibus
dere multa debuerunt; ne præcipitatione
buunt inutiliter spargant; ne tarditate
crucient; ne recipiendæ hinc gratiæ
dationis lumen, laudis transitoriæ
ne oblatum munus coniuncta
bene oblato munere animus plus
ne sibi quicquam cùm totum
& simul omnia postquam
sibi virtutem suæ liberalitatis

a 1. *Petri* 4. scriptum [a]: Si quis administrat, tanquã
administrat Deus. Ne in benefactis

b *Lucæ* 17. deant, audiant quod scriptum est [b]: Cùm
omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite
mus, quæ debuimus facere, fecimus.

Ne largitatem tristitia corrumpat, audiant

c 2. *Corinth.* 9. ptum est [c]: Hilarem enim datorem
impenso munere transitoriam laudem

d *Matth.* 6. quod scriptũ est [d]: Nesciat sinistra tua
tera tua, id est, piæ dispensationi
vitæ præsentis admisceat; sed opus
tionem ignoret fauoris. Ne impensæ

e *Lucæ* 14. nem requirant, audiant quod scriptum
prandium aut cœnam, noli vocare
fratres tuos, neque cognatos, neque
forte te ipsi reinuitẽt, & fiat tibi
benda sunt citius sero præbeantur,

f *Prouerb.* 3. est [f]: Ne dixeris amico tuo vade, &
bo tibi, cùm statim possis dare. Ne
tis ea, quæ possident inutiliter

g *Prouerb.* 3. scriptum est [g]: Sudet eleemosyna
multa sunt necesse, parua

h 2. *Corint.* 9. ptum est [h]: Qui parcè seminat, parcè
pauca oportet, plurima præbeant, &

nimiè inopiam tolerantes, ad impatientiam erumpant, audiant quod scriptum est [a]: Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate vestra abundantia illorum inopiam suppleat; vt & illorum abundantia vestrę sit inopiæ supplementum. Cùm enim dantis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit occasionem contra se impatientię exquirit. Prius namque præparandus est patientiæ animus, & tunc aut multa sunt, aut cuncta largienda, ne dum minus æquanimiter inopia irruens fertur, & præmissæ largitatis merces pereat, & adhuc mentem deteriùs murmuratio subsequēs perfat. Ne omnino nihil eis præbeant, quibus conferre aliquid paruum debent, audiant quod scriptum est [b]: Omni petenti te tribue. Ne saltem aliquid præbeant, quibus omnino conferre nihil debent, audiant quod scriptum est [c]: Da bono, & noli recipere peccatorem: Benefac humili, & non dederis impio. Et rursum [d]: Panem tuum, & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Panem enim suum & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia, pro eo quod iniqui sunt, impendit. Vnde & nonnulli huius mundi diuites, cùm fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones. Qui verò indigenti etiam peccatori panem suum non quia peccator, sed quia homo est, tribuit, nimirum non peccatorem, sed iustum pauperem nutrit, quia in illo non culpam, sed naturam diligit.

Admonendi sunt etiam, qui iam sua misericorditer largiuntur, vt solicitè custodire studeant, ne cum commissa peccata eleemosynis redimunt, adhuc redimenda committant. Ne venalem Dei iustitiam æstiment, si tam curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur se posse inultè peccare. Melior quippe est anima, quàm esca; melius corpus, quàm vestimentum [e]. Qui ergo etiam, aut vestimentum pauperibus largitur, sed tamen vti corporis iniquitate polluitur, quod minus est iustitia obtulit: & quod maius est culpæ commisit: sua enim Deo dedit; & se diabolo.

a 2. Corinth. 8.

b Lucæ 6.

c Eccles. 12.

d Tob. 4.

Peccatori qua ratione benefaciendum sit.

Non ideo tribuendę eleemosynæ vt liberius peccetur.

e Matth. 6. Luc. 12.

De quibusdam liberalitatis & beneficentiæ speciebus.

CAP. XXVIII.

a lib. 2. offic. cap. 15.

Alia liberalitatis exercendę genera.

DVerò Ambrosius alia quoque genera liberalitatis recenset[a], vt his, qui publicè egere vere[illegible] dantur, consulere ac subuenire, quatenus communis egenorum alimonia non exhauriatur, & ad[illegible] qui pręest alicui numeri, vt si officium gerat sacerdotis aut dispensatoris, requirit, vt de his suggerat Episcopo, nec reprimat, si quem positum in necessitate aliqua [illegible] gnouerit, aut deiectum opibus ad inopiæ necessitatem redactum, maximè si non effusione adolescentiæ, [illegible] direptione alicuius, & amissione patrimonij in eam [illegible] ciderit iniuriam, vt sumptum exercere diurnum [illegible] queat. Summa etiam liberalitas est, captiuos redimere, & maximè ab hoste barbaro, qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam; nisi quod auaritia reseruatur ad redemptionem: eripere ex hostium manibus captiuos, subtrahere neci homines, & maximè fœminas [illegible] pitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis [illegible] ues patriæ restituere; æs alienum subire, si debitor [illegible] uendo nō sit, atque arctetur ad solutionem, quæ [illegible] debita, & inopia destituta, enutrire paruulos, pupillos tueri. Sunt etiam qui virgines orbatas parētibus [illegible] pudicitiæ gratia connubio locent, nec solùm studio [illegible] etiam sumptu adiuuent. Est etiam genus illud liberalitatis, quod Apostolus docet[b]: Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt earum alimoniis Ecclesia [illegible] grauetur, vt his, quæ verè viduæ sunt, sufficiat.

b 1. Timoth. 5.

Vtilis igitur huiusmodi liberalitas, sed non cōmunis omnibus. Sunt enim plerique etiā viri boni, qui [illegible] sunt censu, contenti quidem exiguo ad sui vsum, [illegible] idonei ad subsidium leuandę paupertatis alienę. Tum suppetit aliud beneficētiæ genus, quo iuuare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas: vna, quæ [illegible] rei adiuuat, id est, vsu pecuniæ; altera, quæ operarum [illegible] latione impenditur, multò frequenter splendidior, [illegible] toque clarior. Quātò illustrius Abraham captum [illegible] vitricibus recepit nepotē[c], quàm si redemisset? Quanto vtilius Regem Pharaonem sanctus Ioseph consilio [illegible] dentiæ iuuit, quàm si cōtulisset pecuniam[d]? Facilè [illegible]

Duplex liberalitas.

c Genes. 14.

d Genes. 41.

pena

pecunia consumitur: consilia exhauriri nesciũt. Hęc vsu augentur: pecunia minuitur, & citò deficit, atque ipsam debituit benignitatẽ: vt quo pluribus largiri volueris, eò paciores adiuues, & sæpe tibi desit, quod aliis conferendum putaueris. Consilij autem operisque collatio, quo in plures diffunditur, eò redundantior manet, & in suum fontem recurrit. In se enim refluit vbertas prudentiæ, & quo pluribus fluxerit, eo exercitius fit omne quod remanet[a].

Consilia longè præstantiora sunt pecuniis.

Liquet ergo debere esse liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas: cuius sobrietas tenenda est, maximè sacerdotibus; vt non pro iactantia, sed pro iustitia dispenset. Nusquam enim maior auiditas petitionis. Veniunt validi; veniunt nullam causam nisi vagandi habentes, & volunt subsidia vacuare pauperum, exinanire sumptum, nec exiguo contenti maiora quærũt, ambitu verbum captantes petitionis suffragium, & natalium simulatione licitantes incremẽta quæstuum. His si quis facile deferat fidem, citò exinanit pauperum alimoniis profutura compendia. Modus adsit largiendi, vt nec illi vanes recedant, neque transcribatur vita pauperum in spolia fraudulentorum. Ea ergo mensura sit, vt neque humanitas deseratur, neque destituatur necessitas. Plerique simulant debita: sit veri examen. Exuĩos se per latrocinia deplorant, aut iniuria, fidem faciat, aut cognitio personæ quo propensius iuuentur. Ab ecclesia relegatis sumptus impartiendus, si desit eis alendi copia. Itaque qui modum seruat, auarus nulli, sed largus omnibus est.

a *Ambros. lib. 2. offic. cap. 15.*

Amb. lib. 2. offic. cap. 16.

Liberalitatis debet esse modus.

Querulosis nõ facilè credendum.

Seruans in liberalitate modum, auarus nulli, sed largus omnibus est.

Non enim solas aures præbere debemus audiendis precationum vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, quàm vox pauperi. Neque verò fieri potest, vt non extorqueat amplius importunitas vociferantium, sed non semper impudentiæ locus sit. Videndus est ille, qui te non videt. Requirendus ille, qui erubescit videri. Ille enim clausus in carcere occurrat tibi. Ille affectus ægritudine mentem tuam personet, qui aures non potest. Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerique sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abun-

Non semper impudentiæ locus sit.

dasse, quoniam quicumque bonum operarium vide[illegible] ipsi confert, quod ille suo officio dispēset securus, [illegible] ad pauperem sua perueniat misericordia. Nemo [illegible] vult, nisi pauperi proficere suam collationem. Nam [illegible] quem aut immoderatum, aut minus tenacem dispen[illegible] torem viderit, vtrumque despiciet: si aut superflua [illegible] gationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recon[illegible] sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus [illegible] ita etiam calcar plerumque adhibendum videtur. [illegible] dus ideo, vt quod bene facis, id quotidie facere possi[illegible] subtrahas necessitati, quod indulseris effusioni. Cal[illegible] propterea, quia melius operatur pecunia in paupe[illegible] cibo, quàm in diuitis sacculo. Caue ne intra loculos [illegible] includas salutem inopum, & tanquam in tumulis sepe[illegible] lias vitam pauperum.

Cur in liberalitate adhibendus sit modus.

Potuit donare Ioseph totas opes AEgypti, & effun[illegible] re thesauros Regios, noluit tamen de alieno effusu[illegible] deri: maluit frumēta vendere, quā donare esuriēt[illegible] quia si paucis donasset, pluribus defuisset. Eam liberali[illegible] tatem probauit, quæ abundaret omnibus. Patefeci[illegible] rea, vt omnes emerent subsidium frumētarium, [illegible] tis accipiendo cultus terrarum relinquerent; quoniam [illegible] alieno vtitur, suum negligit. Itaq; primum omnium [illegible] ceruauit pecunias; deinde instrumenta cętera, ad postre[illegible] mum iura terrarū Regi acquisiuit, non vt omnes [illegible] ret suo, sed fulciret, publicum tributum cōstitueret, [illegible] sua tutius habere possent. Quod ita fuit gratum omni[illegible] bus, quibus terras ademerat, vt non venditionē [illegible] ris, sed redemptionē salutis putarent. Denique dixerūt: Sanasti nos; inuenimus gratiā in conspectu Domini [illegible] stri. Nam & de proprietate nihil amiserāt, qui ius [illegible] perant, & de vtilitate nihil perdiderāt, qui acquisierāt perpetuitatem. O virum magnū, qui non largitate [illegible] perfluæ temporalem captauit gloriam, sed perpetuam commoditatē constituit prouidentiæ. Fecit enim vt [illegible] butis populi se iuuarēt suis, nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarēt. Melius enim fuit cōsens [illegible] quid de fructibus, quàm totum de iure amittere[b]. Talis itaq; debet esse, qui consiliū alteri det, vt se ipsum [illegible] mam aliis præbeat, ad exemplum bonorum operum [illegible] doct[illegible]

De alieno in largiendo nemo debet esse effusus.

a *Genes. 41. et 47.*

Qui alieno vtitur, suum negligit.

b *Ambr. d. lib. 2. offic. cap. 16.*

Qualis debeat esse cōsiliarius.

doctrina, in integritate, in grauitate; vt sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium vtile, vita honesta, sententia decora: Qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil fabulosum, nihil simulatum, quod vitam eius ac mores refellat, nihil improbum, ac maleuolum, quod auertat consulentes [a].

a *Ambr. d. lib. 2. offic. cap. 17.*

De insignibus aliquot liberalitatis effectibus.

CAP. XXIX.

QVARE D. Ioannes Chrysostomus, qui de hac beneficentia, & liberalitate diuersos sermones habuit [b], in quorũ duobus [c] non dubitauit dicere, & ostendere qualiter sit ars omniũ artium quęstuosissima, eleemosyna, atq; misericordia. Si enim illud maxime propriũ artis esse ab omnibus prædicatur, vt ad vtilissimũ finẽ rectissimè tẽdat, nec vtilius quicquã liberali misericordia facilè inuenies. Nemo ipsam & artẽ esse, & cæteris excellẽtiorem, atq; omniũ optimã dubitabit. Non enim nobis hæc cõficit calceamẽta, nec vestimẽta cõtexit, nec has lapideas, seu luteas domos ædificat, sed vitã æternã ministrat, ex mortis manibus eripit, & tã in hac vita, quàm in futura præclaros reddit. Hæc mãsiones nobis in cœlo ædificat, & æterna tabernacula præparat. Hæc lãpades nostras extingui non sinit. Hæc vestes nostras ita lauat, vt nõ sordidi, sed niue candidiores ad nuptias peruenire possimus. Si enim fuerint, ait [d], peccata vestra sicut puniceum seu coccinum super niuẽ dealbabo. Hęc non patitur eo nos detrudi, vbi diues ille cruciatur, sed in sinum Abrahæ certo itinere ducit [e], & cæterarum quidẽ artium quælibet, vnũ aliquem finem respicit: vt agricultura hominis pabulũ, seu alimoniam, ars tectoria nostrum amictum: imo verò nulla sola finẽ suum consequitur. Cùm verò liberaliter misericordia moti quicquam facimus, nulla re alia pręter volũtatem nobis opus est. Si autem putas magno pecuniarum cumulo, & vestibus, & calceis tibi opus esse, illa Christi verba, quæ de vidua dixit [f], tecum retracta. Et si adeò pauper es vt mendicare cogaris, nulla tamen animi solicitudine laborabis. Nã si duo minuta contuleris, dummodo id ex facultate feceris tua pręclarũ facinus fecisti. Si panis frustum, quia nihil aliud habes, dedisti, ad huius

b *Hom. 32. ad pop. Antioch. & Hom. 33. et 34. 35. 36. 37. & 53. in Matth. et Hom. 55. in Genes. & serm. de miser.*

c *Hom. 33. ad pop. & 53. in Matth.*

Insignia aliquot beneficentiæ ac liberalitatis commoda & effectus.

d *Isa. 1.*

e *Lucæ 16.*

f *Lucæ 21.*

artis

artis fastigium ascendisti. Hanc igitur artem ero professi diligenter officia eius prosequamur. Hęc vberrimos nobis adfert fructus, quàm imperia huius vitæ, ac regna. Non enim hac re solùm cæteris præstat, quia ea non indiget, verumetiam quia multa nobis, & varia bona facit & construit. Nam & domos perpetuas in cœlis condit, & facit vt professores eius immortalem fugiant mortem, & thesauros donat, qui nunquam absumuntur, quos neque à latronibus, nec à vermibus, nec à tineis, nec à longorum temporum spatiis violantur. Si quis te doceret posse artificio ad longiora tempora fruges seruari, posses conseruare, quid non dares vt tibi frumenta multos annos illæsa permanerent? Ecce autem hæc omnia frumenta solùm, sed vt cuncta, quæ habes in vsum conserues, docet & pollicetur, & potest: nec solùm quemadmodum externæ res tuæ; verùmetiã quomodo tuum corpus quàm anima perpetua integritate fruantur, diligenter instituit. Cur tempus conteremus in exponendo artis huius officiis, & meritis. Hæc erudire solet, quo pacto possis Deo similis esse, quod omnium bonorum caput, & radix atque summa est.

Ars ad conseruandum frumenta & alia nostra bona in perpetuum.

Docet hęc liberalitas Deo similem facit.

Sed breuiter fines quoque ipsius perstringamus, vt videas quomodo ad plurima conducit nulla re aliarum iuta. Vestimenta igitur texit, thesauros immarcescibiles parat, & reddit; mortem superari facit; diabolum nocet domat; Deo denique similes efficit. Quid igitur hac arte vtilius, atque præstãtius? Nam alia cum iis, quæ dicta sunt simul & cum hac vita prætereunt; & cum artifices ægrotent, labantur, opera quoque sua non permanent, & ad hæc conficienda longo egent tempore, alijsque quàm pluribus. Hæc verò post hanc vitam maximè viget, & opera sua à se gesta monstrat, nec spatiis temporum longioribus, nec labore improbo, nec alia re huiusmodi eget: quodque maius est, etiam quando ægrotus, quando senio confectus iaces operatur, & tecũ simul ab hac vita egreditur, nec te vnquam solum deserit. Hæc eloquentissimis te oratoribus superiorem facit, reddit; & cum illis plures inuideant, & prosperitate eorum tabescant, qui hoc artificio vtũtur ab vniuersis benedicuntur, & infinitos habent pro se orantes. Ac

Insignes huius liberalitatis effectus.

quo

quod illi ad hominum mortalium tribunalia venientes ab iniuria nonnullos defendunt, & nonnunquam iniuriantibus patrocinantur. Hæc verò ad tribunal Christi accedit, nec ipsa solùm patrocinatur, vt pro eis sententiam ferat, verumetiam ipsi persuadet iudici, vt reo patrocinium præstet, & pro eo sententiam ferat; & licet millies peccauerit, coronat tamen eum, & victorē promulgat, atque laudibus effert[a]. Ait enim[b], date eleemosynam, & omnia erunt munda. Et quid de futuris loquor? In præsenti vita si homines interrogemus, & quis ipsis detur; eloquentésne oratores se, an misericordes, humanos, & liberales vellēt esse, audies eos hoc vltimum potius electuros: & merito quidem. Sublata namque dicendi facultate, nihil mali humana vita pateretur, quippe quæ multùm, antequam ars oratoria inuenta sit, temporis extiterit. Sed si misericordiam auferes, omnia transibunt, & perierint.

a *Chryſoſt. Hom. 53. in Matth.*
b *Lucæ 11. & Chryſoſt. Hom. 33. ad popul.*

Et sicut mare non potest nauigari portibus, & stationibus obrutis; ita nec hæc vita constare, si misericordiā, liberalitatem, & humanitatem tollas. Quamobrem non tantum eam Deus rationi, & voluntati commisit, verumetiam multas ipsius partes insperſit, & indidit naturæ necessitati. Natura enim duce patres, & matres liberorum miserentur, & filij parentum; neque in hominibus id tantum, sed etiam in rationis expertibus fieri videmus. Natura duce fratres in se mutuo humaniores sunt, propinqui etiam ac affines, & simpliciter homines inter se vniuersi. Natura vtique proni ad misericordiā sumus. Quamobrem si iniuria pelli aliquos videamus, molestè ferimus, commouemur, irascimur: Et cēdi homines aspicientes, aut interimi, flectimur; & cùm flentes cernimus, collachrymamus. Itaque quoniam huius rei armis, & pugnare, & defendi nos Deus voluit, ipse eius natura nobis ad ista plurima contulit, vt saltē ex hoc intelligamus quàm magnæ Deo curæ simus.

Hæc vita ſine miſericordia liberalitate & humanitate cōſtare nequit.

Natura proni ſumus ad miſericordiam.

Hæc igitur nobiscū versantes nosipsos, propinquos, & affines ad misericordiæ & liberalitatis scholam, atq; disciplinam perducamus. Magna quippe res est homo, & pretiosum quid, est vir misericors. Itaque qui hoc nō habet, homo esse desiit. Hoc sapientes facit, Et quid admiraris,

Homo ſine miſericordia eſſe non poteſt.

miraris, si hoc & homo est, & Deus est? Ait enim Chri-
stus [a]. Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis
misericors est. Discamus igitur hanc misericordiæ ar-
non solùm multorum, sed omnium gratia, præcipuè au-
tem, quia nobis quoque ipsis magnam misericordiam
præstamus. Misericordiam autem dum dico, illam in-
telligo, quæ auaritia vacat. Nam suis contentus, & alio
non impartiens procul à misericordiæ officio abest.
Aliena rapiens quomodo misericors? Non est profectò
misericors licet infinita largiatur. Nam si propriis tu-
frui solum, est inhumanũ, inhumanius certè multò ex-
rapere aliena [b]. Tuarum es, ô homo, pecuniarũ dispen-
sator, non minus, quàm qui Ecclesiæ bona dispensat.
Sicut igitur ille potestatem non habet, ea, quæ propter
pauperes à bonis erogantur, temerè, & vt casu venit, di-
spargendi; quoniam in pauperum data sunt alimentum:
ita neque tu tua. Etsi namque paternam accepisti hæ-
ditatem, & ita possides quæcumque tibi sunt: ita quoq;
tamẽ Dei sunt omnia. Postea verò tu quod erogasti ni-
dem, tali vis dispensari diligentia: Deum verò sua tu-
censes maiori nos repetiturum vehementia, sed ea im-
pliciter passurum pereuntia? Non ita est. Nequaquam.
Hæc enim propterea tibi concessit, vt dares illi tecum
in tempore opportuno, egenis, esuriẽtibus, Sicut nimi-
seruo dispensanda dedisti, itidem & Deus te vult hæc in
congrua erogare. Propterea quoque cùm auferre posset
ea dimisit, vt exhibendę virtutis occasionem habeas, vt
alterum alterius indigentem constituens, mutuam cha-
ritatem redderet feruentiorem [c]. Non enim ad hoc ac-
cepisti, vt in delicias absumeres, sed vt in eleemosynam
erogares. Nunquid enim tua possides? Res pauperum
sunt creditæ, siue ex laboribus iustis, siue ex hæredi-
paterna possideas. Nunquid enim non potuit tibi Deus
hæc auferre? Verùm hoc non facit, in potestate tua po-
nens liberam in pauperes liberalitatem [d].

An eleemosyna coram hominibus fieri possit.

CAP. XXX.

Obiectio.

CAETERVM roget hîc quispiam peropportunè,
an hanc liberalitatem, & eleemosynam, seu mise-
ricordiã publicè & coram hominibus facere po-
sit, tu

a *Luc. 6.*

b *Chrysost. Hom. 53 in Mat. & Hom. 33. ad popul. Laici tam sunt suarum pecuniarum dispensatores, quàm ecclesiastici.*

Diuitiæ non sunt nostræ, sed Dei. Chrysost. Hom. 12. in Matth. in oper. imperf. Hom. 34. ad popul.

c *Chrysost. Hom. 34. ad popul. Cur diuitiæ quibusdam à Deo concedantur.*

d *Chrysost. Hom. 34. ad popul.*

sit, cùm Christus dixerit [a]: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Et: Cùm facis eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito. Huic quæstioni respondens D. Augustinus [b]: Quomodo, inquit, hoc secundùm literā accipere possumus, cùm ipse Dominus alibi dicat [c]: Sic luceat lumen vestrū coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est? Diligenter attēdite fratres, & intellectū diuinæ scripturę humiliter, & sapiēter requirite. Non enim sibi ipsi Dominus in euāgelica lectione contrarius esse potest. Nam quia eleemosynam, & occultè seipse dixit, & publicè; ipse admonuit, vt sibi præcepta non videantur esse contraria, intellectū sobrium quæsit. Qui enim ideo facit eleemosynā, vt ab hominibus se laudari desideret, etiamsi occultè fecerit, publicè facit, quia laudem ab hominibus quærit. Qui verò eleemosynam pro solo amore Dei facit, vt ad opus bonū illum reliqui imitentur, & non ipse, sed Dominus collaudetur, etiamsi publicè faciat eleemosynam, absconsè facit, quia pro eleemosyna illa non hoc quod videtur, sed quod non videtur desiderat, nec ab hominibus laudem, sed mercedem à Deo optat accipere. Vel vt D. Chrysostomus ait [d]: Non eleemosyna ingrata est ante Deum, quę hominibus visa fuerit, sed quę ideo facta fuerit, vt ab hominibus videatur. Deus enim mentem ac volūtatem dantis eleemosynam, modumque miserendi cōsiderat. Potest enim aliquis etiā corā hominibus illā facere, nec tamē hoc ideo facere, vt eam oculis hominū ostētet: & aliquis non corā hominibus faciēs, eo tamē animo faceat, vt sē id facientē optet videri. Itaq; pestem illā quæ de vanæ gloriæ nasci solet amore, Dominus tantummodo cōpescere voluit. Hoc etiā & de ieiunio debemus accipere, cū enim ipse Dominus dicat [e]: Vnge caput tuū, & faciē tuā laua, ne videaris ieiunās hominibus. Ergo contra Christi præcepta facimus qui publicè ieiuniū indicimus, & videtē toto populo pariter cū ipso ieiunamus? Non hoc sensu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, sed pro peccatorū indulgētia, vel pro misericordia diuina ieiunet. Vnusquisq; interroget cōscientiā suā, & si

Solutio.

Quatenus corā hominibus benefaciēdum sit, vel non sit.

Quatenus publicè ieiunandum.

a *Matth. 6. cap.*

b *serm. 60. de temp.*

c *Matth. 5. cap.*

d *Hom. 19. in Mat. & Hom. 13. in opere imperf. in Matth.*

e *Matt. d. cap. 6.*

& si pro solo Deo facit eleemosynam, securus & pub-
cè faciat, vt quicumque viderint, imitentur. Nam &
lud, quod dicit Dominus: Nesciat sinistra tua, quid
ciat dextera tua, ad hoc quod supra diximus perti-
cognoscitur. In dextera enim intelligitur amor Dei
sinistra vanitas, vel cupiditas mundi. Si pro laude
mana dederis eleemosynam, totũ sinistra facit: dext-
omnino nihil facit. Si verò pro remissione peccato-
& amore vitæ æternæ eleemosynam dederis, to-
dextera facit. Quid est ergo: Nesciat sinistra tua, q
faciat dextera tua; nisi, quod facit amor Dei non
rumpat, aut perdat vanitas, vel cupiditas mundi.

Nesciat dextera tua quid faciat sinistra tua; quomodo intelligendum sit.

a *Matth. 6.*

Ad hoc pertinet etiam illud, quod dixit[a]: Cum o-
tis nolite in angulis platearum orare; sed intra, in
in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum
abscondito. Ecce ipsi bene noscitis, quia hoc nõ
secundum literam poterit impleri; nam & nos
totus populus non solùm in cubiculis nostris ora-
sed etiam publicè ad Ecclesiam conuenimus, &
cum omni populo genua flectimus. Et nunquid
cientes præceptis Christi contrarij sumus? Non.
etiam & iste sensus superiori sententiæ conue-

Quatenus publicè orandum sit, vel non sit.

Si quando oras Deum, & hoc ab illo petis, quod
tur, publicè, & aperto ostio oras: quia hoc à Deo
cipere, quod videtur. Si verò pro indulgentia pecca-
rum, & pro vita æterna volueris supplicare, etiam
blicè oraueris, clauso ostio oras, quia non petis
videtur, sed quod non videtur. Quæ enim videntur
poralia sunt: quæ autem non videntur æterna sunt.
temporalia quæris, publicè, & aperto ostio ora:
na quæris, secreta est oratio tua. Qui ergo illa, quæ
videntur in veritate quæsierit, & illa, quæ videntur

b *Matth. 6.*

remunerante percipiet; quia non mentitur qui
Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, &
omnia adijcientur vobis. Nec hoc sic dicimus,

Pro temporalibus quatenus Deũ orare debeamus.

rebus temporalibus Deum non oremus, id est, pro
nitate corporum, aut pro pace temporũ, aut pro
dantia fructuum. Debemus & ista à Deo petere, sed
cundo, & tertio loco, vt primas partes in omni

Quæ debeat nostra esse in oratione intẽtio.

tione nostræ orationis amor animæ, & desiderium
æter-

uientæ obtineat. Et ideo siue in iciuniis, siue in eleemosynis, seu in orationibus in dextera vel in sinistra hoc seruare studeamus, vt quicquid agimus, nō pro vanitate, vel cupiditate seculi, sed pro amore æternæ beatitudinis faciamus.

Quis seruandus sit ordo in eleemosyna facienda.

CAP. XXXI.

CAETERVM in eleemosyna facienda & illud obseruandum venit, quod docet D. Augustinus[a]: Quid est, inquit: Facite misericordiā? Si intelligis à teipse. Quomodo enim es misericors alteri, si crudelis tibi? Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Quid est eleemosyna? Misericordia. Audi igitur scripturam[b]: Et miserere animę tuæ placens Deo. Mendicat à te anima tua. Redi ad conscientiam. Quicumq; male viuis, quicumque infideliter viuis, redi ad conscientiam tuam, & ibi inuenis mendicantem animam tuam, inuenis egētem, inuenis pauperem, inuenis erumnosam, inuenis fortè nec egentem, sed egestate obmutescentem. Nam si mendicat esurit iustitiam, fac prius illi eleemosynam in iudicio, & charitate. Quid est iudicium? Respice & inueni; displice tibi; pronuntia in te. Et quid est charitas? Dilige Dominum in toto corde tuo, & tota anima tua, & tota mente tua: dilige proximum tanquam teipsum, & fecisti misericordiam prius cum anima tua in conscientia tua. Hanc autem eleemosynā si prætermittis, de quanto vis, dona, quantū vis retrahe de fructibus tuis, nō decimas, sed dimidias; nouē partes da, & vnam tibi dimitte: nihil facis, quando tecum non facis, & tecum pauper es. Rursum idem alibi[c]: Qui, inquit, vult eleemosynam ordinate dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primùm dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ, verissimeque dictum[d]: Miserere animæ tuæ placens Deo. Non ergo se fallāt, qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum, vel cuiuspe pecuniæ, impunitatem se emere existimant in facinorum suorum immanitate, ac flagitiorū nequitia permanendo. Non solùm enim hæc faciunt, sed ita diligunt, vt in iis semper optent tantum, si possent, impunè

a *serm. 30. de verbis Dom.*

Animę propriæ primum danda est eleemosyna.

b *Eccles. 30.*

Magnitudo eleemosynarum nō prodest mānēti in peccato.

c *In enchrid. ad Laurent. cap. 76. & 77.*

d *Eccles. 30.*

Impunitas eleemosynis non emitur in peccatis manendo.

versari. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam [a]; & qui odit animam suam non est misericors, sed crudelis. Diligendo eam quippe secundum seculum odit eam secundum Deum. Si ergo vellet ei dare eleemosynam, per quam munda illi essent omnia, odisset eam secundũ seculum, & diligeret eam secundum Deum.

Quare cùm Deus his temporibus satis suam in ecclesiasticos harum prouinciarum inferioris Germaniæ demonstrauerit iram, & furorem, propter eorum, inhibiè, scelera, & delicta, sic vt multi captiuitatem, vel ... cem, alij exilium; alij alias calamitates, & miserias pessi sint, eorumque ecclesiæ, & bona in deuastationem & profanationem deuenerint: Idcirco ne nobis primo atque grauiora eueniant, necessum est, vt à primo ad infimum, & contra, ab infimo ad primum vitam nostram in meliorem emendemus, & eleemosynam liberalitatem à nobis ipsis incipiamus, & singuli illam sibi primum faciãt, deinde aliis pauperibus, ad redimenda peccata nostra. Nullum enim tam graue delictum vt D. Ambrosius inquit [b], quod non purgetur absolutia, & eleemosynis extinguatur. Ait enim sanctus Propheta [c]: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Magna ergo est eleemosyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ suæ fomite refrigerat, & quodam irriguo largitatis, obruit incendia delictorum, vt quamuis offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus cogatur liberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quodammodo, dum compellitur pro actibus nostris mutare sententiam, & in vno eodemque homine nunc sanctitate iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis Deus est, cùm bene agimus: iudex noster est, cùm peccamus. Compellitur ergo operibus nostris Dominus, vt nobis suam misericordiam legatur, atque ideo ipse in euangelio sancto dicit [d]. A tempore Ioannis Baptistæ regnum cœlorum cogitur, ac vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Quapropter ipsemet Dominus, vt ait D. Prosper, Scribis, & Pharisæis singulare sacrificium ostendit, dicens [f]: Veruntamen dico vobis, date eleemosynam

a Psal. 10.

Nullum tam graue delictũ, quod nõ extinguatur eleemosynis.

b serm. 15.

c Eccles. 3.

Cogitur quodãmodo Deus à nobis nostris actibus.

d Mat. 11. cap.

e de promission. & prædiction. Dei. par. 2. cap. 7.

f Lucæ 11.

ecce vobis munda sunt omnia. O quàm breue compendiosumque sacrificium, quod intrinsecus, atque extrinsecus, totumque hominem mũdat. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. Eleemosyna munus bonum est omnibus facientibus eam corã summo Deo. Hæc est, quæ perpetuos ignes extinguit. Hæc est, quæ remittit peccatis. Hæc est, quæ Christum pascit esurientem in paupere. Hæc vestit nudum, hæc visitat infirmũ; hæc peregrinum hospitio accipit. Hæc est, quæ omnem angustiam carceris tollit; hæc omnẽ inopiam finit. Hæc diuinis confert remedia. Hęc vitam æternam comparat. Hæc fanerat Deum. Hæc continet regnum cœlorũ; hæc est, quæ discernit agnos ab hædis; hæc est, quæ ad dextram collocat iudicis; hæc angelis sociat. Hæc ex seruis filios Dei fieri præstat. Cõcurrite omni ex genere peccatores; concurrite omnes ex vitiis erroribusq; leprosi. Cõcurrite omnes quolibet flagitio maculati, atq; immundi pœnitẽtes, vouentesq; concurrite ad tam magnum compẽdiosum vtileq; sacrificium cum omni lætitia offerentes. Hilarem enim datorem diligit Deus. Proinde quisq; quod offerat habuerit, hoc offerat munus. Quòd ita noster princeps sacerdotũ instituit, acceptúmque omnibus esse mandauit, vt vsq; ad duo minuta calicemq; aquæ frigidæ mensuras huius perduxerit sacrificij, pacẽ promittens, etsi hęc desunt, hominibus bonæ voluntatis. Itaq; hoc vnũ studiosè nũc agendũ est ecclesiasticis, & præsertim Canonicis, vt tã sint liberales in datis eleemosynis ad redimẽda sua peccata, quã fuerũt prius liberales ad suppeditandũ sumptus, quò repulsa SS. Concilij Tridẽtini reformatione, in antiqua sua exẽptione, & impunè peccãdi libertate permanere possent.

Insignes eleemosynæ effectus. Tob. 4.

De beneuolentia. CAP. XXXII.

QVIA D. Ambrosij sententiam secuti supra beneficentiam in liberalitatem, & beneuolentiam diuisimus: pertractatis iis, quæ ad liberalitatem eorũ, huic nostro instituto congruẽtia, pertinere videbãtur, proximũ nũc est, vt de beneuolẽtia tractemus: quæ duplex est: alia enim est, quã quisq; erga nos habet, eam primũ illud in officio est, vt ei plurimũ tribuamus, à quo plurimũ diligimur. Sed hãc nõ adolescẽtulorum

Beneuolentia duplex est.

more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius, [illegible] constantia iudicare debemus [a]. Et hæc beneuolentia [illegible] beralitati coniuncta est. Imò, vt D. Ambrosius inqui[illegible] ab illa liberalitas proficiscitur; quia non satis est bene[illegible] facere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona volun[illegible] proficiscatur [c]. Altera verò beneuolentia est, quam [illegible] bemus illi, à quo beneficium accepimus, ita vt non [illegible] eunda, sed referenda sit gratia; atque tunc in ea ma[illegible] quædam cura adhibenda est. Nullum enim officium [illegible] ferenda gratia magis necessarium est. Quodsi ea, [illegible] acceperis vtenda maiore mensura (si modo posses) [illegible] reddere Hesiodus: Quidnam beneficio prouocati [illegible] debemus? an non imitari agros fertiles, qui multo [illegible] afferunt, quàm acceperunt? Etenim si in eos, quos [illegible] mus nobis profuturos non dubitamus officia [illegible] quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? [illegible] circa Cicero duo genera liberalitatis constituens [illegible] dandi beneficij, alterum reddendi; demus, inquit, [illegible] in nostra potestate est: non reddere, viro bono [illegible] si modo id facere possit sine iniuria. Acceptorũ [illegible] beneficiorum sunt delectus habendi; nec dubium [illegible] maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen [illegible] primis quo quisque animo, studio, beneuolẽtia [illegible] ponderandum est. Multi enim multa faciunt temeritate [illegible] quadam, sine iudicio, vel modo in omnes, vel repẽtina [illegible] quodam, quasi vento, impetu animi incitati. Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea, quæ iudicio, considerate, constanterque delata sunt. Sed in [illegible] locando beneficio, & in referenda gratia, si cætera [illegible] sunt, hoc maximè officij est, vt quisque maximè [illegible] indigeat, ita ei potissimùm opitulari. Quod [illegible] plerisque: à quo enim plurimum sperãt, etiamsi [illegible] non eget, tamen ei potissimùm inseruiunt [e].

Quod nec D. Ambrosium [f] de officiis scribentem [illegible] tuit: Pulchrum, inquit, est, propensiorem eius [illegible] tionem, qui tibi beneficiũ aliquod, aut munus [illegible] si ipse in necessitatem incidit. Quid enim tam cõtra [illegible] ficium, quàm non reddere quod acceperis? Nec [illegible] pari, sed vberiore reddendum arbitror, & vsum [illegible] dum beneficij, vt tantò subuenias, quantò eius [illegible] repe[illegible]

a Cic. lib. 1. offi.
b lib. 1. offic. cap. 32.
c c. non satis. dist. 86. et Ambros. d. lib. 1. offic. cap 30. Gratitudo.
d lib. 1. offic. Duo liberalitatis genera.
Acceptorũ beneficiorũ quis delectus sit habendus.
e Cic. d. lib. 1. de offic.
f lib. 1. cap. 31.

repellas. Etenim superiorem non esse in referēdo, quàm in conferendo beneficio, hoc est, minorē esse. Quoniam qui prior contulit, tempore superior est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est in hoc quoq; natura terrarum, quæ susceptum semen multiplicatiori solet numero reddere, quàm acceperit. Esto igitur, vt aliquis excusare possit, quod non dederit, quomodo excusare potest, quod non reddiderit? Non dare cuiquā vix licet: non reddere verò non licet. Ideo pulchrè Salomon ait [a]: Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intelligea, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam; scias quod oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es; noli concupiscere escas eius; hæc enim obtinent vitam fallacem. Quem nos imitari cupientes sententias scripsimus: Conferre gratiam bonum est; at qui referre nescit durissimus. Humanitatis exemplum ipsa terra iuggerit; spontaneos fructus ministrat, quos non seminis multiplicatum quoque reddit, quod acceperit. Neque tibi pecuniam numeratam non licet, quomodo licet acceptam non referre gratiam? In Prouerbiis quoque habes, quod ita plurimum redhibitio ista gratiæ apud Deum consueuit valere, vt etiam in die ruinæ inuenit gratiam, quando possunt præponderare peccata. Et quid aliis vtar exemplis, cùm Dominus ipse remunerationem yberiorem sanctorum meritis in euāgelio polliceatur, atque exhortetur, vt operemur bonū opus, dicēs [b]: Dimittite, & dimittetur vobis: Date, & dabitur vobis mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum.

[a] *Prouerb. 23.*

Sententiæ aliquot ad demonstrandam grætitudinem.

[b] *Luc. 6.*

Quid autem si reddendi nulla facultas suppetit? In beneficio reddendo, vt D. Ambrosius inquit [c], plus animus, quàm sensus operatur, magisque præponderat benevolentia, quàm possibilitas referendi muneris. Gratia enim in eo ipso quod habetur, refertur. Magna igitur benevolentia, quæ etiamsi nihil conferat, plus exhibet, dum in patrimonio nihil habeat, largitur omnibus, dum facit sine vllo suo dispendio, & lucro omnium. Et adeo præstat benevolentia super ipsam liberalitatem. Ditior illa moribus, quàm hæc muneribus. Vbi enim deest liberalitas, benevolentia manet communis quædā

[c] *d. lib. 1. offic. cap. 32.*

Gratia quomodo referatur.

Benevolētia liberalitate potior est.

parens omnium, quæ amicitiam connectit, & cop[illegible]
In consiliis fidelis, in prosperis læta, in tristibus mo[illegible]
vt vnusquisque beneuolentis se magis, quàm sapie[illegible]
credat consiliis. Tolle ex vsu hominum beneuolen[illegible]
tanquam solem è mundo tuleris, quia sine ea vsu[illegible]
minum esse non potest: vt peregrinãti monstrare [illegible]
reuocare errantem, deferre hospitium, aquam de [illegible]
profluenti dare, lumen de lumine accendere. Beneuo[illegible]
tia itaque in his est omnibus, tanquam fons aquæ [illegible]
ciens sitientem, tanquam lumen quod etiam in ali[illegible]
ceat, nec illis desit, qui de suo lumine aliis lumen [illegible]
derint. Est etiam illa beneuolentiæ liberalitas, vt [illegible]
habes debitoris non soluendo chyrographum, [illegible]
debitore consecutus scindens restituas, quod [illegible]
sui facere nos debere sanctus Iob admonet[a]. [illegible]
habet, non mutuatur; qui non habet, non libe[illegible]
grapham. Quid igitur etiamsi ipse non exiga[illegible]
hæredibus reseruas, quam potes cum beneuolen[illegible]
de sine damno pecuniæ repræsentare?

Sine beneuolentia vsus hominum esse non potest.

Beneuolentiæ in vsu hominum necessitas.

a *Iob 31.*

Porrò beneuolentia, quæ de paradyso egressa [illegible]
Ambrosius inquit[b], mundum repleuit, auge[illegible]
ecclesiæ, fidei consortio, [illegible]itiandi societate, perci[illegible]
gratiæ necessitudine, mysteriorum communione. [illegible]
tum ad illam cumulandam adiuuant parium studia [illegible]
tutum. Siquidem beneuolentia etiam morum facit [illegible]
militudinem. Inter dispares verò mores, & studia [illegible]
pugnantia beneuolentia esse non potest. Nihil quoque
tam insociabile, quàm cum æquitate iustitia, quæ [illegible]
compar, & socia beneuolentiæ, facit, vt eos, quos [illegible]
nobis credimus, diligamus: Beneuolentia facit, vt [illegible]
vulnera vtilia magis, quàm voluntaria inimici [illegible]
sint. Beneuolentia facit, vt vnus fiat ex pluribus [illegible]
niam etsi plures amici sint, vnum fiunt, in quibus [illegible]
spiritus, & vna sententia est. Simul aduertimus [illegible]
correptiones in amicitia gratas esse, quæ aculeos [illegible]
dolorem non habent. Compungimur enim [illegible]
sermonibus, sed beneuolentiæ delectamur [illegible]
Ad summam non omnibus eadem semper officia [illegible]
bentur, nec personarum semper, sed plerumque ca[illegible]
& temporum prælationes sunt, vt vicinum quis [illegible]
dum [illegible]

b *lib. 1. offic. cap. 32. & 33.*

Beneuolentia etiam morũ facit similitudinem.

Correptiones in amicitia gratæ sunt.

dum magis, quàm fratrem adiuuerit; quoniam & Salomon dicit[a]: Melior est vicinus in proximo, quàm frater longè habitans. Et ideo plerumque amici se beneuolentiæ quisque potius committit, quàm fratris necessitudini. Tantum valet beneuolentia, vt plerumque pignora vincat naturæ[b].

a *Prouerb.27.*

b *Ambros. d. lib. 1. offic. cap. 34.*

De amicitia & charitate. CAP. XXXIII.

CVM amicitia ex beneuolentiæ fonte procedat, & amici mutuæ beneuolentiæ suæ se committat, vt D. Ambrosius inquit[c], nunc de illa agere instituimus. Est autem amicitia rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia, & charitate consensio[d]. Charitas verò est, definitore D. Augustino[e], motus animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se atque proximo propter Deum. Seu: Est virtus diuinitus infusa, qua Deus diligitur sincerè propter se, & proximus propter Deum. Nihil ita humano generi nocere consueuit, vt amicitiam contemnere, neque eam magno cum studio, & cura obseruatione seruare: sicut è cõtra nihil est, quod vitæ humanas moderetur, ac dirigat, vt hanc omnibus viribus persequi, quod profectò Christus insinuans dicebat[f]: Si duo ex vobis consenserint in vnum, quicquid petierint accipient. Et rursus: Cùm abundauerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Eiusmodi profectò contemptus, vt D. Ioannes Chrysostomus inquit, omnes hæreses genuit: quippe ex eo, quod non diligerent fratres, secundis eorum successibus inuidebant. Ex ea autem, inuidia, dominationis ambitione tentabantur: Porrò ex ea ambitione hæreses nascebantur. Idcirco & cùm Paulus dixisset[h]: vt denuncies quibusdã vt aliter docere, modũ etiam suggerit, quò id fieri possit, nimirum per charitatẽ. Quemadmodum deniq; dixit finis legis Christus, hoc est, impletio; ita & præceptum istud charitati cõiungitur, atq; ex ea depẽdet. Metam nempe finis, sanitas est. Itaq; cùm adest sanitas, pugno, ac denũtiatione nihil opus est. Charitatẽ verò eiusmodi dicit: sincerã, & quę nõ verbis tantũ, sed quę ex sententia, & intimo cordis affectu, proximorumque

c *d. lib. 1. offic. cap. 31. & 34.*

Amicitia quid sit.

d *August. lib. 3. contra academic. cap. 6.*

e *lib. 3. de doct. Christ. cap. 10.*

f *Matt. 18, 24.*

g *Hom. 2. ad 1. Timoth. 1.*

Hæreses ex cõceptu amicitiæ sunt ortæ.

h *Tit. 1.*

i *Rom. 10.*

Quæ charitas finis sit præcepti: et cuius cõtemptu hæreses nascuntur.

misératione proueniat. Ex corde, inquit, puro, sincera recta conuersatione, siue de charissima amicitia intelligendū sit: quippe & vita impura schismata facit. Omnis enim, qui malè operatur odit lucē. Nam & in malis dilectio inuenitur: puta latrones latrones amāt, & homicidæ homicidas. Verùm nō est ea dilectio ex confoederatione bona, sed mala: Neque ea ex puro corde, sed ex impuro perficitur, neque ex fide non ficta. Fides enim quo rum est iudicat. Et ex sincera fide charitas gignitur. enim veraciter in Deum credit, nunquam prorsus a desistere poterit. A quibus, inquit Paulus [a], quidam errantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes legis doctores, non intelligentes, neque ea, quæ dicu neque de quibus affirmant. Nam cùm anima defer contempta charitate se ipsam negotiis carnalibus tus dederit, hebetatur illius acies, ac prorsus obtu atque vbi sic à charitate deciderit, necessariò ad tionis deuoluitur studia, iamq; mentis acies nihil quàm rixas conspicari potest.

Vita impura schismata facit.

Ex sincera fide charitas gignitur.

[a] *1. Timot. 1.*

D. verò Ambrosius [b] eam amicitiam dicit probi quæ honestatem tuetur, præferendam sanè op noribus, potestatibus: honestati verò preferri nō sed honestatem sequi. Qualis fuit Ionathæ, qui po tate nec offensam patris, nec salutis periculum re bat [c]. Qualis fuit Achimelech [d], qui pro hospitali tiæ officiis necem potius, quàm proditionem fugien amici sibi subeundam arbitrabatur.

[b] *lib. 3. offic. cap. 15.*

Amicitia honestatē sequitur.

[c] *1. Reg. 20.*

[d] *1. Reg. 21.*

Sunt tamen plerique quæstiones: Vtrùm amici causa quisquam contra patriam sentire, nec ne debeat, vt amico obediat: vtrùm oporteat vt fidem deserat, dum dulget, atque intendit amici commoditatibus. Quæ quæstionibus D. Ambrosius respondendo dicit [e] stratem amicitiæ studio non prætereundam. Sig scriptura ait [f]: Claua & gladius, & sagitta serrata mo est testimonium dans falsum aduersus amicum Considerandum enim quid scriptura astruat, Nec monium reprehendit dictum in amicum, sed falsum stimonium. Quid enim si Dei causa, quidsi patriæ, tur aliquis dicere testimonium? Nunquid præponde debet amicitia religioni? præponderare charitati

An amici causa contra patriam vel fidē quid fieri possit.

[e] *d. lib. 3. cap. 16.*

[f] *Prouerb. 25.*

In his tamen ipsis rebus requirenda est veritas testimonii, ne amicus appetatur amici perfidia, cuius fide absolui debebat. Amicus itaque neque noxio gratificari debet, neque innocenti insidiari. Sanè si necesse sit dicere testimonium, si quid in amico vitij cognouerit, corripere occultè; si nō audierit, corripere palam debet. Sunt enim bonæ correptiones, & plerumque meliores, quàm tacita amicitia. Etsi lædi se putat amicus, tu tamen corripe. Etsi amaritudo correptionis animū eius vulneret, tu tamē corripere ne verearis. Tolerabiliora sunt enim amici vulnera, quàm adulantium oscula. Errantē igitur amicum corripe; innocentem amicum ne deseras. Constans enim debet esse amicitia, & perseuerare in affectu, non puerili modo amicos mutare vaga quadam debemus sententia.

Amicus neque noxio gratificari debet, neq; innocenti insidiari.

Quatenus amicus corripiēdus sit.

Tolerabiliora sunt amici vulnera, quàm adulatium oscula. Prouerb. 27.

Aperi pectus tuum amico, vt fidelis sit tibi, & capias ex eo vitæ tuæ iucunditatem. Fidelis enim amicus medicamentum est vitæ, & immortalitatis gratia. Defer amico, vt æquali; nec te pudeat, vt præuenias amicum officio. Amicitia enim nescit superbiam. Ideo Sapiens dicit[a]: Amicum salutare nō erubescas, nec deseras amicum in necessitate, nec derelinquas eū, neque destituas: quoniam amicitia vitæ adiumentum est. Idcirco in ea onera nostra portemus, sicut Apostolus docuit. Dicit enim his, quos eadem complexa est charitas; Etenim si amici secundæ res amicos adiuuant; cur non & in aduersis amici rebus amicorum adiumentum suppetat? Teneamus consilio, conferamus studia, compatiamur affectibus; si necesse est, toleremus propter amicum etiam asperа. Plerumque inimicitiæ subeundæ sunt propter amici innocentiam, sæpe obtrectationes, si restiteris, vel responderis, cùm amicus arguitur, & accusatur: nec te perturbent eiusmodi offensiones. Iusti enim vox est [b]: Etsi mala mihi euenerint propter amicum, sustineo. In aduersis enim amicus probatur. Nam in prosperis amici omnes videntur. Sed vt in aduersis amici patientia, & taciturnitia necessaria: sic in prosperis auctoritas cōgrua est, vt insolentiam extollentis se amici reprimat, & redarguat. Quàm pulchrè in aduersis positus Iob dicit [c]: Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei.

Amicitia nescit superbiam. a Eccles. 22.

Quomodo inuandi sint amici.

b Eccles. 22.

In aduersis amicus probatur.

c 19. cap.

Non quasi abiecta vox ista est, sed quasi cēsorea. Non cùm iniustè argueretur ab amicis, respondit: Miseremini mei, amici, hoc est, misericordiam debetis facere. Opprimitis autem vos, & impugnatis hominem, cum erumnis compati pro amicitia vos oportebat.

Amicitia huius vitæ est solatium.

Seruate igitur initam cum fratribus amicitiam, quia nihil est in rebus humanis pulchrius. Solatium quippe vitæ huius est, vt habeas cui pectus aperias tuum, cui quo arcana participes, cui committas secretum pectoris tui, vt colloces tibi fidelem virum, qui in prosperis pertuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur. Hic est amicitiæ fructus; non vt hic propter amicitiam deseratur. Non potest enim homini amicus esse, qui Deo est infidus. Pietatis custos amicitia est, & æqualitatis magistra: vt superior inferiori se exhibeat æqualem, inferior superiori. Inter dispares enim mores non potest esse amicitia: Et ideo conuenit sibi vtriusque debet gratia: Nec auctoritas desit inferiori, si res poposcat; nec humilitas superiori. Audiat hic quasi parem, quasi æqualē; & ille quasi amicus moneat, dictātiæ studio, sed affectu charitatis. Neq; monitio [illegible] ra sit, neq; obiurgatio cōtumeliosa, sicut enim adulationis fugitās amicitia debet esse, ita etiā aliena insolentia.

Non potest homini esse amicus, qui Deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est.

Amicus quis sit.

Quis est enim amicus, nisi consors amoris, ad quem animum tuum adiungas, atque applices, & ita misceas vt vnum velis fieri ex duobus; cui te tāquam alteri [illegible] committas: à quo nihil timeas; nihil ipse commodi [illegible] causa inhonestum petas. Non enim vectigalis amicitia est; sed plena decoris, plena gratiæ. Virtus est enim amicitia, non quęstus, quia nō pecunia quæritur, sed gratia, nec licitatione pretiorū, sed cōcertatione beneficiorum. Deniq; meliores amicitię sunt inopum plerūque, quam diuitum, & frequenter diuites sine amicis sunt, quibus abundant pauperes. Non est enim vera amicitia, sed fallax adulatio. Diuitibus itaq; pleriq; assentatores gratificātur: erga pauperes nemo simulator est. Verum est quicquid defertur pauperi; huius amicitia inuidia vacat.

Amicitia virtus est, nō quæstus.

Amicitiæ inopum meliores plerūque sunt, quàm diuitū.

Amicitia angelis & hominibus cōmunis est.

Quid amicitia pretiosius, quæ angelis communis [illegible] hominibus est? Vnde & Dominus IESVS dicit: [illegible] te vobis amicos de iniquo mammona, qui recipiāt [illegible]

a Luc. 16.

in æterna tabernacula sua. Ipse nos Deus amicos ex seruis facit, sicut ipse ait [a]: Iam vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Dedit formã amicitiæ, quam sequamur; vt faciamus amici voluntatẽ, vt aperiamus secreta nostra amico, quęcumque in pectore habemus, & nos illius arcana non ignoremus; ostẽdamus nos illi pectus nostrum, & ille nobis aperiat suum. Ideo, inquit [b], vos dixi amicos, quia omnia, quæcumq; audiui à Patre meo nota feci vobis. Nihil ergo occultat amicus, si verus est, effundit animum suum, sicut effundebat mysteria Patris Dominus IESVS. Ergo qui facit mandatũ Dei, eius amicus est; & hoc honoratur nomine. Qui est vnanimis, ipse amicus est; quòd vnitas animum in amicis sit. Neq; quisquã detestabilior, quàm qui amicitiam læserit. Vnde in proditore Dominus hoc grauissimum inuenit; quo eius cõdemnaret perfidiam, quod gratiæ vicem non repræsentauerit, & conuiuiis amicitiæ venenum malitiæ miscuerit. Itaq; sic ait [c]: Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, hoc est, Non potest dubitari istud, quia vnanimis appetisti eum, qui tibi donauerat gratiam. Nam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & abeo, qui me oderat abscondissem me. Inimicus vitari potest, amicus non potest, si insidiari velit. Illum cauemus, cui non committimus consilia nostra; hunc cauere non possumus, cui committimus. Itaque ad aceruandam peccati inuidiam, non dixit: Tu verò seruus meus, Apostolus meus; sed vnanimis meus; hoc est, non meus, sed etiã tuus proditor es, qui vnanimẽ prodidisti. Beatus itaq; qui inuenit amicum verũ, & fidelem, nam qui inuenit illũ, inuenit thesaurum, cui nulla est cõparatio, & nõ est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatẽ fidei illius: propositio fortis est, medicamentũ vitæ, & immortalitatis. Qui metuunt autem Dominum inuenient illum [d].

D. Ioannes Chrysostomus explicans ista verba Domini: Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tale est, ait, quod dicitur. Si quis propter me principaliter charitate proximo coniungitur, secum ipse sum, si ad hoc virtutis etiam

[a] *Io.15.*

Forma amicitiæ.

[b] *Io.15.*

Nihil detestabilius quam amicitiã lædere.

[c] *Psal 54.*

Beatus qui inuenit amicum verum, & fidelem.

[d] *Eccles.6.cap.*

[e] *Matt.18.cap. Hom.61.*

etiam opus adiecerit. Nunc autem complures videmus alias quasdā causas amicitiæ quærere; nam alius amat quia redamatur; alius quia honore afficitur; alius quia vtilitati sibi esse, aut fore hominem putat. Christi causa difficillimè quenquam inuenies, qui amicum, vt oportet, diligat; sed omnes fere secularium vinculorum inter se vinciuntur. Non ita quippe Paulus, sed propter Christum diligebat. Quare quamuis non tantum amabatur, quantum amabat, tamen quoniam robusti amoris radices iecit, non dissoluit charitatē. Nunc si omnia diligentiori cura scrutabimur, amicitiam efficientia, commoda magis secularia, quàm hoc inueniemus. Nam qui caducis, citoq; instabilibus causis copulantur, eorum coniunctio perpetua esse nō potest. Sed vel contemptus, vel pecuniarum iactura, vel lux, vel gloriæ cupiditas, vel aliud huiusmodi amicitia dissoluta, dissidium inducet. Vbi si spiritalis esset radix, nulla res secularis eam euelleret.

Christi causa diligendus est amicus.

Quæ amicitia & charitas optima sit.

CAP. XXXIIII.

Amicitia Christi causa fundata, perpetua est.

EA certè charitas, quæ Christi causa fundatur, firma, stabilis, atque inuicta est, nec vlla re conquassatur, non obtrectatione, non periculis, non morte, nō alia re temporali. Nam qui hac de causa diligit, nulla dissidio disiungetur. Qui enim amat, quoniam redamatur, si quid minus iucundum ab amico ad eum profectum fuerit, finem amandi ilico facit. Qui verò Christi charitate amicis conglutinatur, nunquam ab amādo desistit. Idcirco Paulus quoque dicebat[a]: Charitas nunquam excidet. Quid enim dicere poteris, an quia honorans te contumeliæ vicem honoris loco retulit? An quia beneficiorum gratia interficere conatus est? Sed si propter Christum diligis, hæc ipsa ad maiorem te impellit charitatem. Omnia enim quę seculares amicitias tollunt, spiritalem confirmant amorem magis, atque stabilitatem. Quo pacto? inquis: Primùm quia hic præmia tibi præparat amicus. Deinde quia magis ope indiget tua, qui sic miserè affectus. Quapropter qui hoc amore spiritali diligit, non generis nobilitatem; non præstantiā pro-

a 1. Corinth. 13. c. charitas nunquā. de pœnit. dist. 2.

Spiritalis amicitia quomodo cōfirmetur & stabiliatur.

nos-

non excellentes diuitias, non denique quantum redamemur inuestigat, verumetiam si odio habeatur, si contemnamur, si interficiatur, quoniam sufficiens sibi ad amandũ Christus causa est, perseuerat in amore. Firmus ergo & stabilis stat, fixus, & immobilis ad Christum refugiens; a quo inimici, cõtemptores, obtrectatores, persecutores, qui nec videre ipsum æquo animo poterant, supremo amore, quo maiorem excogitare non possumus, amari sunt. Maiorem enim hoc amorem nemo vnquam habuit, quàm vt aliquis animã ponat pro amicis suis. Et considera quoniam etiam eos, qui crucifixerunt ipsum, qui summo furore aduersus ipsum insaniebant, magno studio sanare conabatur. Sic enim ad Patrem de illis dicit[a]: Dimitte eis; nesciunt enim quid faciunt. Et discipulos quoque postea ad saluandos eos misit. Hanc igitur charitatem imitemur, & ad hanc quasi ad exemplar respiciamus, vt imitatores Christi facti, tam præterita, quàm futura bona consequamur.

a *Luc. 23. c. paratus. 23. q. 1.*

Et ad hunc amorem amplectendum facit & illud, quod D. Augustinus scripsit[b]. Est, inquit, amicitia quædam adhuc carnalis per consuetudinẽ cohabitandi, colloquendi, simul conuersandi, vt contristetur homo, quando deseritur ab amico, cum quo solet colloqui, & habere coniunctiones. Conueniunt duo homines, ambulant secum triduo, & iam nolunt à se recedere; & ista quædam amicitiæ dulcedo est; honesta quidẽ, sed consuetudinis, non rationis. Habent enim illam & pecora. Est & alia superior amicitia, non consuetudinis, sed rationis, qua diligimus hominem propter fidem, & mutuam benevolentiam in ista vita mortali. At superius quicquid iam inuenerimus diuinum. Incipiat homo amare Deum, & non amabit in homine nisi Deum. Sed videndum amicitiæ amor qualiter debeat esse gratuitus. Non enim propterea debet habere amicum vel amare, vt aliquid sibi præstet. Si propterea illũ amas, vt præstet tibi vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale, non illum amas, sed illud quod præstat. Amicus gratis amandus propter seipsum, non propter aliud. Si hominem ergo hortatur amicitiæ regula, vt gratis diligas, quam gratis amandus est Deus, qui iubet, vt hominem diligas?

b *Hom. 38. lib. quinquag. Homil.*

Amor debet esse gratuitus.

Nihil

Nihil delectabilius Deo. Nam in homine sunt, quæ offendant, per amicitiam tamen cogis te, vt etiam illi quæ offendunt in homine toleres propter amicitiam. Ergo non debes propter quædam toleranda dissolvere hominis amicitiam; Dei amicitia quibus rebus debes cogi, vt dissoluatur à te? Deus non est, qui te offendat, tu enim nō offendas: Nihil illo pulchriùs, nihil illo [illegible]cius. Sed dicturus es mihi non illum video, quomodo sum amaturus, quem non video? Et quomodo [illegible] amare, quod istis oculis non potes videre? Ecce [illegible] amicum hominem fortè senem; quid amas in [illegible] curuum corpus; album caput; rugas in fronte; cōtra[illegible] maxillā? Si corpus quod vides non amas, quia [illegible] est; vnde vides quod amas? Si enim quæram à te [illegible] amas? Responsurus es mihi; homo est fidelis. Ergo [illegible] amas. Si fidem amas; quibus oculis videtur fides [illegible] oculis videtur Deus. Incipe ergo Deum amare, [illegible] bis hominem propter Deum.

Quomodo amemus Deum, quem non videmus.

Cauere debes, ne propter præmiū temporale [illegible] Deum, euelle cor tuum ab amore creaturæ, vt [illegible] creatori, & dicas quod in Psalmo scriptum est [illegible] autem adhærere Deo bonum est: Nihil aliud [illegible] ipsum adhærere illi, hoc est gratuitum bonum [illegible] Cùm ergo cœperis amare gratis securitas est; [illegible] cum gratis amas, & ad hoc eum amas, vt tecum [illegible] Deum. Et quia tu iam talem salutē desideras, quæ [illegible] na est, ad ipsam salutem diligis amicum tuum, & [illegible] quicquid vis amico tuo præstare, ad hoc vis præstare [illegible] illam tecum teneat salutem. Amas enim iustitiam [illegible] illum esse iustum. Amas sub Deo esse; vis & illum [illegible] sub Deo. Amas vitam æternam, illic cum vis [illegible] regnare in æternum. Inimicum tuum vides [illegible] te; iniquitas est quæ te persequitur. In illo [illegible] bes misericordia, febrit in anima. Quomodo [illegible] cus huius seculi, secundum seculum amans animi [illegible] febrem vult pellere de amico suo, quem similiter [illegible] vt se, propter præsentem salutem. Sic tu quemcumque diligis, propter vitam æternam dilige. Cùm [illegible] iram, odium, indignationē, iniquitatem, sic conc[illegible] pellere morbum animi, quomodo amicus seculi [illegible]

Deus nō est diligēdus propter præmium temporale.
a Psal. 72.

corpus

corporis. Ad hoc enim amas, vt facias quod & tu es; & enim te perfecta charitas. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas: ita & radix omnium bonorum est charitas, & simul ambæ esse nō possunt. Nisi vna penitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis incidere ramos, si radicem non contendit euellere[a]. Totam magnitudinem, & latitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet charitas, qua Deū proximumque diligimus. Si ergo non vacat omnes paginas sacras scrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare: tene charitatem, vbi pendent omnia: ita tenebis quod ibi didicisti, nescies etiam quod nondum didicisti. Ille enim tenet & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.

a *c. quia radix. de pœnit. dist. 2. c. bonorū. dist. 47.*

Quapropter, fratres, sectamini charitatē, dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua diues pauper est; & cum qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat; in prosperitatibus temperat; in duris passionibus fortis; in bonis operibus hilaris; in tentatione tutissima; in hospitalitate latissima; inter veros fratres lætissima; inter falsos patientissima. Sed quid ego de charitate maius, aut plenius possim dicere, quā quod per os Apostoli b laudet eius intonat Dominus supereminentem viam demonstrantis, atque dicentis: Si linguis hominū loquar, & angelorū, charitatem autem nō habeam, factus sum æramētum sonans, aut cymbalum tinniēs. Etsi habuero prophetiā, & sciero omnia sacramēta, & omnem scientiam, & habuero omnē fidem, ita, vt montes transferā, charitatem autē non habeam, nihil sum. Et si donauero omnes facultates meas, & si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meū, vt ardeā; charitatem autē non habeā; nihil mihi prodest. Charitas magnanima est; benigna est. Charitas nō æmulatur, nō agit perperā; non inflatur, non dehonestatur, non quærit quæ sua sunt; non irritatur; nō cogitat malum, nō gaudet super iniquitatē; congaudet autē veritati; Omnia tolerat; omnia credit; omnia sperat; omnia suffert charitas, nunquam cadit. Quanta est ista? Animarū salus; sciētiæ solidamentū; fidei fructus; diuitiæ pauperū; vita morientiū.

Insignes charitatis effectus et propr. etates.

b 1. *Corinth.* 13.

Quid

Quid tam magnanimū, quàm pro impiis mori? Q
tam benignum, quàm inimicos diligere? Sola est, qu
felicitas aliena non premit; quia non æmulatur. Sola
quam felicitas sua non extollit; quia nō inflatur. Sola
quam conscientia mala non pungit; quia non agit
peram. Inter opprobria secura est; inter odia
est; inter iras placida est; inter insidias innocēs
quitates gemens; in veritate respirans. Quid illa
non ad retribuendas; sed ad non curandas iniurias
illa facilius, nō vanitate, sed veritate? Nam ideo
omnia in præsenti vita; quia credit omnia de
ta; & suffert omnia, quę hic irrogantur, quia
nia, quæ ibi promittuntur. Merito nunquam

Ad probādam charitatē quid requiratur.

Ergo sectamini charitatem, & eam sanctè
afferte fructum iustitiæ, & appareat in vestris
Probatio enim dilectionis, seu charitatis, ex
operis, & diuinorum obseruatio mandatorum
& Ioannes Euangelista [b]: Hæc est, inquit, vera
Dei, vt mandata eius custodiamus; & mādata
uia non sunt. Qui autem dicit se nosse Deum,
data eius non custodit, mendax est, & in hoc
est. Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc
Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso
Quinetiam ipsemet Christus discipulis suis
diligitis me, mandata mea seruate. Qui habet
mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui
git me, diligetur à Patre meo, & manifestabo
ipsum. Qui non diligit me, sermones meos non

a *Greg. Hom. 30. in euang.*

b *epist. 1. cap. 2. & 5.*

c *Io. 14. cap.*

Hinc D. Prosper charitatem definiens [d]: Charitas
quit, est, vt mihi videtur, recta voluntas ab omnibus
renis, à præsentibus prorsus aueršа, iuncta Deo
rabiliter, & vnita, igne quodam sancti Spiritus
est, & ad quem refertur incensa, inquinamēti
tranea, corruptionis nescia, nulli vitio mutabilis
noxia; super omnia quæ carnaliter diliguntur
affectionum omnium potentissima; diuinæ
tionis auida; in omnibus semper inuicta; summa
num bonarum, salus morum, finis cœlestium
rum; mors criminum; vita virtutum; virtus
palma victorum; anima sanctarum mentium,

d *lib. 3. de vita cōtempl. cap 13. & 15. c. charitas est. de pœnit. dist. 2.*

titorum bonorum, præmiũ perfectorum, sine qua nullus Deo placuit; cum qua aliquis peccare non potuit, nec potest: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus; gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus; operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid est boni operis, viuet. Item, hæc est charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viam nominat Apostolus sanctus[a]. Sicut enim sine via nullus peruenit quò tenditi; ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare. Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta, facile peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, seculi blandimẽta contemnimus, & omnia, quæ difficilia sunt humanæ fragilitati vel aspera, etiam cum dilectione perficimus, si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ab illo est, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. [a] 1. Corint. 13.

Ex qua parte quis peccet. Deum diligere quid sit.

Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quoniam si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati desideriis seruiamus. Et quid est Deum diligere, nisi illi copulari animo, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem in se censuit diligendum, in ipso amore reseruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt; aut corpora sua minus diligenda plus diligunt; aut proximos non sicut seipsos, aut Deum plus quàm se ipsos forte non diligunt. Corpus nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis diligendum est, vt saluti eius ac fragilitati naturaliter consulamus, & agamus quatenus spiritui ordinatè subiectum ad æternam salutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas vtilitates nostras, non propter speranda beneficia, aut accepta, non propter affinitates, vel consanguinitatem, sed propter hoc tãtum, quòd naturæ nostræ sunt participes, diligamus. Non illi tantum proximi credẽdi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit; sed proximi

Qui dilectionis ordinẽ peruertant.

Corpus nostrũ quomodo diligi debeat.

Proximos quãdo diligamus.

Proximi qui sint.

nostri credendi sunt omnes homines, naturæ nostræ (sicut dixi) participes. Proinde sicut nos proximos nostros diligimus, quando ad mores bonos, & æternam vitam consequendam, sicut nobis, eorum saluti consulimus, quando nos in eorum peccatis, ac periculis cogitamus, & sicut nobis subueniri optaremus, ita eis subuenimus, aut si facultas defuerit, voluntatem subueniendi tenemus. Quapropter, charissime, tota dilectione satagere bonum quod tibi fieri vis, velis & proximo. Illi vero plus, quàm se, diligunt Deum, qui pro eius amore ad tempus saluti non parcunt, se ipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, parentibus suæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filiis renuntiare parati sunt, & (vt totum dicam) ipsam nostri corporis non solùm non refugiunt, sed etiam [illegible] accipiunt, ambientes à corporis sui vita magis [illegible] Deo vita vitæ suæ discedere.

Qui plus Deũ quàm se diligant.

D. verò Bernardus docẽs quibus gradibus amor ad veram charitatem ascendatur [a]: Inprimis, ait, diligere ipsum homo propter se, caro quippe est, & nihil vult præter se. Cumque se videt per se non posse sustere, Deum quasi necessarium incipit per fidem [illegible]rere, & diligere. Diligit itaque in secundo gradu [illegible] sed propter se, non propter Deum. At verò cùm [illegible] cœperit occasione propriæ necessitatis colere, & [illegible]quentare cogitando, legendo, orando, obediendo, [illegible]dam huiusmodi familiaritate paulatim, sensimque Deus innotescit, consequẽter & dulcescit; & sic gustato quod suauis est Dominus, transit ad tertium gradum, vt diligat Deum non iam propter se, sed propter ipsum.

a in tract. de diligen. Deo. Quibus gradibus ad veram charitatẽ ascẽdatur.

De concordia seruanda. CAP. XXX[illegible]

CAETERVM quia D. Augustinus amãdam esse pacem, & diligendam concordiam inquit, propterea quòd generent charitatem, de istis [illegible] dicere nunc instituimus. Nam illa cumprimis [illegible] personis ecclesiasticis, & præsertim Canonicis, [illegible]que Capitulis sunt necessaria. D. enim Cyprianus [illegible]cificos, & concordes, atque vnanimes esse in domo Deum præcepisse asserit, & quales ille nos fecit [illegible]

b serm. 57. in append. de diuers. Canonicis eorũmque Capitulis pax et cõcordia sunt necessaria.

c in serm. de oratio. dominica.

tate fecunda, tales vult renatos perseuerare, vt qui filij Dei esse cœpimus, in Dei pace maneamus; & quibus spiritus vnus est, vnus sit & animus, & sensus: sic nec sacrificium Deus recipit [a]. Dissidētem ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, vt pacificis precibus & Deus possit esse pacatus. Sacrificium Deo maius est pax nostra, & fraterna concordia, & de vnitate Patris, & Filii, & Spiritus sancti plebs adunata. Neque enim in sacrificijs, quæ Abel, & Caim primi obtulerunt [b], munera eorum Deus, sed corda intuebatur, vt ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus, & iustus dum Deo sacrificat, innocenter, docuit & cæteros, quando ad altare munus offerūt, sic venire cum timore Dei, cum simplici corde, cum lege iustitiæ, cum concordia pace. Meritò ille dum in sacrificio Dei talis esset, postmodum sacrificium Deo factus est, vt martyrium primus ostendens, initiaret & sanguinis sui gloria dominicam passionem, qui & iustitiam habuerat, & pacē. Tales denique à Domino coronātur: tales in die iudicij cum Domino vindicabuntur. Cæterùm discordans, & dissidens, & pacem cum fratribus non habens, secūdum quod B. Apostolus, & sancta scriptura testatur [c], nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis potest euadere; quia, sicut scriptum est [d], qui fratrem suū odit homicida est, nec ad regnum cœlorum peruenit, vt cum Deo viuat homicida. Non potest esse cum Christo, qui imitator Iudæ maluit esse, quàm Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ablui? quale crimen est, quod martyrio non potest expiari?

Et idem Cyprianus alibi [e]; In domo Dei, inquit, in Ecclesia Christi vnanimes habitant, concordes, & simplices perseuerant. Hęc est in Ecclesia noscenda simplicitas, hæc charitas obtinenda, vt columbas dilectio fraternitatis imitetur, vt mansuetudo, & lenitas agnis, & ouibus æquetur. Quid facit in pectore Christiano luporum lenitas? canum rabies? & venenum serpentum? & omnis sæuitia bestiarum? Gratulandum est, cùm tales de Ecclesia separantur, ne colūbas, ne oues Christi sæua sua, & venenata contagione prædentur. Cohærere, & coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo

a *Matth. 5.*

Concordia fraterna magnum sacrificium & Deo gratum.

b *Genes. 4.*

Abel primus martyr.

c *1. Ioan. 3.*

d *1. Ioan. 3.*

e *in tract. de simplicit. Prælat.*

In Ecclesia vnanimes habitant, & cōcordes perseuerāt.

cum lumine; pugna cum pace; cum fœcunditate sterili-
tas; cum fontibus siccitas; cum tranquillitate tempes-
Dominus cùm discipulis suis vnanimitatem suaderet,
a Mat. 18. cap. & pacem [a]: Dico, inquit, vobis, quoniam si duobus ex
vobis conuenerit in terra, de omni re, quamcumq;
petieritis, continget vobis à patre meo, qui in cœlis
Vbicumq; fuerint duo, aut tres collecti in nomine
ego cum eis sum; ostendens non multitudini, sed vn-
Vnanimitati deprecantium plurimum tribuendum est. mitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus
b Matth. 18. quit [b], ex vobis cõuenerit in terra; vnanimitatem
posuit, concordiam pacis ante præmisit, vt conu
nobis, fideliter, & firmiter docuit. Quando ergo
ceptis suis ponit, & dicit: Vbi fuerint duo, aut tres
lecti in nomine meo, ego cum eis sum, non hominem
Ecclesia diuidit, qui instituit, & fecit Ecclesiam; sed ca-
probrans discordiam perfidis, & fidelibus pacem
voce commendans, ostendit magis esse se cum duobus,
aut tribus vnanimiter orantibus, quàm cum dissen-
Plus à Deo impetratur paucorum concordi prece, quàm multorum discordi. bus plurimis; plusque impetrari posse paucorum
cordi prece, quàm discordi oratione multorum.
cùm orandi legem daret, addidit, dicens [c]: Cum sta-
tis ad orationem, remittite, si quid habetis aduersus
quem, vt & Pater vester, qui in cœlis est, remittat
c Mar. 11. cap. peccata. Et ad sacrificium cum dissensione ven
d Matth. 5. reuocat ab altari, & iubet [d] prius concordare cum fra
tre, & tunc cum pace redeuntem Domino mun
e Genes. 4. re; quia nec ad Caim munera respexit Deus [e]. Non
enim habere pacatũ Deum poterat, qui cum fratre
per zeli discordiã non habebat. Quam sibi igitur
promittunt inimici fratrum? Quę sacrificia celebrare
credũt æmuli sacerdotũ? Tales etiãsi occisi in confes-
ne nominis fuerint, macula ista nec sanguine abl
Discordia expiabilis non est, nec passione purgatur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ nec passione
purgatur. Pacem nobis Christus dedit [f], concordes, et
vnanimes esse præcepit; dilectionis, & charitatis
incorrupta, atque inuiolata seruari mandauit. Exhibere
Non potest esse martyr, qui nõ tenuit charitatem. se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit cha-
ritatem. Docet hoc & contestatur Paulus Apostolus
g 1. Corint. 13. dicens [g]: Etsi habuero fidem, ita vt montes transfe
charitatem autem non habeam, nihil sum: Etsi omnia

pauperum

pauperum distribuero omnia mea: etsi tradidero corpus meum, vt ardeam; charitatem autem non habeam, nihil proficio. Charitas nunquam excidit. Nunquam, inquit, charitas excidit. Hæc enim semper in regno erit; hæc in æternum, fraternitatis sibi cohærente vnitate, durabit. Ad regnum cœlorum nō potest peruenire discordia, nec ad præmia Christi, qui dixit [a]: Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem, quemadmodum dilexi vos. Beati Ioannis Apostoli vox est [b]: Deus dilectio est, & qui in dilectione manet, manet in Deo, & Deus in illo manet. Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerunt, ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ, nec gloriosæ virtutis, exitus glorioſus, sed desperationis infernus. Occidi talis potest, coronari non potest. Sic se Christianum esse profitetur, quomodo & Christū diabolus esse mentitur. Monet nos Spiritus sanctus, & dicit [c]: Quis est homo, qui vult vitam, & amat dies optimos? Contine linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur insidiose. Declina à malo, & fac bonum; quære pacem, & sequere eam. Pacem quærere debet, & sequi pacis: à dissensionis malo continere linguam suam debet, qui nouit, & diligit vinculum charitatis. Inter sua diuina mādata, & magisteria salutaria passioni iam proximus Dominus addidit, dicens [d]: Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis. Hanc nobis hereditatem dedit, dona omnia suæ pollicitationis, & præmia in pacis obseruatione promisit. Si cohæredes Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filij Dei sumus, pacifici esse debemus. Beati, inquit [e], pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Pacificos oportet esse Dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordes, fideliter vnanimitatis nexibus cohærentes.

Hoc pertinet illud D. Augustini [f]: Felices pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. En filius Dei esse incipit, qui pacificus esse cœpit: Non vult filius dici Dei, qui pacificus fuerit inueniri: negat sibi Patrem Deū, qui hæres pacis esse nequiuit. Seuerum sensurus est Deum, quem clementē blandumq; dedignatus est patrē. Gaudeamus

Discordia ad regnum cœlorū non peruenit.

a *Ioan.15.*

b *1. Ioan. 4.*

c *Psal.33.*

Charitatē diligēs à dissensione linguā continere debet.

d *Ioan.14.*

e *Matth.5. Dei filij quales esse debeant.*

f *in serm. 57. in append. de diuers.*

hoc nomine, quasi filij, & hæredes Dei, cohæredes
Christi. Quanta est huius pacis retributio, hæredi
possidere cum Christo, substantiam patris habere
filio; cœleste regnum participare cum Domino; &
consortium perpetuitatis admitti cum Domino! Q
sit hæc prauitas morum, inuidere melioribus, a
sordidioribus inhærere, adoptati victoriam perde
nolle hæreditatem cœlestium possidere. Scriptum

a cap. 25. *Concordia fratrũ probata est coram Deo, & hominibus.*

est in Ecclesiastico[a]: In tribus placitum est spiritui me
sunt probata coram Deo, & hominibus: Concor
trum, & amor proximorum; & vir & mulier
tientes sibi. Concordia ergo fratrum voluntas De
iucunditas Christi, perfectio sanctitatis, iustitiæ
materia doctrinæ, morũ custodia, atque in reb
bus laudabilis disciplina, pax, suffragiũ precum,
plicationum, facilis atque impetrabilis; quia
rum omnium competens est plenitudo, sicut
est in Apostolo[b]: Pax conuentionis amabilem
cit in fratribus, quæ charitatis indicat testimo
ergo dilectionis mater est, concordiæ vinculum,
mentis indicium manifestum; quia sibi exigit
quod velit. Quicquid voluerit petat, & quicquid
rit, sumat.

b *Coloss.* 3. *Pax mater est dilectionis, & concordiæ vinculum.*

Pax præceptis regalibus conseruanda est, Dom
Christo dicente[c]: Pacem meam do vobis, pacem
relinquo vobis. Qui discipulus Christi est, Christi
cepta seruat; seruare mandatum, est pacem in
custodire. Nam diuidere vnitatem, non est
sequi, sed eius mãdatum calcare. Sequi enim Chri
est habere pacem; & non sequi quod pacis est,
habere in magistro ex parte quod diligas, &
quod damnes. Plantare pacẽ radicitus, Dei est;
penitùs, inimici. Amor fratris ex Deo est; odium
bolo; propter quod damnanda sunt odia, quia
est[d]: Qui oderit fratrem suum, homicida est. A
pax, & diligenda concordia. Ista sunt, quæ gener
ritatem. Et scitis sanctum Apostolum dicere[e],
Deus charitas est. Sine Deo ergo est, qui non
ritatem. Dilectio ergo omnibus votis, ac
plectenda est: custodiẽda omnibus viribus pax

c *Ioan.* 14.

Amor fratris ex Deo est: odiũ ex diabolo.

d 1. *Ioan.* 3. *Pax, & concordia generãt charitatem.*

e 1. *Ioan.* 4.

niam Deus semper in pace est. Pax plebis, gloria sacerdotis, & parentum lætitia, perfecta charitas filiorum. Sacerdotis est, quod debet admonere; plebis est audire quod admonet: Quicquid non licet, pastoris est prohibere ne fiat, gregis est audire, vt faciat. Vtraque conueniant, & vniuersa saluata sunt: nec Deus inuenit in plebe quod puniat, nec sacerdos potest habere quod doceat. Seruemus itaque mandata, quæ vitæ sunt, teneat se profundè pacis nexibus colligata fraternitas, & salutari vinculo charitatis mutua se dilectione constringat. Procul contentiones, procul lites, & odia, procul maledicta mittantur. & quia laqueus mortis est lingua, susurro, ac bilinguis parcat animæ suæ, ne in suppliciū suum vincula sibi mortis adducat.

Lingua laqueus est mortis.

Sicut enim ignis, vt D. Chrysostomus inquit[a], de modica scintilla magnum conflat incendium: ita & sermo malus de leui occasione magnam succendit inimicitiam. Cohibe ergo linguam tuam à malo sermone, & labia ne loquantur dolum. Illius autem labia dolum loquuntur, qui pacem portat in labiis, & malitiā seruat in corde. Si ergo Christianus es, aut quod loqueris hoc cogita; aut quod cogitas hoc loquere. Patres verò in concilio Parisiensi[b] magnum in vtroque ordine, clericali videlicet, & laicali declarabāt periculum esse, quod charitas, quæ Deus est, ac decus Christianitatis, & in qua summa totius fidei nostræ consistit, in multis vtriusque ordinis non regnare conuinceretur. Expressissimè namque Apostolus Ioannes ait[c], quod Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Perpendat quisque si in charitate manet, Deum manere in se: Si charitatem non habet, non Deum, sed hostem animæ suæ habitare in se: Cum charitate quippe cuncta bona; sine charitate verò nulla haberi possunt. Neque enim dignè angelicum hymnum charitate carēs Domino decantare valet; quia non est bonæ voluntatis. Definitio quippe charitatis est, vt Doctores nostri tradunt, bona voluntas. Ergo quicumque bonam voluntatem non habet, charitatem non habere comprobatur. Et ideo pacem, quæ Christus est, quia bonæ voluntatis non est, habere non meretur. Gloria, inquit[d], multitudo

a *Hom. 9. in cap. 5. Matth.*

b *lib. 2. cap. 6.*

In charitate summa totius fidei nostræ consistit.

c *1. Ioan. 4.*

d *Luce 2.*

cœlestis exercitus in excelsis Deo, & in terra pax hom-
nibus bonæ voluntatis Miserabiliter planè decipiun-
plerique, qui sine charitate, aut Deo in hac mortalitate
placere, aut ad eum sine illa se putant peruenire. Verum
si nobis charitas non est, sed odium & inuidia, & auari-
tia, & discordia, & simulatio, & luxuria, & cetera mala
regnant, quæ omnia à Christianitatis proposito abhor-
rent, mirum non est, si animaduersiones diuinæ non
teriùs exteriusque diuersissimis modis feriant, & in-
tum inimicorum aduersum nos commoueant. Sed
dem, vt Theophylactus inquit [a], radix omnium ma-
rum est ipsa charitatis refrictio. Hinc enim est, quod
ter alteri non reconcilietur; alter alterum non diligat,
nulla ergo alium tangatur miseratione. Quod & Chri-
stus dixit [b]: Quando abundabit iniquitas, refrigescet
charitas. Porrò natura nos inter nos ipsa conglutinat
æquè ac reliqua animalia. Quapropter si pacis tempora
quietè, & tranquillè ducere volumus, pacis, & tranquil-
litatis amatorem diligamus, & timeamus, eiusque in-
ceptis colla humiliter submittamus. Hi autem, qui
noribus fulciuntur, dignum est, vt vinculo charitatis
connectantur, ne alterutrius iniuriam, aut dehonorati-
nem contra fas meditentur, ne desides, & dolosi ad in-
uicem existant; ne fortè qui dolosi sunt incidant in illud
Psalmistæ, dicentis [c]: Qui loquuntur pacem cum proxi-
mo suo, mala autem in cordibus eorum; da illis Do-
mine secundum opera eorum, & secundum nequi-
tiam adinuentionum ipsorum. Secundum opera ma-
nuum illorum tribue illis, redde retributionem eorum
ipsis [d].

a in epist. ad Rom. cap. 1. Charitatis refrictio, radix omnium malorum est

b Matth. 24.

c Psal. 27.

d Psal. 27.

Quomodo renouari concordia & charitas debeant.

CAP. XXXVI.

DVerò Augustinus de fraterna concordia & of-
fensionis relaxatione sermonem faciens [e]: Cum,
inquit, vita ista mortalis, & fragilis, quæ inter
tot terrenas tentationes periclitatur, & orat ne subiun-
gatur, non potest esse in quouis iusto sine qualibuscun-
que peccatis; vnum est remedium per quod vi-

e Hom. 40. lib. quinquag. Homil.

possumus, quia docuit nos magister Deus dicere in oratione[a]: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Pactum, & placitum cum Deo fecimus, & conditionem soluendi debiti in cautione subscripsimus: Dimitte nobis, plena fiducia petimus, si & nos dimittimus. Si autem non dimittimus, dimitti nobis peccata non putemus, ne nos ipsos fallamus. Humanum est irasci; sed non debet iracundia tua natus ad horam breuis, suspicionibus irrigari, & ad trabem odij peruenire. Aliud est enim ira, aliud odium: nam sæpe etiam pater irascitur filio; sed non odit filium, irascitur, vt corrigat: si propterea irascitur, vt corrigat, amando irascitur. Qui verò odit fratrem suum, homicida est. Si ergo odis fratrem tuum, secum ambulas, & concordare non vis? Non agnoscis quæ spatium tibi dederit Deus? Ecce iam homicida es, & adhuc viuis. Si Dominum iratum haberes cum odio fratris subitò rapereris. Parcit tibi Deus, parce tibi, concorda cum fratre tuo. Si fortè tu vis, & ille non vult, sufficiat tibi, & dic securus: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si forte peccasti in illum, & vis cum illo concordare, eique dicere: Frater, ignosce mihi quod peccaui in te: si ille non vult ignoscere, non vult dimittere debitum, ipse obserues quando habet orare, tu securus sis de Domino tuo, si dixisti ex toto corde tuo, si vera humilitate, non ficta charitate, quia Deus videt in corde vnde dixisti. Si non erubuisti peccare, non erubescas rogare: si non erubuisti de iniquitate, non erubescas de humilitate.

Quid faciendū illi, qui peccauit in proximū.

Quicumque ergo habetis discordiam cum fratribus vestris, & iustum iudiciū fertis in vos, intus in cordibus vestris, & inuenitis vos non debuisse facere, quod fecistis; non debuisse dicere, quod dixistis, petite veniā fratres à fratribus vestris. Quodsi personæ sunt humiles prouidine seculi huius, à quibus si petamus veniā extollimur in superbiam, vt si dominus peccet in seruum suum iniustè litigando, iniustè cędendo; ante oculos Dei pœniteat Dominum; ante oculos Dei puniat cor suum. Et, si non potest, nec oportet dicere seruo suo; da mihi

Si dominus peccet in seruum, quomodo reconciliari cum illo debeat.

a *Matt. 6. Luc. 11.*

veniam; blandè tamen illum alloquatur; blanda enim appellatio veniæ est postulatio. Si verò ille qui in te peccauit, veniam petere nolit, non est, quod illi dicas: Da mihi veniam, qui te nosti non peccasse in fratrem tuum; quid expetis tibi ignosci ab eo quem non lasisti, aut in quem non peccasti? Si bene nosti, bene discussisti, quia in te peccauit, non tu in illum, in ista tuta scientia sit tua conscientia. Debent inter vos esse alij pacifici, qui illum obiurgent, vt à te prius veniam petat, tu tamen paratus esto ignoscere, prorsus paratus esto ex corde dimittere. Si paratus es dimittere, iam dimisisti. Habes tamen adhuc quod ores, nimirum vt petat tibi veniam, quia scis ei nocere, si non petat. Ora ergo pro illo, & dic in oratione tua: Domine, scis me nō peccasse in illum fratrem meum; sed illū potius peccasse in me, & obesse illi, quod peccauit in me, si veniam non petit à me; ego bono animo peto, vt ignoscas ei. Memor enim sis oportet illius, quod Dominus dixit[a]: Diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderūt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum facit, super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tātum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

In quem peccatum est, veniā petere non debet à peccante in se.

Oratio dicēda pro nolente reconciliari.

a *Matt. 5. cap.*

Num semper concordia seruanda sit.

CAP. XXXVII.

CAETERVM obseruandum est illud, quod interdum concordiam soluere bonum est. Nam vt D. Chrysostomus inquit[b], est & mala concordia & discordia bona. Siquidem qui turrim ædificabant concordes erant in malo suo; inde etsi inuiti, ad bonum tamen, dissenserunt. Et socij Chore malè conuenibant[c], ideo bene diuisi sunt. Et Iudas cum Iudæis prauè consensit[d]. Est ergo bona discordia, & concordia mala. Quamobrem ait Dominus[e]: Si oculus tuus scandalizet te, erue eum; &, si pes, abscinde. Quodsi membrū vnū

b *Hom. 56. in Ioan.*

c *Num. 16. & 26. Iudæ 1.*

d *Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.*

e *Matth. 5.*

coniunctum abscindendū est, nónne longè magis prauí amicū? Quare concordia non semper bona, sicut neque discordia mala. Dico hoc, vt malos fugiamus, sequamur bonos. Nam si mēbrum insanabile, metu, ne reliqua corrumpat, incidimus; non quòd illud negligamus, sed vt seruemus cætera, quantò magis in his, qui malè nobis iuncti sunt ita faciendum? Quodsi eos meliores reddere possemus, & nobis non officeremus, omnia essent facienda: sin incorrigibiles, & nos lædimus, abscindendi sunt à nobis. Sæpe enim hoc pacto magna proficiunt. Vnde Paulus[a]: Tollite malum de medio vestrū.

Concordia non semper bona, neque discordia mala.

a 1. Corinth. 4.

Atque in eandem sententiam idem Chrysostomus alibi pulchrè scripsit, dicens[b]: Si amicitię detrimēto sint, & ad societatem suæ impietatis inuitent, recedendum, refugiendumque, etiāsi cum parentibus agitur, eruendus est oculus, si offendit. Ita enim præcipitur[c]: Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum: Quod nō de oculo corporis intelligimus. Nam si de corporis natura hoc diceretur, crimen & culpa iure in corporis creatorem transferretur. Præterea non oculum vnum, sed vtrumq; eruere oportet. Nam si alter, id est, sinister relinquatur, non minus scandalizare te potuit. Sed vt intelligas nō de oculo dici, adiungit dexterum; quo ostēdat præstare, si quem amicum habeas etiam charum, perinde ac tuū oculum, eum quoque reijcere, & à tua præcidere familiaritate, si modo te scandalizet; hoc est, animæ noceat. Quid enim iuuet habere oculum, cùm reliquum corpus pereat, & pereat? Ergo si, vt proposui, detrimentosæ sint amicitiæ, resiliamus, & fugiamus: at si nullam nobis, nullam iniuriam nobis ad religionem, pietatisque rationem inferent, inuitemus, ducamus amicos ad mella. Verùm si neque prodesse amico possis, & detrimentum ex eo haurias, consulere tibi debes, vt tutus, seruusque maneas. Fugiendæ sunt enim amicitiæ, si offendant; si minus, probentur, tamen sine lite, sine pugna fugiantur; sic enim Paulus monet, cùm dicit[d]: Si possibile est, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Seruus enim es Dei, qui auctor est pacis.

b in tract. de incōp. nat. Dei. Hom. 1.

Ab amicitia parentū quando recedendum.

c Matth. 6.

Oculus dexter quid designet.

Quando deserendus est amicus.

d Rom. 12. cap.

Præsuper concordia, quæ in cōiurationibus & conspirationibus à malis iniri solet; qui tunc, vt D. Augustinus

Concordia coniurationis & conspirationis.

a *Hom. 2. in Psal. 36.*

b *cap. 18. & c. coniurationū. 11. q. 1. & c. si qui clerici. ibid.*

Clerici ciurationem facientes quomodo puniendi.

c *epist. 2. c. conspirationum. 11. q. 1.*

d *l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confug. l. quisquis. & aliis. C. ad l. Iul. maiest. l. 1. 2. 3. & 4. ff. eodem tit. etiam supra allegatæ.*

f *Calixt. Pap. in d. epist. 2.*

stinus inquit [a], secum concordāt, quando in peni
iusti conspirant; sed hæc tanquam impia, & pro
omnibus inhibita est. Siquidē in sancta vniuersa
odo Calchedonensi sancitum est [b]: Coniuratorum
conspirationū crimen (quod apud Græcos dicitur
πρᾶξις) publicis etiam legibus certum est penitus
Hoc multò magis in sancta Dei Ecclesia ne fiat,
abdicari. Si qui verò clerici, vel monachi inuen
coniuratores, aut cōspiratores, aut phratrias, vel
nes componētes aliquas suis Episcopis, aut alius
omnino cadant de proprio gradu, vel ab communi
ijciantur. Quocirca & Calixtus Papa martyr ad
dum istiusmodi conspirationum concordias
Episcopis per Gallias constitutis scribens [c]: Con
tionum, inquit, crimina vniuersis in partibus
diuimus, & plebes contra Episcopos suos
nobis mandatum est: cuius criminis astutia
inter Christianos abominabilis est, sed etiā in
cos, & ab exteris legibus prohibita [d]; & idcirco
criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam
damnant leges [e]; & non solum conspirantes, sed
consentientes iis. Antecessores verò nostri,
plurima Episcoporum, quicumq; eorum in
honore sunt positi, aut existūt clerici, honore,
tur, carere præceperunt: cæteros verò commun
uari, & ab ecclesia extorres fieri iusserunt,
simul vtriusque ordinis viros infames esse
& non solùm facientes, sed etiam consentientes
est enim, vt qui diuina contemnunt mandata, &
dientes patrum existunt iussionibus, seueri
gantur vindictis, quatenus cæteri timorem
lia committere, & omnes gaudeant fraterna
& cuncti sumant seueritatis, atque bonitatis
Nam si (quod absit) ecclesiasticam solicitudinem
remque negligimus, perdit desidia disciplinam,
mabus fidelium profectò nocebitur [f].

Veruntamen quia superioribus his annis diuersis
locis à clericis istiusmodi conspirationum
factæ fuisse videntur ad SS. concilij Tridētini
tionis executionem impediendam, consultum, &

dens fore arbitramur, si concilij Aurelianēsis tertij statutum, & decretum in obseruationem nunc deducatur hac de re editum [a]: Si qui clericorum (vt nuper in multis locis per superbiam diabolo instigante actum fuisse perlatum) rebelli auctoritate se in vnum coniuratione antecedente collegerint; aut sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit; nullis excusationibus præsumptio elabatur; sed re detecta, cùm in Synodum ventum fuerit, in præsumptores iuxta personarum, & ordinum qualitatem à Pontificibus, qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis diuinis, corde, non chartulæ conscriptione, vel coniuratione est exhibenda: ita quæ supra sacra admittuntur scripturas, auctoritate & districtione pontificali sunt reprimenda. Pius verò Papa sanxit [b]: Si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut si ei insidias parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, aut conuitia intulerit, & conuicti potuerit; mox depositus curiæ tradatur, & reipublicæ, quod iniquè gessit. Quo pertinet & illud Stephani Romanici decretum [c]: Clericus qui Episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi seruiturus. De huiusmodi cōspiratoribus & insidiatoribus horrendum & memoria dignum extat exemplum apud Eusebium lib. 6. cap. 7. de Narcisso Episcopo, & apud Gregorium Turonen. lib. 2. histor. Franc. cap. 23. de Sidonio Episcopo. Narcissus enim cum inter cætera virtutum suarū bona esset valde constantis animi, & iusti rectique indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam, malè sibi conscij, metuentes ne criminum suorum, si arguerentur, non possent effugere vindictam, præueniunt, & factionibus circumuenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduersum eum infame satis & noxium crimen conueniunt auditores: testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti, quæ obijciebantur, confirmarent: quorū vnus testis, ita vt non igni cōsumeretur, vera se dicere testabatur: alius, ita ne regio morbo corrumperetur; tertius, ita ne luminibus orbaretur.

[a] c. 21. & c. si qui clericorum. 11. q. 1.

[b] c. si quis sacerdotū. 11. q. 1.

[c] c. clericus verò. 3. q. 4.

Conspiratio cōtra Narcissum Episcopū Hierosolymorum.

Et quam-

Et quamuis ne iuramentis quidem istis quisquam fi-
lium & Deum timentiũ crederet, eò quòd vita Narc-
& institutio, ac pudicitia ab omnibus noscerentur, [illegible]
tamen eorum, quæ mota sunt, indignitatem ac [illegible]
stiam non ferens, simul & secretam ac philosophi[illegible]
vitam semper habere desiderans, subterfugit [illegible]
multitudinem, & in desertis locis, atque agellis [illegible]
tioribus delitescit annis quamplurimis. At [illegible]
magnus diuinæ prouidentię oculus quiescit in [illegible]
sed in impios vltionem per ea, quæ sibi in perium [illegible]
tuerant maledicta, molitur. Primus namque [illegible]
parua ignis scintilla noctis tempore domo sua [illegible]
cum omni genere suo, omniq́ue familia, flammis [illegible]
cibus conflagrauit. Alius repente ab imis pedibus [illegible]
ad summum capitis verticem morbo regio, [illegible]
imprecatus, repletur atque consumitur. Tertius [illegible]
priorum exitum videns, & oculum diuinum [illegible]
tuisse perspiciens, prorumpit in medium, & [illegible]
cunctis sera pœnitentia vniuersum concinnati [illegible]
ordinem pandit. Tantis autẽ lachrymis imma[illegible]
missi facinus deflet, & in tantum die noctuq; [illegible]
in fletibus, vsque quo [illegible]minibus orbaretur. [illegible]
figmenti sui huiuscemodi pœnas dederunt. Narc[illegible]
verò cùm ita desertum petisset, ac locis semer [illegible]
ribus abdidisset, vt vbinam degeret, nullus agnosce[illegible]
ne cessarium visum est Episcopis ecclesiarũ vicina[illegible]
vt alium pro ipso ordinarent, cui nomen erat Dius [illegible]
que cum paruo tempore præfuisset ecclesiæ, [illegible]
Germanion, & Germanioni Gordius: & ecce [illegible]
lut rediuiuus, cœloq́ue redditus ex improuiso [illegible]
Narcissus, & rursus à fratribus ad præsidendum [illegible]
ecclesiæ. Multo enim vehementius erga eum [illegible]
nium fuerat incitatus, vel pro eo quòd crimine [illegible]
cens esset, vel quòd secretam, & philosophicam [illegible]
dilexit, & quòd in eo compleuit Dominus, [illegible]
Mihi vindictam, & ego retribuam.

Quomodo testes coniurationis cõtra Narcissum factæ diuinitus puniti sint.

Scribit Gregorius Turonensis b, de sancto Sidonio, quod cùm ad officium Dominicum fuisset [illegible] & sanctam ageret in seculo vitam, surrex ẽre cõtra [illegible] duo presbyteri, & ablata ei omni potestate à reb[illegible]

a Ezech. 9. Deut. 32. Rom. 12.
b lib. 2. histo. Franco. cap. 21.

clesiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redegêre. Sed non longi temporis spacio inultam eius iniuriã diuina voluit sustinere clementia: Nam vnus ex his nequissimis & indignis dicti presbyteris, cùm ante noctem minatus fuisset eum de ecclesia velle extrahere, signũ ad matutinas audiens fuisse commotum, feruẽs felle contra sanctum Dei surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die precedente cogitauerat & tractauerat. Ingressus autem in secessum suum, dum ventrem purgare nititur, spiritum exhalauit. Vnde indubitatum est, nõ minoris criminis hunc reum fuisse, quàm Arium illum, cui similiter in secessu fuêre interna deposita per partes inferiores egesta: quia nec istud sine hæresi potest accipi, vt in ecclesia non obediatur sacerdoti Dei, cui ad pascendũ oues commissæ sunt: & ille se ingerat potestati, cui neque à Deo, neque ab hominibus aliquid est cõmissum. Debinc beatus sacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, suæ restituitur potestati. Factum est autem post hæc, vt accedente febre ægrotare inciperet, & tandem moreretur. Quo migrante presbyter ille nequam, alter ex duobus qui remanserat, protinus omnem facultatem ecclesiæ, tanquam si iam Episcopus esset, inhians cupiditate præoccupat, dicens: Tandem respexit in me Deus, cognoscens me iustiorem esse Sidonio, largitúsque est mihi hanc potestatem. Cumque per totam vrbem superbus ferretur, adueniente die Dominico, qui imminebat post transitum sancti viri, præparato epulo, iussit cunctos ciues in domo ecclesiæ inuitari: despectísque senioribus, primus recumbit in toro. Cui, cùm pincerna oblato poculo, dixisset, sibi per somnium mandatum à iudice, cunctis potestate præstantiore, vt ipsi diceret, quod Sidonius ipsum accersiri deprecatus esset ad respondendum causæ suę, alioquin si taceret, morte pessima se moriturum. Hęc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu calice, reddidit spiritum. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc præsentem mundum, vt vnus Arij sortiretur mortẽ, alius tanquam Simon Magus Apostoli sancti oratione ab excelsa arce superbiæ præceps allideretur. Qui nõ ambigun-

tur pa-

tur pariter possidere tartarum, qui simul egerunt
quiter contra S. Episcopum suum. Quare profi
huiusmodi conspirationum concordiis, de vera, &
terna agamus concordia (de qua suprà) cum Supe
bus & fratribus ineunda, & perpetuò conseruanda
multum, vt D. Augustinus inquit[a], valet ad propi
dum Deum, quem iratum iam annos multos
sensimus.

a lib. 2. contra Donatist.

De inuidia. CAP. XXXVIII

CVM ex præmissis manifestum sit, charitatem
concordiam omnibus Christianis, & præ
ecclesiasticis, maximè esse necessarias[b]; ac
conseruandas; omni studio & conatu laborandum
vt à nobis propellamns, & arceamus inuidiam. Ra
per illam, vt D. Cyprianus inquit[c], vinculū pa
pitur, charitas fraterna violatur, vnitas scindit
& Apostolus Paulus cùm pacis & charitatis
promeret, cumque asseueraret firmiter, & doce
fidem sibi, nec eleemosynas, nec passionē quoq
confessionis, & martyrij profuturam, nisi chari
dera integra, atq; inuiolata seruasset, adiecit, &
Charitas magnanima est, charitas benigna est, cha
non zelat seu æmulatur; docens scilicet & ostendens
eum posse charitatem tenere, quisquis magnanimus
patiens, & benignus, & à zelo ac liuore alienus
Cognita itaque inuidiæ ex sanctis Patribus turpitu
ne, & malitia, spes est, quod illam, si in nobis fortè
eijciemus: Et si nondum sit, illi ad nos aditum fortè
præcludemus. D. enim Ioannes Chrysostomus
certè, inquit, malum inuidia est, qua nulla vnquam
lignitas peior inuenitur. Inuidi namque & mali
seipsos, quàm quibus inuident, perturbant, &
& ita in agendo semper inuidendoque sunt, vt
peccandi afferāt finem: sed quemadmodum
immunditia, & dæmones nostris damnis lætantur
inuidi calamitate proximorum exultant; cumque
quid triste, ac doloris efficiens proximo accideris
aliquantulum acquiescit; atque respirat. Alieras
iacturas suos quæstus existimat, & aliorum felicitas

b Cyprian. in tract. de simplicit. prælat. Ad conseruandam in clero charitatem & concordiā quid facto opus sit.

c in serm. de zelo, & liuor.

d 1. Corinth. 13.

e Hom. 41. in 12. cap. Matth. Nulla malitia peior inuidia.

miseriam suam arbitratur, nec magis considerat, quid ipse sibimet consequatur, quàm quid proximo calamitosum inferatur. Nónne igitur tales homines lapidibus petendi? Nónne omni cruciatu torquendi sunt? Non aliter profectò, quàm rabie concitati, canesq; pernicioſi, dæmonesque atrocis furiæ. Nam quemadmodum scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur, cùm sint communes humano generi hostes, atque inimici. Et alij quidem homines si animantes rationis expertes crudeliter cædi, ac dilaniari viderint, aliquantulum commiserantur: tu verò cùm salutis beneficium conferri homini cernas, expalles, & tremis, & in ferocitatem cædendi benefactoris conspiras.

Quomodo tractandi inuidi.

Inuidi cõmunes hostes humano generi sunt.

Et quid hac insania furiosius vnquam reperietur? His profectò de causis fornicatores, ac publicani ad cœlos ascendere poterunt: inuidiæ autem morbo laborantes, cum inimi essent, à regno cœlorum exciderunt. Filij autem, inquit[a], regni eijcientur foras. Præterea omni prauitate illi ex animis expulsa, ea, quæ nunquam sperarũt, facilè nacti sunt: Pharisæi autem vel ea quæ retinebant bona penitus amiserunt: Neque id iniuria. Nam inuidia pestiferam malum, hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immanissimum conuertit. Inuidia prima hominis cædes apparuit. Inuidia fraterna charitas contempta est. Inuidia sanguine hominis terra primò maculata. Inuidia denique factum est, vt hiatu suo terra Dathan, Chore, Abiron, vniuersumque illum populum vnà absorpserit. Quomodo igitur, ne veneno suo nos infectos faciemus? Si dabimus operam, vt quemadmodum fornicatori nefas est ecclesiam ingredi, sic inuido quoque: imò verò multò magis inuidus, quàm fornicator à cœtu fidelium exterminãdus est. Si enim nunc, cum id malum indifferens penè videatur, à nonnullis premitur, profectò si atrocitas malignitatis eius omnibus patuerit, facilè ab ea resiliemus.

a *Matth. 8.*

Inuidia hominem cõuertit in dæmonem.

Quomodo cauenda & expellenda sit inuidia.

Lachrymarum igitur fontes in fletibus manare debent ex oculis. Deus orandus, perdiscẽdumque tibi est, nullum esse flagitium inuidiam: sic enim affectus celeriter, tanquam à periculoso morbo fugies, ac pœnitentiam ages. Sed quis ignoret, inquies, vitium esse

Inuidia est turpissimum flagitium.

inuidiam. Ignorat quidem nemo; non tamen sicuti fornicationem, aut adulterium abominandam ducunt. Quod vt credas, quæso, dic mihi, quãdo quispiam amare fleuit, quoniam in inuidiam lapsus esset? Nemo certè vnquam. Sed quamuis inuidentior hominibus sit, ieiunio tamen aliquo, aut paruo argento pauperibus dato, effecisse credit, vt nihil mali commisisse videatur. Nam tamen omni pessima, atque scelestissima passione vertitur. Nam vnde Caim fratricida effectus est? Vnde Esau fratrem insectabatur? Vnde Laban, vnde Iacob, Ilij, vnde Chore, Dathan & Abiron; vnde Maria atque Aaron inquinati fuerunt? vnde ipse diabolus calumniæ nomen sortitus est? Ad hæc illud etiam semper tecum verte, quia non maiorem illi, cui inuides, quàm nihil ipsi facis iniuriam; cùm teipsum versus mucronem impellas. Quam enim Abel ipsi Caim iniuriam intulit? Nonne illum quidem inuitus ad meliorem vitã citius transmisit, ac seipsum ærumnis inuoluit? Esau verò qui nunc mansueto Iacob obfuit, cùm ipse etiam paterna dona excidit, & post insidias illas in aliena vagabatur regione: Iacob verò multis bonis, atque diuitiis abundat? Qua in re fratres sui Ioseph peiorem reddiderunt? Nonne quanquam vsque ad sanguinem ferè venissent, insidiæ malo in extremis periculis fuerunt, cùm ille regia potestate in AEgypto potiretur?

Inuidia pessima atque scelestissima est passio.

Inuidus maiorem sibi, quàm alij iniuriã facit.

Nam quanto inuidia maiore laboras, tanto maiora illi offers bona, cui inuides. Deus enim qui omnia perspicit, cùm viderit innocentem iniuria circumuentum, extollit multò magis, clarumque illum facit, inuidentem autem deprimit. Nam si lætitia inimicorũ incommodis affectos impunè id committere non patitur (sed lætare, inquit, casu inimicorum tuorum, ne quando videat Deus, & nõ placebis ei) multo maioribus perfectis eos, à quibus innocentes per inuidiam exagitatos suppliciis tradet. Interimamus ergo pestiferam hanc bestiam, ac multa eius capita detruncemus. Multæ quippe inuidiæ sunt species. Quodsi quis amantem se diligit, nihil maius publicanis adipiscitur. Qui odio innocentem insectatur, quid patietur? Quomodo autem gehennam effugietis, qui gentibus, atque infidelibus deteriores

Inuidia est bestia pestifera.

rei est? Quibus de causis fit, vt vehementius doleam, atque conciter, cùm video nos, qui angelos, atque archangelorum Dominum imitari ex præcepto debemus, diabolum obnixa æmulatione zelare?

In clero maior quàm in laicis est inuidia.

Magna enim etiam in ecclesia, & in clero, multoque maior, quàm in laicis est inuidia. Propterea de nobis quoque ipsis dicendum est aliquid. Cuius enim rei gratia proximum inuidendo persequeris? An quia in honore, ac dignitate viuit? Non cogitas igitur quantam honores perniciem ignauis, ac indiligentibus solent adferre. Extollunt enim ad inanem facilè gloriam, in tumorem, atque superbiam, & contemptum aliorum impellunt: desidiam augent: & ad hæc omnia, ipsi etiam paulùm commoti aura defloresc unt: quodque acerbius est, malorum præcipitia, in quæ honores detrudunt, perpetua sunt, atque prærupta. Voluptas verò, quæ ab iis capitur, vix sensum delinit, ac repentè deuolat. Istis ergo de causis inuides? respondeo quæso. Ita inquis, sed plurimum ille apud Pontificem potest; ducit, fert, vexatque omnia, quæ, quomodo velit, & offendentes, atque inimicos persequi potest, adulatores, assentatoresque suos in manus cuehit, magnaque vsu felicitate, potestateque sæpenumerò lætatur. Secularium perditorumque hominum hæc sunt verba. Nam spiritalem hominem nulla res potest dolore vexare. Quid enim malè faciet, si etiam à dignitate te deponeret? Nam si iustè id fecerit, maxima certè consulit. Nulla enim re magis Deus offenditur, quàm si quis indignus sacerdotij dignitate præfulgeat. Si verò iniuria, omnis culpa non te tenet irretitum. Nam qui iniuriam passus æquo animo perfert, maiorem hac re apud Deum acquirit fiduciam. Quare nolimus, obsecro, excogitare, quomodo in honoribus, atque dignitatibus, sed quomodo in virtute, atque recta philosophia viuemus. Nam dignitates profectò ad multa obscena hominē inducunt. Quapropter etiam valde magno animo, sublimique opus est ingenio, vt dignitate vti, non abuti possis. Ita qui ea caret, vocem, nolensque philosophatur. Qui verò dignitate, ac potestate floret, ei similis est, qui cum puella formosa cohabitans legem atque præceptum suscepit,

Honores sunt causa inuidiæ in clero.

Nullare magis Deus offenditur quàm indigno sacerdote.

Quid cogitandum habentibus dignitatem.

Incommoda ex dignitate prouenientia.

ne iniquè lasciuiētibus ipsam oculis videat. Talis quippe res dignitas atque potestas est. Quocirca multos etiā inuitos ad contumeliandum intrusit, iram plerumque accendit, linguæ frænum abstulit, & ianuam mortis reserauit, quasi magna procellarum vi animū subuertens & ad profundum malorum omniū nauiculam submergens. Cur igitur virum tu admiraris, eique inuidendum esse putas, qui tot tantisque periculis concutitur? Sed hæc, quæ dicta sunt, tecum illud etiam versa, quot inimicis, quot accusatoribus, quot assentatoribus, quot dignitatibus est, obsideatur. Hęc igitur, responde quæso, beatificatione digna opinaris? Quisnam insanus id diceret? Sed ad populū, inquies, maxima de ipso existimatio est. Quidnam hoc sibi vult? Non enim certè populus, sed Deus Iudex est, cui vitæ rationes redditurus es. Quare quando populum dicis, caue promontoria, scopulos atque latentia saxa. Approbatio enim vulgi quantis cariorem quempiam facit, tantò maioribus curis, solicitudine, atque periculis vexat. Nec enim respirare, nec dominatui populi seruit, nec in re aliqua firmitudine potest. Cur autem nec respirare, nec firmiter stare cōmus? Difficilè, inquam, huiusmodi homines, etiam mille virtutibus muniantur, in regnum Dei perueniunt. Nihil enim magis è iugo iustitiæ subducere collidisse, quàm hic inanis cōflatus glorię, quæ tumidos, remissos, adulatores, simulatores homines reddit. Cur autē putas Christum à Pharisæis dæmoniacū fuisse appellatum? Nónne quia gloriam à multis aucupari cupiebāt? Vnde autem vulgus rectius de Christo sentiebat? Nónne quia procul ab huiusmodi ægritudine aberat? Nihil certè iniquos atque amentes facit, quemadmodum, si ad ipsam multorum gloriā inhiare cupiditate cogatis, nihil ita probos, fortes, ac adamantis instar infractos constituit homines, quemadmodum inanis huius gloriæ, ac existimationis multorum contemptus. Quare ad hoc quodam animi robore opus est, vt possimus tot tantisque vndarum fluctus euadere; tot ventorum flatibus reluctari atque resistere. Nam qui multitudinis existimationem, & famam sequitur, quando aspirauerit ferunt omnibus se ipsum fluctibus proponit: quando vero spirauit,

Cur in dignitate constituto inuidendum nō sit.

Difficillimè in dignitate cōstituti in cœlum perueniunt.

a *Ioan. 7. 8. & 10.*

Contēptus gloriæ quid præstet.

spiauerit, in profundum vellet se ipsum submergere. Etenim cùm hac passione quispiam victus fuerit, sicut popularis aura extolli regnum cœlorũ ducit: ita deprimi, atque exhilari gehẽnam arbitratur. Hæc igitur obsecro digna sunt, quibus inuideas, an potius fletu, atq; lachrymis copiosis? Tali ergo tu homini cùm inuideas, ei similis es, qui cùm vinctum, afflictumque viderit, atque cæsum vulneribus, ac flagellis, commotus ipsi nimium inuidet. Nam certè quot homines in populo sunt, tot vinculis constringitur, tot dominis subijcitur, qui vulgi laude gaudet: quodq; indignius est, qui cùm incommoda accidunt, ea omnia seruienti attribuunt, nullum negotium examinãtes, sed quæ huic, vel illi visa fuerint affirmãtes. Hæc igitur qua tempestate, quibus procellis peiora non sunt? Inflantur enim voluptate tales homines, ac extollãtur; & in profundum rursus facilè demerguntur, semper vexati animo, nunquam in tranquillitate viuunt.

Quantopere Christiano fugienda sit inuidia.

CAP. XXXIX.

QVARE verè, & præclarè dixit Cyprianus [a]: Nihil magis Christiano cauendũ, nihil cautius prouidendum, quàm ne quis inuidia, & liuore capiatur; ne quis fallẽtis inimici cœcis laqueis implicatus, dum zelo in fratris odia conuertitur frater, gladio suo nescius ipse perimatur. Videamus ergo vnde zelus, & quando, & quomodo cœperit. Facilius enim malũ tam pernicioſum à nobis vitabitur, si eiusdem mali origo, & magnitudo noscatur. Quale malũ est, fratres chariſſimi, quo angelus cecidit, quo circumueniri, & subuerti alta illa, & præclara sublimitas potuit, quo deceptus est is, qui decepit? Exinde inuidia grassatur in terris dum liuore perturus magistro perditionis obsequitur; dum diabolum, qui zelat, imitatur, sicut scriptũ est [b]: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur ergo illum, qui sunt ex parte eius. Quæ nos considerantes fratres chariſſimi, contra tantam mali perniciem vigilanter, & fortiter dicata Deo & vegetata pectora nostra muniamus.

[a] *in serm. de zelo & liuor. Nihil magis Christiano cauendum, quàm inuidia.*

Inuidiæ seu zeli origo.

[b] *Sapient. 2.*

Inuidia radix est omniũ malorum.

Latè patet zeli multiplex & fœcunda pernicies. Radix est omnium malorum, fons cladium, seminarium delictorum, materia culparum. Inde odium surgit, animositas inde procedit: auaritiam zelus inflammat, dum quis suo non potest esse contentus, videns alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus altiorem, zelo excæcãte sensus nostros, atque in ditionem suam mentis arcana redigit. Dei timor spernitur: magisterium Christi negligitur, iudicij dies non prouidetur: inflat superbia, exacerbat sæuitia, perfidia præuaricatur, impatientia concurrit discordia, ira feruescit, nec se potest iam cohibere vel regere, qui factus est potestatis alienæ: Hinc dominicæ vinculum pacis rumpitur; hinc charitas fraternæ violatur; hinc adulteratur veritas; vnitas scinditur ad hæreses atque schismata prosilitur, dum obtrectatur sacerdotibus, dum Episcopis inuidetur; dum quis ut meritur non se potius ordinatum, aut dedignatur alienum ferre Præpositum. Huic recalcitrat; huic rebellat, dum superbus, de æmulatione peruersus, animositate, diuore non hominis, sed honoris inimicus. Qualis est animi tinea, aut quæ cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo, zelare in altero vel virtutem eius, vel felicitatem, id est, odisse in eo vel merita propria, vel beneficia diuina, in malum proprium bona aliena concertere, illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam pœnam, & velut quosdam pectori suo admouere carnifices, cogitationibus, & sensibus suis adhibere tortores qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta maleuolentiæ vngulis pulsent. Non tibus talibus lætus, non potus potest esse iucundus, ingeratur semper, & gemitur, & doletur. Cumque ad nudis nũquam liuor exponitur, diebus, ac noctibus pulsus obsessum sine intermissione laniatur.

Inuidia peccatũ est sine fine.

Mala cætera habent terminum, & quodcumque delinquitur, delicti consummatione finitur: zelus terminum non habet, permanens iugiter malum, & sine fine peccatum est. Quantoque ille, cui inuidetur, fuerit meliore profecerit, tantò inuidus in maius incendio liuoris ignibus inardescit. Hinc vultus minax, [illegible]

Inuidi descriptio.

aspectus, pallor in facie; in labiis tremor; stridor in dentibus; verba rabida; effrænata conuitia; manus ad cædis violentiam promptæ, etiamsi gladio interim vacuæ, odio tamen furiosæ mentis armatæ. Quicumque ergo es inuidus, & malignus, videris, quàm sis eis, quos oditi, insidiosus, perniciosus, infestus, nullius tamē magis, quam tuę salutis inimicus es. Quisquis ille est, quē zelo persequeris, subterfugere, & vitare te poterit, tu te fugere non potes; vbicumque fugeris, aduersarius tuus tecum est. Hostis semper in pectore tuo est, pernicies intus inclusa est; ineluctabili catenarum nexu ligatus, & vinctus es: zelo dominante captiuus es, nec solatia tibi vlla suberiunt. Perseuerans malum est, hominem persequi ad Dei gratiam pertinentem: calamitas sine remedio est, odisse felicem. Et idcirco, fratres dilectissimi, huic periculo consulens Dominus, ne quis zelo fratris in laqueum diaboli incurreret, cùm eum discipuli interrogarēt, quis inter illos maior esset: Qui fuerit, inquit[a], minimus in omnibus vobis, hic erit magnus: amputauit omnem æmulationem responso suo, omnem causam, & materiam mordacis inuidiæ eruit, & abscidit.

Inuidus nullius magis quā suæ salutis est inimicus.

Odisse felicem, calamitas sine remedio est.

a *Matth. 5.*

Discipulo Christi zelare non licet, nō licet inuidere. Exaltationis apud nos non potest esse contentio: de humilitate ad summa crescimus; didicimus vnde placeamus. Denique & Apostolus Paulus instruens, & docēs, vt qui illuminati Christi lumine tenebras nocturnæ conuersationis euasimus, in factis atque operibus luminis ambulemus, scribit, & dicit[b]: Nox transiuit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquam in die decenter ambulemus. Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in concupiscentiis, & impudicitiis, non in certaminibus, & zelo. Si recesserunt de pectore tuo tenebræ, si nox inde discussa est, si caligo detersa est, si illuminauit sensus tuos splendor diei; si homo lucis esse cœpisti, quę lumen Christi sequere; quia lux & dies Christus est. Quid in rursus tenebras ruis? Quid inuidiæ cæcitate omne pacis, & charitatis lumen extinguis? Quid ad diabolum, cui renuntiaueras, iterum redis?

Discipulo Christi non licet inuidere.

b *Rom. 13.*

Vetera fellis cuome; discordiarum virus excludes;

Quomodo cauenda inuidia sit.

purgetur mens, quam serpentinus liuor infecerat. Amaritudo omnis, quæ intus insederat, Christi dulcedine leniatur. Si de sacramento crucis, & cibum sumis, & potum, tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lætatem; nec ad medelam prosperādæ valetudinis labores. Vnde vulneratus fueras, inde curare. Ama eos, quos ante oderas; dilige illos, quibus iniustis obtrectatiuis inuidebas. Bonos imitare, si potes: si sectari non potes, collætare certè, & gratulare melioribus. Fac te illius innata dilectione participem, fac te consortio charitatis & fraternitatis vinculo cohæredem. Dimittentur tibi debita, quando tu ipse dimiseris. Accipientur sacrificia cum pacificus ad Deum veneris. Sensus atque actus tui diuinitus dirigentur, quando ea, quæ diuina & iusta sunt cogitaueris; sicut scriptum est[a]: Cor viri cogitat iuxta & à Deo dirigentur gressus eius. Habes autem tibi, quæ cogites; paradisum cogita; cogita cœleste regnum, ad quod non nisi concordes, atque vnanimes Dominus admittit; cogita quod filij Dei hi soli possint vocari, qui sint pacifici, qui natiuitate cœlesti, & lege diuina similitudinem Dei Patris, & Christi respondent adeptæ.

a Prouerb. 16.

Nihil mortalium animis, vt D. Basilius inquit[b], prudiæ perturbatione perniciosius contingit: quę ante omnia ipsi nocet auctori; aliis verò quàm minimum. Est enim inuidia dolor de proximi prosperitate, ac rerum successu conceptus. Quapropter animo inuidioso nunquam tristitia, nunquam mœstitia deest. Quid igitur hoc morbo perniciosius? Interitus vitæ, pestis naturæ, aduersa omnibus bonis ex Deo venientibus. Demum ipsi Deo contraria. Quamobrem, fratres dilectissimi, inuidiam fugiamus, pugnæ in Deum magistram, homicidij matrem, naturę confusionem, amicitię ac familiaritatis expertem, calamitatē absurdissimam. Quid enim homo angeris, qui nihil mali passus es? Quid autem contendis, aut quid eum petis in quibusdam bonis existentem, qui de tuo nihil detrahit; aut minuit. Superna profectò fuerit, quicumq; cum inuidioso minime congreditur, aut conuersatur, nec etiam in eadem esse cum eo mensa studet, dicente Salomone[c]: Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam

b in Hom. de inuid.

Inuidia quid sit.

Inuidi familiaritas fugienda.

c Prouerb. 23.

comede & bibe dicet tibi, & mens eius non est tecum. Non Aegyptio vir Scytha inuidebit, sed suę genti quilibet. Et in eadem gente non ignotis, sed familiaribus, & vicinis, & eiusdem artis hominibus, aut alia de causa coniunctis; & his denique coæuis, cognatis, & fratribus: & omnino vt erugo frumenti est vastatio, sic inuidia amicitiæ pestis. *Inuidia amicitiæ pestis.*

Fugiamus ergo, fratres, intolerabile malum Serpētis, id est præceptum, diaboli inuentum, inimici satio, punitionis arrabo, pietatis impedimentum, via ad gehennā, regni cœlorum priuatio. Quid ergo faciendum, vt hanc animi pestem ab initio minimè quidem patiamur, aut in eā forsasse affecti, facilè liberemur? Primùm quidem si nihil rerum humanarum magnū aut supra inuidiam existimemus: Non enim in rebus fluxis bonum constituimus, sed ad sempiternorum & verorum bonorum participationem vocati sumus. Itaque nec diues æmulandus est propter diuitias, nec potens ob dignitatis, ac magistratus culmen, nec fortis ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem: instrumenta sunt hæc vitatis rectè vtentibus, nihil per se veræ felicitatis habentia. Miser est, qui his abutitur; non aliter quàm qui in pugna contra inimicos ensem corripiens, in se, ac interitum suum conuertit. Omnino autem qui res humanas rationi subiecerit, & ad veram pulchritudinem, laudemque se conuerterit, multum abfuerit ab eo, vt in rebus terrenis, & fluxis quenquam putet esse felicem, & æmulandum. Qui verò ita fuerit animatus, vt nihil vsquam humanū admiretur, huic proculdubio dominari inuidia nullo modo poterit. Si quis verò ita gloriæ cupidus fuerit, vt omnes antecellere cupiat, nec secundas facilè patiatur, maximam profectò occasionem, causamque inuidiæ dabit. *Inuidiæ vituperatio.* *Remedia aduersus inuidiā.* *Quis ab inuidia immunis esse censeatur.*

Funditus igitur eā vndiq; euellamus, illud (D. Chrysostomi sententiam secuti [a]) pensantes, quod quemadmodum offendimus Deum alienis tabescentes bonis, ita placemus gratulantes, & nosmetipsos participes facimus bonorum benemerēti repositorum. Et propterea Paulus dicit [b]: Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus: vtrinque magnum lucremur emolumentum. a *Hom. 44. ad popul.* b *Rom. 12.*

Cogitantes itaque quod licet non laboremus, sed la-
ranti condelectemur, illius coronarum efficimur par-
cipes. Omnem eijciamus inuidiam, & in animabus no-
stris charitatem plantemus. Graue quid inuidia, grae
& simulatione plenum, hoc mundũ innumeris rep
malis. Ex hoc morbo litibus plena sunt tribunalia
hoc liuores, & pecuniarum amor, ambitio, & in
gloria. Hinc vrbes obsidentur, & mare piratas
hinc per orbem cædes: hinc genus nostrum dissi
est. Quodcumque malum videris, ex hac radice pro-
citur. Iam enim & in ecclesias irrepsit, atq; debac
est. Et prius innumera patrauit mala: hoc auaritiam
rit, vitium omnia confundens, & iustitiam corrumpens.
Quod scientes, huius, quæso, vitij pestem fugiamus
totis viribus ex nostris relegemus animis. Omnium
enim vitiorum hoc est perniciosissimum, & ipsam sa-
lutem nostram super omnia vastat. Improbi
diaboli est inuentum. Quocirca nec aberrauerit
hanc diaboli filiam appellans, & post hæc inanis gloriæ
fructum, quin & radicem. Et propterea Sapiẽs quidem
dicebat [b]: Inuidia verò diaboli introiuit mors in
terrarum. Postquam enim vidit hæc improba bestia
ctum immortalem protoplastum, per propriam nequi-
tiam eum in mandati præuaricationem induxit, & per
eam fecit, vt mortis pœnam attraheret. Itaque inuidia
deceptionem fecit, inobedientiam deceptio, mortem
inobediẽtia. Propterea ergo dicit: Inuidia diaboli mors
intrauit in mundum [c].

Quantam malorum iliadem inuidia produxerit; quam habet idem Chrysost. Hom. 63. in Ioan.

a Chrysost. in d. Hom. 44. ad pop.

Inuidia filia diaboli.

b Sapient. 2.

c Chrysost. Hom. 45. ad popul.

Inuidia quomodo curanda sit. CAP. XL.

SI quis autem semel notatus fuerit inuidiæ, vel con-
tentionis vitio, & rursus in hoc ipsum incidit,
sciat se primam causam, ex qua inuidia, vel con-
tentio nascitur in interioribus medullis habere recon-
ditam, iuxta octauę Synodi generalis declarationem.
Oportet ergo eum per contraria, atque diuersa curari,
id est, per humilitatis exercitium. Exercitia verò humi-
litatis sunt, si se vilioribus officiis subdat, & ministeriis
indignioribus tradat. Ita namq; arrogantiæ, & humanæ
gloriæ vitium euitari, & curari poterit, vt in confu-
dam

d c. 1. de pœnit. dist. 2.

Inuidia quomodo sit curanda.

dinem humilitatis affectus vltra iam non incidat in arroganiæ, & vanæ gloriæ delictum; sed in singulis huiusmodi vitiis cura similis adhibeatur.

In concilio verò Aquisgranensi primo, à quo Canonicorum viuendi regula composita, & edita fuit ex diuersis D. Gregorij Papæ locis de inuidis, & proteruis subditis hæc constitutio promanauit[a]: Plerumque subditi sub pastorali regimine constituti, dum valde de se etiam præsumunt, exprobrando cæteros dedignantur, dū singulariter summa existimant cuncta, quæ agunt. Subtiliter itaque ab arguente discutienda sunt opera proterunorum, vt, in quo sibi placent, ostendantur, quia Deo displicent. Tum proteruos melius corrigimus, cùm ea, quæ bene egisse se credunt, malè acta monstramus; vt male adepta gloria creditur, inde vtilis confusio subsequatur. Nonnunquam verò cùm se vitium proteruiæ minimè perpetrare cognoscunt, compendiosius ad correctionem veniunt, si alterius culpæ manifestioris, & extere requisitę improperio confundātur, vt ex eo quod defendere nequeunt, cognoscant, se tenere improbè, quod defendunt[b].

a *cap. 105.*

Subditi inuidi quomodo argui, & corrigi debeant.

b *Greg. in pastoral. lib. 3. cap. 9.*

Admonendi autem sunt inuidi, vt perpendant quātæ cæcitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabescunt: quantæ infelicitatis sunt, qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumq; augmenta alienæ prosperitatis aspiciunt, apud semetipsos anxiè afflicti cordis sui peste moriuntur. Quid istis infelicius, quos dum conspecta felicitas afficit, pœna nequiores reddit? Aliorum verò bona, quæ habere non possunt, si diligerēt, sua fecissent. Nostra nimirum sunt bona aliorum, quæ etsi imitari non possumus, amamus in aliis: & amantium fiunt, quæ amantur in nobis. Hinc ergo pensent inuidi, charitas quantæ virtutis, quæ alieni laboris opera, nostra sine labore facit. Dum se inuidi à labore minimè custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur. Dicendum est inuidis, dum se ira intrinsecus peste consumunt, etiam quicquid in se aliud boni habere videntur, interimunt.

Cæcitas, et infelicitas inuidorum.

Admonendi sunt quoq; beneuoli, vt sic alienis bonis congaudeāt, quatenus habere & propria concupiscant.

Beneuoli quomodo sint monendi.

Sic

Sic proximorum facta diligendo laudent, vt eis imitando multiplicent. Valde quippe peccamus, si bona bene gesta non diligimus: sed nihil mercedis agimus, si ea, quæ diligimus, in quantum volumus imitamur. Itaque beneuoli, cùm proximorum bona conspiciunt, ad suum cor redeant, & de alienis actibus non præsumant, ne bona laudent, & agere recusent.

a *Greg. d. lib. cap. 11.*
b *serm. 83. de temp.*

D. verò Augustinus de hac inuidia verba facit: Sicut, inquit, erugo ferrum; ita inuidia ipsam animam in qua est, interimit, & consumit. Et sicut aiunt vipe dilacerato, & dirupto illo ipso materno vtero, qui conceptæ sunt, nasci: ita & inuidiæ natura illam quam animam, à qua concepta est, & consumit, & pe Quanta rubigo zelare in homine donũ Dei, & in mal opprobrio bona aliena conuertere, aliorum gloriam cere pœnam suam, velut quosdam pectoris sui tu uere carnifices; cogitationibus, & sensibus suis ad tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent.

Crudelitas, & scelestia inuidiæ.

c *lib. 3. de vita cont. cap. 9.*
Inuidi bonorũ merita inuidẽdo sua faciunt esse peccata.
Inuidorũ qualia sint studia, & conatus.

D. verò Prosper c ostendens qualiter inuidi sanctorum merita, sua faciant inuidendo peccata, & quantum in iis bonum corrumpat inuidia, qui quodammodo fieri, vel dici à sanctis audierint, aut omnino non audiunt, aut res bene gestas in malum, malè interpretando conuertunt: Omne, inquit, malum, quod de illis sanctis viuentibus mendax fama iactauerit, statim, tanquam ipsi viderint, credunt: Feraliter eis, qui illud verum non esse probare voluerint, contradicunt. Omnia sua amabilis fingunt, eorum profectu deficiunt, odia intra se abscondunt, & in suos cruciatus enutriunt, proficientibus inuident, peccantibus fauent. De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, de inimicitiis gratulantur, dent, depreliendi pectoris sui malitiam timent: semper amari, nunquam certi, amici diaboli, inimici auro. Inter amicos discordias seminant: discordantes amplius, si possunt, in dissensione confirmant. Optimum bonorum mendaciis decolorant, in spiritualibus carnalia laudant, vt spiritualia bona eis deesse persuadeant. Amicitias simulant, vt eos, qui se incautè sibi conferunt, qua possunt arte decipiant: odiorum sibi occasiones prauis suspicionibus coaceruãt. Dæmones quia

rum sectantur facta lętificant: sanctos viros, quibus sunt non contristant, velut amici in obsequio, hostes in animo: continentes in verbo, turpes in facto: prodigi seorum; tenaces malorum: prompti suspicionum malarum: inanes bonorum: Pleni sordium; prædiți fraudibus: aduersarij corde virtutibus; praui moribus, & insidiosi cunctis secum in simplicitate viuentibus. Hæc, & his similia sunt, quæ omnes inuidos bonis voto, siue animo inimicos ostendunt. Considerate, obsecro, qualiter inuidos punitura sint mala sua, quos etiam bona puniunt aliena. Vbi isti fieri poterunt boni, qui sunt in bono mali? aut quando bene malis vsuri sunt, qui male bonis vti non desinunt? Item bonis vtitur inuidus male, qui omnibus bonis, quę miser execratur, adiunctus, animi sui supplicio relinquetur affligendus. Et quis ei poterit subuenire, qui se sibi exhibet inuidendo carnificem: aut vnde sibi parabit salutem, qui de salutis materia bonis malè vtendo) facit perniciem?

Inuidus bonis vtitur male.

Inuidus sibi est carnifex.

D. verò Ambrosius clericis suis scribens[a]: Sit inter vos, inquit, Dei zelus, non iste humanus, quem inuidia generat; sit inter vos pax, quæ super omnem sensum est: amate vos inuicem. Nihil charitate dulcius; nihil pace gratius: & vos ipsi scitis, quod præ cæteris vos semper dilexi, & diligo: quasi vnius patris filij coalui-stis in affectum germanitatis. Quæ bona sunt tenete; & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum in Domino IESV, cui est honor, gloria, & magnificentia.

a *lib. 2. offic. cap. vlt.*

Qualis inter clericos debeat esse zelus.

SPECV-

SPECVLI

CANONICORVM

ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVAM IPSI BONA conuersatione, & continentia adipiscuntur, & custodiunt; vel mala conuersatione, & incontinentia violant, vel amittunt,

LIBER TERTIVS.

Clericorum conuersatio, & familiaritas qualis esse debeat.

CAPVT PRIMVM.

PLVRIMVM ad honestatem in clero parandam, & conseruandam cõferunt conuersatio, & familiaritas eorum, quibuscum versamur. Nam vt Regius ille Propheta Dauid inquit [a], Cum sancto sanctus eris; & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Et sapientissimus ille Salomon ingenuè profitens se institutionem, quam à Dauide patre suo acceperat, ab eodem dictum, & præceptum ait [b]: Possidet prudentiam. Ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te: Dilige eam, & conseruabit te. Ne delecteris in semitis impiorum, neque placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam, declina, & desere illam. Non enim dormiunt, nisi malefecerint, & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. Comedunt panem impietatis, & vinum

[a] *Psal. 17. & 2. Reg. cap. 22.*

[b] *Prouerb. 4.*

Impiorũ studia

quod

quitatis bibunt. Iustorum autē semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabiliētur; ne declines ad dexteram, neque ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Amicus stultorū, similis efficietur [a]. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicauerit superbo induet superbiam. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum peruersione tua ambulas [b]. Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoueris obseruantem præcepta Dei, cuius anima est secundum animam tuam [c].

Iustorū semita.

Custodia cordis.

Custodia et directio visus seu oculorum.

Custodia pedū seu gressus.

a *Prouerb.* 13.

Custodia tactus.

Custodia auditus.

b *Eccles.* 13. *cap.*

c *Eccles.* 37.

Deinde D. Paulus docens malorum conuersationem fugiendam esse [d]: Corrumpunt, inquit, mores bonos colloquia mala. Et D. Clemens Papa martyr, sancti Petri discipulus, scribens D. Iacobo fratri Domini, quæ à D. Petro accepisset [e]: Tam, ait, iuuenes, quàm senes de omni conuersatione sua, & conuersione, & pœnitentia valde esse solicitos oportet, satisque agere, vt hæc condigne agant, & de reliquo ornent, tam clerici, quàm seculares animas suas ornamentis dignissimis; dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splēdore iustitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus quibus compositam, & comptam decet esse rationabilem mentem. Tum portenta declinare à cōsortiis inhonestis, & infidelibus, & societates habere fidelium, atque illos frequentare conuentus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur.

d 1. *Corinth.* 15.

e *epist.* 2.

Quibus ornanda sit anima et mens nostra.

Quæ consortia fugienda, & quæ sequenda.

D. verò Ambrosius [f] non distinguens honestum ab vtili, & iusto, neque honestatem ab vtilitate: In conuersatione nihil, inquit, esse tam vtile, quàm diligi: nihil tam inutile, quàm non amari. Nam odio haberi exitiale, ac omnis capitale arbitror. Itaque id agamus, vt omni sedatione commendemus existimationem, opinionemq; nostram, ac primùm placiditate mentis, & animi benignitate influamus in affectū hominum. Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque tam facilè illabitur

f *lib.* 2. *offic. cap.* 6. & 7. & *lib.* 3. *cap.* 2.

In conuersatione quomodo nos gerere debeamus.

Bonitas omnibus grata.

bitur humanis sensibus. Ea si mansuetudine moneat, facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque ingenio monum vice, modestiæque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legum enim non solùm in priuatis, sed etiam in ipsis Regibus quantum facilitas blandæ affabilitatis profuerit, superbia, verborumque obsuerit tumor, vt regna ipsa befactaret, & potestatem solueret. Iam si quis communi vsu, ministerio, officiis popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe ferat, non est dubium, quod tantum charitatis à plebe cum refundatur. Quantas Moyses à populo Dei absorbebat contumelias [a], & cùm Dominus in eos tes vindicare vellet, se tamen pro populo offerens quenter, vt indignationi diuinæ plebem subtraheret. Quàm miti sermone post iniurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinibat oraculis, operibus, &, cùm Deo constanter loqueretur, tamen humili, & grata appellatione affari solebat. sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus mansuetudine diligerent, quàm pro factis admirarentur. Quid eius imitator sanctus Dauid electus ex bus ad plebem regendam [c], quàm mitis, & blandus humilis spiritu, sedulus corde, facilis affectu. Dolens meditantibus os suum non aperiebat, & tanquam non audiens, nullum sermonem referendum putabat. Non respondebat conuitiis. Ferre magis promptus, quam ferre iniurias. Cùm sibi derogaretur orabat: cùm maledicetur, benedicebat: ambulans in simplicitate, & perborum fugitans arrogantiam, sectator extitit maculatorum.

Facilitas blandæ affabilitatis multùm prodest.

a *Exod.* 32.

b *Exod.* 34. *Deut.* 34.

c 1. *Reg.* 16.

Porrò ad incētiuum charitatis communis plurimum proficit, si quis vicem amātibus reddat, nec mutuum amare se probet, quàm ipse amatur, idq; amicitiæ latius patet exemplis. Quid enim tam populare, quàm gratia quid tam insitum naturæ, quàm vt diligentem diligas, quid tam inolitum, atque impressum affectibus humanis, quàm vt eum amare inducas in animum, à quo nis, quàm vt eum amare inducas in animum, à quo amari velis? Meritò Sapiens dicit [d]: Perde pecu-

d *Eccles.* 29.

propter fratrem, & amicum. Et alibi [b]: Amicum salutare non erubescam, & à facie illius non me abscōdam. Siquidem vitæ, & immortalitatis medicamentum in amico esse ecclesiasticus sermo testatur. Et summum in charitate præsidium nemo dubitauerit, cùm Apostolus dicat [b]: Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam cadit. Ideo Dauid non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à subiectis, quàm timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Itaq; vbi timor discesserit, audacia obrepit; quoniam fidem non timor cogit, sed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationem nostri est charitas. Bonum itaq; est, testimonium habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur fides, vt committere se tuo affectui nō vereantur etiam alieni, quem pluribus charum aduerterint. Similiter etiam per fidem ad charitatem peruenitur, vt qui vni, aut duobus præstiterit fidem, tanquam influat in animos vniuersorum, & omnium acquirat gratiam.

a Eccles. 22.

b 1. Corinth. 13.

Charitas prima est nostri commendatio.

Duo igitur hæc ad commendationem nostri plurimū operantur; charitas, & fides. Et tertium hoc: Si habeas, quod in te admiratione dignum plerique existiment, & iure honorandū putent. Et quia consiliorum vsus maximè conciliat homines, ideo prudentia & iustitia in vnoquoque desiderantur, & ea expectantur à pluribus, vt in quo ea sint, illi deferatur fides, quo possit vtile consilium à fideli desiderāti dare. Quis enim ei se committat, quem non putet plus sapere, quàm ipse sapiat, qui quærit consilium? Necesse est igitur vt præstantior sit à quo cōsilium petitur, quàm ille est, qui petit. Quid enim consulas hominem, quem nō arbitreris posse melius aliquid reperire, quàm ipse intelligis? Quodsi eum inueneris, qui viuacitate ingenij, mentis vigore, atque auctoritate præstet, & accedat eò, vt exemplo & vsu paratior sit, præsentia soluat pericula, prospiciat futura, denuntiet imminentia, argumenta expediat, remedium ferat in tempore, paratus sit non solùm ad consulēdum; sed etiam ad subueniendum, huic ita fides habetur, vt dicat qui consilium petit: Etsi mala mihi euenerint, per illum, sustineo. Huiusmodi igitur viro salutē nostram,

Ad nostri commendationem plurimum operātur charitas, fides, & facilitas ac promptitudo ad dādum cōsilium aliis.

Cōsiliarius debet esse iustus & prudens.

& existimationem committimus, qui sit, vt supra dixi-
mus, iustus, & prudens. Facit enim iustitia, vt nullus si-
fraudis metus; facit etiam prudentia, vt nulla erroris su-
spicio sit. Promptius tamen nos iusto viro, quàm pru-
denti committimus.

a lib. 2. offic. cap. 12.

Ab improbis licet prudentes videantur consilia petenda nō sunt.

In acquirendis autem consiliis, vt idem Ambrosius
inquit [a], plurimū adiungit vitæ probitas, virtutum pa-
rogatiua, beneuolentiæ vsus, frugalitatis gratia. Quis
enim in cœno fontem requirat? Quis è turbida aqua
tum petat? Itaque vbi luxuria est, vbi intemperantia
vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum
existimet? quis non despiciat morū colluuionem? Quis
vtilem causæ alienæ iudicet, quem videt inutilem vitæ
suæ? Quis iterum improbum, maleuolum, contumelio-
sum non fugiat, & ad nocendū paratum? Quis non etiam
omni studio declinet? Quis verò, quamuis industrius,

Cōsiliarius accessu non debet esse difficilis.

ad consilij opem, difficilem tamen accessu, ambiat, in
quo sit illud, tanquam si quis aquæ fontem præcludat?
Quid enim prodest habere sapientiam, si consiliarius
ges? Si consulendi intercludas copiam, clausisti fontem,
vt nec aliis influat, nec tibi prosit. Pulchrè autem hoc
illo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eam
vitiorum sordibus, eo quod aquæ exitum contaminet.

Degeneres animos vita arguit.

Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eum
potes iudicare consilio superiorem, quem videas inte-
riorem moribus? Supra me debet esse, cui me commi-
tere paro. An verò idoneum eum putabo, qui mihi de
consilium, quod non dat sibi; & mihi cum vacare cu-
dam, qui sibi non vacet? cuius animum voluptates
cupent, libido deuinciat, auaritia subiuget, cupiditas
turbet, quatiat metus? Quomodo hic consilij locus
nullus quieti?

b Sapient. 7.

Quis igitur tantam vultu speciem præ se sen pul-
chritudinis, & beluinis posterioribus, ac ferinis regni-
bus formæ superioris dehonestet gratiam, cùm non ad-
mirabilis, & præclara forma virtutum sit, & specialiter
pulchritudo sapientiæ, sicut series scripturę indicat? Ad
enim hæc speciosior sole, & super omnem stellarum
spositionem luci cōparata inuenitur purior. Lucem
nim hanc suscipit nox; sapientiā autem non vincit

litia. Nullum ei contubernium cum vitiis est, sed indiuidua cum ceteris virtutibus coniunctio, cuius spiritus est diserus, sine inquinamento, certus, sanctus, amans bonum, acutus, qui nihil vetet bene facere, benignus, stabilis, securus, omnē habens virtutem, omnia prospiciēs.

Sapientiæ nullum cum vitiis consortium est.

Omnia igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habens cōsortium. Nam quomodo potest vtile consilium dare, nisi habeat iustitiam; induat constantiam; mortem non formidet; nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adulatione à vero deflectendum putet; exilium non refugiat, qui nouerit sapienti patriam mundum esse, egestatem non timeat, qui nihil sapiēti deesse sciat, cui totus mundus diuitiarum est. Quid enim præcellit illo viro, qui auro moueri nesciat, contemptum habeat pecuniarum, & velut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? Quomodo enim non admirandus, qui diuitias spernit, quas plerique saluti propriæ præferunt? Decet igitur omnes censura frugalitatis, continentiæ auctoritas, & maximè eum, qui honore præstet, ne præeminentem virum thesauri possideāt sui, & pecuniis seruiat, qui præest liberis. Illud magis decet, vt supra thesaurum sit animo, & infra amicū obsequio. Munificus enim gratiam auget [a].

Ad vtile cōsilium dādum, quæ requirantur in consiliario.

Mundus sapiēti patria est.

Talis itaque debet esse, qui consilium alteri det, vt se ipsum formam aliis præbeat ad exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, vt sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium vtile, vita honesta, sententia decora. Qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil fabulosum, nihil simulatū, quod vitam eius, ac mores refellat; nihil improbum, ac malesuadum, quod auertat consulentes [b].

a *Ambros. d. lib. 2. offic. cap. 14.*

Qualis debeat esse cōsiliarius.

b *Amb. d. lib. 2. offic. cap. 17.*

Quid faciendum clericis, qui alios consilio iuuare nequeunt.

CAP. II.

VERVNTAMEN cùm omnes huiusmodi consiliarij esse nō possint: sicut enim multa sunt mēbra corporis, omnia verò non eundē actū habent; ita multi sunt ordines in ecclesia; sed nō omnes idē habent officium, quia secundum Apostolū [c] alios Dominus dedit Apostolos, alios prophetas, alios pastores & Doctores [d],

c *Ephes. 4.*

d *c sicut in vno corpore. & c. cùm ex iniūcto. debæres. & ad Ephes. cap. 4.*

Si igitur omnes clerici alios prudentia, & sapientia sua iuuare non possint, sibique aliorum gratiam, & amicitiam in conuersatione conciliare, omnium tamen vita aliorum debet esse, vt D. Augustinus inquit[a], eruditio & assidua salutis prædicatio, & tales decet Dominum habere ministros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, sed potius continentia castitatis splendeant, & totis honestis fulgeant in populo exemplis, quibus Dominus per legislatorem dicit[b]: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Deus enim lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, nec aliqua fœdita sociari potest. Et ideo, fratres charissimi, secũdum Apostoli admonitionem[c] mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficiẽtes sanctificationem in timore Dei. Quocirca & sacrosancta Tridẽtina Synodus: Nihil, inquit[d], est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarũt. Cùm enim à rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sicut Canonicos vitam, moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, aliisq; omnibus rebus nil nisi graue, moderatum, ac religione plenum præ se ferant. Leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant: vt eorum actiones cunctis adferant venerationem. Quandoquidem & iam olim Anicetus Papa martyr Episcopis per Galliæ prouincias cõstitutis scribens[f]: Prohibete, inquit, fratres, per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici, qui laicis & simplicibus virtutis, honestatis, pudicitiæ, & grauitatis exemplar esse debent, ac seipsos tanquam signum purioris vitæ pudioribus ad imitationẽ prudenter exhibere, iuxta Apostolum[g] comam non nutriãt, sed desuper caput in modum spheræ radant, quia sicut discreti debẽt esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere. Et in concilio Toletano quarto constitutum legitur[h]: Quicumque in sacerdotio Dei positi sunt irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante[i]: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Inoffensos ergo et imita-

a serm. 249. de temp.

b Leuit. 19. cap.

c 2. Corinth. 7.

d sess. 22. de reform. cap. 1.

In clericos, tanquam speculũ, laici oculos cõijciunt.

e c. qualiter. 2. de accusatio. c. clericos. dist. 21.

f epist. 1. cap. 4. & c. prohibete. dist. 23.

Clerici debent laicis esse exẽplar honestatis & aliarũ virtutum.

g 1. Corinth. 11.

h cap. 20. & 21. 22. & 26.

i 1. ad Timoth. 3. cap.

immaculatos decet Dei existere sacerdotes, nec vllius eos fornicationis contagio pollui, sed caste viuentes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, vt mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omniũ deprecari. Quamuis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam custodire conuenit, vt iuxta præceptum Apostolicum [a], non tantùm coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ testimoniũ habeamus. Quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creauerũt, dum in conuersatione vitæ non bonę famæ existunt. Vt ergo excludatur deinceps omnis nefandæ suspicionis occasio, & ne detur vltra secularibus locus obtrectandi; oportet Episcopos testimonium probabilium personarum conuersationis, & vitæ in conclaui suo habere, vt & Deo placeant per cõuersationem bonam, & ecclesiæ per optimam famam. Similiter placuit, vt quemadmodum Antistites, ita presbyteri, atque leuitæ, quos fortè infirmitas, atque ætatis grauitas in cõclaui suo manere non sinit, vt & iidem in cellulis suis testes vitæ habeãt, vitamque suam sicut nomine, ita meritis teneãt. Quando presbyteri, aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primùm professionẽ Episcopo suo facere, vt castè, & purè viuãt sub Dei timore, vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinã retineant [b].

Hinc & D. Hieronymus [c]: Apostolici, inquit, & præcepti est, & exempli, vt habeamus rationem non conscientiæ tantùm, sed etiam famæ. Non superfluum & à fructu vacuum gẽtium magister hoc docet. Vult enim etiam extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, vt religionẽ ipsam religionis disciplina commendet. Et ideo sicut luminaria in mundo lucere nos vult [d] in medio nationis prauæ, & peruersæ, vt incredulæ mentes errantium ex nostrorum actuum lumine, ignorantiæ suæ tenebras comprehendant. Vnde & ipse ad Romanos ait [e]: Prouidentes bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et alibi [f]: Sine offen-

Famæ nostræ magna habẽda est ratio.

a *Rom. 12. & 2. Corinth. 8.*

b *c. quando presbyteri. dist. 28.*

c *in epist. ad Celant.*

Non tantũ conscientiæ, sed etiam famæ habenda est ratio.

d *Philippen. 2.*

e *Rom. 12.*

f *1. Corint. 10. 2. Corint. 6.*

sione estote Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut ego per omnia omnibus placeo, non quęrens quod mihi vtile est, sed quod multis. Beatus est, qui tã sancte, tanque grauiter disponat vitam suam, vt de eo ne sinistrè quidem aliquid fingi possit, dum aduersus obtrectatoris libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quidquam ausus est, quod à nullo putat esse credendum. Quodsi id assequi difficile, atque nimis arduum dicitem hanc adhibeamus vitæ nostræ diligentiam, ne ea mentes occasionem inueniant detrahendi: ne ea scintilla procedat, per quam aduersus nos sinistra flamma confletur. Alioqui frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si iis ipsis obtrectandi materiam ministrauimus. Si autẽ nobis diligenter, atque solicitè omnia ad honestatem prouidẽtibus; cunctisque actibus nostris timorem Dei præferentibus illi nihilominus insanire, consoletur nos consciẽtia nostra, quæ tunc maxime tuta est, tunc optimè secura est, cùm ne occasionem quidem malè de se sentiendi dedit. Illis enim væ dicitur per Prophetam [a], qui dicũt, quod bonũ est malum, qui lucem pellãt tenebras, & quod dulce est, amarũ vocant. Sed ergo Saluatoris aptabitur sermo [b]: Beati estis, cũ vobis maledixerint homines mentientes. Nos modo id agamus, vt malè de nobis nemo loqui absq; mẽdacio possit.

Consciẽtia nostra quãdo tuta censenda sit.

a *Isaiæ 5.*

b *Matth. 5.*

D. verò Augustinus in sermone habito de communi vita clericorum: Nolo, inquit, vt aliquis de vobis inueniat malè viuendi occasionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apostolus [c], non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Propter nos consciẽtia nostra nobis necessaria est, propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Duæ res sunt conscientia, & bona conscientia necessaria est tibi; fama proximo nos. Qui confidens conscientiæ negligit famam, crudelis est. Vnde & Apostolus Paulus Timotheo scribens in tuam persona alios omnes sacerdotes doceri voluit: Exemplum, inquit [d], esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Quem locum D. Chrysostomus explicans: Exemplar, ait, vitæ atque morum ipse esto, tanquam imago propositus, tanquam animal lex, veluti regula, ac norma bene, recteque viuendi

c *Rom. 12. & 2. Corinth. 8.*

Qui confidens conscientiæ negligit famam, crudelis est.

d *c. nolo. 12. q. 1.*

e *1. ad Tim. 4.*

iusmodi quippe Doctorem esse necesse est. In sermone, inquit, vt facilè instruere per doctrinam possit: In conuersatione, vt ecclesiæ sit propositus ad imitandum: In castitate, in fide, in integerrima castitate, in sobrietate, cæterisque virtutibus, ex quibus norma sumitur bene, beateque viuendi. Hinc idem Chrysostomus ad populũ sermonem facieus [a]: Quid, inquit, altũ sapies, quoniam per verba doces? Sed hoc facile verbis medicari. Doce me per vitam tuã, hæc est doctrina optima. Dices, quod opus est modestiã sequi, & longum super hoc trahis sermonem, & inoffensè fluens dicendi copiã ostentas. Sed te melior ille, qui per opera hoc me docet. Non enim disciplinæ tam à verbis, quàm à factis animæ solent intrumi, quoniam si non habueris opera, non tantùm loquens nõ profuisti, sed & potius læsisti. Propterea Propheta dicit [b]: Peccatori autẽ dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas? Maius enim hoc damnũ, cùm aliquis bene verbis docens, per opera doctrinã impugnat. Hoc fuit malorum in ecclesiis malorum causa. Quoniam, vt idem alibi ait [c], Non tãtùm sibi Christianum satisfacere vult Deus, verùm & alios ædificare, nõ tantùm per doctrinam, verùm, & per vitam & conuersationem. Nihil enim licin veritatis viam inuenit, vt conuersationis integritas. Nec enim ita dictis nostris intendũt, sicut his, quæ à nobis gerũtur. Et vt discas, quod hoc ita se habet, licet in infinitum verbis philosophemur, & de tolerãtia differamus, nisi cadente tempore hanc exhibeamus per opera, non tantum sermo profuerit, quantum nocuerit actio. Si verò & ante verba, & post, virtutem per opera præbemus, digni fide censebimur, illa cõmouentur, quæ per actiones etiã implemus. Nã & Christus hos beatos vocauit, dicens [d]: Beatus, qui fecerit, & docuerit. Præcedente enim actione, licet doctrina nõ cõsequatur, possunt opera bona voce clariùs docere in nos respicientes. Hoc ita semper consideremus, vt prius factis, deinde verbis doceamus. Ne nos quoq; Paulũ audiamus nobis dicẽtẽ [e]: Qui doces aliũ, te ipsum non doces. Et cũ aliquẽ admonere voluerimus, vt necessariũ aliquid corrigat, prius illud in nobis præstare studeamus, vt cũ maiore fiducia doctrinã faciamus, & omnis nostra sit cura circa animę salutẽ.

Qualis debeat esse ecclesiæ doctor.

a *Hom. 38.*

Doctrina vitæ est optima.

b *Psalm. 49.*

c *Hom. 72. ad pop.*

d *Matth. 5.*

e *Rom. 2.*

Quibuscum clerici conuersari debeant. CAP. III.

PRÆTEREA cùm tantoperè ad honestatē parandam, & conseruandam conducat conuersatio, vtin concilio Senonensi statutum fuit[a], vt omnes clerici, & maximè in sacris constituti, in cōuersatione cum laicis ita se habeant, vt neq; ex nimia familiaritate aut conuersatione æquali reddatur contemptus dignitatis neque ex nimia austeritate, fastu, aut pompa superbior plus æquo elati iudicentur. Neque in publico ludant, aut aliis ludis, maximè cū laicis. A ludo aleæ quoque, qui à sorte pendent, abstineant; neque ludorum fautores, spectatores, aut testes existant. Non se admisceant choreis publicis, tripudiationibus, aut saltationibus: non turpes, amatorias, aut lasciuas depromant cantilenas, seu cantantibus faueāt, aut adsint. Siquidem iam olim in diuersis conciliis constitutum fuit[b]; vt presbyteri, & diaconi, vel deinceps, quibus ducere vxorem non est licitum, etiam alienarum nuptiarum euitent consuetudinem: neque his cœtibus admisceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia carmina, aut obscœni motus cum choreis, & saltationibus offeruntur; ne auditus, & aspectus sacris ministeriis deputati, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

Cæterum cùm Ecclesiasticus dicat[c]: omne animal diligere simile sibi, sic & omnē hominem proximum operam dabunt clerici, vt postposita nimia illa laicorum familiaritate, quisq; sibi deligat è clero virum bonum & prudentem, quicum versetur. Nam cohærere, & coniungi non possunt, quibus studia, & vota sunt diuersa. Plurimùm autē, vt D. Ambrosius inquit[e], proderit vnicuique bonis coniungi, & præsertim adolescētibus vt claros, & sapientes viros sequantur. Quoniam qui congreditur sapientibus, sapiens est: qui autem cum imprudentibus, imprudens cognoscitur[f]. Et ad affectionem itaque bonis iungi plurimum proficit, ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes eorum se imitatores esse, quibus adhæserint; & euanescit opinio, quod ab his viuendi acceperint similitudinem cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem. Pulchra itaque copula seniorum, atque adolescentium

Qualis clericorum cum laicis debeat esse conuersatio.

a *cap. 25 de decret. mor.*

b *Cōc Venet. 1. cap. 11. & Agat. cap. 39. c. presbyteri. dist. 34.*

c *cap. 12.*

d *c. in noua. 16 q 7.*

e *lib. 2. offic. cap. 20.*

f *Prouerb. 13.*

Inde iunctus Iesus Naue [a], quod eum non modò erudiuit ad legis scientiam Moysi copula; verumetiam sanctificauit ad gratiam. Vnde factum est, vt qui fuerat socius conuersationis, fieret successor potestatis. Sic Abrahæ adhæsit Loth adolescentulus [b]; Heliæ Helisæus [c]. In Actibus Apostolorum Barnabas assumpsit Marcum [d]; Paulus Timotheum [e], & Titum [f]. Sed illis videmus diuisa fuisse officia, vt seniores consilio præualerent, iuniores ministerio. Plerumque etiam virtutibus pares, dispares ætatibus sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus & Ioannes [g].

D. verò Cyprianus [h]: Constantis, inquit, Apostoli vox est [i]: Præcipimus vobis in nomine Domini IESV Christi, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulãtibus inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Et iterum [k]: Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ. Nolite ergo esse participes eorum. Recedendum est à delinquentibus, vel imò fugiendum, ne dum quis malè ambulantibus iungitur, & per itinera erroris, & criminis graditur, à via veri itineris exerrãs, pari crimine & ipse teneatur. Nihil enim, vt D. Chrysostomus censuit [l], ita perniciosum, ac pestiferum est, vt consuetudo prauorum hominum: qui etiam si valde tecum amore, aut necessitudine coniuncti sint, abscindẽdi sunt ab amicitia tua. Nam nisi hoc feceris, nec illos lucraberis, & tu ipse simul peribis: sin verò procul abs te illos abieceris, tu saltem salutem consequeris. Quia nisi nostra plerunque membra rescindimus, cum incurabili morbo & ipsa tabescunt, & reliquis officiunt: multò magis in amicis atque cognatis id faciendum, si saluti tuæ obsunt. D. verò Bernardus [m]: Hæc tria, inquit, sunt conuersationi nostræ maximè necessaria, nimirum vt sobriè, & iustè, & piè viuamus; quoniam primum debemus nobis, secũdum proximo, tertium Deo. Ante omnia igitur perfectam hanc continentiam, & sobrietatem quæ, quam debes tibi ipsi: Dehinc adde misericordiã, quam debes proximo, quia cum eo saluãdus es: Deinde patientiam, quam debes Deo; quia ab eo saluandus es. Omnes enim, qui piè volunt viuere in Christo, persecu-

a *Deut.31.*
b *Genes.12.*
c *3. Reg.19. 4. Reg.2.*
d *Act.15.*
e *Act.16.*
f *2. Corinth.8. Galat 2.*
g *Ioan.20. & 21. Act.1.4.*
h *in tract. de simplic Prælat.*
i *2. Thessal.3.*
k *ad Ephes.5.*
l *Hom.60. in Matth.*
m *serm 2. de resurrectio. Quæ conuersationi nostræ maximè sint necessaria.*

tionem patiuntur, & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Vide ergo ne per impatientiam pereas, sed vniuersa pro eo sustine, qui pro te maiora sustinuit, & apud quem infructuosa patientia non erit.

Excubandum est itaq;, fratres dilectissimi, atq; omnibus viribus elaborandum, vt D. Cypriani sententiam sequentes [a], inimico sæuienti, & iacula sua in omnes corporis partes, quibus percuti, & vulnerari possumus, dirigenti, solicita, & plena vigilantia repugnemus; sciendum quod Petrus quoq; Apostolus in epistola sua monet, & docet, dicens [b]: Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiēs, & aliquid deuorare quærēs, circuit. Circuit ille nos singulos, & tanquam hostis clausos obsidens, muros explorat, & tentat, an sit aliqua pars membrorum minus stabilis, & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Ostendit oculis formas illices, & faciles voluptates, vt vitia destruat castitatem. Aures per canorā musicam tentat, & sonus dulciori auditu soluat, & molliat Christianum ferrem. Linguam ad conuitium prouocat; manus [illegible] lacessentibus ad petulātiam cædis instigat; vt fraudatorem faciat, lucra opponit iniusta: vt animā pecuniam capiat, ingerit perniciosa compendia: Honores [illegible] promittit, vt cœlestes adimat: ostēdit falsa, vt vera [illegible] ripiat. Et cùm latenter non potest fallere, exerte, atque apertè minatur, terrorem turbidæ persecutionis [illegible] tans, ad debellandos Dei seruos, inquietus semper, & semper infestus. In pace subdolus; in persecutione violentus. Quamobrem, fratres dilectissimi, contra omnes diaboli, vel fallaces insidias, vel apertas minas [illegible] bet instructus animus, & armatus: tam paratus [illegible] ad repugnandum, quàm est ad impugnandum [illegible] paratus inimicus.

a in serm. de zelo & liuore.

b 1. Pet. 5. cap.

Quibus modis à diabolo tentemur.

De castitate & continentia clericorum sacro ordine initiatorum. CAP. IIII.

NON infimum in honestate clericorū locum obtinet castitas. Quid enim, vt D. Bernardus inquit [c], castitate decorius? quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum [illegible]

c epist. 42.

lum denique de homine facit? quæ in hoc mortalitatis loco, & tempore quendam ſtatum immortalis gloriæ repræſentat? Hæc, vt D. Cyprianus inquit[a], munimẽ inuictum eſt ſanctimoniæ, & expugnatio fortis infamiæ. Formiudinis firmitas, & laſciuiæ petulantis infirmitas, probitatis præſidium, & improbitatis excidium, animæ victoria, & corporis præda: vbertas gloriarum, & captiuitas criminum, pronuba ſanctitatis, & repudium turpitudinis, ſinceritatis indicium, & abolitio ſcandalorum, excidium continentiæ, & euacuatio tota luxuriæ, pax ſecura virtutũ, & debellatio inquieta bellorũ; puritatis culmẽ, & libidinis carcer; honeſtatis portus, & ignominiæ naufragalis locus; virginitatis mater, & hoſtis immunditiæ: lorica pudoris, & ſpolium probroſitatis; corruptionis exitiũ, murus rigoris, & deſtructio vulgaritatis; ſeueritas, gladius, triũphator, & diſſolutionis occiſor; armatura viriũ, & exarmatura fluxarũ; integritatis dignitas, & fornicationis abdicatio; claritatis faſtigiũ, & dedecoris præcipitium; volũtas bonorum operum, & afflictio vitiorũ; refrigerium pudicitiæ, pœna petulãtiæ, acquiſitio triumphorum, & facinorũ detrimentum; requies ſalutis, & perditionis exitiũ; vita ſpiritus, & carnis interitus; ſtatus qualitatis angelicæ; ſummus humanæ ſubſtãtiæ. Huius retinaculis omnis obſcœnitas frenatur, & compedibus eius calces furentis libidinis ſtatuuntur. In hac velut in ſcopulo frangũtur impetus qualeſcumq; ſanguinis inundantis, & in illa ſedatur ſpumans tumoris infamia corporalis. Quæ dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentiæ, mortua membra ſua cognoſcitur habilare. De quibus Apoſtolus Paulus præmonet, dicens[b]: Mortificate ergo mẽbra, quæ ſunt ſupra terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei.

a *in libel. de ſingular. cler.*

Inſignis caſtitatis laus & commendatio.

b *ad Coloſſ. 3.*

D. vero Cyrillus: Non ignoremus, inquit[c], caſtitatis gloriam; angelica enim eſt corona, & ſupra hominẽ hęc profeſſio; parcamus corporibus, quæ lucere debent ſicut ſol. Ne propter paruã voluptatem, tãtum ac tale corpus polluamus. Paruũ enim eſt ad horã peccatum. Longęua autem eſt ex eo, & ęterna verecundia. Angeli ambulantes in

c *catechęſi 12.*

Caſtitatis gloria.

tes in terra sunt castitatis operatores, virgines cum Ma-
ria Virgine habebunt partem. D. verò Chrysostomus
Vidésne, inquit, virginitatis pręstantiam, quomodo ter-
rarum incolas sic afficiat, vt iisdem illi, quibus cœlestes
muneribus perfungantur, & qui corpore vestiti sunt, quæ
incorporeis mentibus exæquet, & homines ipsos ama-
los studij efficiat angelorum? Piis autē virginibus au-
ta, & maxima præsto erunt bona, & planè ea, quæ
modò supra sunt oculorum, & aurium sensum, sci-
nem hominum mentem, & cogitationē superant. Qui
virginitate suauius? quid pulchrius? quid illustrius? Ho-
nim ipsis solis radiis fulgores splēdidiores emittit: vt
verò ab omnibus terrenis rebus auocans, sic afficit, vt
solem iustitiæ puris, & intentis oculis intueamur.

Interim animaduertendum, & retinendum illud D.
Hieronymi dictum [b]; Quod quomodo absque ceteris
operibus virginitas sola non saluat [c]; sic omnia opera
absque virginitate, puritate, continentia, castitate, im-
perfecta sunt. Vnde D. Ambrosius [d] ostendens quid de
virginitate senserit D. Paulus: Bonum dicit esse virginē
permanere. Et vt hoc absolutius ostēderet, propter præ-
sentem necessitatem, ait: Quia optimum est, vt iam
bonum & optimum nihil tam præclarum atq; vtile esse
cognosceretur, quàm est virginitas: quia nō solùm apud
Deum virginitatem commendatiorem docet, sed de a-
pud vitam præsentem, dum necessitates tēporis nescit,
quas patitur coniugatio. Vt ergo ad hanc affectandam
hortaretur, præsentis necessitatis exitia lucrari docet, vt
cùm non solùm hanc apud Deum locum meliorem ha-
bere discunt, verumetiam in pręsenti, omni industria si-
lam appeterent. Et Apostolus his loquitur, qui mihi in-
uotione obsequi desiderant cœlestibus præceptis, ostē-
dens, & docens, quo compendio citius itur ad Deum,
quia qui propter Deum promerendum, virgo manere
vult, sciens quale præmium possit accipere, qui abscio
temperat, vt melior fiat, simul omnia impedimenta
carnis spernit, non nescius hæc esse, quę gressum curren-
tis, velut oneribus compedum detinent. Et idem alibi:
Si, inquit, ibi est patria, vbi genitale domiciliū, in cœlo
profectò est patria castitatis: itaque hic aduena, illic

a *in lib. de virginit. cap. 12. et 21.*
Castitatis præstantia.

b *lib. 1. aduer. Iouinia. & c. hoc solum. 33. q. 5.*

c *Vide August. de sancta virginit. cap. 44.*

d *in cap. 7. 1. epist. ad Corint.*
Virginitas & apud Deum, et in vita pręsenti cōmendatior est.

Virginitas est compendiū, quo citius itur ad Deum.

e *lib. 1. de virginib.*
Castitatis patria est cœlum.

cola est. Quid autem est castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? Atque eius auctorem, quem possimus existimare, nisi immaculatū Dei filium, cuius caro non vidit corruptionem, diuinitas non est experta contagionem? Videte igitur, quanta virginitatis merita sint. Et quid pluribus exequar laudem? castitas enim angelos fecit. Qui eam seruauit, angelus est, qui perdidit diabolus.

Virginalis castitas quid sit. Auctor castitatis Christus.

Qui perdit castitatem diabolus est.

D. verò Athanasius[a]: Magna, inquit, virtus continentia; ingens gloriatio, puritas; magna encomia virginis. O virginitas opulentia indeficiens: ô virginitas corona immarcessibilis; ô virginitas templum Dei, & domicilium sancti Spiritus. O continentia amica Dei, & à sanctis deprædicata; ô continentia apud multos otiosa, sed apud dignos spectata: ô continētia mortem, & infernum profligans, & quæ ab immortalitate possidetur: ô continentia gaudium prophetarum, & Apostolorum gloriatio: ô continentia angelorum vita, & Sanctorum corona. Beatus est, qui te tenet, beatus, qui obduræ tolerantia; quoniam pauxillulum fatigatus, multum in te gaudebit.

[a] *in libel. de virginit.*

Scripsit insignem de virginitate libellum D. Basilius, in quo præter alia hoc vnum memoria dignum dicit: Magnum reuera quiddam, ac præclarum virginitas est; qur, vt totum simul explicem, hominem incorruptibili Deo simillimum facit. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat, sed cùm incorporalis animæ propria, & præcipua sit, eius preciosissima integritate corpora quoque incorrupta seruantur. Præoccuparunt virtutis opere virgines, quod in regeneratione per eam corporum mutationem, quæ in resurrectione contingit in ipsis, Dei virtute perficiendum est. Hic enim angelorum instar, neque nubent, neque nubentur, verùm & virtute animæ, & corporis integritate angelis æquales sunt. Nasquam Dominus virginitatem inter veteris, vel noui Testamenti mandata cōstituit. Voluit quippe eximiæ virtutis meritum non iussionis necessitati obnoxium fieri, sed egregij, ac singularis animi specimen atque indicium esse, dum sponte sua, nulla imperij necessitate cogente, quod mādata omnia excellit, & supra humanæ

Virginitas hominem incorruptibili Deo simillimū facit.

Cur virginitas nō sit posita inter mandata Dei.

humanæ naturæ modum est, desiderio, affectuque vir-
tutis efficeret. Coniugium quippe naturale est, vbi enim
lex conuenientia naturæ disponit: virginitas verò su-
pergressa naturam, legis vinculis non tenetur astricta,
quæ incorruptionis excellentem virtutem creatori, &
auctori legis iure pretiosi muneris offert. Quoniam
quoniam hæc integerrima castitas pretiosissima omnium
est, maximaq; possessio, hisque qui hanc fuerint adeptæ
reposita sunt gloriosissima præmia, doctrinæ Domini
obtemperantes, impollutamque & ab omni maculo-
tactam assiduè naturalem diuinæ effigiei seruemus pu-
chritudinem.

Castitas pretiosissima omniũ possessio est eique præmia reposita sunt gloriosissima.

Huc pertinet & illud, quod scripsit D. Augustinus:
Virginalis, inquit, integritas, & per piam continentiam
ab omni concubitu immunitas, angelica portio est, &
in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ medi-
tio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, omnis pu-
citia coniugalis. Illa non est in potestate, illa non est in
æternitate: fœcunditatem carnalem non habet liberum
arbitrium; pudicitiam coniugalem non habet certam.
Profectò habebunt magnum aliquid præter cæteros in
illa communi immortalitate, qui habent aliquid in
non carnis in carne. Vnde mirabiliter desipiunt, qui pu-
tant huius continẽtiæ bonum nõ esse necessarium pro-
pter regnum cœlorum, sed propter præsens seculũ, quod
scilicet coniugia terrenis curis pluribus, atque arctioribus
bus distenduntur, qua molestia virgines, & continen-
tes carent: quasi ob hoc tantùm melius sit non coniu-
gari, vt huius temporis relaxentur angustiæ, non quod
in futurum seculum aliquid prosit.

a in lib. de sancta virg. cap. 13 Virginalis integritas angelica portio est.

B. verò Isidorus docturus vnde, & quomodo castitas
ista, & continẽtia obtineri possit [b]: A Deo, inquit, ut
continentia, sed petite, inquit Dominus, & accipite.
Tunc autẽ tribuitur, quando Deus gemitu interno pul-
satur. Coniugium concessum est, virginitas admonita
tantùm, non iussa: sed ideo tantũ admonita, quia nimis
excelsa. Geminum est bonum virginitas, quia & in hoc
mundo solicitudinem seculi adimit, & in futuro æternæ
castitatis præmium percipit. Nec dubiũ, quod qui
perseuerant, & virgines, angelis Dei efficiuntur æquales.

b lib. 2. de summo bono cap. 40.

Virginitas geminum est bonum.

Virgines angelis Dei efficiũtur æquales.

Ad

Amanda est pulchritudo castitatis, cuius degustata dulcedinis dulcior inuenitur, quàm carnis. Castitas enim fructus suauitatis est, & pulchritudo inuiolata Sanctorum. Castitas securitas mentis est, & sanitas corporis. Vnde & aliquos gentilium gymnicos legimus perpetuã Veneris abstinentiam exercuisse, ne virtutem libidine frangerent[a]. Luxuriosa namque vita carnem citò debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem. Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulneris sanitatem: virginitas autem si labitur, nullatenus reparatur. Nam quamuis pœnitudo veniæ fructum percipiat, incorruptionem tamen nullatenus recipit pristinam.

a *Anto. Sabellli. lib. 5. exẽplo. cap. 6. Dom. Bruso. lib. 1. exemplo. cap. 9. Virginitas amissa reparari non potest.*

Sacri initiandi quomodo se voto continentiæ astringant.

CAP. V.

QVOCIRCA & D. Augustinus ad virginitatem nos hortans[b]: Vos, inquit, sequimini Christum, amando perseueranter quod vouistis, ardenter facite cum potestis, ne virginitatis bonũ à vobis pereat, cui facere nihil potestis, vt redeat. Quare omnes clerici, sacerdotes videlicet, diaconi, & subdiaconi, qui ordine sacro initiati sunt, solicitè curabunt, vt castitatem, & continentiam, quam Deo vouerunt, perseueranter teneant. Quemadmodũ enim religiosi in vitæ monasticæ professione se astringunt voto continentiæ obseruãdæ; ita & clerici in sacrorum ordinum susceptione, ex ipsa ecclesiæ publica constitutione; quæ decreuit vnũquemque sactis initiandum debere continentiam perpetuam profiteri, & obseruare[c]. Nam à B. Gregorio Papa confirmum legitur[d]; vt nullũ facere subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit: quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Subdiaconatum autem inter sacros ordines etiam ante Gregorium habitum, & numeratum fuisse liquet ex hac Vrbani Papæ secundi constitutione[e]: Erubescãt impij, & apertè intelligant iudicio sancti Spiritus, eos, qui modo in sacris tribus gradibus, scilicet, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si castè nõ vixerint, exludẽdos ab omni eorundem graduũ dignitate.

b *in lib. de sancta virginit. cap. 29.*

c *Iud. Clichth. de vita et mor. sacerd. cap. 21. et Dionys. Richel. de vita eccles. art. 13.*

d *c. nullis. dist. 28.*

e *c. erubescant. dist. 32.*

Idem

Idem in Meldensi Synodo præsidens ait [a]: Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vxorem & virginem vxorē habuerit: Et ad similitudinem diaconi, & presbyteri, subdiaconus debet continentiam obseruare. Sicut & in sexta Synodo vniuersali constitutum est [b]: Vt si quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat.

Ne autem alicui luxurioso clerico in sacris cōstitutis cauillandi detur occasio, contra prædictas ex decretis Gratiani desumptas constitutiones; sciat is, easdem a Innocentio tertio renouatas, & in corpus iuris canonici redactas esse à Gregorio nono Pontifice in c. [illegible], sub titulo de ætate & qual. & ord. præficiend. Et licet fortasse ordinādi ad sacros ordines expressis verbis votum seruandę continentiæ non præstent, sicuti religiosi per sacrorum tamen ordinum susceptionem, quibus ius ecclesiasticum annexuit perpetuam continentiæ legem, hoc ipso facto, & opere saltem implicitè professionem maximè cùm ab Episcopis ante sacri ordinis collationem moneantur, & requirantur, vt si coniugati sint, aut alicui de matrimonio contrahendo fidem dederint, aut deinceps castè, & continenter viuere nolint, discedant, si non; procumbant, & genua flectant ad ordinem sacrum suscipiendum. A Equum enim est, vt seipsos exhibeant mundos in honorem, non in contumeliam, atque ab omni carnis inquinamento se contineant, qui corpus, & sanguinem Domini conficiunt, sacrificium profundo populique delictis Deo offerunt, iratumque precibus placant; peccata hominum, vel remittunt, vel retinent, aliaque reuerenda ecclesiæ sacramenta administrant, populo præsunt, eumq; viam salutis docent, sicut latius ex ipso pontificali patet.

Nec rationi, neque æquitati dissonum videtur, prædiaconi, & subdiaconi presbytero huiusmodi officia peragenti ministrantes, pari continentia obligētur [c]. De his enim à Propheta dictum est: Mundamini qui fertis vasa Domini [d]. Vnde sanctus Leo Pontifex ad Anastasium Episcopum scribens [e]: Omnium, inquit, sacerdotum excelsa

a c. nemo. dist. 32.

b c. si quis. dist. 32.

Subdiaconi ipso iure pontificio ad continentiam obligantur.

Quomodo subdiaconus implicitam continentiæ professionem faciat.

c c. cùm in præterito. dist. 84 & c. 1. & 3. dist. 31. & c. lex continētiæ. ibid.

d Isaiæ 52. c. necesse. 1. q. 1. Stan. Hos. in confess. cathol. cap. 52. Isid. de eccles. offic. lib. 2. cap. 10. et Iuo 6. par. decret. cap. 9.

e epist. 48. & c. omniū. dist. 32.

excellens est electio, vt hæc, quæ in aliis mẽbris ecclesiæ vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Cùm enim extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectã continentiæ puritatem, nec subdiaconis carnale connubium quidem cõceditur, vt etiam qui habent, sint tanquam non habentes: & qui non habent, permaneãt singulares, & innupti. Quodsi in hoc ordine, qui quartus extat à capite, dignũ est custodiri: quantò magis in primo, vel in secundo, tertióve seruandum est: ne aut Leuitico, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate luxurię necdum refrænasse detegitur.

Obiectio.

Quod autem nonnulli ecclesiastici Vigilantij, & Lutheri sequaces ad carnis voluptatem, & libidinem suam impunè explendam, dicant, & contendant, doctrina D. Pauli sibi licitum esse vxorẽ habere, eò quod ad Timotheum scripserit[a]: Oportet Episcopũ irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, &c. Huic obiectioni D. Hieronymus respondens[b]: Quomodo, inquit, de virginibus Apostolus dicit, se non habere pręceptum, & tamen dat consilium, quasi misericordiam consecutus à Domino: & hoc agit in omni illa disputatione, vt virginitatem præferat matrimonio; & suadet, quod imperare non audet, ne inijcere videatur laqueum, & plus imponere, quàm potest hominum sustinere natura. Ita & in ecclesiastico ordine constituendo, quia rudis ex gẽtibus constituebatur ecclesia, leuiora nuper credentibus dat præcepta, ne territi ferre non possent. Sed & ipsa episcopalis electio mecũ facit. Non enim dicit, eligatur Episcopus, qui vnam ducat vxorem, & filios faciat, sed qui vnam habuerit vxorem, & filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris non posse esse Episcopum, qui in episcopatu filios faciat. Alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Sed & hoc inferendum: Si laicus & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerẽda sunt sacrificia, semper orandum est: Si semper orandum est, ergo semper carendum

a 3. cap.
b lib. 1. aduers. Iouin.
Solutio & explicatio illius Pauli: Oportet Episcopũ vnius vxoris esse virum.

Episcopus filios faciens adulter censetur.
Sacerdoti quia semper orandũ est, semper carẽdum est matrimonio.

matrimonio. Nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solùm in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tẽpus ab vxoribus separati: & vinum & siceram non bibebant, quæ solent libidinẽ prouocare. Eliguntur mariti in sacerdotium, non nego, quia non sunt tanti virgines, quãti necessarij sunt sacerdotes. Sed vt idẽ alibi inquit[a], Apostoli vel virgines, vel nuptias cõtinentes fuerũt. Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eligũtur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in æternũ pudici. Alioqui si iuxta sentẽtiam Pauli Apostoli non erunt Episcopi nisi mariti, ipsemet Apostolus Paulus Episcopus esse nõ debuit, qui dixit[b]: Volo autem sic esse omnes, sicut ego sum. Et Ioannes indignus hoc gradu æstimabitur, & omnes virgines, & continentes, quibus quasi pulcherrimis gẽmis Ecclesię monstrabitur[c]. Quid faciẽt Oriẽtis ecclesiæ? Quid AEgyptus & Sedis Apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut cõtinẽtes, aut si vxores habuerint mariti esse debitos?

Sic & Epiphanius prædictum locum Pauli expositum: Oportet Episcopũ vnius vxoris esse virum: Reuerendo quit, nõ suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentũ eos, qui à nuptiis mortua ipsorũ vxore, secundis nuptiis coniũcti sunt; & hoc certè sancta Dei Ecclesia cũ sinceritate obseruat. Sed & adhuc viuentẽ, & liberos gignentẽ vnius vxoris virũ nõ suscipit, sed eũ, qui se ab ea cõtinuit, aut in viduitate vixit, diaconũ, & presbyterum, & Episcopũ, & hypodiaconũ, maximè vbi sinceri sunt canones ecclesiastici. At dices mihi: omnino in quibusdã locis adhuc liberos gignere presbyteros, diaconos, & hypodiaconos: At hoc non est iuxta canones, sed iuxta hominũ mentẽ, quę per tẽpus elãguit. Quamuis etiã apud Oriẽtales, vbi sinceri fuerũt canones ecclesiastici, fuisse legimus obseruatũ, vt sacerdotes mox deinceps à maritorũ officiis abstinerẽt[f]. Calixtus enim Papa iam olim cõstituisse legitur[g]: Presbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis cõcubinas habere seu matrimonia cõtrahere penitùs interdicimus. Cõtracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiũgi, & perfrui ad pœnitentiã redigi debere, iuxta sacrorũ canonum dispositionem iudicamus. Testatur & D. Chrysostomus[h]

Cur olim eligebantur mariti in sacerdotiũ.

a *in apolog. pro lib. aduers. Iouinian. ad Pamach.*

b *1. Corinth. 7.*

c *Hieron. lib. 1. aduer. Iouin.*

d *Hieron. aduers. Vigilant.*

e *in tract. contra Catharos.*

f *Stanis. Hos. in confess. cath. fid. cap. 56.*

g *in c. presbyteris. dist. 27.*

h *in Hom. 2. de patien. Iob.*

dictum locũ Pauli tẽpore suo in Ecclesia non obseruatũ fuisse; eò quòd tũc oporteret omni prorsus castitate sacerdotẽ ornatũ esse. Deinde Alexãder 3. Papa Episcopo Cenomanẽsi rescribẽs[a]: Ex literarũ tuarũ tenore accepimus, quod lator præsentiũ in subdiaconat⁹ officio cõstitutus quandã sibi in cõiugiũ copulauit, quã eundẽ abiurare fecisti. Super quo prudentiã tuã in Domino cõmendamus, mãdãtes, quatenꝰ si ad monasticũ ordinẽ trãsire voluerit, & tibi, post laudabilẽ cõuersationẽ ipsius, visũ fuerit, eũ ad maiores ordines promoueri cõcedas. Quod si ad religionẽ se trãsferre noluerit, eum neq; in subdiaconatu ministrare, neq; ad vlteriores permittas ordines promoueri. In minoribꝰ tamẽ ordinibꝰ poterit ministrare. Item Archiepiscopo Rhemẽsi rescribẽs[b]: Subdiaconũ inquir, siue hominẽ interfecerit, siue nõ, matrimoniũ nõ posse contrahere sacrorũ canonũ censura demõstrat.

a c. ex literarũ, qui cler. vel vou. mat.

Pœna subdiaconi matrimoniũ contrahentis.

b c. 1. qui cler. vel vou. matr.

Postremò ad tollendã omnem hac de re ambiguitatẽ, & disputationẽ SS. Tridẽtina Synodus sanxit[c]: Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus cõstitutos, vel regulares castitatẽ solẽniter professos, posse matrimoniũ cõtrahere, contractumq; validũ esse, nõ obstãte lege ecclesiastica, vel voto: & oppositũ nihil aliud esse, quã dãnare matrimoniũ, possẽq; omnes cõtrahere matrimoniũ, qui nõ senserũt se castitatis, etiãsi eã vouerint, habere donũ, anathema sit: cùm Deus id rectè petẽtibus nõ deneget, nec patiatur nos supra id quod possumus tentari. Cæterũ si qui in subdiaconatu, & aliis superioribus ordinibus vxores accepisse noscũtur, eos vxores dimittere, & pœnitentiã agere de cõmisso per suspẽsionis, & excõmunicationis sententiam compellẽdos esse. Alexãder 3. Papa statuit[d]. Si qui verò clericorũ infra subdiaconatũ accepernt vxores, ipsi ad relinquenda beneficia ecclesiastica, & retinẽdas vxores districtione ecclesiastica sunt compellẽdi[e]. Nã cùm simul voluptatibus, & carnalibus delectationibus ac diuinis, & ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiã suam ecclesiasticis sacramentis tractandis indigni ecclesiasticis procul dubio beneficiis sunt priuãdi[f]. Cũq; vir cogitet, quomodo placere vxori possit, & ideo minus quę Dei sunt, valeat cogitare; cùm quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem,

c *sess. 24. can. 9. Clerici sacro aliquo ordine initiati matrimonium cõtrahere non possunt.*

Pœna, qua sacro ordine initiati vxores dimittere compellendi sunt.

d c. 1. de cler. coniug.

Beneficiati infra subdiaconatum vxores ducẽtes, beneficiis priuandi sunt.

e d. c. 1.

f c. quod ad te. d. sit. de cõiug.

vt ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur, Innocentius tertius Papa cuidam Episcopo rescripsit[a], huiusmodi clericos beneficiis ecclesiasticis priuandos, etiam appellatione remota, præsertim cùm rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire. Cæterum ecclesiis, quibus intitulati fuerant, de possessionibus aut aliis bonis aliqua contulisse noscũtur, cùm ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint, & beneficio sequestrati ad ipsos recta via debent absq; contradictione redire.

Cæterùm ne quis supradictas constitutiones ecclesiasticas, quibus continentiæ lex indicitur clericis in sacris ordinibus constitutis, tanquam rigidiores calumniatur, non grauabimur adducere, quid Imperator Iustinianus de illa seruãda prædictis clericis indixerit, & sanxerit. Nihil, inquit, sic in sacris ordinationibus diligimus, quàm cum castitate viuentes, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius vxoris virum, qui siue fuerit, siue adhuc sit, & ipse castitatem eligat, secundum diuinas regulas primum principium, & manifestum fundamentum residuæ virtutis constitutam. Si autem & aliquis presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus posteaquam vxorem, aut concubinam, aut palam, aut occulte habuerit, statim cadat ordine, & deinceps idiota sit, atque laicus habeatur. Quodsi & lector secundam ducat vxorem certis de causis, & ex irrecusabili quadam necessitate, neque omnino ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiore in sacerdotio, sed maneat in eodem gradu perpetuò. Sed non & ad tertias veniat nuptias; satis est enim, si ad secũdas veniat. Si verò aliquid tale egerit, & ad secundas veniens nuptias ad maiorem gradum venire festinauerit, exinde idiota erit, & laicus omnino sacro ministerio cadens. Pudicè enim nos omnia decet viuere. Si enim tales constituti, hi qui in clero adducuntur, ordinentur, facilis eis ad episcopatum ascensus erit, & ex multis bonis viris facilius inuenientur, qui digni adducantur ad primum gradum sacerdotij. Huc pertinent & illa, quæ habentur in eiusdem Imperatoris nouella constitutione de sanctissimis Episcopis & de Deo amabilib. & reuerendiss. cler. §. clericos, & sequent.[d] & constit. de nuptiis[e].

a c. diuersis. de cler. coniug.

b c. quod ad te. de cler. coniug.

c constit. 6. in Nouel. tit. quom. opor. Episc. et cæt. cler. ad ord. perduci.

d Vnde et Iuo sumpsit cap. 422. 6. par. su. decret.

e §. sed et si quis.

Quod

Quomodo castitas, & continentia seruanda sit.

CAP. VI.

DAEMONES, vt B. Isidorus scribit [a], scientes pulchritudinem esse animæ castitatem; & per hanc homine angelicis meritis, è quibus illi lapsi sunt, coæquari, liuore percussi inuidiæ, inijciunt per sensus corporis opus, desideriumque libidinis, quatenus à cœlestibus deorsum deiectam animam pertrahant, secumque quos vicerint gloriantes ad tartara ducant. Itaque sicut bonum est castitatis præmium; ita etiam secundum sanctorum Patrum concilij Carthaginensis quarti sententiam [b], maiori obseruatia, & præceptione custodiendum est. Custodietur autem, & conseruabitur optimè illud castitatis, & continentiæ præmiū à clericis, si mulierum familiaritatem, & fornicationem fugiant; ex illa enim hæc fere sequitur. Quocirca sapientissimus ille Salomon filium suum erudiens [c]; Conserua, inquit, fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter, & circūda gutturi tuo; cùm ambulaueris, gradiantur tecum; cùm dormieris custodiant te, & euigilans loquere cum eis. Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ, vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extranea. Non cōcupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Pretium enim scorti vix est vnius panis: Mulier autem viri pretiosam animā capit. Nunquid potest abscondere homo ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, & non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cùm tetigerit eam. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiā voca amicam tuam, vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit. Ne abstrahatur in vnis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius penetrantes in interiora mortis [d]. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Virginem ne conspicias, ne fortè scādalizeris in decore illius. Ne des fornicatiis animam tuam in vllo, ne perdas te & hære-

[a] *lib. 2. de summo bo. cap. 9. Castitas est animæ pulchritudo.*

[b] *cap. 104. & c. sicut. 27. q. 1. Quomodo castitas et continentia seruanda sit.*

[c] *Prouerb. 6.*

[d] *Prouerb. 7.*

& hæreditatem tuam. Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, ne oberraueris in plateis. Auerte faciē tuam a muliere compta, & ne circūſpicias ſpeciem alienā. Propter ſpeciē mulieris multi perierunt, & ex hoc, concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem [a].

Auerte faciem tuam à muliere compta.

a *Eccleſ. 9. cap.*

Vnde & Chriſtus [b]: Audiſtis, inquit, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis: ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et Paulus Timotheo ſuo ſcribens [c]: Adoleſcentiores, inquit, vidua in uita. Cum enim luxuriatę fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otioſę diſcūt circuire domos, non ſolùm otioſę, ſed & verboſę & curioſę loquentes quæ non oportet. Et idem ad Theſſalonicēſes [d]: Rogamus, inquit, rogamus vos, & obſecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepiſtis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum Iesvm. Hæc eſt autem voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honōre, non in paſſione deſiderii. Rurſum idem Corinthiis ſcribens [e]: An neſcitis, inquit, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhęret Domino vnus ſpiritus eſt. Fugite igitur fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus eſt. Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & nō eſtis veſtri?

b *Matt. 5. cap.*

c *epiſt. 1. cap. 5.*

d *epiſt. 1. cap. 4.*

e *epiſt. 1. cap. 6.*

Corpora noſtra membra ſunt Chriſti.

Mēbra noſtra templum ſunt Spiritus ſancti.

Empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

Mirum profectò est, maximo pudore non affici ecclesiasticos, præsertim in sacris ordinibus constitutos, qui coram Deo, & angelis eius fœda se libidine pollunt, cùm corpora sua Christo, & Spiritui sancto, tanquam pura templa non solùm in baptismate, verumetiã in sacrorum ordinum susceptione consecrarint, & dedicarint. B. Hieronymus [a]: Sicut, inquit, vinũ, & ebrietas eum, qui biberit mentis suæ impotem facit; ita & fornicatio, & voluptas peruertit sensum, animumque debilitat: & de rationabili homine brutum efficit animal. Nam, vt Oseas propheta inquit [b], fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. D. verò Chrysostomus prædictum locum Pauli ad Corinthios explicans [c]: Membra Christi estis, inquit, templum estis spiritus, quare nolite facere membra meretricis. Non enim corpori vestro contumeliam facitis, quia non est vestrum corpus, sed Christi. Hæc autem dixit, simul & humanitatem ostendens, quod eius corpus nostrum est, & à malorum licentia nos auertens. Nam si alienum corpus est, non habetis potestatem, vt alienum corpus iniuria afficiatis, inquit, & maximè cùm sit Domini, neque Spiritus Sancti templum maculandum est. Nam si quispiam priuatam domum ingressus, & illã ignominia afficiens, vltimum dabit supplicium; qui Regis templum speluncam latronum fecerit, intelligas velim, quot mala perpetietur? His igitur consideratis, eum, qui in vobis habitat reuereamini, quippe qui cõsolator est, & vobis coniunctum, & inhærentem timeatis.

O mirandum certè hoc est sæculum.

a *in 4. cap. Oseæ. Luxuria ex homine brutũ facit.*

b *Oseæ 4.*

c *Hom. 18.*

Huc pertinet & illud D. Augustini [d]: Noli, inquit, dicere tibi, quando fortè aliquid luxuriãter vis agere; vxorem nõ habeo, facere possum quod volo. Non enim post vxorem meam pecco. Iam nosti pretiũ tuum, iam nosti quo accedis, quid mãduces, quid bibas, imò quem manducas, quem bibas. Abstinete à fornicationibus. Ne forte mihi dicas ad fornicem vado, ad meretricem pergo. Non illud præceptum violo, quo dictum est: Non mœchaberis, quia vxorem nõdum habeo, nec post illam aliquã facio. Nec illud præceptum violo, vbi dictum est:

d *in lib. de decem chordis cap. 10. Friuola excusatio cælebis fornicarij.*

Non concupiſces vxorem proximi tui. Qui ad publi-
vado, in quod præceptũ incurro? Charior factus eſt tu-
homo, quàm Deus. Ergo quomodo facio, inquis, ipſi
Deo? Corrumpis te ipſum. Et vnde iniuriã facio Deo,
quia corrumpo meipſum? Vnde tibi facit iniuriam, qui
voluerit fortè lapidare tuam tabulam pictam, in qua ta-
bula imago tua eſt, in domo tua inaniter poſita ad tu-
nam gloriam tuam, nec ſentiens, nec loquens, nec vidi?
Si quis illam lapidet, nónne in te eſſe contumeliam
ctam attendis? Cùm verò imaginem Dei, quod tu,
corrumpis in te per fornicationes, & per diffluentias
bidinis, attendis quia ad nullius vxorem acceſſiſti, at-
tendis quia poſt vxorem tuam nihil feciſti, quia vxorem
non habes, & non attẽdis per libidines illicitas fornica-
tionis, cuius imaginẽ violaſti? Hoc iuſſit, hoc præcepit
Dominus, ne per illicitas voluptates corruat templum
eius, quod eſſe cœpiſti. Nunquid hoc ego dico? Apoſto-
lum audite[a]: Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spi-
ritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corru-
perit, corrumpet illũ Deus. Videtis quomodo minatur?
Non vis corrumpi domum tuam; quare corrumpis do-
mum Dei? Vide quid facias de templo Dei. Si ergo
in eccleſia facere adulteriũ, intra iſtos parietes, quid te
eſſet ſceleratius? Modo autem tu ipſe es templum Dei.
Vide igitur quid agas, vide ne offendas templi habita-
torem, ne deſerat te, & in ruinam vertaris. Neſcitis,
inquit, quia corpora veſtra templum in vobis eſt Spiri-
tuſſancti, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri[b].

Ad conſeruandum igitur in nobis hoc Dei templum
inuiolatum, & perpetua caſtitate exornatum, pulchrum
& efficax admodum remedium ad fornicationis pe-
ritum, & carnis concupiſcentiam refrænandam, Ber-
nardus ſcripſit[c], quod ſuprà poſitis addendũ duxi. Quo-
tiens, igitur, ait, te ſentis turpibus cogitationibus pulſa-
ri, & ad illicitam delectationem affici; totiens pone ante
mentis oculos quomodo Chriſtus in cruce crucifixus
eſt pro te. Intuere quomodo à Iuda Iudæis traditur, &
quàm viliter pertractatur, blaſphematur, & colaphiza-
tur; iudicatur & cõdemnatur; expoliatur & flagellatur;
ad vltimum verò cõtumeliis & opprobriis affectus in-
ter duo

a 1. Corinth. 6.

Per fornicationẽ domus Dei corrumpitur.

b *August. de verb. Dom. ſerm. 16.*

c *in tract. de interiori domo. cap. 20.*

Contra turpes cogitationes remedia.

ter duos latrones suspenditur, clauis cruci affixus, sputis deritus, spinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus sanguis emanat, & inclinato capite emittit spiritum. Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu, nescio, cuiusmodi sordida cogitatione sordidaris in mēte. Sufficere posset hæc cogitatio, ad excludendas omnes illicitas cogitationes. Sed ecce ad alia transeamus. Considera quomodo morieris, quando aliqua graui infirmitate vexatus, & ad extrema deductus, & ibi ad terram proiectus inter longa suspiria & difficiles singultus, inter diuersos dolores & timores animā expirabis. Tunc vertet corpus in pallorem & horrorem, in saniē & fœtorem, erit vermis, & cibus vermium: animam verò mox capient, & rapient laruales illæ facies, quæ eam in exitu præstolantur; & ex omni parte terrebunt eam dęmones terribiles & horribiles. Cogita quis eam defendet à rugientibus præparatis ad escam: quis cōsolabitur eam cum teterrima illa mōstra dæmoniorum occursantia sibi cæcuatim ruere videbit, aut quis deducet per ignotam regionem? Attende etiam quàm subitò venit ictus vltimæ; subitò venit, & forsan hodie erit. Iam adest, iam præsentaberis ante tremendum iudicem; accusaberis multis & magnis offensis; non vno, non paucis, sed innumeris criminibus; non paruis, sed immensis; nō dubiis, sed certis; non breui accusatione, sed tam longa, quàm longa est tota vita tua; non vno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus accusator tuus. Omnes etiam spiritus boni & mali corā Deo te accusabunt cum eo. Boni, quia Deo debent æquitatē: mali, quia tuam seruant iniquitatem. Tot iudicibus & populis astabis, quot præcesserūt te in opere bono. Tot angelis confunderis, quot tibi præbuerunt bene viuendi exemplum. Tot conuinceris testibus, quot te monuerunt bonis sermonibus, & iustis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuæ, & cunctis gentibus patebunt vniuersa scelera tua, non solùm operum, verumetiam cogitationum, & locutionum. Multa verò peccata tunc proruent ex improuiso, quasi ex insidiis, quæ modo nō vides, & forsitan plura & terribiliora his quæ nunc vides. Vndiq; erunt tibi angustię,

hinc erunt accusantia peccata, inde terrens iustitia; [illegible]
tus patens horridū chaos inferni, desuper iratus iu[illegible]
intus vrens conscientia, foris ardens mundus. Si [illegible]
vix saluabitur, peccator sic deprehēsus in quam [illegible]
se premet? Latêre erit impossibile, apparere [illegible]
le. In tanto discrimine torquebit te tua conscientia [illegible]
sibi conscia, cruciabunt cordis arcana. Cogen[illegible]
conscientia, tuipse eris accusator & iudex tuus. [illegible]
ctus teste propria consciētia, & testibus oculis [illegible]
dicis, fugere non poteris, sed tremēs & anxius [illegible]
spēsus ad grauissimam sententiā in angusto peri[illegible]
in periculosa angustia, tāquam ilico receptus [illegible]
perpetuū amittere nō poteris. Iudex tūc erit [illegible]
iratus, & terribiliter districtus, sententia eius [illegible]
erit immutabilis: tortores horribiles, qui nunquā [illegible]
rētur, erūt parati, vt data sentētia, te damnatū [illegible]
ta rapiāt. Tormenta erūt sine interuallo, & [illegible]
mēto: timor cōturbabit te, cū terra aperietur [illegible]
tu rues, & cades in stagnū sulfuris ardētis, & [illegible]
nis exterius carnē tuā cōburet; vermis interius [illegible]
tiā corrodet; ibi eris sine fine, sine spe venię et [illegible]
dię. Omnia verò gehēnę supplicia superabit, Dei [illegible]
dere, & bonis carere, quę in potestate habuisti [illegible]

Si vis omnes malas cogitationes à corde tuo [illegible]
re, hæc sæpe cogita. Ibi namque est cogitatio tua, [illegible]
affectio tua: ibi cor tuum, vbi est desideriū tuum: [illegible]
niā illud sæpius in cogitatione voluimus, cuius [illegible]
plus affecti sumus. In cogitatione sua cadit quisque, [illegible]
stat. Si bona cogitas, cogitatio tua sancta custodiet [illegible]
mala cogitas, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet [illegible]
& auferet se à cogitationibus, quę sunt sine intel[illegible]
ritq; templū Dei spelūca diaboli: quoniā quem [illegible]
serit, diabolus arripit. Spiritus sanctus suggerit [illegible]
dulcia; spiritus malus mala & amara, vana, [illegible]
immūda. Et ideo quacunq; hora mala cogitatio [illegible]
tangit, non cōsentias illi: nec sinas eam in corde [illegible]
nere, sed ilico repelle. In initio cogitationis [illegible]
ste, & fugiet à te. Nam ante Dei oculos non [illegible]
cuæ cogitationes nostrę, & nulla momenta [illegible]
animū transcendunt sine statu retributionis. Cogi[illegible]

Cogitationis efficacia.

prauã delectationem parit, delectatio consensum; consensus actionem; actio consuetudinem; consuetudo necessitatem; necessitas mortem. Sicut vipera à filiis suis in vtero positis lacerata perimitur; ita nos cogitationes nostræ intra nos nutritæ occidunt. Dæmonum est malas cogitationes suggerere, nostrum est illico illas expellere. Nam in animo nostro cas iacere, nostrę attinet voluntati, & propriæ deputatur culpæ. Voluntate namque sua cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, qui stat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat, cùm pulsat, nisi cùm hanc sibi per delectationem subiugat. Cum igitur per prauas ineptasque cogitationes vaga mente discurris, deceptoriis spiritibus tentandi aditum intraperis. Et ita te à Deo separas; quoniam peruersæ cogitationes separant à Deo. Mens instabilis & inquieta dum semper nititur apprehendere quod appetit, desideriis sua circumagitata nunquam requiescit. Idcirco in vno æternitatis desiderio immobiliter debet figi [a]. Non est dubium, quod qui casti perseuerant, & virgines sunt, angelis Dei efficiuntur æquales [b].

Cogitatio immunda quãdo noceat.

Præterea D. Gregorius, ad extinguendũ, ait [c], fornicationis spiritum virtus vna nõ sufficit. Abstinentia quidẽ eorum contra hoc vitium fortissima est, sed sola non præualet, quocirca illi addatur humilitas, & frequẽs oratio: & mens quasi fortissimo milite, bonarum cogitationum honestate vndiq; ornata sit. Sanctorũ Patrum, & electorum fortium exemplis cingatur; sacrarum scripturarum doctrinis circũdetur; nullam sui partem vacuam habeat, qua hostis irrũpat. Qui tanto facilius depellitur, quanto vnusquisque cogitare alia, quàm carnis oblectamenta potest. Nã cùm duas simul res imaginari nõ possumus, dũ, quicquid est, aliud cogitamus, immũda cogitare nõ possumus. Celer ergo et facilis victoria libidinis est, circũspectio cogitationis: si quoties carnalia obuiãt, aliquid omniũ recurramus, quod libidinis nõ sit blãmentũ. Quia qui castè proponũt viuere, de blãdimentorum in se aliquid retinere nõ debẽt. In carne quidẽ esse debẽt, vt bona per carnẽ agant: sed sic debent à carnis voluptate per mentis sublimitatẽ discedere, vt contumelias de carne nõ tolerent. Si verò prẽter voluntatẽ, & nobis

a *Bernard. d. lib. cap. 21.*
b *Idem d. cap. 20. §. conscientia.*
c *lib. 5. expositi. in 1. Reg. cap. 4. et lib. 6. cap. 1. & 2.*

Alia cõtra fornicationis spiritum remedia.

& nobis quodammodo inuitis membra turpiter
ueantur & pruritus fiant, nos non hoc operamur
quod inhabitat in nobis peccatum originalis culpæ
que tunc velle quidem nobis adiacet, sed adiu
non inuenimus; siquidem vellemus, vt nobis mo
quid in nobis moueri non posset. Qui igitur ag
potest, vt noxia nunquam cogitet, agat quod
statim cogitationem eijciat, quæ negligenter
intrat. Sic nimirum quasi ignem maximum
singulos & velociter diuidit, & celeriter ext
omnes flammas cogitationum sic separat, vt
in mente neque per negligentiam, neq; per
sinat: Glutinum quippe illecebrosorum mo
immunda cogitatio: à qua si minimè pascuntur
nire non videntur. Oculi accuratè custodiā
libentur immunda vidēt, statim carnem ad
cupiscendo violenter mouent; quo libētius
talia cogitant, quasi carbones carbonibus,
ribus motus ligant; & dum libet attentius
nere, mens mundum & sanctum cogitare
Teneat ergo fortem custodiam oculorum &
potenter vult dispergere motus carnis. Semel
species formæ cordi per oculos illigata, vix
ctaminis manu soluitur. Ne igitur quædam
cogitatione versemus, prouidendum nobis est,
tueri non decet, quod nō licet concupisci. Et vt
mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis
deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores
Quam cordis munditiam quisquis adipisci non
quid aliud quàm eiusdem à se munditiæ
pellit [a]? Nil autem sic ad edomādum desideri
nalium appetitum valet, quàm vt vnusquisq;
vnum diligit, quale sit mortuum penset [b].

Porrò quando impulsu dæmonum mens
tionem fornicationis impellitur, clamemus
orationem ad Deum, dicendo cum B. Ambrosio
virtutum, castitatis, & integritatis amator Deus
rore benedictionis tuę extingue in corpore meo
fomitem ardentem libidinis, vt maneat in me
tius castitatis animę, & corporis. Mortifica in me

a *Greg. lib. 21. moral. cap. 2. et 3.*

b *Greg. lib. 16. moral. cap. vlt. Remedia cōtra tentationes luxuriæ.*

stimulos, & omnes libidinis commotiones; & da mihi veram, & perpetuam castitatē cum cæteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate, vt sacrificium laudis casto corpore, & mundo corde valeam tibi offerre. Et cum Ecclesia: Vre igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine, vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Deinde diuini iudicij metus, & æterni tormenta incendij ante oculos proponantur, quia nimirū omnis pœna grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauum pellit; ita sæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ[a]. Siquidem D. Paulus Ephesiis scribens[b]: Fornicatio, inquit, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarū actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatem in regno Christi, aut Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Et ad Galatas[c]: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequētur. Quibus consonat & illud D. Ioannis[d]: Fornicatoribus & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Ne igitur clerici ad hunc locum tormentorum propter fornicationem deuenient, & ad subtrahendum illis magnam, & proclivem illius perpetrandę occasionem, Innocentius tertius in concilio generali Lateranensi hanc contra incontinentes promulgauit constitutionem[e]:

Vt clericorum mores, & actus in melius reformētur, eminenter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio peccantes, maximè illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne vtri facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquēdi, statuimus, vt qui cōprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis, aut minus peccauerint, puniātur secundum

a *Isid. de summo bon. lib. 2. cap. 39.*
b *cap. 5.*

Fornicatores in regno Dei nō habent hæreditatem.

c *cap. 5.*

d *in Apoc. 21.*

Qualis fornicatoribus & mendacibus locus sit in inferno designatus.

e *Concil. Latera. 2. cap. 14. & vt clericorum. de vit. & hon. cler.*

Peccatū Sodomiticū clericis maximè prohibitum.

Facilitas veniæ incētiuum tribuit delinquendi.

secundum canonicas sanctiones, quas efficacius, & [illegible] strictius præcipimus obseruari: vt quos diuinus [illegible] malo non reuocat, temporalis saltem pœna cohibeat [illegible] peccato. Si quis igitur hac de causa suspensus [illegible] pserit celebrare diuina, non solum ecclesiasticis [illegible] ciis spolietur, verumetiam pro duplici culpa [illegible] deponatur. Prælati verò qui tales præsumpserint [illegible] iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ [illegible] terius cōmodi tēporalis, pari subiaceāt vltioni. [illegible] tem secundum regionis suæ morem non abdicant [illegible] pulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniant [illegible] cùm legitimo matrimonio vti possint. Et idem [illegible] trahendū clericis perdendæ continentię, & castitatis [illegible] casionem, scribens cuidam Episcopo[a]: Cum clericis [illegible] quit, nō permittas mulierculas habitare, nisi [illegible] lis personis existāt, in quibus naturale fœdus [illegible] mittat sæui criminis suspicari. Quæ autem [illegible] culę sint expressit Synodus Nicęna his verbis[b]: [illegible] xit per omnia sancta Synodus nō Episcopo, nō [illegible] tero, non diacono, non subdiacono, non alicui [illegible] qui in clero est, licere subintroductā habere [illegible] nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitā, [illegible] eas idoneas personas, quæ fugiant suspiciones. [illegible] versio & interpretatio cōcilij nunc habet; omnibus [illegible] dis interdixit sancta Synodus, nulli clericorum [illegible] licere habere secū mulierem extraneā, nisi forte [illegible] aut soror, aut auia, aut amita, vel matettera sit. [illegible] namq; solis personis, & harum similibus, omnis [illegible] mulieribus est suspicio declinatur. Et in cōcilio [illegible] ginensi tertio statutum fuit[c]; vt cum omnibus [illegible] clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, sed [illegible] tres, auiæ, & matetteræ, amitæ, sorores, filiæ [illegible] sororū, & quicumq; ex familia domestica [illegible] etiam antequā ordinarentur, iam cum eis [illegible] si filij eorum iam ordinatis parentibus vxorem [illegible] rant: aut seruis non habentibus in domo [illegible] aliunde ducere necessitas fuerit, Verùm si de [illegible] mulieribus suspicio sit, nec illas retinere possint, [illegible] instigāte diabolo, & in illis scelus perpetratū [illegible] aut in pedissequis carūdem[d]. Vnde legitur [illegible]

Quos diuinus timor à malo non reuocat, tēporali pœna sunt cohibēdi à peccato.

Prælati incontinētiam clericorum suorum tolerantes quomodo puniendi sint.

a *in c. à nobis. de cohabit. cler.*

b *can. 3. & c. interdixit. dist. 37. Iuo 6. par. decret. cap. 86.*

Quales cū clericis habitare possint mulieres.

c *cap. 17. & c. cum omnibus. dist. 81.*

d *c. inhibendū. de cohabit. cler.*

gustinus, nec cum sorore habitare consenserit, dicens [a]: Quæ ei sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

[a] c. legitur. dist. 81.

Quàm periculosa sit clericorum & mulierum cohabitatio.

CAP. VII.

DGREGORIVS [b]: Oportet, inquit, sacerdotes (quibus Domini populus commissus est) cum magna constantia vigilare super dominicas oues, ne lupinis morsibus (id est diaboli stimulis) lanientur. Neque enim hoc silere debeo (quod cum graui animi tristitia, & amaritudine dico) sacerdotes cum fœminis habitare conspicio; quod nefariũ est dicere, vel audire, & contra sanctorum canonum sancita, vbi enim talis fuerit commorãtium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoq; admonendi sunt, vt non antiqui hostis decipiantur fraude; quatenus iuxta Apostoli vocẽ [c], non vituperetur ministerium nostrum. Cauere enim oportet nos fratres ab illicitis, vt mundas valeamus manus ad Dominum leuare. Scriptum est enim [d]: Sancti estote, quoniã sanctus ego sum. Si quis verò præsumpserit aliter agere, sacerdotij sui honore priuetur. Vnde omnimodo cauẽdum est, fratres, ne fallamus populum, & illud Prophetę dictum impleatur in nobis [e]: Sacerdotes mei contaminãt sancta, & reprobãt legem. Quos & alius Propheta increpauit, dicẽs [f]: O vos sacerdotes, qui sanctum nomen meum. Et dixistis: in qua re fallimus nomen tuum? Quibus responsum est: Offerẽtes ad altare meum panes pollutos. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis. Quocirca & D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum scribẽs [g]: Hospitium, aut tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terat. Quia nõ potest toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Fœmina conscientiã secum pariter habitãtis exurit. Nunquam de mulierum formis disputes. Fœminę nomẽ tuum nesciãt. Fœminã, quam bene videris conuersantẽ, mente dilige, non corporali frequentia. Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere. Et quia diabolo nullum locum dare

[b] c. oportet. dist. 81.

[c] 2. Corinth. 6.

[d] Leuit. 20.

[e] Sophon. 3.

[f] Mala. 1.

[g] in c. hospitium. dist. 32.

Clericis nunquam de mulierum formis disputandũ est.

dare oportet, hoc quoq; præcipuè custodiendum [illegible] in concilio Turonico[a] decreuerunt; vt nullum [illegible] cum extraneis fœminis habeant familiaritatem, [illegible] malè loquendi, vel malè sentiendi hominibus [illegible] tribuant. Quia frequenter per hanc indecen[illegible] sionem contingit, vt diabolus, qui insidiatur [illegible] cubili suo, de ruina seruorũ Dei exultet. Si [illegible] post interdictum Episcopi sui illicitis famil[illegible] extranearum fœminarum voluerit inhærere, [illegible] monione habeatur alienus. Nam & prius à B. Clem[illegible] tutum legitur[b]: Clericus solus ad fœminæ tab[illegible] non accedat, neq; properet, sine maioris natu [illegible] iussione, nec solus presbyter cum sola fœmina [illegible] misceat; nec Archidiaconus sub prætextu [illegible] aut officij frequenter intret domicilia matron[illegible] forte per clericos, aut domesticos matronæ [illegible] quid secretè. Si agnitum fuerit, & ille depon[illegible] à luminibus ecclesiæ arceatur. Sed si forte aliqu[illegible] cessio fuerit, Episcopo suggeratur; & si talis [illegible] ire debeat, ipse per interuentum pergat. Sin [illegible] latere suo dirigat cum duobus aut tribus testib[illegible] mo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi [illegible] proxima fuerit: & cũ magna solicitudine [illegible] ignoro malitias satanæ. Eugenius verò Papa [illegible] quisquam sacerdotum, id est, presbyter, diaconus, [illegible] diaconus, de quacumque fœmina crimine [illegible] suspectus, post primam, secundam, & tertiam admo[illegible] tionem inueniatur fabulari, & aliquo modo [illegible] cum ea, excommunicationi subdatur; fœmina [illegible] nonicè iudicetur. Sunt & alia plura Pontificum, [illegible] ciliorum decreta, quibus familiaritas, & cohabit[illegible] mulieribus clericis, & præsertim in sacris [illegible] terdicitur, & castitas atque continentia [illegible] præcipitur[d], sed illa breuitatis studio omittimus.

Scripsit & hac de re insignem tractatum [illegible] nus[e], in quo præter alia dicit; sibi à Domino [illegible] fuisse, vt clericis mandaret, ne cum fœminis [illegible] rentur. Quid enim illic geritur, vbi libertatis [illegible] lier in contubernalitate constantiam? quando [illegible] sticis negotiis nunc lacertos, & fœmora [illegible]

a primo cap. 3. & 1uo par. 6. decret. cap. 191.

b c. clericus solus. dist. 81. & c. sed si fortè. ibid.

c c. si quisquã. de cohib. cler. et mul.

d c. volumus, et c. fœminas. & 3. sequent. dist. 81. c cùm in præcrito. dist. 84. 1uo par. 6. decret. cap. 187. & 3. sequen. & cap. 92. & Syricius Papa epist. 4. cap. 9. et Innoc. 1. epist. 1. cap. 9. conc. Aurel. 3. can. 4. cõc. Matisc. 1. cap. 1. conc. Tolet. 2. cap. 3. cõc. Brachar. 1. cap. 15. conc. Turon. 2. cap. 10, 11. et 12. cõcil. Magunt. 1. cap. 49.

e de singular. cleric.

bus nudat, nunc æstuans detegit membra; nunc fatigata iacturat, aut in risum aliquando dissoluitur, nunc blanditias exhibet, & quod est venenosius super cuncta, psallere delectatur, aut canere. Cuius cantu tolerabilius est audire basiliscum sibilantem. Contra quam Salomon sic nos cautos efficit, dicens[a]: Cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias illam, ne fortè dispereas in efficacia eius. Quid dicimus, si videas iocūdantem, aut quod est deterius, blandiētem? Semel dixerim: Omnis inconueniens sodalitas mulierum, gluten est delictorum, & viscus toxicatum, quo diabolus aucupatur. Si animum nostrum confidimus in hac communitate posse durare semper, vel illud apud nos debet esse suspectum, ne ipsæ, quæ nobiscum conueniūt, in nosipsos forsitan mouentur, aut in alteros amores prærapida ætate incitamentis furialibus incitentur, & erit nobis causa, quod peius est sine causa, vt fornicatio nos maculet aliena; apud quos suggeritur ceteris occasio lupanaris, & crimine alieno reatus absorbebimur, cui nos ipsi subornamus immundiciæ lenonicium. Cùm ergo nos pulsat coniunctionis huius molestia detestabilis, etsi adulteros non potest facere, facit tamen peiores adulteris, & incœstis. Quis enim cordis alterius scrutator qualitatem vniuscuiusque perpendat, & pro altera persona contra diabolum repugnator, circa Deū verò idoneus fideiussor esse præsumat? Contubernium verò, etsi nulla in ipso turpis consuetudo nascatur, accendit: quia impossibile est iniquitatem ad victoriam peruenire, quæ contendit cōtra Dei iussa pugnare. Quantum enim lex obediētibus suggerit adiutorium, tantum inobedientibus incitat peccatum; dicente Apostolo[b]: Virtus peccati lex.

Sunt necessitates aliæ, quæ nos quoque priuatim fœminas videre compellant, sed etiam ipsæ diuini operis, vel præcepti imperāt efficaciam, vt visitemus, vt solatia præbeamus, vt hortamēta vitalia salubriter intimemus. Hoc tamen & in officiis minor cura agenda est pro moribus nostris, vt clarescant in nostra operatione indicia puritatis. Seueritas non desit, quæ sub clerico fœminam possit stringere, vt ipsa consolationem nostram suscipiat cum uemore, & ita sentiat visitationis affectum, vt

a Eccles. 9.

Impossibile est iniquitatem ad victoriam peruenire.

Lex suggerit obedientibus adiutorium.

b 1. Cor. 15.

clericum veneretur. Totum quicquid agimus honeſ
eſſe poteſt, ſi ſemper in nobis ſigna honeſtatis clarent
a 1. Corint. 14. ſicut Paulus Apoſtolus vniuerſa complexus eſt, dicens
b 1. Theſſal. 4. Omnia veſtra honeſtè fiant. Et iterū b: Sic præcipio
inquit, vobis, vt honeſtè ambuletis. Sinceriter ergo
ceritas ipſa ſeruanda eſt, & omne quod voti eſt,
in actu ſignandum eſt, ne aliud vota commendent,
aliud actus inſinuent. Plenitudo eſt ergo ſanctitat
palma perfecta, vt ex omni parte ſecū non habeat
recuſet, ne quod profitetur odiſſe, tenendo videa
mare. Nunquam ſecurus cum theſauro latro tenetur
cluſus, nec intra vnam caueam habitans cum lupo
eſt agnus. Ipſe ſe voluit ſuperari, qui hoſtem prop
in ſuas portas induxit, & inteſtinum gladium
ſuppoſuit, qui locum habitationis ſuę aduerſar
ſibus reſerauit. Et qui fretus eſt conuerſari cum
ſine cauſa dicit: Pacatus volo eſſe cum diabolo
c Epheſ. 4. Apoſtolum dicētem c: Nolite locū dare diabolo
ergo modo muniendus eſt locus, vbi fuerit the
abſconditus, ne per vnam cauernam totum
latro ſuffodiat.

Artificialia namque ſunt ſemper diaboli ve
quibus ingenium ſuæ calliditatis exercens ſanctim
deditos doloſis cōmoditatibus iuuat, vt perdat. E
continentes quaſi neceſſaria emolumenta mu
uaminibus ſubminiſtrās, adijcit prius maſculum, &
minam pariter, vt poſtquā inſeparabiles fecerit
terutra ſolatia, poſſit occidere, dantes ſimplices
ad caſtitatis vota ſeruanda, & impugnationis
ſubducēs, interim quaſi placidus fautor ſuggerit
tatis argumenta, donec diutius inter ambos
nutriat concordiam. Facit affabiles ſibi inuicem
ſæuire, & aſſentator infeſtus impedimenta
vniuerſa, commodis eorum gaudet efficaciam
dare, vt tota eos ſibimetipſis neceſſitate
exhibere eos poſſit in alterutrum ſolita
Non vult eos in aliquo impedire, ne ſeparet
tualiter, quàm carnaliter. Inconcuſſos efficit
ipſa ſocietatis initia immaturo tempore
conturbent. Vſque adeo illos videntibus

Mirum dæmonis artificium clericos decipiendi per mulieres.

Diabolus inter clericos, et mulieres cohabitans es inimicā nutrit concordiam.

sectum sanctitatis inuitat, fouet, subleuat, vt Dei esse computent beneficia ipsi contraria, quibus inducuntur, vt pereant, nescientes nunquam Deum iuuare, quod vetat. Quibus intantum diabolus blandiens securitatem præparat sanctimoniæ, vt coniunctos se magis existiment, quàm disiunctos immobiles circa libidinem perdurare. Quos cum omni tranquillitate deducens, nullis procellis, aut fluctibus inquietat, & velut in medio mari minus cautos inducit laxare vela, nec quærere gubernacula, vt subita tempestate cõcitatos naufragos ex insperata commotione submergat. Hanc primò exhibet leuitatem, vt duas naues oblectet ad inuicem conuenire, quas cum fecerit iunctas, & repentinis turbinibus in semetipsas illidere possit, & frangere. His vtitur blandimentis, vt subtractis omnibus iaculis, compescens aduersa, suggerens prospera, tamdiu sopitum ignem sine vllis flammis occultat, donec duas faculas iungẽs, simul ambas accendat; & tamdiu cessat sæuitiæ suæ tela supponere, donec, sicut peritus venator, quos occisurus est laqueis sui vinculis alliget. At vbi insolubili catena deuinctos astrinxerit, statim succendit insaniam, & vulnificos amplexus impingens, vtrumque simul vno ictu mortificat. Sic de simplici charitate amorem conflat illicitum, sic per sanctitatem inducit interitum, dum contentus est cedere, sic valet fortius occupare; & submissus patitur semetipsum præbere deuictum, sic plenius deuincere gloriatur.

Deus nũquam iuuat quod vetat.

Sed aiunt: Si de hac coniunctione clerici denotantur, notandi sunt etiam Sancti plerique nobiscum, sicut Helias qui mãsit apud viduam, siue Apostoli, qui mulieres secum comites circumducebant, vt Ioannes, qui matrẽ Domini assumpsit, eodem Domino delegante; aut ipse Dominus, cui de suis facultatibus alimenta præstabant aliquæ mulieres religiosę, cui etiam Martha ministrabat alimentum, & qui singulariter locutus est ad puteum sedens cum alienigina muliere Samaritana, vel cui recumbenti fœmina pedes lachrymis lauit, & capillis extersit. Callidi argumentatores, & iurisperiti fallaces, qui dum cupiunt præuaricari, cõtrouersas actiones, quę causarum etiam ipsa iura transuertunt, & cùm nolunt com-

Obiectio clericorum pro cohabitatione mulierum.

Solutio.

petentibus coërceri iussionibus legum, ad illudendos iudices inconuenientibus exemplis velut similes coniecturas iuris obiiciunt. Reuera magni homines, qui se comparant Sanctis; & eximia conuersatio nostra, quæ Prophetis vel Apostolis videatur æqualis. Ad occasionem luxuriæ nostræ in peruersum Sanctos volumus imitari, & inter cæteros actus vestigia iustorũ nolumus [illegible] In quibusdam infirmos nos excusamus, ad imitãdam maiorũ, & in aliis nos æquales maioribus protestamur. Cognoscimus taliter in nobis ieiunia, sitim, famem, [illegible] ditatem propter instantiam doctrinæ solius vbique [illegible] lere, sicut in Apostolis legimus triumphasse. Et approbantur apud nos eadem exercitia feruere virtutum [illegible] bus Apostoli omnia vitia triuerunt. Nunquid similes agones frequentamus contra luctamina vitiorum [illegible] agimus rigore, auctoritate, vigiliis, passionibus [illegible] necessitate, afflictione, abstinentia, quibus peccata [illegible] cantur, vt nemo de nobis mali aliquid suspicetur, [illegible] quæ Paulus Apostolus conscientiam suam innotuisse omnibus gloriatur[a]. Sed ad has imitationes infirmissimus, & ad mulieres circumducendas possibilitatem nobis comparandæ imitationis assciscimus.

a 2. Corinth. 6.

Si Christus seipsum comparare nõ ausus est Deo, [illegible] ait[b]: Pater maior me est: aut si Apostoli coæquare seipsos nõ ausi sunt Christo, & nos hodie Apostolis æquales faciet cõsimilis fortitudo? Misera humanitas in hac æqualitate non times fulminari, quæ de filio Dei, aut de filiis tonitrui non cũctaris peccatis tuis exempla velut similia mutuare? Cùm superbiæ sit, elata [illegible] etiam minimis ecclesiæ quenquam comparabilem [illegible] conscribi. Minus itaque de nostris viribus [illegible] est, nec fortitudini Sanctorum nostra infirmitas [illegible] paranda est. Hæc autem non ideo propono, [illegible] Apostolorum imitatoribus contradicam, sed [illegible] confundam, qui se Sanctis exæquãt. Nec nego [illegible] sectãdos, quos doctores accepimus cuncti, sed [illegible] eos contendo, qui cupiẽtes ad mala sua bonorum [illegible] rias deprauare, legem Dei sibi æstimant suffragari [illegible] omnes, qui perire festinant, & sub obtentu Sanctorum dedecora sua volunt esse celata, vt sub imitatione [illegible]

b Ioan 14.

ionum, contraria quæque committant, hoc addentes ad cumulum perditionis suæ, vt bonos infament, quorum exemplo vtuntur ad malum.

Insaniunt prorsus, & ardent desiderio fœminarum, quotquot huic interdictioni non cedunt, & obscœnitatibus inhiantes malunt mori, quàm contenti sint à latribus mulierum aliqua disiunctione diuelli, & hunc habent in mulieribus fructum, vt in illis semper defixa intuitione, desideria satient oculorum, ne vel momentũ aliquod transeat, cùm indigeant, quod affectãt. Sic inter eos integritas immoritur, vbi omnis commoratio siue consuendo, siue commanendo corruptis affectionibus inquinatur. Quos S. Petrus Apostolus designauit, dicens[a]: In conuiuiis suis luxuriantes, oculos habẽtes plenos mœchationibus, & incessabilibus delictis capientes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon denotat[b]: Abominatio est coram Domino defigens oculum.

a *epist. 1. cap. 2.*

b *Eccles. 14.*

Venumenimuero ille potest suis oculis obnoxius nõ teneri, qui nolenti repentinus occursus mulieris scandalum mouerit, quod protinus mens, quod nolebat, expellit. Ille autem commotionẽ sui visus non meretur euadere, qui apud se scandali materiam tenet, qui vult affectibus intentionis suæ frui, qui affectat habere, quod oculis offensionem ingerat, quorũ auiditas inexplebilis inter offendicula continua, nullo modo potest omnino compesci. Ipsi nos fallimus, quoties inordinaliter credimus, æstimantes per fidem nostram legis præcepta mutari, vt inter masculos, & fœminas speremus passim castitatem immobilem custodiri. Difficilè quis venenũ bibet, & viuet. Verendum est dormiẽti in ripa ne cadat, cùm dicat Apostolus[c]: In hac parte expedit plus bene timere, quàm malè fidere, & vtilius est, infirmum se homo cognoscat, vt fortis existat; quàm fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re præsumptores obiurgat Apostolus, dicens[d]: Si quis putat se esse aliquid, cùm nihil sit, seipsum implanat. Pro certo implanator propriam suam animam decipit, qui non cauendo contraria, noxiis rebus semetipse cõmiserit. Ille autem tutius sibi cõsulit, qui circa malos semper infidus, species quascunque noxias extimescit. Videte ergo prudentiam in

Quis videns mulierem non, peccat, vel peccet.

c *1. Corint. 10. Expedit interdum plus bene timere, quàm male fidere.*

d *Ad Galat. 6.*

isto bello, non fidem nobis datam esse victricē, & ex
templa mini, quę sunt modò arma sumenda, si vultis ha-
bere legis auxilia. Estote timidi, vt sitis intrepidi. Et si-
cet timor in certamine infirmitas esse videatur, tamen
cundū verbū Apostoli [a], virtus in infirmitate perfi-

a 2. Corint 12. Virtus in infirmitate perficitur.

Separamini deprecor, separamini à contagione ref-
fera. Quantumcumque fuerit vnusquisq; longius ad-
uersis, tantum nō sentit aduersa. Minus voluptatis ad-
mulatur, qui non est, vbi frequentia est voluptatis. Ac-
leus peccati facta est forma fœminea; & mortis cō-
non aliunde surrexit, nisi de muliebri substantia. Qui
Salomon ad nostram solicitudinem memorat, dicens
A muliere factum est initium peccati, & propter hoc
omnes morimur. Et cùm Christus agnus innocentis, ma-
ipsa cœlestis innocentia, quod est verius, totum ipse con-
tempserit pro Ecclesia, vt eā sine macula vlla, vel ruga
redderet illibatam, qualis est clericus, cui ad hoc ipsum
Christi cōmittitur, vt pro vnius fœminæ amore tutum
totam Ecclesiam patiatur? Ausim dicere, à Deo Pa-
missus est filius de sinu Patris, & regno absens esse in-
uit, vt Ecclesiā faceret innocentem, & clericus mu-
latus deserere non potest, ne Christi Ecclesiam reddat
infamem? Altaribus placere debent, qui de altaribus ve-
uunt, & talis conuenit cura sinceritatis sacratis, quæ
sunt sacra ipsa, quibus exhibent officia seruitutis, ne cu-
ca donum offendant ipsi quod tractant, aut circa popu-
lum incipiant impedire, quod prædicant; propter quod
Paulus Apostolus inquit [c]: Nemini dantes vllam offen-
sionem, vt non vituperetur ministerium vestrum.

Aculeus peccati forma mulieris.

b Eccles. 25.

c 2. Corinth. 6.

Mala ex cōuersatione mulierū proueniētia.

Respicite quanta mala hæc conuersatio acquirat, ne
non nisi corruptionem seminat; pullulat vitia; cupidi-
tem concipit; ignominiam parit; rabiem concitat; ar-
git furiam; lasciuiam pascit; petulantiā nutrit; pro-
instruit; perditione gaudet; interitum fouet; cōfusionem
mercatur; thesaurizat opprobrium; criminationem ne-
gerat; accusationes inflammat; & cateruatim semel in
fascem glomerans numerosas indagines captionum, per
infinita dedecorum simplices mortes inuehit in pe-
ciem perditorum. Tot itaq; & tātas strages calamitatis
& strages pessimæ cōuersationis nemo prosternit, nec

calcat; nemo funestat; nisi singularis castitas sola. Hanc igitur amate; hanc tenete, quæ sola potest fœminas debellare, cùm adhuc concupiscētia nulla pectus impulsat, & dū adhuc simplicitas incorrupta permanet, vel quieta. Ad secretæ singularitatis tutelam citò concurrite, ne postmodum non valeatis effugere. Præoccupandus est aditus cunctis insidiis, ne hostilitas prior obrepens, occurrat improuidis. Salutare remedium est prȩuenire potius, quàm præueniri; & anticipare potius, quàm anticipari viris fortibus conuenit.

Virtus & efficacia singularis castitatis.

Præstat præuenire, quàm præueniri.

Vbicumque fuerit prouidentia, frustrantur vniuersa contraria. Vbi autē prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur. Ante famem certamus, ante inopiā laborando satagimus Sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locum, dum gerimus prouidētiam temporum futurorum. Quantò magis ante præuenienda est omni prȩuisione calamitas fœminarum, cuius cupido si admittitur incipere, nunquam prorsus accipit finem. Vnusquisque itaque qui securus est, quia necdum tentatur, timeat: quia nihil de illo dicitur, prospiciat, ne dicatur: Homines sumus; fragilitatem nostram carne portamus. Accepimus quidem fortitudinē spiritualem, per quam substantiæ nostrę fragilitas roboretur, sed ita nobis spiritualis fortitudo collata est, vt prouidos, non nos præcipites tueatur; vt illos muniat, qui renuntiant importunitatibus delictorum, non eos, qui se magis importunis delictis immergunt.

Prouidentia.

Custos nobis datus est spiritus, sed, vt contraria declinantibus assistendo subueniat, non vt cōtraria eligentibus faueat, nec vt volūtarios, & pronos in aduersa confortet, sed vt ab aduersis nitentes separari confirmet. Nam quicumque perniciosis conatibus audet exercere virtutem, iuuamen non habet Spiritussancti, qui neminem vult vltroneum virum fortem ad fraudulentas victorias coarctari. Nec protegit eum; quinimò sed deserit, quē periculis irruentē per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit, sicut ipse iam tūc per Salomonē locutus est, dicēs [a]: Amans periculū in ipso peribit. Ordine suo igitur, non nostro arbitrio virtus Spiritussancti ministratur, & secundū institutū eius prælia prosperantur.

Spiritus datus est nobis custos.

a *Eccles. 3. Amans periculum in ipso peribit.*

Væ qui per præsumptionem suam aliquid faciunt, ne
per Deum. Si quis autem viæ professione cogente apu
fratres, vel apud extraneos hospitatur, vbi mulieres ne
tersunt, omnino se arctet, ne passibilitate aliqua vitet
Vbique gustanda est cum mulieribus, non continuata
Qualis fœminis adhibenda sit accessio. præsentia, sed quasi transeunter fœminis adhibenda
accessio, quodammodo fugitiua. Sic igitur ambula
agite, vt semper in clericis ecclesiæ senatus cãdu
stet. Seueritas in vobis circa fœminas vigeat, au
polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur. Et, vt
omnia colligamus ad clausulam, breuiarium relegen
[a] *Ad Philip. 4. cap.* vobis, quod Paulus Apostolus insinuat[a]: De cæter
tres, quæcumque sunt vera, quæcumq; pudica, quæcu
que iusta, quæcumque sancta, quæcumq; amabilia, quæ
cumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disci
hæc cogitate, quæ didicistis, & accepistis, & audis
vidistis in me, Hæc agite, & Deus pacis, & dilectio
erit vobiscum.

Huc pertinent & illa, quæ in Synodo Iprensi
[b] *cap. 2. & 3. de vit. & hon. ministr. eccl.* sunt[b]: Quia non solùm à malo, sed etiam ab omni
mali ministris Dei abstinendum est; inhibemus om
bus presbyteris, ne cum suis ancillis, quantumcunq
honestis, nimiam contrahant familiaritatem, aut co
iis ad conuiuia quantumuis honesta etiam vocati ac
dant, aut etiam ad forum negotiorum causa, multo
minus ad tabernas, aut choreas. Inhibemus etiam
laicis quàm clericis nobis subditis, ne in suis domibus
aut alibi concubinas, aut alias mulieres aliqua ratione
suspectas foueant, aut teneant, etiam prætextu cog
guinitatis, vel affinitatis; &, si quas habeant, illas
dimittant, & expellant. Mulieres quoque si à nob
monitæ, ab eorum consortio se non retraxerint, e
oppidum, vel diœcesim nostram ejiciendas decer
Imagines quoque, aut picturas lasciuas, aut obscœ
suis domibus, aut hortis nullo modo presbyteri
aut habeant.

Incontinentia clericorum quomodo puniendæ sint.

CAP. VIII.

QVAM turpe, ac clericorum nomine, qui se diuino
cultui addixerunt, sit indignum, in impudici
for

sonibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoq; clericalis militiæ dedecore testatur. Vt igitur ad eam, quam decet, continētiam, ac vitæ integritatem ministri ecclesiæ reuocentur; populusque hinc eos magis discat reuereri, quo illos vita honestiores cognouerit, prohibet sancta Synodus Tridentina [a] quibuscumq; clericis, ne cōcubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio in domo, vel extra detinere, aut cum iis vllam consuetudinem habere audeant; alioquin pœnis à sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis puniātur. Quod si à Superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuū beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum ipsofacto sint priuati, quæ fabricę ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadem vel alia fœmina perseuerantes, secunda monitioni adhuc non paruerint; nō tantùm fructus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur; sed etiam à beneficiorū ipsorum administratione, quoad Ordinarius etiam vti Sedis Apostolicę delegatus arbitrabitur, suspendantur: &, si ita suspensi, nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & pensionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuò priuentur, atque inhabiles, ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitæ emēdationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispēsandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur [b]. Nec quęuis appellatio aut exemptio prędictam executionem impediat, aut suspendat: supradictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat; qui sine strepitu, & figura iudicii, & sola facti veritate inspecta procedere possint. Clericis verò beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes,

[a] *sess. 25. de refor. cap. 14. c. 1. et alibi sequēt. tit. de cohabit. cleric. et mulie. c. interdixit. dist. 32. c. cum omnibus. c. volumus. c. fœminas, & aliis. dist. 81. Concil. Nicæn. 1. cap. 3. Carthag. 3. cap. 18. Matiscon. 1. cap. 1. Arelaten. 2. cap. 3. Toletan. 2. cap. 3. Braccaren. 1. cap. 15. Turonen. 2. cap. 11. et 12. Maguntiac. 1. cap. 49.*

[b] *c. si quisquā. cum 2. sequent. & c. si autem. de cohabit. cleric. & mulier. c. si concubinæ. de sentent. excom. Cōcil. Aurelianen. 3. cap. 4.*

habentes, iuxta delicti, & contumaciæ perseuerantiæ & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda aliisve modis iuxta sacros canones puniantur. Episcopi quoque, quod absit, si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo prouinciali admoniti, se non emendauerint, ipso facto sint suspensi; &, si perseuerent, ad sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur; qui pro qualitate culpæ, etiam grauationem, si opus erit, in eos animaduertat.

Incontinentia clericorum quomodo olim puniri solita.

CAP. IX.

CAETERVM, quia prædicta Synodus Tridentina voluit & sanxit, vt si clerici concubinas, aut alias mulieres de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra detinere, aut cum eis vllam cōsuetudinem habere audeant, pœnis à sacris canonibus impositis puniantur, operæ pretium facturi videmur, si illas hic apponamus, vt illis cognitis, si non virtutis amore, saltem formidine pœnæ, libidinem & incontinentiam suam coërceant, & refrænent. Inprimis autem contra fornicarios in canonibus Apostolorum constitutum legimus, Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum. Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant, quia quod honestum, & pudicū, & honestū est, tenere Ecclesia omnino debet [c]. Idcirco B. Iuo ab Apostolis statutum refert vt sacerdotes, & leuitæ cum mulieribus non cocāt, in ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Nam quin diuinarum legum est disciplina, vt incontinentes officiis talibus positi, omni honore ecclesiastico priuentur, & ad tale ministerium non recipiantur, quis dubitet? continentia oportet impleri. Scriptū quippe est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.

Atque hanc continentiam adeo illibatam, & inuiolatam B. Clemēs D. Petri discipulus & in pontificatu successor seruari voluit, vt coniugatis post ordinationem

Antiquæ fornicariorū pœnæ.

a *can. 24. vt habet Iouerius, & c presbyter, aut diaconus. dist. 81.*

b *Naum. 1.*

c *Syricius papa epist. 4. cap. 9. et Innocen. 1. epist. 2. cap. 9.*

d *par. 6. decret. cap. 193. et 194.*

e *Leuit. 11. 19.*

cubile vxoris suæ inuadere non permiserit, dicens[a]: Ad dominica mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem suam coniuges suas non nouerint. Quodsi post ordinationem ministro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, sacrarij non intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici corporis portationem accedat, nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus. Sed ostia forinsecus claudat, minora gerat officia: vrceum siue calicem ad altare non ferat. Clericum verò solum ad fœminæ domum accedentem sine maioris sacerdotis iussione, vel cum sola fabulas miscentem deponi voluit[b].

Syricius verò Papa Episcopo cuidam scribens[c]: Sacratissimos, inquit, ordines clericorum in venerandę religionis iniuriam ita per vestras prouincias calcatos, atque confusos, charitate tua nobis instruente reperimus, vt Hieremiæ nobis voce opus sit[d]: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum meum hunc die, ac nocte. Si ergo B. Propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lachrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore compellimur facinora deplorare, quibus præcipuè secūdum B. Paulum[e] instantia quotidiana, & solicitudo omnium ecclesiarum incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Plurimos enim sacerdotes Christi, atque Leuitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugiis propriis, quàm etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac pręscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generādi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum, præceptor vitiorum, si existimat, quod in lege Moysi passim sacris ordinibus à Deo nostro relaxata sunt fræna luxuriæ; cur eos, quibus committebantur sancta sanctorū pręmonet, dicēs[f]: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester? Cur etiam procul à suis domibus anno vicis suæ in tēplo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cū vxoribus suis possint

a *epist. 2. & c. ministri dist. 81. & Iuo 6. par. decret. cap. 87. & 94.*

b *Iuo 6. par. decret cap. 89. c. clericus. dist. 81. et d. epist. 2.*

c *epist. 1. cap. 7.*

d *9. cap.*

e *2. Corinth. 11.*

f *Leuit. 20.*

possint carnale exercere commercium, vt confect
integritate fulgentes, munus acceptabile Deo offer
quibus expleto deseruitionis suæ tempore, vxor
vsus solius successionis causa fuerat relaxatus quas
ex alia, nisi ex tribu Leui quisquam ad Dei minis
præceptus fuerat admitti[a]. Vnde & Dominus, cum
suo illustrasset aduentu, in euangelio protestatus
legem venit implere, non soluere. Et ideo eccles
ius sponsus est, forma præ filiis hominum studio
stitatis voluit splendore radiare, vt in die iudic
rursus aduenerit, sine macula, & ruga eam pos
per Apostolum suum instituit[c], reperire. Quam
ctionum sacerdotes omnes, atque leuitæ insolubi
constringimur, vt à die ordinationis sobrietati
citiæ, & corda nostra mancipemus, & corpora
do per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie
mus, sacrificiis placeamus. Qui autem in carne
cente electionis vase, Deo placere nō possunt[d]. Nos
tem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen
Dei habitat in vobis. Et vbi poterit, nisi in corpo
sicut legimus, sanctus Spiritus Dei habitare? Et qui
quāti de quibus loquimur, vt tua sanctitas retul
ratione lapsos se esse dicant, his hac conditione
cordiam dicimus non negandam, vt sine vllo
augmento in hoc, quo dejecti sunt, quamdiu
officio perseuerent, si tamen post hoc continen
duerint exhibere. Hi verò, qui illiciti priuilegii
tione vtuntur, & sibi asserunt veteri hoc lege
nouerint se ab omni ecclesiastico honore (quo
vsi sunt) Apostolicæ Sedis auctoritate dejectos,
quam posse veneranda tractare mysteria, à qui
ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, pri
Et quia exempla præsentia cauere nos præmo
turum, si quilibet Episcopus, presbyter, aut
(quod non optamus) fuerit talis inuentus; iam
omnem per nos indulgentiæ aditum intellig
tum: Quia ferro necesse est vt abscindantur
quæ fomentorum non sentiunt medicinam. Qu
propter peccata iubentur deponi, post condign
nitentiam in suo ordine poterunt reparari[e].

a *Iuo 6. par. decret. cap. 50. & plurimos dist. 82.*
b *Matth. 5.*
c *Ephes. 5.*
d *Rom. 8.*
e *c. quia aliquanti. dist. 82.*

Atque hanc Syricij sententiã approbans Innocentius Papa primus, Archiepiscopo Tholosano rescripsit [a]: Proposuisti quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos incontinentes esse, aut fuisse generati filij prodiderunt. De his enim manifesta est diuinarũ legum disciplina, & beatæ recordationis Syricij Episcopi monita euidentia commemorant [*], vt incontinẽtes in officiis positi talibus omni honore ecclesiastico priuarentur; nec admittantur ad tale ministeriũ, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas, iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habiturę præcepti, sunt sacerdotes; vt seruientes sacris oblationibus, puros, & ab omni labe purgatos sibi vendicent diuina ministeria: neque eos ad sacra officia fas sit admitti, qui exercent etiam cum vxore carnale consortium: Quia scriptum est [b]: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester. Quibus vtique propter sobolis successionẽ, vxoris vsus propterea fuerat relaxatus, quia ex aliena tribu ad sacerdotium nullus fuerat aptus accedere. Quò magis ipsi sacerdotes, vel leuitæ publicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus & sacerdotium, vel ministeriũ sine successione est: nec præterit dies, qua vel à sacrificiis diuinis vel baptismatis officio vacent. Nam sic Paulus ad Corinthios scribit, dicens [c]: Abstinete vos ad tempus, vt expeditius vacetis orationi, & hoc vtique laicis præcepit. Multò magis igitur sacerdotes, quibus & sacrificandi, & orãdi sæpe officium est, semper debebunt ab huiusmodi contagio abstinere. Quia si contaminatus fuerit carnali concupiscẽtia, quo merito se posse exaudiri credit, cùm dictum sit [d]: Omnia munda mundis? Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum: sed coinquinata est eorum mens, & conscientia. Sed fortasse hoc sibi licere credit, quia scriptum est; vnius vxoris virum. Non hoc, vt permaneat in concupiscentia generãdi: sed propter incontinentiam futuram; quod apertius declarauit dicens: Qui autem sunt in carne, Deo placere nõ possunt. Vos autem iam nõ estis in carne, sed in spiritu. Sed re plane dispar, & diuersa sententia est. Nam si ad aliquos

a *c. proposuisti. dist. 81.*

[*] *al.* emanarũt

b *Leuit. 20.*

c *1. Corinth 7.*

Cur sacerdotes nunc magis, quàm in veteri lege à connubio abstinere debẽt.

d *Tit. 1.*

Quomodo à Paulo scriptũ sit Tito 1. cap. & 1. Timoth. 3. oportet Episcopũ vnius vxoris esse virum.

aliquos forma ecclesiasticæ vitæ pariter, & disciplinæ quæ ab Episcopo Syricio ad omnes prouincias commeauit, non probatur peruenisse: his ignorãtibus vera non negabitur; ita vt de cætero penitus incipiant abstinere, & ita gradus, in quibus fuerint inuenti retineri, vt eis non liceat ad potiora conscendere, quibus in beneficio esse debet, quod tunc ipsum locum, quem tenent non amittunt. Si qui autem scisse formam vnam missam à Syricio detegũtur, neque statim cupiditatem libidinis abiecisse; illi sunt modis omnibus submoti, qui post admonitionem cognitam, præponẽdam attrati sunt voluptatẽ. Atq; hanc suam sententiã rescindit quoque idem Innocentius aliis quibusdam Episcopis. Alexander verò Papa secũdus clero Mediolanensi rescripsit [b]: Eos, qui vt fornicari eis liceat, diuinũ officium derelinquunt, & à Deo recedentes, diabolo, & [illegible] eius seruiunt, sicut se iustissimè ab officio alienos [illegible] ita beneficio ecclesiarum priuatos esse iudicamus.

a *epist. 5. & c. Maximianus. dist. 81.*

b *c. eos etiam. dist. 81.*

Innocentius verò tertius Papa statuit in concilio generali Lateranensi [c], vt qui comprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones. Si [illegible] verò hac de causa suspẽsus præsumpserit celebrare diuina, non solùm ecclesiasticis beneficiis spolietur, verumetiã pro duplici culpa perpetuò deponatur. Prelati verò, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari subiaceãt vltioni. In cõcilio verò Gangrensi referente Gratiano statutum legitur [d]: vt presbyter si fornicationem fecerit, quanquam secundum canones Apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem B. Syluestri, si in vitio non perdurauerit, si sua [illegible] confessus, adiecit vt resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat: tribus quidem mẽsibus à cæteris [illegible]tus, pane, & aqua à vespera in vesperam vtatur: [illegible] autẽ diebus dominicis, & præcipuis festis modico [illegible], & pisciculis, atque leguminibus recreetur, sine carne, & sanguine. Ouis, & caseo vtatur, sacco indutus humi [illegible] hæreat, die, ac nocte misericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus continuis exeat [illegible] in [illegible]

c *c. vt clericorum. de vit. & honest. cler.*

Pœna celebrãtis ob incontinentiã suspensi.

d *in c. presbyter. dist. 82.*

Pœnitentia fornicarij.

in publicum non procedat: ne grex fidelis in Deo scandalum patiatur. Nec enim debet sacerdos publicè pœnitere, sicut laicus. Postea aliquantisper viribus resumptis, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus, in quibus vino, & sanguine, ouis, & caseo iuxta canonicā mensuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & sanguinis Domini (ne indurescat) particeps fiat, & ad pacē veniat: psalmos cum fratribus in choro vbi mos canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem [a], minora gerat officia. Deinde verò vsq; ad expletionem septimi anni omni quidē tempore (exceptis Paschalibus diebus) tres legitimas ferias in vnaquaq; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto septimo anni circulo, si fratres, apud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiam laudauerint, Episcopus in presbyterum honorem iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem [b] eum reuocare poterit. Sanè sciendum, quod secundam feriam vnum Psalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando (si opus est) redimere poterit. Feriis autem septem annis, deinde vsque ad finem decimi anni sextam feriam (nulla interueniēte redemptione) obseruet in pane, & aqua. Eadem quoque pœnitētia erit sacerdoti imponenda de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ in depositionem eum inducunt. Neque hoc cuilibet onerosum videatur, si sacerdos post lapsum (vt supra dictum est) pœnitēs ad pristinos redeat honores.

a *in epist. ad Iacob. fratrem Domini.*

b *c. ponderet, dist. 50.*

Ob peccata depositionem merentia, quæ sacerdotis sit pœnitentia.

Harum Innocentius tertius renouans constitutionē Vrbani Papæ secundi sanxit [c], eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu sunt positi, si caste non vixerint, excludēdos ab omni eorundem gradūs dignitate. Gregorius verò omnibus clericis per regnū Italicum, & Teutonicum constitutis scribēs [d]: Si qui sunt, inquit, presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, qui immunde fornicationis iacēt, interdicimus eis ex parte Dei Patris omnipotentis, & sancti Petri auctoritate, ecclesiæ introitū vsq; dum pœniteāt, & emendent. Si qui verò in peccato suo perseuerare maluerint, nullus vestrū eorū præsumat audire officiū; quia benedictio eorū

c *in c. à multis, de ætat. et qual. et ordin. præfic.*

d *c. si qui sunt, dist. 81.*

verterur

vertetur in maledictionem, & oratio in peccatū; testante Domino per Prophetam [a]: Maledicam, inquit, benedictionibus vestris. Qui verò huic saluberrimo præcepto obedire noluerint; idololatriæ peccatum incurrunt. Samuele testante [b], & beato Gregorio instruente: peccatum ariolandi est, non obedire; & scelus idololatriæ non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis, dum Christianum se esse asserit, Sedi Apostolicæ obedire contemnit.

Cùm igitur ex præmissis constet varias fornicationes impositas esse pœnas, arbitrio iudicis relinquitur, secundum facti, & personæ circunstantias, & loco consuetudinem imponat vnam ex illis pœnam, vel graviorem, vel mitiorem. Imposita autem vna pœna, non poterit ad aliam transire, nisi contumacia crescente, [illegible] constet plures pœnas simul pro eodem delicto [illegible] ctas [c]. Meminerint tamen iudices, se non posse [illegible] pœnas à canonibus expressas, alioquin infames [illegible]

Quid cogitandum & meditandum illis, quos supra[illegible] pœnæ ab incontinentia non terrent, neque coercent.

CAP. X.

QVODSI quis adeo libidinis, & luxuriæ voluptate inescatus, & excæcatus sit, vt prædictæ temporariæ pœnæ eum à fornicatione coercere, & prohibere nequeant, illum velim cogitare à D. Paulo pronuntiatam sententiam [e]: Fornicarios regnum Dei non possessuros; sed partem eorum, vt D. Ioannes [illegible] prædixit [f] in stagno ardenti igne, & sulphure futurum. D. verò Hieronymus dicit [g], acerbiora gehennæ [illegible] sacerdotibus, & clericis fornicantibus reseruari. [illegible] extremis positus in præsentia Dominici corporis [illegible] stum his verbis alloquebatur: Væ sumentibus [illegible] gnè, certè ad sui reatum, & pœnam te denuò [illegible] Heu quid dicam, ô Domine, quoniam sacerdotes te hodie comedunt in altari, quemadmodum vulgum, & pecudum carnes in mensa; quoniam noctu [illegible] mulierum actu turpissimo, & manè te comedunt [illegible] brando. Væ vobis sacerdotibus, qui eodem ore [illegible] mini filiam Veneris, quo paulò ante sumpsistis [illegible]

Vipera

a *Mala. 2.*

b *1. Reg. 15. Inobediens sedi apostolicæ paganitatis peccatū incurrit.*

c *Hostien. in c. 2. et in summa. de cohab. cler. et mul. Panor. in c. sicut. eod. tit. & in c. at si clerici de iudic. Decius & Felin. in d. c. at si clerici. glos. in prag. sanct. tit. de concub. §. eadem diligētia.*

d *c. de causis, et ib. Host. Felin. & alij DD. de offic. delega. l. quid ergo. et ibi Bart. ff. de his qui not. infam.*

e *1. ad Corint. 6. cap. & ad Galat. 5.*

f *Apocal. 20.*

g *vt habet Dionys. Richel. de vita eccles. art. 14. et Iudo. Clichth. tract. de vita & morib. sacerd. cap. 20. Væ, vę, væ huiusmodi sacerdotibus.*

Virginis Mariæ. O impij, Iudæ oſculo filium hominis tradis? Vbi ô Domine latitas? Dormíſne, an vigilas? ſine vbi horum obſequiũ acceptum? Eſt hæc oblatio, quam eligis? Ecce mundus ſacerdotibus plenus, & tamẽ vix vnus de centum eſt bonus. Nulla in mũdo tam crudelis eſt beſtia, quàm malus, & laſciuus ſacerdos. Huic in perſona Chriſti loquitur Auguſtinus[a]: Noli, ô ſacerdos, me amplius peccando affligere: plus namq; me ladit, hoc eſt amplius diſplicet mihi vulnus tui peccati, quàm vulnus lateris mei: magis delinquis, qui me in cœlis regnantem fornicando offendis, corpusq; meum, & ſanguinem irreuerẽter tractas, & plebem meam, pro cuius ſalute crucifigi dignatus ſum, ſcandalizas, quàm qui me in terris ambulantẽ crucifixerunt. Vnde D. Bernardus[b]: Nullũ, inquit, adhuc de fornicatione fecimus verbum, quamuis & hæc in multis etiam multipliciter regnet, cui puritatis auctori impuro corde, & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare angelum Domini, qui ſecet medios, & diſperdat, ſed omnino audent agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulo antè carnes, proh dolor, meretriceas attrectauerunt: ſic altaria circuunt, ſic frequentare pſalmos, cùm & eiuſmodi laus execrabilis, & oratio ſit in peccatum.

Audi inſuper, ô ſacerdos, exhortantem te ſanctum Bernardum his verbis[c]: O ſacerdos, os tuum quotidie vestpraculum, & quaſi ſepulchrum Chriſti efficitur, cur vanum mentitur, cur lubrica loquitur, cur anima tua vulnus afficitur, cur oculi tui aſpiciunt vanitatem, qui quotidie in altari ante ſe habent Chriſtum altiſſimam veritatem? Cur manus tuas extendis ad illicita, & immunda, quæ tractant præſtantiſſima, & illibatiſſima ſacramenta? Cur te vino, aut ebrietate ingurgitas, qui Saluatoris ſanguinem potas, & ſpirituali refectione plenus eſſe debes? Nónne ſceleratiſſimum atque turpiſſimum eſt manus Deo dedicatas, & ſacro chriſmate conſecratas mulierum impudicarũ corporibus, ac pudendis ingerere, & eiſdem ſacroſanctum Domini corpus tangere? ô quàm nefarium, quàm tremendum eſt, ac temerarium, pollutis manibus tractare filiũ Virginis matris,

a *vt Dionyſ. habet d. loco. Qui ſacerdotes Chriſtum rurſum crucifigere cenſeantur.*

b *in ſerm. ſuper illo: Ecce nos reliq. & Dionyſ. Richel. in 4. cap. Oſeæ.*

c *vt habet Dionyſ. Richel. d. art. 14. Hæc, quæ ſe, ſacerdos ſemper animo reuoluat.*

Bernard. in declama. de bonis deſerendis.

vnigenitum Dei Patris, & ſordido ore ſumere illū, qu
omnem tranſcendit ac ſuperat intellectū. Quis non ex
beſcat, & expaueſcat, vbi præſtantiſſimum ſeculi pret
proijcitur in ſterquilinium? Lubricus namque lacun
omni luto eſt turpior, & omni cloaca impurior.

a c.1.33.q.4. Rurſum D. Hieronymus [a]: Sciatis inquit, frater
riſſimi, quoniam quicumque vxori debitum red
care nō poteſt orationi, nec de carnibus agni comed
debet. Item ſi panes propoſitionis ab his, qui
ſuas tetigerant, comedi non poterant, quāto magi
panis, qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui
iugalibus paulò antè hæſere complexibus, violari, a
contingi: Non quòd nuptias cōdemnemus, ſed quo
tempore, quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare
carnalibus operibus debeamus. Cuius rei causam
Thomas aſsignat, dicens [b]: quia quamuis actus
pulæ coniugalis abſque culpa fieri queat, tamen
luptatem ei annexam deprimit, & à deuotione
mentem. Itaq; ſi coniugatis, & ſe abſq; peccato
ſcentibus cōmunicare non licet die proximè
nocti, qua cognouerunt ſe inuicem, quām indigne
cerdotes in die celebrant, qui nocte præcedente
tione corpus, & animam contaminarunt? In
vt idē D. Hieronymus inquit [c], fornicator
minis eſt, quia tollit membra Chriſti, & facit
meretricis. Erunt quippe duo in carne vna. Qui
fidelis, nec credit in Chriſto, membra ſua
meretricis. Qui credit, & fornicatur, Chriſti
membra meretricis. Econtrario infidelis in
ſua vtrum violet, an ædificet templum idolo,
vitia quippe luxuriæ maximè dæmones
vnum ſcio, quod qui poſt fidē Chriſti
templum Dei. Secundum opus carnis
cupatur, & eā comes luxuria ſequitur. Quo
in veteri lege de nefandis criminibus, quæ
fiunt, & ea, quæ nominare etiam turpiſſimum
dicentis os, & aures audientium polluerētur,
ſcriptura complexa eſt, dicēs: Verecundos, vel
tes facite filios Iſraël ab omni immunditia:
loco cęteras extraordinarias voluptates, ipſam

b *Super 4. ſentent. vt refert Dionyſ. d. art. 14.*

Cur coniugati poſt copulā prohibeantur poſtridie communicare.

c *c. in eo. 32. q. 4.*

Fidelis fornicās Chriſti mēbra facit meretricis membra.

opera nuptiarum, si non verecūdè, & honestè, quasi sub oculis Dei fiant, & vt tantùm liberis seruiatur, immunditiam, & luxuriam nominauit. Certè nullus intellectus cōcipere, nulla lingua potest exprimere, quàm enormiter peccent hi, qui tam turpissimis vitiis inquinati, cœlestia atque purissima Christi mysteria audent conficere, sumere, & tractare, ac sacratissima missæ, & canonis verba polluto ore proferre. De talibus igitur loquitur Christus iudex supremus per Osee prophetam [a]: Iuxta desiderium meum corripiam eos. Ecce occurram eis quasi visa, & quasi leæna raptis catulis disrumpam interiora eorum, & consumā eos, vt leo. Tunc iuxta Psalmistam [b] loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, ponetq; eos, vt clibanum ignis in tempore vultus sui. In ignem deijciet eos, & in miseriis non subsistent, sicut per Ezechielem effatur [c]: Ecce complosi manus meas super malitias vestras. Nunquid sustinebit cor vestrum, aut præualebunt manus vestræ in diebus vindictæ? Et conflabo vos, & succendam vos in igne furoris, & conflabimini in medio eius, sicut conflatur argentum in medio fornacis, & requiescam. Quibus etiam ait per Malachiam [d]: Et nunc verbum istud ad vos, ò sacerdotes, qui polluitis nomen meum. Ecce ego proijciam super vos stercus solennitatum vestrarū, & assumet vos secum; hoc est, fœda, & carnalia opera vestra, quæ & in festis committitis, improperabo, imputaboq; vobis, & cum sceleribus vestris in ima acherōtis mittis, vt super calidissimo igne illo sulphureo tantò atrius in æternum vramini, quantò hic intentiore affectu, maioriq; voluptate carnalibus inhæsistis, quemadmodū in Apocalypsi locutus sum [e]: Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormētum, & luctum.

Diaconi autem & subdiaconi à prędictis pœnis & minis, si fornicati fuerint, immunes non erūt: nam propter officii sui dignitatem, & excellentiam casti & continentes esse debent. Quia sine diaconis, vt B. Isidorus inquit [f] sacerdos nomē non habet, officiū non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro sacramēti dispensatio est. Ille oblata sanctificat: hic sanctificata dispensat, Ipsis etiam sacerdotibus propter præsumptionē

a cap. 13.

b Psal. 2. 20.

c 22. cap.

d cap. 2.

e cap. 18.

Diaconi & subdiaconi fornicātes à diuina vtione immunes nō erūt.

f lib. 2. de eccl. offic. cap. 8.

non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis tra-
ditus fuerit à diaconibus. Leuitæ inferunt oblationes in
altaria, Leuitæ componunt mensam Domini. Qui pro-
pterea altario albis induti assistunt, vt cœlestem vitam
habeant, candidique ad hostias, & immaculati accedant,
mūdi scilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim
decet Dominum habere ministros, qui nullo carnis cor-
rumpantur contagio, sed potius eminentia castitatis
splendeant. Quales enim diaconi ordinentur Paulus
postolus plenissimè scribit ad Timotheum [a]. Nam ut
præmisisset de sacerdotū electione, continuò subiunxit:
Diaconi similiter irreprehensibiles, hoc est, sine macula,
sicut Episcopi, pudici vtiq;, id est, à libidine continentes,
non bilingues, ne scilicet conturbent habentes parentes,
non multo vino deditos, quia vbi ebrietas, ibi libido
dominatur, & furor. Non turpe lucrum sectantes, ne
cœlesti mysterio lucra terrena sectētur, vel plus de præ-
sentibus, quàm de futuris cogitent. Hi autem prosint
primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Hi
vtique, sicut Episcopi ante ordinationē, probari debent,
si digni sint, & sic postea ministrare.

Diaconi eminentia castitatis splēdere debent.

a 1. ad Timot. 3. cap.

Quales diaconi ordinari debeant.

Subdiaconi verò, vt idem Isidorus inquit [b], vasa quo-
que corporis, & sanguinis Christi diaconibus ad altaria
Dei offerunt. De quibus quidem placuit patribus, vt qui
sacra mysteria contrectant, casti, & continentes sint ab
vxoribus, & ab omni carnali immunditia liberi, iuxta
quod illis Propheta dicente iubetur [c]: Mundamini, qui
fertis vasa Domini.

b d. loco cap. 19. et Iuo 6. par. decret. cap. 9.

Subdiaconi ab omni carnali immūditia debent esse liberi.

c Isa. 52. cap.

Præterea contrectatio, & vsurpatio rei alienæ inuito
Domino eius est furtum, si contingat occultè: Rapina
verò quando fit palam: Abusus quoque rei sacræ, sacri-
legium nuncupatur. Similiter furtum & rapinam
Deo consecratarum, sacrilegia ritè cēsentur. Sacerdotes
ergo, & alij in sacris cōstituti fornicantes sacrilegi sunt,
& furtum committunt sacrilegum, sacrilegamque ra-
pinam, subtrahendo seipsos cultui creatoris, & ad ipsius
puritatis; atque spurcissimis vitiis, ac rebus carnalibus
fœdis, ac fœtidis se tradendo, & viliter seruiendo. Quia
si sublatio, & violatio calicis enorme est furtum, sacri-
giumque horrendum, quanto magis subtractio, & [illegible]

Fornicatio clericorum sacro aliquo ordine initiatorū sacrilegium est.

bito rationalis creaturæ Deo consecratæ, oblatæ, ac
mancipatæ[a]? Sacrilegium autem hoc, delictũ profectò
est maximum, grauiusq; adulterio, imò etiam crimine
læsæ maiestatis, & publicum, & infamans, & exceptum,
atque reseruatum; propter quod clericus iure communi
priuatur officio, & beneficio, & detruditur in monaste-
rium[b], vel deponitur[c]. De iure verò ciuili pro qualitate
personæ, rei conditione, & temporis, pœna pro hoc cri-
mine imponitur, ita vt multi ad bestias damnẽtur; non
nulli viui exurantur; alij in furcã suspendantur[d]. Deinde
grauiter scriptura sacra insectatur duos filios Heli sacer-
dotes, Ophni, & Phinees; quòd, inter cætera mala sua
opera, dormirent cum mulieribus, quæ obseruabant ad
ostium tabernaculi[e]. Neque plagam illis à Domino il-
latam fuisse, cum refert eos ambos in prælio contra
Philistæos interemptos esse[f]. Timeant itaq; sacerdotes,
& alij clerici eodem laborantes peccato, ne perpetua
morte à Domino damnentur.

a *Diuus Richel. de vita eccles. art. 13. & Clichth. de vita & morib. sacerd. cap. 21. Syluest. in verb. luxuria.*

b *Lancilot. in præto. & curi. breui.*

c *Hostien. in summa tit. de accusat. §. quis sit effectus. vers. & gratia excipi. & tit. de crim. sacril.*

d *Hostien. & Lancil. locis allegatis.*

e *1. Reg. 2. cap.*

f *1. Reg. 4. cap.*

Dauid licet necessitate adactus non potuit comedere
panes propositionis, nisi ab Achimelech sacerdote inter-
rogatus asseruisset, & se, & socios suos à mulierum con-
tactu esse mundos, & tres dies antè, se ab earum cõgres-
su prorsus continuisse[g]. Lege quoq; Mosaica statutum
erat[h], vt sacerdotes, qui accederent ad Dominũ, sanctifi-
carentur, ne percuteret eos; &, vt homo, qui haberet
maculam, non offerret panem Deo[i]. Item quod anima
pollutæ, quæ ederet de hostiis pacificorũ, periret de po-
pulo[k]. Quanta ergo nostrorum sacerdotum, & aliorum
ecclesiasticorum est impietas, qui corpus, & sanguinem
Saluatoris, & vnici filij Dei conficiunt, contrectant, su-
munt, & porrigunt aliis, tamen in sordibus suis manent
nunquam; luxuriosè, impiè & magno cum scandalo vi-
uentes. Huiusmodi autẽ publici, & notorij fornicatores,
quocumque etiam ordine constituti, licet in minori,
ab omnibus actibus suorum ordinum ipso iure sunt su-
spensi[l], & si interea vel vnicum actũ sui ordinis cuius-
cunq; exequantur, beneficiis suis priuandi sunt, ac per-
petuo deponendi, vt suprà à nobis demonstratum est
cap. 4. & 9. fiuntq; irregulares, cum quibus solus Papa
dispensare potest. Imò illius gratia, & dispensatione in-

g *1. Reg. 21.*

h *Exod. 19.*

i *Leuit. 21. cap.*

k *Leuit. 22.*

l *c. decernimus. dist. 28. c. præter. dist. 32. c. si qui sunt. dist. 81.*

digni censentur, si post suspensionem fornicationem admiserint[a], & toties, quoties ante huiusmodi dispensationem impetratam, actū sui ordinis exequuntur, totiens mortaliter quoque peccant. Nec mirum, cùm etiam mundanus fornicarius, & alius in quocumque mortali peccato constitutus, per quod à Deo separatus est, non possit exequi officium suum absque grauissimo peccato. Et sicut à suspensione, si post illam nullum actum ordinis executus sit, per Episcopum absolui debet, ita sunt qui asserant, & sustineant[c], ad solum Episcopum ecclesiastica ordinatione ipsius peccati fornicationis solutionem pertinere, & non ad quemuis simplicem sacerdotem, sicut & adulterij ea inferioris. Caueant igitur clerici in incontinentiæ vitium, & peccatum potius quàm à simplici sacerdote petant se absolui de hoc nefando crimine. Similiter quoque cauendum est confessariis ne ab istiusmodi peccato quenquam absoluant, nisi ipsum talem auctoritatem, & potestatem habeant absoluendi a peccatis Episcopo reseruatis. Nam cùm ista ecclesiastico rum præsertim in sacro ordine constitutorum fornicatio grauior sit crimine adulterij, cuius absolutio ad Episcopum pertinere non dubitatur; etiam & fornicationis prædictæ ad eundem Episcopum pertinere absolutio, iuxta D. Iudoci Clichthouei Theologi Parisiensis opinionem, & sententiam; qua in opusculo de vita & moribus sacerdotum[d] vehementer & eleganter exaggerat dictæ fornicationis, seu incontinentiæ sacerdotum grauitatem, & magnitudinem. Sed nunc propter concilij Mechlinensis decretum[e], possunt pastores, & alij confessarij in eiusdem prouincia ad confessiones audiendum secundum concilium Tridentinum admissi soluere incontinentem sacerdotem, nisi virginem corruperit, aut incestum cum consanguinea, aut sanctimoniali, vel adulterium notorium commiserit. Nam hæc peccata concilio Mechlinense reseruātur Episcopis absolutionis.

An autem clericorū in fornicationem prolapsorum officium sit audiēdum, priusquam pœnituerint, supponit Gregorius nonus Papa[f]; quod etsi quemlibet post mortali peccato, quoad seipsum, constet esse suspensum, non debet tamen in officiis euitari, quia quantū ad

a c.1. de sent. excom. in 6. c.1. de re iudic. in 6. Panor. in c. vestra. de cohabit. cler. et mul. Innoc. et Host. in c. si celebrat. de cler. excom. ministran. Syluest. in summa in verb. concubinarius.

b c. de homine. de celeb. miss. c. quotidie. de cōsecrat. dist. 2. Panor. in d. c. vestra. Dion. Richel. de vita eccles. art. 16.

c Clichtho. de vit. & morib. sacerd. cap. 21.

d cap. 21.

e tit. de sacram. cap. 6.

f c. fin. de cohab. cler. et mul.

etiam in quæstione proposita suspensus non est; nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam seu confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit.

Concubinariorum pœnæ antiquæ, & nouæ.

CAP. XI.

COncubinariorum pœnæ veteres à sacris canonibus decretæ, & à sancta Synodo Tridētina [a] nunc renouatæ, variæ, & diuersæ fuerunt. Primò enim Alexander secundus [b] Papa præcipiendo mandauit [c], vt nullus missam audeat presbyteri, quem scit concubinā habere indubitanter, vel subintroductā mulierem. Vnde etiam sancta Synodus hoc sub excōmunicatione statuit, decens: Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri S. Leonis Papæ, & Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam nō reliquerit, ex parte omnipotentis Dei & auctoritate Principum Apostolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino interdicimus, vt missas non cantet, nec etiam euangelium legat, neque epistolam ad missam, neque in presbyterio cum his ad diuina officia, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat. Innocentius verò secūdus Papa decreuit, & statuit [d]; vt hi, qui in ordine subdiaconatus, & supra vxores duxerint, aut cōcubinas habuerint, officio, atq; ecclesiastico beneficio careāt. Cū enim ipsi templū, & vasa Domini, & sacrariū Spiritussancti debeāt esse, & sint, indignū est eos cubilibus, & immūditiis deseruire.

Alexāder verò tertius Papa Cantuariēsi Archiepiscopo, & eius suffraganeis scribēs [e]: Fraternitati, inquit, vestræ mādamus, quatenus clericos vestræ iurisdictionis, qui in subdiaconatu, & supra fornicarias habuerint, studiose monere curetis, vt à se illas remoueant, eas vltra non minimè admissuri. Si verò acquiescere contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis, vsq; ad satisfactionē congruā suspēdatis. Et, si eas suspēsi præsumpserint detinere, ipsos ab eisdē beneficiis perpetuò remouere curetis. Quò pertinet & alterū eiusdem Pontificis rescriptum ad Episcopū Lugdunensem [f]: Si, inquit, clerici tuę

a *sess. 25. de reform. cap. 14. cuius decretū supra ponitur hoc lib. cap. 8.*

b *vel vt annotauit Quint. Heduus, Nicolaus 2. in concilio Mātuano celebrato anno Dn. 1065.*

c *in c. præter hoc. dist. 32.*

d *c. decernimus. dist. 28.*

e *in c. sicut, de cohab. cler. & mulier.*

f *in c. si autē. de cohabit. cler. & mulier.*

iurisdictionis (siue in sacris ordinibus, siue in inferioribus constituti) fornicarias detinent, nisi eas ad secundam vel tertiam commonitionem à se dimiserint, easdem de cætero contempturi, liceat tibi eos ecclesiis, vel earum portionibus appellatione postposita spoliare, officio ipsis nihilominus interdicto. Cæterùm si clerici publice concubinas habentes, diffiteantur se concubinarios esse, nec appareat contra eos legitimus accusator: respondit Innocentius tertius Papa [a]; si crimē eorum ita publicum est, vt meritò debeat appellari notorium, in eo casu testis, nec accusator est necessarius; cùm huiusmodi tamen nulla possit tergiuersatione celari. Si verò publicum est, non ex euidentia, sed ex fama; in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, nam non sit testimoniis [b], sed testibus iudicandum. Nihilominus si de clericis ipsis talis habeatur suspicio, vt ex scandalum generetur in populo, licet contra ipsos apparuerit accusator, iis tamē est canonica purgatio iudicenda: quam si præstare noluerint, vel defecerint in præstanda, canonica animaduersione sunt puniendi. Ceruntamen quamdiu ab ecclesia in tali statu toleratur, nec habent operis euidentiam, licitè ab illis diuinam misteria audiuntur, & alia sacramēta ecclesiastica recipiuntur. Sed si crimen notorium non diffitentur, vel de ipsis canonicè condemnati sunt, aut habeant operis euidentiam, tunc à talium officiis est abstinendum, eorumque tanquam in fornicatione iacentium ministeria sunt respuenda, vt peccādi licentia cæteris auferatur, & huiusmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur [c]. Sed ad abiurandas suas concubinas compelli non debent, ne in eandem fornicationem instinctu diabolicæ fraudis reducantes, periurij reatum incurrant. Verùm per suspensionem & interdicti sententiam debēt arctius cogi, vt multos ipsas à se ita remoueant, quod de illis sinistra fabula non possit haberi. Et si qui eorū ad ipsas redire, vel eas accipere fortè pręsumpserint, in illos debet perpetua excommunicationis sentētia proferri, vt alij eorum exemplo perterriti à similibus arceantur [d].

Præterea in concilio Basiliensi [e] contra concubinarios insignis edita est constitutio, qua cauetur: Vt quicunque

Quid Prælatis faciendum si clerici concubinas habētes negent se concubinarios.

a *in c. tua nos. de cohab. cler. et mul.*

b *hoc est, verbis nudè, siue iuramēto, prolatis. Hostiens. in d. c. tua nos. vel quæ deponuntur ex auditu alieno, & non ex eo, quod quis deprehendit proprio sensu. gloss. in l. 2. ff. de aqua pluuiæ. Panor. in d. c. tua nos.*

c *c. vestra. de cohab. cler. & mul.*

d *c. clericos. de cohabit. cler.*

e *sess. 20.*

clericus cuiuscumque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiamsi pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post huius constitutionis notitiam (quam habere præsumatur post duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis cathedralibus factã, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquam eadem confirmatio ad eorum notitiam peruenerit) fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus: quos suus Superior in fabricam, vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat. Necnon huiusmodi publicum concubinatum, vt primùm talem esse innotuerit, mox suus Superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat. Quam si non dimiserit, vel dimissam, aut aliã publicè resumpserit, iubet hæc Synodus, vt ipsum suis omnibus beneficiis omninò priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij, vsquequo cum iis per suos Superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum sint inhabiles. Qui si post dispensationem residuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alterius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quodsi hi, ad quos taliũ correctio pertinet, eos, vt prædictum est, punire neglexerint, eorum Superiores tam in ipsos de neglectu, quàm in illos pro cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In concilijs tã prouincialibus, & synodalibus aduersus tales punire negligẽtes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum, vel alia quæ digna pœna seueriter procedatur. Et si hi, quorum delictum ad summum Pontificem spectat, per concilia prouincialia, aut suos Superiores, propter publicũ concubinatũ reperiantur priuatione digni, statim cum prolixa inquisitionis summo Pontifici deferantur. Et eadẽ diligentia, & inquisitio in quibuscumque Capitulis generalibus, & prouincialibus, quo ad suos seruetur, pœnas alias contra prædictos & alios non publicos concu-

Concubinarij publici qui sint.

binarios à iure ſtatutis in ſuo robore permãſura ci autem intelligendi ſunt, non ſolùm hi quorum cubinatus per ſententiam, aut confeſſionem in iu ctam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſſit tergi ſatione celari, notorius eſt, ſed etiam qui mulierem incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & ſuum Superiorem admonitus, ipſam cum effect dimittit. Quia verò in quibuſdam regionibus iuriſdictionem eccleſiaſticam habẽtes, pecuniarius ſtus à concubinariis percipere non erubeſcunt, pau eos in tali fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledi æternæ præcipit, ne deinceps ſub pacto, compoſi aut ſpe alicuius quæſtus talia quouis modo tole aut diſſimulent. Alioquin vltra præmiſſam negligẽ pœnam, duplum eius, quod propterea recepera tuere ad pios vſus omnino teneantur, & compe

Spurij eccleſiaſticorum apud patres ſuos habitare non poſſunt.

Ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas hab modis omnibus curent à ſuis ſubditis etiam per ſecularis auxilium, ſi opus fuerit, penitùs arcere etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud ſuos cohabitare nõ permittant. Iubet inſuper ſa odus, vt etiam in prædictis Synodis, & Capitulo conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos ad p rum concubinarum dimiſſionem moneat diligenter iungit præterea omnibus ſecularibus viris, etiam i præfulgeant dignitate, ne vllum qualecumque impedimentum, quocumque quæſito colore, frau qui ratione ſui officij aduerſus ſuos ſubditos pro modi concubinatu, & aliis caſibus ſibi à iure p procedunt.

Cęterum, ne quis iſtud concilij decretum re contemnat, propterea quòd alia nonnulla circa creta ab Romanis pontificibus nõ fuerint recep dum quod ordinata, & facta in eodem cõcilio gen dem ſciſſuram recipiantur, & allegentur à Doct vt videre eſt per Florentinum [a], per Felinum [b], & ſtrum [c], denique per Nauarrum in enchiridio c riorum, & pœnitentium Gregorio 13. ſummo Pon ci dedicato, & ab eodem approbato, in quo [d] alleg etiam decreta eiuſdem concilij Baſiliẽſis poſt ſcil

a *in 3. par. tit. 25. cap. 2. § fin.*
b *in c. Rodulphus. de reſcrip.*
c *in Sum. in verb. excõmunicatio. 5. §. 7.*
d *cap. 25. nu. 98.*

salia. Adhæc istud prædicti cõcilij decretum de concubinatus insertum est concordatis inter Leonem 10. Papam, & Sedem Apostolicam, ac Regem Franciæ initis, à postea per Petrum Rebuffum insignem Iurisconsultum ac decretorum in academia Parisiensi professorem egregiè explicatum, & illustratum. Et post reformationem ceteri per delegatum Sedis Apostolicæ in Germania factam [a] Episcopus Hildemensis in Synodo diœcesana prædictum decretum cum aliis suis statutis publicari, & districtè obseruari præcepit [b].

a *anno Dom.* 1524.
b *anno Dom.* 1539. *cap.* 15.

In concilio prouinciali Moguntinensi [c] legitur; Quod ministri ecclesiarum, qui sacris functionibus operam suam adhibuerunt, nihil æquè conuenit, quàm vitæ castimoniæ intolerabileque videtur, quod contra conciliorum, sanctorumque Patrum auctoritatem passim concubinis adhæreant. Quis enim in ministrorum Dei collegio patiatur talem, quem Paulus [d] hominum consortio indignum iudicet, cum quo etiam ne cibum quidem sumendum putauit? Quia ergo clerici quidam Synodorum cuiusque diœcesis episcopalium specialiter desuper habitarum decretis, de dimittendis concubinis, ægrius perantant: ne in huiusmodi scandalo, & sordibus voluptatibus permittantur, quibuscumque locorum Ordinariis iniungimus, & seriò committimus, vt secundum canonum præcepta, & præcipuè Basilienſis concilij definitionem, concubinarios huiusmodi corrigant, atque emendent, easque mulieres, quæ citra scandalum, vnde offendiculum retineri non possunt, extra vicinium, ne commercij facultas, atque suspicio remaneat, amoueri procurent. Qua in re cùm sæpe compertum sit facilius ab initio malis resisti, quàm semel in ea dimersum rursus erigi, atque emergere, omnino Prælatis inuertendum præcipimus, ne patiantur iuniores clericos pernicioſa cohabitatione irretiri, à qua deinde extricari facile non queant. Ecclesiasticis etiam magistratibus, iuxta præfati concilij decretum, ne vllo sub pacto, compositione, aut spe cuiuscumque quæstus tales quouis modo tolerent, aut dissimulent, penitùs interdicentes, & si quis sit, vt brachium seculare in hanc rem implorent, iniungentes.

c *celebr. anno* 1549. *cap.* 102.
d 1. *Corinth.* 5.

In Syno-

a *in Germania anno 1548. cap. 2. Concubinatus clericorũ quorũdam toti ordini multum inuidiæ et odij peperit. Causæ ob quas vulgus tãt pere cõtra eccl. stę status seuiat et murmuret.*

In Synodo verò Treuirensi habito etiam mandatum est, vt clericorum concubinæ reformandi[a], legitur; quod vix dici possit quantum iam inde ab initio apud omnes fidei Catholicæ cultores consecratis hominibus concubinatus peperierit inuidiæ, atque consciuerit odij; audemus tamen, inquit, negare, non fateri, nullam aliam labem ebrietate, & concubinatu vulgi oculos acerbius offendisse, maioremque animum ad dedisse sæuiendi, ac murmurandi contra ecclesiam. At etiam illud negari non potest, quod præter omnia sacrarum literarum testimonia, præter canonum sanctiones, castimoniam initiatis sacris inculcãtium decreta, ipsa ratio quodammodo loquitur, ecclesiasticum hominem, qui diuinis legibus sese, & animarum saluti astrinxit, castitatẽ sectari oportere. Quomodo enim

b 1. *Corint 6. & 2. Corint. 6.*

iuxta Pauli admonitionem præstare possemus[b] vt adhæreamus Domino absq; vlla distractione? Cuius corpus nostrum templum sit habitantis in nobis Spiritus sancti, quem habemus à Deo, & nostri negotij ius iuris, qua ratione fieri potest, vt sine Dei iniuria matrimonio redigamur potestatem. Siquidem etiã mariti prij corporis ius non habet, sed vxor: Quid igitur nunc Spiritum sanctũ in ecclesiæ seruis habere dicimus, qui corpus suum scorti, per illecebrosum concubitum fecerint membrum? Hæc nimirum solicitè pensitanda visum fuit nobis, ac toti Synodo, non obstante priori contra concubinarios mandato à nobis emisso, de integro admonere, ac illos per Christũ rogare, vt, qui habitus castitatis vota non violauerunt, studeant ad vitam vsque tèrminum vitæ, incomparabile bonum ac immortant; memores quod agnum immaculatum, quocunque ierit, comitabuntur. Cęterum quicumq; carnis immundo quo nihil potest huiusmodi accidere indignius, aut passi sunt, conspurcatisque per exosam Deo impudicam membris in contumeliam sacrorum mysteriorum non verentur, illis nimirum, abactis huiusmodi nentiæ latrinis, piè consulimus (quoniã Deus benignus & misericors est) vt secũdum huius sanctissimæ Synodi decretum, se ad integritatem totos conuertant, pœnateant, culpam deprecentur, erroris sui veniam Deum, & homines consecuturi. Quando tamen

ſtis, vt veriſimile eſt, quoſdam adeo peruaſit, ac ita in totum labefecit, vt perquã exigua ſpes ſit à fornicationis maculis, vel diuturnitate temporis, vel R.mi gratia, tanquam mitiori medicina elui poſſe. In illos igitur primum diuinæ vindictæ metu, deinde Synodi huius cenſura eius paternitas decernit, vt ſimulatq́ue huiuſmodi in libidinis cœno volutari deprehendentur, ilico mãdati (in concilio Baſilienſi editi) contra cõcubinarios vigore, omnibus eccleſiæ bonis ſpolientur: ſcorta verò, aut de impura conſuetudine illorum nomine ſuſpectæ longiſſimè ab irretitorum miſereq́; captorum ædibus Synodi virtute, firmiſſimaq́ue R.mi auctoritate pellantur.

In concilio quoque prouinciali Coloniensi [a] de ſacerdotibus, & clericis beneficiatis, quibus concubinæ vel fœminæ de incontinentia ſuſpectæ, ſeu cum quibus ipſi de fornicatione diffamati fuerunt, manifeſtè cohabitãt, decretum, & pronuntiatum fuit; eos, qui tales fœminas apud ſe detinent, ſententiam ſuſpenſionis ab officio, & beneficio incurriſſe, mandando, & præcipiendo, vt eas tam procul è vicinia ſubmoueant, vt commerciis non detur faciliis occaſio, & ſuſpiciones omnes vitẽtur: ipſas verò fœminas, ſi in domibus, vel vicinia permanſerint, excommunicationis cenſura plectẽdas eſſe; voluit quoque, & iuſſit, vt eccleſiarum Prælati ſententiam memoratam contra concubinarios notorios & de cõcubinatu ſuſpectos diligenter exequerentur. Alioqui, ſi eorum negligentia ſuppleretur, pœnæ dignæ pro ea exigerentur. Quodſi qui libidinis furiis correpti inſtar equi, & muli, quibus non eſt intellectus, huiuſmodi ſuſpenſionis pœna non emendarentur, aut his ſuis mandatis facto cõtrario docerent, ſe non velle parere, contra hos tales ad vlteriorem beneficiorum priuationem, aliasq́ue duriores pœnas decreuit, & cenſuit eſſe procedendum.

Fuit inſuper in concilio habito in Germania ſub Concilio Cardinali Portuenſi Legato Apoſtolico ſtatutũ, vt ſi quis clericorum fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publicè concubinam, niſi poſt admonitionem canonicam illam à ſe prorſus expulerit, ex tunc iam beneficio, quàm & officio ſpolietur. Si verò nec ſic fœtorem ſuæ libidinis curauerit euitare, quia

crescente

a *eod. tempore cum prædicto celeb. an. 1549. ſub Adolpho 3. Archiepiſc.*

Crescente contumacia crescere debet etiã pœna.

crescente contumacia, crescere debet, & pœna, anathematis sententia feriatur. Qui verò obscœnis voluptatibus inhiantes concubinas vsque ad hæc tempora publicè tenuerunt, ne delictum præteritum transeat impœnitum, eos sub pœnitentiam duxit redigendos: vt si Canonici fuerint, 40. diebus in claustris suis in quadragesimali cibo iciunent. Si autem hæc agere contempserint, Prępositis, & Decanis, & Capitulis ecclesiarum sub anathemate prohibet, ne præbendarum fructus eis ministrent, nec ad chorũ, vel ad consortium Capituli eos admittant, nisi incœpta dicta pœnitentia, & peracta, præstito iuramento quod eas vlterius non resumant. Qui verò remotas resumere præsumpserint, decreuit eos beneficiis esse priuatos, vt illi ad quorum collationem eorum beneficia pertinent, ea idoneis personis assignent intra tempus in generali concilio comprehensum. Alioquin proximus Superior ex tunc ea studeat assignare. Si verò Decani, vel alij eorum confratres excessum eorum scientes dissimulare præsumpserint, eos detineat excommunicationis vinculo subiacere. De clericis rarius concubinariis expressum rigorem superius retinuari quoque voluit.

Postremò Pius quintus Papa omnes locorum Ordinarios instanter monuit, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcepit [a], vt statuta Tridentini concilij contra concubinarios tam clericos [b], quàm laicos [c] edita, diligenter faciant obseruari, reddituri Deo, ac sibi, si id omiserint, rationem. Statuta autem concilij Tridentini contra clericos concubinarios, suprà à nobis posita sunt [d]. Verùm quia Synodus Tridentina prohibuit quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut ullam consuetudinem habere audeant, sub pœnis clericis canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis. Si à Superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint, solvit ipsa quoque synodus alias pœnas; certamque rationem, & modum illos puniendi pręscribere videtur. Quæ pœnæ omnes cùm multæ ac diuersæ sint, quæret quis, ut importunè, qua pœna clerici concubinarij ab Ordinario puniri debeant, Quia quandocunque iura varias pœnas

a in sua constitut. edita an. Dn. 1566.
b sess. 25. de reformat. cap. 14.
c sess. 24. de refor. matrimo. cap. 8.
d hoc lib. cap. 8.

Quæstio de pœnis concubinariorum.

imponant, optio datur iudici; sed imposita vna pœna, non potest aliam infligere[a]. Ad quam quæstionem (alioquin rectius sentientium iudicio semper saluo) respondendum videtur: iudicibus considerandum esse, varios esse concubinarios. Alij enim sunt notorij, alij verò occulti, vel tantùm de concubinatu suspecti. Notorij autem, qui de concubinatu condemnati sunt, aut illum in iudicio sunt confessi; vel propter rei euidentiam, concubinatus nulla ratione occultari potest[b]: tales propter huiusmodi suum concubinatum iam factum, & commissum, licet in eo non perseuerent, sed concubinas suas relinquant, non solùm ab ordine, & beneficio arcendi sunt, sed admissi, & beneficiati, etiam deponendi, ac beneficio priuandi videntur. Siquidem suprà in initio huius capitis ab Innocentio papa 2. expressè sancitum esse retulimus: Vt hi, qui in ordine subdiaconatus, & suprà concubinas habuerint, officio, atque ecclesiastico beneficio careant. Nec intolerabile, vel durum nimis istud decretum cuiquam videri debet, quia eandem pœnam sacris initiatis, ob solam fornicationem, à canonibus impositam esse, suprà quoque à nobis demonstratum est[c]. Quibus nunc addendum videtur, à D. Gregorio in hæc verba rescriptum[d]: Peruenit ad nos, quosdã de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerij sui officiũ reuocari, quod omnino prohibemus; & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem, lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine careat, & ad altaris ministerium non accedat. Deinde Innocentius 3. refert[e] Vrbanum Papam 2. hoc promulgasse decretum[f] in ius pontificium relatum[g]: Erubescant impij, & intelligant, iudicio Spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si castè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Legitur quoque in iure canonico[h], quod prædictus Innocentius tertius mandauerit, vt diaconus quidam, qui non erubuerat publicè confiteri, se mulierem quandam carnaliter cognouisse, statim ab officio, & beneficio suspenderetur. Ex quibus & aliis suprà productis canonibus mani-

Responsio ad propositã quæstionem.

a *l. prætor edixit. et ibi gloss. ff. de iureiur. Bart. in l. 1. ff. vi bon. rapt. Panor. in c. si quisquam. de cohab. cler. & mulie.*

b *c. vestra. c. fina. & vtrobique gl. ss. et DD. de cohab. cler. et mulier.*

c *hoc lib. cap. 9*

d *c. peruenit. dist. 50.*

e *in c. à multis. de ætat. & qual. ta.*

f *c. erubescant. dist. 32.*

g *d. c. à multis.*

h *c. quam sit. de excessib. Prælat.*

manifestum satis videtur, quomodo notorij concubinarij & fornicatores puniri secundũ canones debeant, [illegible] quæ ad executionem sententiæ canonum requiruntur. Qui verò eò audacitatis, ac temeritatis peruenerint, [illegible] non obstantibus prædictis pœnis, sacrificare audeant, [illegible] non solùm suprapositis pœnis canonum afficiuntur, [illegible] & illorum missæ non sunt audiendę, nec illis pœnitendum, vt cum aliis ecclesiasticis diuinis officiis [illegible] sceant[a]. Et quia secundum iuris dispositionem [illegible] modi concubinariorum officium audiendum [illegible] quorum concubinatus, per euidentiam rei, quæ [illegible] uersatione celari non potest, notorius est, nisi pœnitentiam [illegible] rint[b] (vt hac ratione, peccandi licentia cęteris [illegible] & ipsi ad pœnitentiæ fructum trahantur[c].) Si [illegible] pœnitentiam, in tali statu celebrent, in irregularitatem ipso facto incidunt[d]. Quoniam referẽte Panormitano [illegible] Innocentius papa 4. apertissimè tenet[f], quod [illegible] fornicator celebrando efficiatur irregularis, quia [illegible] pensus à iure[g]. Suspensum autem à iure seu canone [illegible] lebrãdo effici irregularem, sic vt à nullo, quàm à [illegible] pontifice absolui, & ab illa irregularitate liberari [illegible] à præfato Innocentio diuersis constitutionibus [illegible] est[h]. Quocirca Panor. alibi quoque expressè [illegible] quod si fornicatio habet operis euidẽtiam [illegible] talis fornicator est suspensus directè à canone: & [illegible] inquit, per c. præter. dist. 32. vbi dicit text. Ex [illegible] tate Dei, & beati Petri sibi interdicimus, vt [illegible] cantet, &c. non enim video inter hæc verba [illegible] suspendo te ab officio, & ista: interdico tibi [illegible] Sed per prima verba infligitur suspensio, adeo [illegible] lebrans efficitur irregularis, vt probatur [illegible] die in c. 1. de re iudicata in 6. & in c. 1. de [illegible] eodem lib. ergo & per ista secunda verba, quia [illegible] quid per æquipollentia fiat[k]. Secus autẽ vbi [illegible] operis euidentia. & per hoc inquit soluitur [illegible] celebrãdo irregularitatem incurrat. hæc ille. [illegible] verò Archiepiscopus Florentinus à prædicta Panormitani sententia non discordans addit[l]; quod non [illegible] sacerdos, sed etiam in quocunque ordine [illegible] etiam in minori, est suspensus, quamdiu [illegible]

a c. nullus. c. præter. dist. 32. & vide supra cap. 10.
b c. fina. de cohabit. cler. & mulier.
c c. vestra. de cohabit. cler. et mulie. d. c. præter. dist. 32.
d c. 1. de re iudicata in 6. c. 1. de sent. excom. in 6. c. fin. de temp. ordin. Panor. in c. sicut. c. vestra. de cohabit. cleric. & mulier.
e in d. c. sicut.
f in d. c. 1. de sent. excom. in 6.
g per d. c. præter.
h in c. 1. de re iudic. in 6. & c. 1. de sent. excom. in 6.
i in d. c. vestra.
k c. licet ex quodam. de testib. & attest. l. non potest. ff. de legib.
l part. 3. tit. 27. cap. 3.

notoria fornicatione, ab omnibus actibus ordinum? & interim exequitur officia sua, etiam semel, efficitur irregularis, & indiget dispensatione Papæ; & allegat ad hoc Innocent,[a] Hostiens.[b] Archidiac.[c] & Anto. de Butrio[d]. Eandem sententiam sequuntur Sylvester de Prierio[e], & Martinus Nauarrus[f]. Quam omnibus clericis, & præsertim Canonicis notam cuperemus, ac proinde optaremus, vt illorum statutis capitularibus asscriberetur, & frequenter publicè in capitulo relegeretur. Quot enim, prò dolor, Canonici sunt Diaconi, subdiaconi, & clerici minoribus initiati, notorij concubinarij, vel fornicatores, qui in suo concubinatu, seu fornicatione perseuerantes, non semel, sed frequenter euangelium, vel epistolam solenniter decantant, vel alia diuina officia horum ordinum in ecclesiis obeunt; & quod irregularitatis laqueo se inuoluant secūdum canonicas sanctiones, à qua non, nisi per summum Pontificem, possint liberari, non aduertunt, maximo animarum suarum dispendio, & prælatorum suorum periculo, qui eos sic patiuntur in notorio cōcubinatu seu fornicatione diutius perseuerare. At si ab huiusmodi vitio cessauerint, & postidum pœnitentiam celebrarint, aut sui ordinis actum exercuerint ante dispensationem à sede Apostolica impetratam, quamuis mortaliter peccent, non tamen notam irregularitatem incurrunt[g].

Si quis verò dixerit, hodie non ita asperè in hoc concubinatus seu fornicationis crimine procedendum esse, sed quia melius est redargui à Deo de misericordia, quā de seueritate, præmittendas monitiones, quibus si non parauerit, tum illos suspendendos ab officio, vel beneficio, & postremo, si in contumacia, inobediētia & peccato perseuerent, beneficio priuandos, alioquin si modo supposito contra eos ab Ordinariis procedatur, meritum, ne eorum sententia per appellationem reformetur, atque tum absque fructu, & vtilitate lata videbitur. Ad quam obiectionem respondendum arbitror Panormitani secutus sententiam[h]; illam in concubinariis seu fornicatoribus occultis, vel tantùm de concubinatu, vel fornicatione suspectis (in quibus non est certa criminis cōmissi euidentia per prolium procreationem; neq;

a *in d.c. sicut & in c. tanta de excess. prælat.*
b *in d.c. sicut. & in sum. eodem tit.*
c *in c. præter. dist. 32.*
d *in repet. c. vestra. de cohabit. cler. et mul.*
e *in sum. ad verb. concubinarius.*
f *in enchirid. confess. cap. 25. nu. 76. 77. & Philip. Frāc. in c. 1. §. caueāt. de sent. excom. in 6.*
g *Sylvest. d. loco. Nauar. d. loco. & cap. 27. nu. 154. et 194.*
h *in d. c. vestra. de cohabit. cler. et mulier. Concubinarij seu fornicatores non notorij.*

per sententiam seu confessionem in iure factam, peccatum huiusmodi notorium est, sed tergiuersatione aliqua celari potest[a]) locum habere: & de illis intelligendi sunt canones[b], qui ante priuationem monitiones, vel admonitiones præmittendas esse statuerunt. Similiter & constitutio Concilium Tridentinum de illis duntaxat egisse videatur, qui dixit[c]: Quod si à Superioribus moniti ab huiusmodi concubinis, vel suspectis mulieribus se nō abstinuerint, tertia parte fructuum suorum beneficiorum suorum ipso facto suspensi, &c. Alioquin enim sequeretur, parochos non puniendos esse sacerdotes habētes concubinas, vel alias mulieres, & ex iis proles procreantes maximo populi scandalo, summoque clericalis ordinis dedecore: & sacerdotes habentes domi, vel extra eam mulieres, de quibus possit haberi tantùm inhonesta suspicio fornicationis, quod videretur plane absurdum, & iuri naturali rationi, & æquitati contrarium. Quia cùm secundum iuris dispositionem[d], pœnæ debeant commensurari, & adæquari delictis, vt maiora delicta, maiori pœna, & minora delicta minori pœna puniantur; & in similibus paribus pares pœnæ adhibeantur: apparet iustissimum sententaneum, vt concubinarij seu fornicatores non manifesti, sed occulti, vel de quibus potest tantùm haberi suspicio, non puniantur, nisi debita monitione præmissa, sic vt non propter fornicationem seu concubinatum, de quo non constat, sed propter inobedientiam, & contumaciam postea puniri censeantur, si monitionem non paruerint. Illi verò, quos non puduit violare templum Spiritus sancti, & membra Christi facere membra meretricis; quos non terruit ab huiusmodi crimine diuinus timor; nec pœnæ illis à iure pontificio, & ciuili comminatæ ac definitæ: & quorum per operis euidentiam vel sententiam, seu confessionem in iure factam, manifestus est concubinatus, seu fornicatio, puniendi minime videntur absque vlla monitione præuia, vt patet per canones & iurisconsultos suprà allegatos & probatos. Siquidem quando lex, vel canon alicui delinquenti imponit pœnam affirmatiuè, tunc secundum doctrinam Innocentij[e], quam Hostiensis, Io. Andreas, Panormitanus[f], Felinus[g], & alij sequuntur, sine vlla monitione

a *c. fina. & ibi Panor. et in c. nostra. d. titul.*
b *c. si quisquā. c. sicut. c. sanctem. d. tit. gloss. not. Io. And. et alij in d. c. sicut.*
c *sess. 25. de refor. cap. 14.*
d *c. ex multis. 2. q. 3. c. non assecamus. 24. q. 1. c. corripiatur. 24. q. 3. c. felicis. §. illud. de pœnis in 6. c. quia sanctitas. dist. 50. d. respiciendum. l. capitulum. ff. de pœnis. Innoc. in. c. qualiter. 2. de accusatio. Panor. in c. at si clerici. de iudiciis.*
e *in c. extirpandæ. de prebend. f. in d. c. extirpandæ.*
g *in c. prohibeas. de magistris.*

sum ipso facto pœnam incurrit. Et quia sedis apostolicæ legati in sancta Tridentina Synodo ingenuè professi sunt[a], huius nostri temporis Dei flagella, ecclesiasticorum peccatis potissimùm tribuenda esse, putarem Deum iam citius placatum iri zelo & rigore iustitiæ Phinees[b], & D. Ioan. Chrysostomi[c], quàm misericordia, & indulgentia seu mansuetudine Heli sacerdotis Domini[d]. Nam vbi grassatur vitium, ibi, sicut Hostiensis ait[e], tantò magis exemplo opus est. Et vbi rigor, ibi ecclesiasticæ disciplinæ vigor; ad quam vtroperè collapsam restituendam, depravatósque clericorum mores emendandos, se conuenisse, & congregatam fuisse, frequenter SS. Tridentina Synodus professa est. Quocirca Ordinariis non est metuendum, ipsorum sententiam per appellationem reformandam, imò ad hunc metum illis auferendum, eadem sancta Synodus expressè cauit, & sanxit[f], ne appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspenderet. Quia aperti quoque iuris est[g]: quod in delictis notoriis, pro quibus pœnæ sunt à iure determinatæ ac impositæ, non admittatur iudicis recusatio, quantumcumque aliàs sit suspecta; adeo, vt in talibus iudex, etiam in propria causa, possit procedere; cùm tunc sit potius executor legis, quàm iudex[h]. At si pœnæ à iure non essent impositæ, sed arbitrio iudicis relictæ, tum quantumcumque crimina essent notoria, admittenda videtur recusatio; quia posset iudex nocere grauiter, arbitrariam pœnam: & à tali pœna sic imposita potest appellari[i]. Atque huc referendum est illud quod dici & allegari pro reis solet; iudicem debere ad mitiorem deflectere partem; quando videlicet, in iure non est pœna expressa[k]. Cùm igitur à sacro Tridētino concilio apertè declaratum & statutū sit, concubinarios seu fornicatores, pœnis à sacris canonibus, vel ecclesiarum statutis imposita puniendos: apparet iudicem nō posse, nec debere eam mitiorem pœnā imponere, quàm quæ in canonibus, vel ecclesiarū statutis posita sit. Quinimo quia idem concilium mandauit[l], vt quæ à summis pontificibus, & à sacris cōciliis de clericorū vita, & honestate retinenda;

a *in oratio. ab ipsis habita.*

b *Numer. 25.*
Eccles. 45.

c *Niceph. eccles. hist. lib. 13. cap. 2. 3. et aliis.*

d *1. Reg. 2. et 4*

e *in Sum. tit. de cohabit. cler. et mulier.*

f *sess. 22. de refor. cap. 1.*

g *c. proposuit. et ibi glos. Hostien. Panor. et alij. de appellat. Specul. in tit. de appel. §. in quibus.*

h *Inno. in c. ex parte. de verb. signif. Panor. in d. c. proposuit.*

i *glos. in c. super his. ad verb. arbitriū. de accus. Panor. in d. c. proposuit.*

k *glos. in cle. 2. de vita & honest. Innoc. & Panorm. in c. qualiter. 2. de accusat. Panor. in c. ex parte. de transactio.*

l *sess. 22. de refor. cap. 1.*

tinenda; ac de quibuscumque criminibus fugiendis copiosè, & salubriter sancita fuerunt, iisdem pœnis, vel maioribus, arbitrio Ordinarij imponendis, obseruetur; videtur, quod iudex, potius maiorem & asperiorē pœnam, quàm in canonibus posita sit, cōcubinariis & fornicatoribus imponere debeat, & non minorem, neque mitiorem illa. Quia secundum D. Gregoriū Hom. in euang. vniuscuiusque consciētia conuenitur, vtrum maiora acquirat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Neque enim par fructus boni operis esse debet eius minus, & eius, qui amplius deliquit; aut eius, qui in malis, & eius, qui in quibusdā facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus.

Adhæc diligenter animaduertendum, & perpendendum, quod concilium Tridentinum de pœnis incontinariorum & fornicatorum agens, disiunctiue loquendo, illos pœnis à sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis puniendos, & idcirco vtrumque obligatione esse [a], sed satisfieri, ac verificari in vtroque [b], & propterea iudex alterutrā partem eligere, & eam [illegible] debet; non autem pro suo arbitrio potest eam aliquam pœnā excogitare [c]. Quia non minus obligatur iudex Ordinarius obedire legibus publicis, & Superioris suo, quàm priuatus aliquis subditus tenetur obedire suo Superiori [d]. Bonus namq; iudex, sicut D. Ambrosius inquit [e], nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ voluntatis: sed iuxta leges, & iura pronuntiat: statutum iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntati; nihil præparatum, & meditatum de domo defert; sed sicut dit, ita iudicat; & sicut se habet causæ natura, deinde obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causa rita, non mutat. Discite iudices seculi, quem in iudicio tenere debeatis affectum; quam societatem, quam sobrietatem, quam sinceritatem. Qui iudicat, voluntati suæ obtemperare non debet: sed tenere quod legum est, hæc ille. Quibus cōsensit D. Gregorius scribens [f]: Summoperè præcauendum est, ne rectores ecclesiæ, & publica iudicia exercent, in dictandis sententiis nullo nus leuitate, aut furore ducti, sint præcipites, sed

a Bart. in l. 1. ff. de rebus dubiis. & in l. vbicunque. ff. de fideiussor. & mādā. Io. Petri Ferra. in sua practica forēsi. tit. de forma libelli in acti. reali.

b c. in alternatiuis & ibi gloss. Dyn. & Peckius de reg. iur. in 6. c. fin. vbi lite nō contest.

c l. cum pupillus. § fin. ff. de condit. & demonst. l. si ita quis. & l. si quis ita. ff. de verb. obligat. c. inter. & ibi gloss. et Panor. de rescript. d. c. in alternatiuis. et ibi gloss. & dd.

d c. iudicet. 3. q. 7. Pan. in c. 1. de officio Ordinarij.

e in psal. 118. serm. 20. & in c. iudicet. 3. q. 7.

f in c. summopere. 11. q. 3.

pius diligenter ventilatis, cùm res, quæ ignorabatur, ad notitiam pleniter venerit, tunc diuina & humana lex reluceat, & tunc secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione definitiua proferatur sententia. Præterea Panormitanus dicit [a], certum esse, quod vbi duo alternatiuè mandantur, sufficiat alterum adimplere: & quãdo pœna ponitur alternatiuè per legem, vel statutum, potest, inquit, iudex imponere quam pœnam ex illis vult: & præsertim quãdo verba legis, vel statuti alternatiuè diriguntur ad iudicem, vel impersonaliter loquuntur [b]. Et ipso iure canonico expressè definitum est [c], vt in huiusmodi alternatiuis, iudex alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, sit à principio contentus: ad alterã nihilominus processurus, si hoc meruerit prorumpentis contumacis. Rursum alibi dicit Panormita. [d] Quod vbi pœna imponitur alternatiuè, optio datur iudici, quam pœnam illarum imponat.

a *in c. inter cæteras. de rescript.*

b *gloss. in c. sicut. de Iudæis. & in c. à crapula. de vita & honest. & in c. fraternitatis. dist. 4.*

c *text sing in c. quoniã. §. fin. vt lite nõ contest.*

d *in c. sicut. de Iudæis.*

Cæterum quod quidam Panormitani [e], vt aiunt, opinionem secuti, arguunt & contendunt, propter iurium seu canonum varietatem, relinquendum esse plane & prorsus iudicis arbitrio, quomodo concubinarij & fornicatores puniri debeant; sic vt canonum pœnis prætermissis, ac neglectis, pro sua clemẽti, mansueta, & indulgenti discretione, eos punire possint, quemadmodum velint, & ipsis placeat: Illi Panormitani auctoritate abuti mihi videntur. Non enim hoc, quod aiunt, dicit; sed, puto, inquit [f], quod istud sit arbitrarium, vtrum iudex velit à principio ipsos priuare beneficio; vel potius admonere, vel etiam suspendere; quia cùm iura variè loquantur, optio datur iudici: vt scilicet vnam ex istis tribus pœnis infligat, atque hanc ipsius esse sententiam, liquet ex supradictis ex eodẽ allegatis. Qui & alibi latius suam opinionẽ explanans: Et ideo, ait [g], concludo, quod cum iura circa delictum fornicationis, & concubinatus vario modo disponant: quandoque apponendo pœnam grauem, quandoque mitem, & quandoque mitius prorogando, quandoque mediam viam amplectendo, quod hoc dimittitur arbitrio superioris, vt consideratis circumstantiis, & scandalo inde surgente, & consuetudine patriæ, apponat pœnam quandoque depositionis,

e *in c. at si clerici. de iudiciis. & in c. sicut. de cohab. cleric. et mulie.*

f *in d. c. sicut. de cohabit. cleric.*

g *in d. c. at si clerici.*

quandoque suspensionis, & quandoque priuationis beneficio; quandoque prius moneat; quandoque sine monitione priuet, ex quo constet de delicto. Sibi enim videtur data optio ex quo varias pœnas, & modos procedendi à iure reperimus traditos. Nusquam autem Panor. dicit, quod iudex alia aliqua pœna, in iure non expressa, illos possit afficere pro sua discretione, sed iure diffiteor illum sensisse, quod iudex mitiorem iuris pœnam infligere possit secundum facti circumstantias & locorum consuetudinem, dummodo ea canonibus iuri positiuo non generet præiudicium, & sit rationalis, atque legitimè præscripta[a]: & per eam, ac vnius electionem inducta sit impositio vnius pœnæ ex suppositis alternatiuis[b]. Quando verò, & ob quas causas possit iudex pœnas iuris minuere, tradit Felinus in c. nisi specialis. de offic. legati[c], & in c. qualiter. 1. quæst. 2. §. ad corrigendos. de accusatio.

Si quis obijciat, quod, cùm proceditur contra delinquentes per viam inquisitionis (sicut in huiusmodi casis procedi solet) tunc iudex non debet imponere ordinariam delicti, sed aliam arbitrariam, illam rem[d]. Respondetur, Panormitanum contra hanc obiectionem ex Innocentio tradere[e] duas singulares limitationes, semper, vt ait, mente, atque corde tenendas. Prima est, quod si de crimine constat per confessionem, tunc attento modo procedendi, imponitur pœna ordinaria quantumque grauis[f]. De quo est text. singularis in c. fin. de celebr. missar. vbi procedebatur per viam inquisitionis; & per confessionem constitit de crimine non impedientibus ordinis executionem, & tamen fuit depositio ab ordine. Videtur quidem prima fore mirabile, vt durius agatur cum confesso, quam cum conuicto, sed, quia talis confessio ferè fit ex tiis improbationis, ideo non debet mitius agi, secus si pœnitentiæ confiteretur[h]. Altera limitatio est, quod licet non constet de crimine per confessionem, si tamen est notorium iuris, imponitur etiam pœna ordinaria, nec attenditur modus procedendi[i]. Deinde in c. inquisitionis. de accusatio. ex quo præfata obiectio desumpta apertè habetur, quod si crimen (super quo in-

a c. fin. et glos. & dd. de consuetu.
b Felin. in c. inter cæteras. de rescript.
c vt refert in d. c. inter cæteras.
d c. inquisitionis. et ibi glos. & Panor. de accusat.
e in c. qualiter. 2. de accusat.
f l. perinde. ff. ad l. Aquil. c. 1. de confess. c. 1. et 2. 2. q. 1. atque idem referunt et sequuntur alij omnes dd. vt habet Felin. in d. c. qualiter.
g gloss. in c. de hoc. de simo.
h c. nõ dicatis. 12. q. 1.
i c. cùm non ab homine. de iudic. Panor. in d. c. qualiter.

facta est) tale sit, vt ordinis suscepti executionem, aut
ministrationem beneficij, etiam post peractam pœniten-
tiam impediret, erit sicut in accusationis iudicio proce-
dendum. At notorium concubinatum seu fornicatio-
nem tale crimen esse, satis manifestum esse arbitror ex
supra politis. Quibus illud nunc addendum occurrit,
D. Martinum Nauarrum, cui maxima iam in foro ec-
clesiastico tribuitur auctoritas, scripsisse ac sensisse [a],
quod notorius cõcubinarius, aut fornicarius post actam
pœnitentiam celebrans, aut sui ordinis actum exercens
peccet mortaliter celebrando sine dispensatione: indi-
catalis clarè, meo iudicio, prædicta notoria crimina
talia esse, vt ordinum susceptorum, etiam post actam
pœnitentiam, executionem impediant; ac proinde con-
sequitur ex d. c. inquisitionis, iudicantis discretionem
non posse pœnas illorum moderari secundum persona-
rum merita, & excessuum qualitatem, sed illum debere
infligere vnam ex pœnis in sacris canonibus vel eccle-
siarum suarum statutis positis. Quod autem suprà di-
ctum est, illos post peractam pœnitentiam celebrare
posse; illud sanè, ac rectè intelligendum venit, nimirum
illos peracta pœnitentia celebrare posse, sic vt ab aliis
eorum sacra licitè audiri possint, & quod tum sua cele-
bratione seu sui ordinis executione nouam non incur-
rant irregularitatem. Vnde referente Archidiacono [b],
Hostiensis dixit [c]: notorium fornicatorem suspensum
esse ab officio propter crimina à canone quantum ad
illos, & quantumcunque pœnitentiam agat, nunquam
celebrare debere ante obtentam à sede apostolica di-
spensationem, alioquin contrahit irregularitatem. In-
nocentius verò credit [d], istam pœnam iuris cessare, si
cesset à peccato, quantum ad hoc, inquiens, vt alij pos-
sint audire eius officia, ipse tamen non debet celebrare
sine dispensatione, & absolutione, ex quo notum fuit
crimen eius [e]. Et ipse Archidiaconus inter crimina, quæ
post pœnitentiam impediunt ordinis executionem, ex-
presse quoque numerat [f] crimen notorium de facto,
vel de iure, & omne delictum quod ipso facto inducit
infamiam. Notorium autem concubinatum seu for-
nicationem inter huiusmodi crimina & delicta cen-

a *in manuali confess. cap 25. nu. 76. 77. & cap. 27. nu. 334. 194.*

b *in c. præterhoc. §. ad hoc. dist. 32.*

c *arg. c. quia circa. de bigamis. c. cùm medicinalis. de sent. excommu. in 6. c. cùm æterni. de re iudic. in 6.*

d *in c. sicut. & c. vlt. de cohabit. cleric. & mulier.*

e *arg. c. sacerdotes. dist. 50. c. ministri. dist. 81.*

f *in c. dehis. 1. dist. 50.*

seri, apud omnes in confesso esse arbitror. Quare pœ[illegible] aliqua in sacris canonibus, vel ecclesiarum statutis [illegible]ta, punienda veniunt.

Nec obstat si dicatur, æquitatem præferendam esse [illegible]gori[a]: Quia hoc tantùm verum est de æquitate scripta, hoc est, vbi lex dicit istam esse æquitatem[b]; Iudicare ergo Ordinarius semper in hisce & aliis similibus [illegible]nibus secundum canones, & leges, & secundum [illegible] & probata; & secundum conscientiam publicam, [illegible] regulata, & reformata secundum canones & leges [illegible]dicium namque hominis sequētis caput suum, & [illegible] præsumptam æquitatem, fallit, & fallitur[d]. Et [illegible]cundum suam conscientiam, seu propriam phantasiam [illegible]dicare vult, & dicit, hoc mihi videtur æquum; & [illegible]dum hanc æquitatem volo pronuntiare, magnam [illegible] iniuriam legi, & sacris canonibus, qui vult [illegible] prudentior[e]. Quare Honorius papa 3 apertis [illegible] rescripsit[f]: In his verò, super quibus ius non [illegible] expressum, procedas æquitate seruata, semper in [illegible]niorem partem declinando: secundum quod [illegible] & causas; loca & tempora postulare videris. Et [illegible]num statuta custodiantur ab omnibus; & nemo [illegible]nibus, vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum [illegible]ctoritate ducatur, in exordio iuris pontificij habetur[g]. Adhæc D. Hieronymus explicans illud Salomonis [illegible] innitaris prudentiæ tuæ; ille, inquit, prudentiæ suæ [illegible]titur, qui ea, quæ sibi agenda, vel dicenda videntur, [illegible]trum decretis præponit. Atque hæc D. Hieronymi [illegible]pretatio in ius Pontificium trāslata est[h]. Panormitanus verò, cuius clementiam nonnulli pro se rapiunt, [illegible] diximus, etiam expressè notandum dixit, quod [illegible] æquitatem non scriptam, nō debet iudex recedere [illegible]scripto: quia non debet ipse clementior lege [illegible]ri[k]. Semper enim lex mitior est, quā iudex [illegible]. Quinimo Innocētius de his clericorum criminibus [illegible]ctans[m] dicit, grauiorem esse pœnā iudicis, quam [illegible] quia pœnam iuris credimus cessare, si cesset à [illegible] quantum ad hoc, vt alij possint audire eius officia, [illegible] paulò ante ex eodem ab Archidiacono allegatum [illegible] Sententia autem iudicis non cessabit, nisi restitu[illegible]

a l. placet. C. de sac. eccles.
b glos. not. in c. fin. de trāsact. Bal. in practica sua. Panor. in c. pastoralis. §. quia vero. de offic. Delegati. Henning. in proœmio process. ordin. iudic.
c c. summopere. 11 q. 3. c. iudicet. 3. q. 7. c. iudicātem. 30. q. 5. c. 1. & ibi glos. not. de offic. Ordin. Bal. in l. 2. C. de sēt. ex peric. reci.
d c. à nobis. et ibi gloss. et dd. de sent. excom. Henning. in proœmio proces. ordina. iud.
e §. oportet. in auth. de iudicib. Bald. in d. l. 2. d. c. 1. & ibi glos. de offic. Ordin. Hēning. in d. proœmio.
f in c. fin. de transactio.
g c. 1. de cōstit.
h c. ne innitaris. de cōstitut.
i in d. c. fin. de transa.
k d. § oportet.
l glos. not. in d. § oportet.
m in c. sicut. de cohabit. cler. et mul.

magna gratia. Item nisi per sententiam priuetur publicus fornicator, non poterunt eius beneficia aliis cōferri. Si verò à Prælato suspensus esset, possent eius beneficia aliis conferri, quia tum vacat ecclesia. Secus in beneficiis suspēsorum à canone. hæc ille. Quod si ergo iudex eandem pœnam in canonibus expressam non inflixerit, sed alium vel molliorem, vel duriorem, secundum Hostiensis[a] doctrinam, & sententiam, fit infamis. Quam opinionem referente Felino[b], multum extollit Ludouicus Romanus in singularibus suis, addens, alia insuper pœna quam infamię, talem iudicem puniendum, nimirum eadem qua reus puniendus erat. alleg. tex. valde singul. in l. nulli hæreticorum. C. ne sanct. baptis. reiteretur. ibi: nisi ipse pati velit, quod aliis dissimulando concessit.

Si quis verò in iudicum excusationem adduxerit; eorum sententiam debere conformem esse libello, contra huiusmodi reos à curię ecclesiasticæ Promotore seu aduocato fiscali exhibito. In quo cùm hodie non ponatur, nec petatur, vt præfati rei secundum sacros canones, vel ecclesiarum statuta puniantur, sed pro arbitratu & phantasia Promotoris seu fisci constituatur in libello pœna, apparet iudices excusandos omnino, si secundum Promotoris petitionem in libello positam reos damnēt, vel secundum allegata & probata ius dicant. Ad quam excusationem respondendum videtur; iudicum esse huiusmodi Promotorum suorum libellos non recipere, iisq; mandare, vt libellos suos iuris dispositioni accommodent, & quandocunq; pœnæ contra suorum reorum delicta in canonibus definitæ & determinatę habentur, petant illos puniri secundum canonicas sanctiones, sicut Guilelmus Durandus in praxi ecclesiastica clarissimus iurisconsultus, faciendum docuit[c]: illud certum esse dicens[d]; quod qualitercumque agatur ad pœnam, si certa pœna super crimine de quo agitur in iure statuta est, illa infligenda est. Atque hoc ipsum olim in iudiciis obseruatum fuisse manifestum est, ex ordine iudiciario à Tancredo conscripto[e]. Quocirca sunt Iurisconsulti[f], qui ualiderunt, in materia criminum criminaliter incentatarum, nulla opus esse conclusione, quoniam iura ipsas pœnas, & punitiones criminibus debitas, & pro-

a in c. de causis. de offic. Delegat.
b in d. c. de causis. et in c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. de accusatio.
c lib. 4. tit. de cohabit. cler. et mulier.
d lib. 3. tit. de inquisitione. §. nunc videndū. vers. Illud autē certum est.
e lib. 2. cap. seu. tit. 8.
f Bart. in l. libellorum. ff. de accusat. & in l. 1. ff. ad SC. Turpil. arg. c. ad nostrum 3. & ibi glos. & dd. de iureiurando. Damhoud. in praxi cri. cap. 3. n. 52. Lancell. in pręto & curi. breui. lib. 1. cap. 9.

prias, ilico, citra conclusionem, referunt & coor[illegible] strant. Si verò libelli conclusio plus, vel minus cõ[illegible] quàm iudicij natura exigit in causa criminali, tu[illegible] dex potest, præsertim in notoriis criminibus, fact[illegible] tate inspecta, alterare, & minuere vltra petita, [illegible] tentiam ferre non conformem libello [a]. Imo si [illegible] tia deberet semper esse conformis libello, sequ[illegible] omnem sentẽtiam fore condemnatoriam. Omnis [illegible] actor libelli sui conclusione petit reum condemna[illegible] que cùm dicitur, sententiam debere esse conform[illegible] bello, intelligendũ est secundum Io. Andreæ [b], non [illegible] ad eius conclusionem, sed quoad modum decid[illegible] vt per sententiam res deducta in libello secund[illegible] sam ex qua est petita, & secundum modum de[illegible] iudicio, terminetur ac decidatur; & sic poterit [illegible] sententia absolutoria. Speculator verò dicit [illegible] necessarium libellum, quando agitur per mod[illegible] sitionis, sed tunc edũtur capitula seu articuli, qu[illegible] mina continentur; quæ si reus neget, tunc necess[illegible] libellus. Qui etiam omittitur, quãdo à iudice in[illegible] ex officio proceditur [d]. Quod autẽ Promotores [illegible] contra huiusmodi notorios concubinarios, & [illegible] tores hodie tam benigni & clementes in suis libell[illegible] articulis videantur, istud audiui prouenire ex [illegible] pensiunculis, & muneribus quæ ipsis ab reis talibus [illegible] uũtur. Atq; hac ratione aperitur omnibus sacris [illegible] nõ fenestra, vel porta, sed campus amplissimus ad [illegible] impudicitiam, seu fornicationẽ impunè quasi ex [illegible] dam. Nullam enim delinquentes pertimescunt [illegible] quam existimant & sperant se nũmis redimere [illegible]

Quod aiunt secundum allegata, & probata [illegible] cendum esse, & non secundum conscientiam [illegible] cam, quam iudex sibi, vt priuato, assumit: id [illegible] ego iudici faciendum assero, nisi conscientia [illegible] debitè informatam de notorio, quod ipsi, vt [illegible] vt priuato constet [f]. Quinimo in delicto notorio [illegible] normitanus inquit [g] Innocentij [h] secutus sen[illegible] potest iudex sine alia condemnatione mandare [illegible] pœnam, in canonibus contra perpetratum delict[illegible]

a Felin. in c. licet. de Simo. Bart. in l. cum qui. ff. de verb. oblig. Bald. in l. etsi seuerior. C. de infamib. & in l. cum eorũ. C. de sentẽt.

b in ordine iudic. tit. quomodo sent. deb. esse confor. libel.

c lib. 4. part. 1. de libell. conceptio. §. nunc dicendum. alleg. c. cũ olim. de testib. c. qualiter. 2. de accusat.

d Specul. d. §. nunc dicẽdum. alleg. d. c. ad nostram. 3. de iureiu. c. manifesta 2. q. 1. c. quoniam de filiis presb. c. eius dẽtia. de accusat. Alciat. in ordine iud. tit. de noto. crimi.

e c. pauper. 11. q. 3. Panor. in c. licet. de pœnis.

f de hac materia vide Felin. in c. pastoralis. §. quia. de offic. deleg. & alios quos ipse allegat. deinde Syluest. in sum. ad verb. Iudex. 2. Lancell. in præto. & cur. brc. ib. 1. cap. 9.

g in c. super his. de pœnis.

h in c. ex parte. de verb. signif.

sum. Quare vt clerici castè, continenterque iuxta canonum præcepta viuant, in concilio Lateranensi sub Leone 10 celebrato expressè statutum fuit: vt contrà facientes acriter secundum canones puniantur, neque Superiorum tolerantia, seu praua consuetudo, quæ potius corrupтela dicenda est, à multitudine peccantium, aliue quælibet excusatio eis aliquo modo suffragetur, sed iuxta iuris censuram seuerè puniantur. hæc ibi. Meminerint ergo Episcopi & alij Ordinarij, qui in canonum obseruationem iurauerunt, vt in clericorum suorum excessibus corrigendis, pœnas canonum irrogent, ne dum his clementiores, ac prudentiores videri & dici cupiunt, non solùm infames [a], verumetiam periuri [b] fiant, & se reddant vitandos ac fugiendos ab aliis canonicis, perinde ac si excommunicati, & ab Ecclesia præcisi essent [c]; maximè si ex contemptu non seruent, nec seruari faciant canones [d]. Quinimo hoc casu deponi possent [e]. Quod si notorij concubinarij & fornicatores secundum sacros canones acriter puniti fuissent, existimo, quod tantam Belgij & Christianæ religionis in eo non videremus calamitatem, & ruinam: nec tot exorti fuissent hæretici, qui tam nefariè, & crudeliter in diripiendis, ac euertendis ecclesiis; spoliandis, fugandis & proscribendis sacerdotibus; prophanandis, & conculcandis sacramentis, & potissimùm eucharistiæ, iniquitatem, insaniam, ac impietatem suam declararunt. Quam multi in hac patria fuêre homines in fide tepidi, qui videntes tantam Episcoporum & aliorum Prælatorum in huiusmodi sacerdotum criminibus puniêdis tolerantiam, mansuetudinem, & clementiam, inceperint dubitare de veritate, & efficacia sacramentorum Ecclesiæ, & tandem hæretici vel schismatici facti sunt. Si nunc in aliquot saltem notorios fornicatores secundum sacrorum canonum dispositionem exempla ederentur, iratum Deum, quem patriæ, & clero adhuc vehementer iratum videmus, citius ac facilius placatum in illam in ecclesiasticis vitæ, ac morum emendationem perciperemus, quod laici in fide frigidi feruentissimi: & multi hæretici, rursùm catholicissimi, Dei gratia fierent. Nihil enim est, quod magis alios ad pietatem,

a *Hostien. & Felin. in c. de causis. de offic. deleg. Lud. Rom. sing. 78. vel 79.*
b *Panor. & Felin. in c. ego n. de iurciur.*
c *glos. not. in c. sacerdotes. 2. q. 7 Panorm. & Felin. in d. c. ego n. Rom. sing 510. arg. c. alieni. 2. q. 7.*
d *Panor. & Felin. in d. c. ego. n. & in c. cùm non liceat. de præscript.*
e *Felin. in d. c. cùm non liceat. alleg. Inno. post Paul. in cle. 1. de ætat. et qualit. glos. in c generali. de elect. in 6.*

pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita & exemplum, qui se diuino ministerio dedicantur, quia cùm à rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, & ex iis sumunt quod imitentur [a].

Porro, quia suprà dictum est, notorios fornicatores & concubinarios, si ante actam pœnitentiam celebrent, irregulares fieri; hic iam quæritur, qualis illa debet esse pœnitentia, secretáne, an publica: & à quo imponenda, confessarióne an ab Ordinario iudice. Cui quæstioni respondendum apparet; quod cùm D. Paulus Apostolus moneat [b], publicè peccantes palam esse corripiendos, & cæteri timorem habeant: & aperti iuris sit [c], manifesta peccata, non esse occulta correctione purganda: denique & à sacra Tridētina Synodo decretum legatur [d], quando ab aliquo publicè, & in multorum cōspectu crimen commissum sit, vnde alios scandalo offensos, commotosque fuisse non sit dubitandum; huic conligatur pro modo culpæ pœnitentiā publicè iniungi oportere, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, iis emendationis testimonio ad rectā reuocet vitam. Ergo & notoriis fornicatoribus & concubinariis publicā pœnitentiam iniungendam esse consequitur, licet enim ipsum actum peccati seu criminis publicè ac in multorum conspectu, ob sui turpitudinem, non fecerint, tamē quia in præsentia diuinæ maiestatis & sui angeli custodis, nefandum illud scelus perpetrare non erubuerunt; & quia ad eius euidentiā ius non requirit, vt in conspectu aliorum fiat, aut vt concubinæ cum prolibus suis in ædibus ipsorum habitent, & alantur; sed sufficiat peccatum huiusmodi esse notorium per sententiam, vel cōfessionem in iure factam, aut per rei euidentiam, quæ tergiuersatione celari (vt suprà dictum est) nequeat [f], iniuncta illis prorsus videtur pœnitentia perinde ac si peccatum publicè, & in conspectu multorum commissum esset.

Qualis autem seu cuius formæ publica ista pœnitentia esse debeat, in altero nostro Speculo obiter indicauimus [g], eamque suprà hoc libro [h] ex Gratiani decreto transscripsimus: & eandem pro huiusmodi crimine imponendam esse, apertè quoque tradit Hostiensis [i], dicens si cadat

a Concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 1. c. fin. 21. q. 4.

b 1. Tim. 5. c. sed illud. dist. 45.

c c. 1. de pœnit. & remiss.

d sess. 14. de refor. cap. 8

e arg. c. presbyter. et ibi gloss. not. dist. 28. c. fin. dist. 30. c. quæsitum, & ibi gloss. et Panor. de pœnit. et remiss. Greg. epist. 31. lib. 12.

f c. fin. de cohabit. cleri. & mulier.

g de malor. horum tēp. caus. lib. 3. cap. 10.

h cap. 9.

i in sum. tit. de pœnit. & remiss. §. Quæ pœna sit.

si crimen publicum sit, publica, non maior, vel minor pœnitentia, quàm scripta reperiatur, imponenda est, nisi ei magna causa dispēsetur. Si occultum, tunc indistinctè arbitraria imponitur.

A quo verò prædicta pœnitentia imponenda sit, etiā docuit Hostiensis[a] scribens: Vt sacerdos circa pœnitentias dispensando cautius arbitretur, notādi sunt ei casus in quibus per canones certæ pœnæ, seu pœnitentiæ imponuntur. Nam canones pœnitentiales tenetur scire sacerdos, aliàs vix in eo nomen sacerdotis constabit secundum Augustinū[b]. Primus canon dicit, quod presbyter si fornicationem fecerit, pœnitentiam decem annorum facere debet, hoc modo[c]: Inclusus, sacco indutus, & humi prostratus, misericordiam Dei iugiter implorans, tribus mensibus continuis de vespera ad vesperam pane, & aqua vtatur, exceptis diebus Dominicis, & pręcipuis festiuitatibus: in quibus modico vino, pisciculis, & leguminibus recreatur. Elapsis & finitis sic tribus mensibus, exit de carcere, non tamen procedit in publicum, ne grex fidelis in eum scandalū patiatur. (Per hoc apparet, quod loquitur de publico crimine.) Post hoc, nempe aliquantulum viribus, anno vno & dimidio in pane, & aqua pœnitet, exceptis Dominicis, & aliis præcipuis festis, in quibus vino & sagimine, ouis & caseo reficiatur. Finito sic primo anno & dimidio, particeps fit corporis & sanguinis Domini; & ad pacem, & psalmos cum aliis fratribus cantandos in choro admittitur; tamen ad cornu altaris non accedit, sed minorum ordinum tantùm officia gerit. Deinde vsque ad expletionem septimi tres legitimas ferias, scilicet secundam, quartam & sextā, exceptis diebus paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet; tamen secundam feriam vno psalterio, vel vno denario poterit redimere. Si sic septimum annū compleuerit, potest eum Episcopus ad gradum pristinum reuocare; ita tamen quod in tribus annis sequentibus, omni sexta feria, nulla intertenente misericordia, in pane & aqua ieiunet. Sacerdotium pro quolibet peccato, siue crimine, quod depositionem inducit, est consimilis pœnitentia iniungenda. Probantur hæc omnia 72 dist, c. presbyter si fornicationem

a d. §. quæ sit pœna. vers. vt autem.

b c. quæ ipsis. dist. 38.

c de quo vide c. proposuisti. dist. 82. et cap. 9. huius lib.

tionem fecerit. & intelligunt hoc quidam etiam si excommunicatio simplex sit. hæc Hostiensis loco præallegato. Ex quibus manifestum est, à sacerdote in secreta confessione talem pœnitentiam notorijs fornicatoribus & concubinariis imponendam esse. Nam si propter occultum & notorio crimine, secretam & occultam confessario imponat pœnitentiam, maximum in ecclesia, præsertim apud indoctos, oritur scãdalum, sicut paulò ante à nobis declaratum est. Quare ad placandum populum & restituendam in pristinum statum religionem, & ecclesiasticam disciplinam, optimum fore existimarem Promotores diligenter aduigilarent, & observarent prædicti notorij ac publici concubinarij seu fornicatores, ante præfatam publicam pœnitentiam, celebrarent, vel alium actum sui ordinis solenniter exercerent, contra eos rigorosè, ac seuerè in foro contentioso procedant; nec illos audiant, quãuis dixerint se à confessario absolutos, & secretam pœnitentiam ab ipso fuisse perfeciſſe. Quia hac tantùm Deo, & animæ suæ, non peccauerũt, satisfaciunt; non autẽ reipublicę, quam vehemẽter suo scandalo læduntur in cuius vindictã publica pœna ab Ordinario iudice afficiẽdi sunt[a]. Necautem istud cuipiam videri debet. Quoniam vt Panormitanus[b] pœnitentia publica leuior est quàm pœna naturalis delicti.

a c. felicis. §. fin. de pœnis in 6. Lud. Rom. consil. 375. Panor. in c. de his. de accus.

b in d c. de his. alleg. c. admonere. 32. q. 2.

Qui verò contendunt hæc carnis crimina excusare vel saltem attenuare in clero, & dicunt, notorium excommunicatorem à iure suspensum celebrantem, etiam ante actam pœnitentiam, non fieri irregularem, allegant pro se Innocẽtium in c. sicut. de cohabit. cler. & mul. & Guilielmum Durandum in Specul. tit. de cleric. §. iuxta. & Archidiaconum in c. ad hæc verò. dist. illos putarem non audiendos, sed tanquam canonibus reijciendos. Nam Innocentius dum loco allegato dicit, quod si suspensus à canone celebrat, non est irregularis, non loquitur de notorio fornicatore, seu concubinario, sed de excommunicato minori excommunicatione, ut patet per c. si celebrat. de cler. excom. minist. quod ipse allegat. Deinde dato, sed non concesso, quod in expositione d. c. sicut, eius opinionis fuisset, illã postea [illegible] si eccle-

si obtinat, allegatis & à se in concilio Lugdunẽsi editis, duabus generalibus constitutionibus in ius canonicum relatis, correxit, quas suprà sæpe allegaui, atque hæc quinta sententia, iam cõmunis, & recepta est, sicut etiam nuchare animaduersum, & annotatum est ab Hostien. Io. And. & Panormitano [a]. Quantũ ad Durandi auctoritatem attinet, quia ipse in loco allegato tantùm producit Papam, (Innocentium intelligens) ad d. c. sicut: per præfata sufficienter responsum ad hoc arbitror. Atque eodem etiam ad Archidiaconi auctoritatem respondendũ videtur, qui se refert ad Durandi locum præallegatum. Dicit autem expressè dicit ibi, Innocentium tenere; notorium fornicatorem celebrando fieri irregularem. Quamo ipse alibi [b] presbyterum fornicantem sacrilegum, & incestum committere dicit. Quæ crimina cùm eodem [c] censeantur inter illa quæ etiam post pœnitentiam impediant ordinis executionem, consequitur eadem presbyterum celebrantem, saltem ante actam pœnitentiam, irregularem fieri. Nec admittendam puto excusationem illorum, qui dicunt notorium fornicatorem celebrando non fieri irregularem, quia non per modũ sententiæ, sed enuntiatiuæ dicitur à canone, quod sit suspensus. Nam illos interrogatum velim, anne in sequentibus canonibus per modũ sententiæ declarentur, & pronuntientur notorij concubinarij & fornicatores suspensi, scilicet in c. decernimus. c. presbyter. dist. 28. c. graues. dist. 32. c. peruenit. dist. 50. c. Maximianus. c. sacerdotes. c. si quis Episcopus. c. si quis modo. & c. si qui sua dist. 81. Deinde hoc intribus posterioribus canonibus non allegatis obseruandũ, ac notãdum videtur, fornicatores istos non tantùm pronuntiari suspensos ab officiis diuinis, sed etiam ab ingressu ecclesiæ. Quibus vero interdictus est ecclesiæ ingressus, illi irregulares efficiuntur, si contra interdictum huiusmodi, diuinis in ecclesia ingerant, in suo agentes officio sicut prius [d].

Quod quidam nitantur fornicationem & concubinatum defendere seu excusare freti auctoritate D. Gregorij dicentis [e], sine carnali istiusmodi delicto paucos inueniri, profectò frustra, & ineptè. Licet enim difficile sit contingere, non tamen ideo minus est delictum, imò D. Grego-

a *in d. c. sicut. & c. vestra. de cohabit. cler. et mul.*

b *in c. de his. dist. 28. & in c. fin. 22. q. 1. idem tenet Nauar. in manu. conf. cap. 16.*

c *in c. de his. 1. dist. 50. et Specul. lib. 1. tit. de disp. §. iuxta.*

d *tex. not. in c. is cui est. de sent. excom in 6. & ibi gloss. Io. And. Fran. & Io. Vanc. Fede. cõsil. 120.*

e *in c. quia sanctitas. dist. 50.*

Gregorius illud periurio à Petro commisso æquipa-
dicēs[a]: Quid grauius est, aut carnale delictum com-
tere, sine quo pauci inueniuntur: aut Dei filium iu-
rando negare? In quo verbo hunc ipsum beatum Petrum
Apostolorum principem lapsum esse cognouimus: sed
post negationem inquit, pœnitentia secuta est: & post
pœnitentiam misericordia data est. Quem igitur in-
spicis delicta fletu delere, in conspectu diuinitatis
dubites misericordiam consequi: quia ille peccatum
reuersum non despicit, qui peccatores sanguine
dimere venit. Quæ D. Gregorij sententia nostris
positis planè consonat. Et quamuis istud delictum in-
tinentiæ naturale sit, (vt Glossographus ait[b]) non tam
excusat. Non ergo illi, quos monemus cum D. Augusti-
no[c] agere pœnitentiam, quærāt sibi comites ad sup-
cia; nec gaudeant quia plures inueniāt sibi simile. Non
propterea non minus ardebunt, quia cum multis ar-
bunt. Imò, quoniam prædicta incontinentia omnia
nunc nimis ab ecclesiasticis frequentantur, ideo, sine
omnium, saltem aliquorum maleficorum supplicio
cerbanda sunt; vt hi aliis exemplo sint[d]. Friuola quoque
illorum videtur nobis excusatio; qui dicunt, quod ea
nostri temporis, quo non solùm merita, sed etiam cor-
pora defecerunt, non patiatur censuram antiquorum ca-
nonum manere[e]. Siquidem c. fraternitatis, dist. 34. vt
præfata obiectio seu excusatio desumpta est, Pelagio
Papę tribuitur. Itaque cùm tantùm duo Pontifices illius
nominis fuerint, sequitur alterutrius illorum fuisse. Po-
sterior verò è viuis decessit anno Dn. 590. Post quem
annum multa à diuersis Pontificibus & concilijs pro-
dierunt decreta, & canones super ecclesiasticorum for-
nicatione & incontinentia, quibus satis abundè ca-
ternitatis, derogatum puto, quatenus fornicationem seu
concubinariorum punitionem suprà à nobis afferam
impediret. Aperti enim iuris est[f], posteriores Pontifi-
cum & conciliorum constitutiones, ac canones, reuo-
care, atque tollere priores contrarios, quamuis in nouis
seu posterioribus non fiat mentio, quod ipsis priores
præcedentes reuocentur. Quia non est verisimile quod
Papa, vel concilium voluerit nouum decretum [illegible]

a epist. 53. lib. 7. & d. c. quia.

b n d. c. quia sanctitas. alleg. l. si seruus. § si fornarius. ff. ad l. Aquil.

c in c. multi. in fin. 2. q. 1.

d l. aut facta. in fi. ff. de pœnis. Pan. in c. cùm nō. de pręscript.

e c. fraternitatis. dist. 34.

f c. 1. & ibi gloss. & dd. de constitut. in 6. c. 1. de cogna. spir. c. vasa. de consec. dist. 1. gloss. not. in c. Domino. dist. 80.

morem esse frustraneum: quod esset, nisi canones posteriores reuocarent, ac tollerent priores contrarios. Et iure etiam ciuili vsitatum est [a], antiquiores leges ad posteriores trahi: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas & ad eas res pertineant, quæ quandoque similes erunt. Imò & posteriores leges ad priores referūtur; nisi cōtrariæ sint [b]. Quod autem Isidorus scribat [c]: Quotiescunque in gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilii sententia magis teneatur, cuius antiquior, & potior existit authoritas: Istud intelligendum est, de constitutionibus conciliorum prouincialiū seu synodalium non autem generalium: in quibus posteriores, semper præiudicant prioribus [d]. Veruntamen locorum, & personarum singularium consuetudinibus & statutis (cùm sint facti, & in facto consistant) si sint rationabilia, nec expresse reuocentur, non censetur derogatum per constitutiones nouiter editas [e].

Et hæc de pœnis concubinariorum, & fornicatorū dixisse sufficiat. In quas, ne qui deinceps incidant, consultissimum fuerit, secundū D. Gregorium [f], vt fornicationis spiritum, continentiæ, ac pudicitiæ virtute depellāt: carnis impetū abstinentia, & humilitate refrenent: animam bonarum cogitationum honestate vndique exornent: exemplis sanctorum Patrū illam cingant: doctrinis & præceptis sacrarum scripturarum circundant; frequentes orationes Deo fundāt; operibus bonis & deuotis resplendeant: & dum carnalia suggerūtur, ad aliquid aliud, quod libidinis non sit blandimētum, cogitationes suas dirigant; oculos suos diligenter custodiant; & ab immundis semper auertant. Quia qui libenter immūda vident, statim carnem ad amata concupiscendo violenter mouent: quò libentius ac morosius illa cogitant, quasi carbones carbonibus, turpes turpioribus motus ligant. Semel species formæ cordi per oculos illigata, vt magni luctaminis manu soluitur. Ne ergo quædam labora in cogitatione versemus, prouidendum nobis est, quia intueri non decet, quod non licet concupisci. Et vt munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam

a L. ideo. ff. de legib.

b l. sed & ff. de legib.

c in epist. ad Massinū. et in c. domino dist. 50. c. hoc ipsum §. in fine. 33. q. 2.

d glos. in d. c. domino.

e c. 1. & ibi glos. de constit. in 6.

f lib. 5. exposit. in 1. Reg. cap. 4. & lib. 6. cap. 1. & 2.

Aliud remediū contra fornicationis spiritum, & turpes cogitationes tradit Bernardus in tract. de interiori domo, cap. 20. quod sæpè lege, & habetur supra hoc lib. c. 6.

raptores ad culpam [a]. Nil autem sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quàm vt vnusquisque hoc quod viuum diligit, quale sit mortuum penset [b].

a Greg. lib. 21. moral. c. 2. et 3.
b Greg. lib. 16. moral. ca. vlt.

Clericorum sacro ordine initiatorum matrimonium contrahentium pœna. CAP. XII.

ETsi supra satis demonstratum est, clericos sacris initiatos matrimonium contrahere non possunt, tamen quia nunc in illam calamitatem deuenimus, vt non obstantibus sacris canonibus, multi sacerdotes, diaconi vel subdiaconi matrimonium contraxerint, in maiorem decretorum, & canonum contemptum, eorum quoque pœnas olim à sanctis Patribus decretas commemorare non pigebit. Calixtus autem Papa martyr presbyteris, diaconis, & subdiaconis matrimonia contrahere penitus interdixit [c], & contracta ab illis debere disiungi; & personas contrahentes ad pœnitentiam redigi iuxta sacrorum canonum definitionem indicauit; propterea, quòd huiusmodi copulatio, quæ contra ecclesiasticam regulam constat esse contracta, matrimonium non sit [d]. Alexander verò tertius modo huiusmodi matrimonia dissolui, verumtamen illas, cum quibus contraxissent, abiurari voluit, & à sacrorum ordinum executione suspendi, nisi ad monasterium ire vellent, & ibi condignam pœnitentiam agere [e]. Innocentius secundus Papa decreuit; vt hi, qui in ordine subdiaconatus, & supra vxores duxerint, officio, atque ecclesiastico beneficio careant [f]. In concilio Neocæsariensi statutũ est [g], quod presbyter, si vxorem duxerit, ab ordine deponi debeat; quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet.

c c. presbyteris. dist. 27.
d c. presbyteris. dist. 27. et c. vt lex continentiæ. 27. q. 1.
e c. ex literarum, qui cler. vel vouẽ. mat. cont. poss.
f c. decernimus dist. 28.
g cap. 1. & c. presbyter. dist. 28.

Excusatio quorundam de sua incontinentia.

Verùm quia hi incontinentiam suam per auditatem parentum fere excusant, dicentes, quod ab illis ad sacrorum ordinum susceptionem coacti sint, vt ab ineunte ætate blanditijs pellecti, idcirco non malum, nec inconueniens foret, vt in obseruationem reducerentur constitutio concilij Toletani secundi, cuius hæc sunt verba [h]: De his, quos voluntas parentum à primis

h cap. 1. & c. de his. dist. 28.

tum annis clericatus officio mācipauerit, id ſtatuimus obſeruandum, vt mox detonſi, vel miniſterio lectorum traditi, in domo eccleſiæ ſub epiſcopali præſentia à Præpoſito ſibi debeant eruditi. At vbi octauum decimum ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebiſque conſpectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante placuerit, & promiſſionem caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſſitate ſeſe ſpopondeſſe ſeruaturos, hi tanquam appetitores arctiſſimæ viæ, Ieſu Domini iugo ſubdantur, ac primùm ſubdiaconi miniſterium habita probatione profeſſionis ſuæ à vicesimo anno ſuſcipiant. Quod ſi inculpabiliter, ac ante 20. & 5. annum peregerint, ad diaconi officium ſi adimplere id poſſe ab Epiſcopo probantur) promoueri debent. Cauendum eſt tamen his, ne quando ſuæ ſponſionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltro concurrant: quod ſi fortè fecerint, vt ſacrilegij rei ab eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, cōceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre non poſſumus [b], ita vt cùm proueniæ ætatis in coniugio poſiti renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines aſpirent. Clemens verò quintus Papa in concilio Viennenſi [c]; clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, diuino timore poſtpoſito in ſuarum periculum animarum matrimonia contrahentes, cupiens refrænare meu pœnæ ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia, ipſos excommunicationis ſententiæ ipſo facto decreuit ſubiacere: Præcipiens eccleſiarum Prælatis, vt illos, quos eis conſtiterit taliter contraxiſſe, excommunicatos publicè tam diu nuntient, ſeu à ſuis ſubditis faciant nuntiari, donec ſuum humiliter recognoſcentes errorem, ſeparentur ab inuicem, & abſolutionis obtineant beneficium mereantur per prædicta; iuribus, quæ ſuper contrahentibus alias pœnas imponunt in nullo volumus derogari. Si qui verò clericorum infra ſubdiaconatum acceperint vxores, beneficia, ſi quæ habent, ipſo iure, & facto vacant, & ad ipſa relinquenda, ſi opus ſit,

a *nunc propter cōcilij Tridentini diſpoſitionem ſeſſ. 23. de reform. cap. 12. à vicesimo ſecundo anno ſuſcipiunt.*

b *1. Corinth. 7.*

c *clem. vnica. de conſang. & affin.*

Beneficiatus matrimonium contrahentium pœna.

sit, districtione ecclesiastica compelluntur[a]. Sed si in subdiaconatu & alijs superioribus ordinibus vxores accepisse noscuntur, eas vxores dimittere, & pœnitentiam agere de commisso per suspensionis, & excommunicationis sentētiam iure veteri pontificio compellendi quoque sunt[b], cum iuramento quod eas vlterius ad se non recipient, neque admittent[c].

Stuprum virgini profanæ, vel sacræ, aut filiæ spiritualis inferentium pœnæ. CAP. XIII.

CVm eò prô dolor, multorum ecclesiasticorum deuenerit impietas, & luxuria, vt non contra libidinem suam scortis explere, virgines etiam deflorare non formident, siue illæ sacræ, siue profanæ sint, quæ illis debeatur pœna dicendum est. Quamuis indubitatum sit, non minorem pœnam deberi [illegible] ijs, qui virginem constuprauerint, quàm alijs [illegible] toribus, de quibus abundè supra egimus. Istud [illegible] singulariter de hoc crimine tradunt Doctores, [illegible] clerici sacris initiati virgini profanę vitium [illegible] præter depositionem, & vltra dotem, quam [illegible] tenentur soluere, imponenda sit illis pœna pecuniaria vel corporalis, vt scilicet fustibus cædantur[d].

Si verò virginem sacram deflorauerint, ab omni [illegible] dine sacro deponendi sunt, & priuandi omnibus beneficijs, & detrudendi in arctum monasterium, seu [illegible] rem, ad agendam pœnitentiam iuxta personæ qualitatem, & delicti continuationem, & scandalum [illegible] datum[e]. Siquidem in sexta generali Synodo [illegible] tum est: Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, [illegible] subdiaconus, aut lector, aut psalmista, aut [illegible] cum muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, [illegible] natur[f]. Et cùm Deo consecratarum fœminarum [illegible] pora per votum propriæ sponsionis, & verba [illegible] tis, Deo consecrata sint templa, ideo violatores [illegible] sacrilegi, & iuxta Apostolum filij perditionis [illegible] scuntur[g]. Vnde in concilio Triburiensi[h]: Virginibus sacris se quosdam temerè sociare cognouimus, [illegible] catum Deo propositum, incæsta fœdera sacrilega [illegible] miscere, quos protinus æquum est à sacra comm[illegible]

a c. 1. & ibi gl. s. Host. Io. And. & Panor. de cler. cōiugat.
b d. c. 1. et ibi gloss. et DD. de cleric. cōiugat.
c c. 2. & ibi Panor. Qui cleri, vel vouētes, & c. & c. si quis sacro. in fin. 27. q. 1.
d Panor. in c. at si clerici. de iudic. & in c. vt clericorum, de vit. & honest. cler. & in c. 2. de adult. et Paul. Grill. in tract. de pœn. et Diaz in pract. crim. cap. 77.
e c. si qua monacharum. c. si quis Episcopus c. hi ergo. c. virginibus. 27. q. 1. Panor. in c. at si clerici. de iudic. et in c. penult. de purgat. can. et in c. monasteria. c. vt clericorum. de vit. et hon. cler. hippol. in repetit. l. vnicæ. C. de rapt. virg. Grill. in tract. de pœnis. & Diaz in pract. crim. can. c. 75.
f c. si quis Episcopus. 27. q. 1.
g c. sciendum. 27. q. 1.
h c. 23. et c. virginibus. 27. q. 1.

detrusi, & nisi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi: sed tamen his viaticum de sæculo transeuntibus, si dignè pœnituerint, non negetur. Atque hoc ipsum eisdem penè verbis prius à Gelasio Papa constitutum fuisse sic legitur [a]:

Si quis verò sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, & post dicatum Deo propositum, incesta fœdera sacrilegaq; miscuerit; protinus est a quum eo à sacra communione detrudi: & nisi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi. Si pœnituerint, transeuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi concilio ca. 17. hoc perpetrantes excommunicantur: confitentibus autem auctoritate Episcopi misericordia largiatur. Item in epistola Synici Papæ ca. 7: Velatæ & Deo consecratæ, si abiecto proposito sanctitatis clanculò sacrilega contagione se miscuerint, & illicitis complexibus publicè, & liberè filios procreauerint; has nuptias detestabilesque personas, à monasteriorum cœtu, ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse, iudicatum est, quatenus detrusæ ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant. Vnde & verbo Domini, & canonica auctoritate in hac sacra Synodo præcipimus, vt omninò separentur, & iuramento colligentur, vt vlterius non sub vno cohabitent tecto [b].

Iustinianus verò Imperator sanxit [c]: Si quis rapuerit vel sollicitauerit, vel corruperit monacham, vel aliam mulierem religiosam vitam, vel habitum habentem; bona ipsius, & eorum, qui huiusmodi sceleris communione contaminati sunt, à religioso loco vendicentur, in quo talis mulier habitabat, per religiosos Episcopos, & œconomos, & præsides prouinciarum, & officiales eorum: ipsi autem capitali periculo subijciantur. Mulier autem vbique inuestigetur, & cum suis rebus monasterio cautiori tradatur. Si autem diaconissa fuerit, legitimos habens filios, pars legitima liberis eius præstetur. Hoc ipsum autem latius continetur & explicatur à Imperatore Iustiniano in l. raptores virginum. C. de Episcopis & cler. & in l. vnica. C. de raptu virg. vbi hanc causam ponit istiusmodi scueræ animaduer-

a *in constitut. cap. 20. & c. si quis sacro. 27. q. 1.*

b *c. si quis sacro. 27. q. 1.*

c *in nouel. constit. 123. de sanctiss. episcop. & c. si quis rapuerit. 27. q. 1.*

Cur virginum sacrarum violatores grauius & seuerius aliis puniãtur.

sionis; quòd non solùm crimen hoc ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur, maximè cùm virginitas vel castitas corrupta restitui non possit. Tum etiam, quod nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores, & corruptores sint vacui. Imperator verò Iouianus volens & perpetua lege cauit[a]; vt si quis non dicam raptor, sed attentare tantummodo iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali [illegible] feriatur.

a l si quis non c. de Episc. & cler.

Virginum sacrarum violatores capite plectendi sunt.

Vnde & Alexander tertius studiosè volens [illegible] uere, ne sacrarum virginum vlla à clericis [illegible] defloratio, in concilio Lateranensi statuit & decreuit: Monasteria sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta, & rationabili causa frequentare [illegible] pserit, per Episcopum arceatur: Et, si non [illegible] ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Habet autem pœna huius constitutionis locum; etiamsi [illegible] tantùm monasteria huiusmodi sine manifesta, [illegible] tionabili causa, vel saltem post admonitionem Episcopi accesserit[c]: idque propter suspicionem grauem [illegible] inobedientiam, quòd monitioni Superioris [illegible] obedierit. Si verò de crimine incontinentiæ perpetrato constaret, longè grauior infligeretur pœna, vt supra dictum est, eo quòd tria in hoc alia concurrunt scelera; adulterium nimirum, quia cum sponsa Christi commiscetur, eamque violat: tum sacrilegium, quia rem Deo consecratam lædit: deinde incestus, quia consanguineam spiritualem corrumpit[d]. Nam si [illegible] vel solam hanc corruperit, vel fornicatus cum ea fuerit, & profana, seu laica sit, ab omni officio deponitur, & peregrinando duodecim annos pœnitere [illegible] & postea ad monasterium ire, ibique cunctis [illegible] vitæ suæ Deo seruire secundum Cælestini Papæ decretum[e].

b in c. monasteria. de vit. et honest. cler.

c Io. And. & Panor. in d. c. monasteria & idem Panor. in c. tua nobis. in glos. 1. de appellation. & gloss. in §. fin. in authen. de defens. ciuit.

d glos. in c. virginibus. 27. q. 1. Panor. in d. c. monasteria. & in ca. at si clerici. de iudic. Pœna rem habẽtis cum filiæ sua spirituali.

Et idem iudicium est de illo, qui cognouerit, seu rem habuerit cum illa, cuius confessionem audiuit. Nam omnes, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri [illegible] spirituales filij, sicut ipsi, quos in baptismate [illegible] proinde sic pœnitere debet, quomodo de filia [illegible]

e c. pœnult. 30 q. 1.

f c. omnes. 30. q. 1.

tali; ita vt non solùm dignitatis honorem amittat, & deponatur, verùm etiam vsque ad exitum vitæ suæ, vel saltem annos duodecim continuam pœnitentiam agat[a]. Parem quoque subiturus est pœnam, qui se commiscuerit cum filia spirituali ex sacramento confirmationis[b]. Nam prædicta constitutio Cælestini Papæ generatim, & indistinctè loquitur de filia spirituali. Quia ex sacramento confirmationis talis contrahitur cognatio spiritualis, qualis ex baptismo[c]. D. Gregorius in suis dialogis commemorat[d], quomodo quidam grauiter, & terribiliter admodum punitus ideo fuerit, quòd filiam suam spiritualem conspurcasset.

Cæterum, quia publicum, & notorium satis est, non modo clericos sacris initiatos, sed & monachos, & moniales seu virgines sacras contra vota suæ professionis, & sacros canones abiecto proposito sanctitatis, incesta fœdera, sacrilegasque copulationes, non vera connubia ad explendam carnis suæ libidinem contrasse, & adhuc in diœcesibus diuersorum Episcoporum catholicæ suæ Maiest. subiectis hærere, & habitare: non inconsultum foret, vt publico edicto illis declaretur, & pronuntiaretur, istiusmodi eorum consortium esse vera, neque legitima matrimonia, sed illicitas, profanas, sacrilegas, atque incæstuosas esse copulationes, & nusquam tolerandas: & anathemati eos omnes, qui ita contraxerunt, esse innexos, proindeque inde susceptas illegitimas esse, nec aliter quàm spurias, & nothas habendas, ac proinde hæreditario nomine parentibus suis neque in mobilibus, neque in immobilibus succedere posse, aut debere; sicut in prouinciali concilio Treuirensi celebrato anno 1548. & Coloniensi celebrato anno 1549. dum clerus Germaniæ reformaretur sub Carolo V. Imperatore, declaratum, & pronuntiatum fuit. Quia vt D. Augustinus inquit[e], lapsus, & ruinæ à castitate sanctiore, quæ maior Deo, adulterijs sunt peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est,) ad offensionem Christi pertinet, cùm membrum eius fidem nō seruat marito, quanto grauius offenditur ipse Deus, cùm illi ipsi non

a *d. c. omnes. et c. fin. 30. q. 1.*
b *Panor. in c. fin. de purgat. can. Felin. in c. at si clerici. de iudic. & ibid. Decius.*
c *c. 1. de cognat. spir. in 6.*
d *lib. 4. cap. 32. & huc par. 9. decret. cap. 58. et Burchar. lib. 17. decret. cap. 47.*
e *cap. 8. de bono vidu. & de nuptiarum, 27. q. 1.*

seruatur fides, in eo quod exigit oblatum, quod non exegerat offerendum. Cùm enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit, tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quantò minus habuit vouendi necessitatem. Deinde continentia expetita, & electa, & voto debito oblata, iam non solùm capessere nuptias, sed etiam si non nubant, nubere tamen velle, damnabile est. Nam vbi demonstraret Apostolus, ait[a]: Non cùm in deliciis egerint, nubunt in Christo, sed nubere volunt, habent inquit, damnationem, quoniam primam fidem vitam fecerunt.

a 1. Corinth. 7.

Quare omnes supradicti ecclesiastici, monachi, & sanctimoniales monendi, & requirendi sunt, eisque mandandum, & præcipiendum; vt salutis suæ, de quo periclitantur, memores, relictis falsis coniugibus, & concubinis, postpositisque negotijs, quibus se impetrarunt: & alios omnes simul requirendo, qui communione schismatica, aut prauorum dogmatum contagione per hanc tempestatem se ab vnitate Ecclesiæ catholicæ Romanæ, extra quam non est salus, separarunt, & hæresi schismateque omni abiurato, absolutionem, & reconciliationem à Sede Apostolica, vel eis, quibus hoc muneris delegatum est, petant, studeantque deinceps, in vnitate communionis, & fidei, cum Ecclesia sancta catholica Romana secundum priorem suam vocationem, & statum permanere. Sed cauendum ne tales ab hæreticis, vel schismaticis ad Ecclesiam reuertentes, & ministerijs diuinis statim ingerant, & sacrificent, aut populo sacramenta administrent, etiamsi id, non more hæreticorum, aut schismaticorum, sed secundum Ecclesiæ catholicæ ritum facere velint, priusquam sint absoluti, Ecclesiæ reconciliati, & officijs, ac ministerijs suis pristinis, irregularitate sublata, restituti, ne damnationem grauiorem incurrant, propter irregularitatis impedimentum, quo tenentur per sacros canones illaqueati.

Adulterij pœna.

CAP. XIIII.

DEus describens Moysi [a], quales suos vellet esse sacerdotes: sancti, inquit, erunt Deo suo: & non polluent nomen eius. Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non audet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo, quia contaminare non debet sanctuarium meum. Qui autem adulter est, vt sapientissimus ille Salomon filium suum audiens, inquit [b], propter cordis inopiam perdet animam suam: Turpitudinem, & ignominiam congregabit, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Quapropter Dominus præscribens filijs Israël præcepta, & iudicia: Si dormierit, inquit, vir cum vxore alterius, morte morietur, id est, adulter, & adultera, auferes malum de Israël [c]. Filij autem adulterorum abominatio sunt Deo, & in consummatione erūt, & de iniquo thoro semen exterminabitur. Et siquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus eorum. Et, si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem, seu solatium. Nationes enim iniquæ duræ sunt consummationis [d]. Atque hæc est pœna, quam Deus contra adulteros in veteri testamento promulgauit.

Christus verò à discipulis suis, & in se credituris maiorem requirens vitæ sanctimoniā, & innocentiam: Audistis, inquit [e], quia dictum est antiquis: non mœchaberis: Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo [f]. Et D. Paulus Corinthijs scribēs 6. Iniquitatis, inquit, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt: sed pars eorum erit in stagno ardente igne & sulphure [h]. Vnde B. Clemens Papa martyr, Petri discipulus ad Iacobū fratrem Domini scribens, quæ cum certa quædam præcepta regēdi ecclesiam

a *Leuit. 21. cap.*

b *Prouerb. 6. cap.*

Pœna in veteri testamento contra adulteros decreta.

c *Deuter. 22. cap. & Leuit. 20. cap.*

d *Sapiēt. 3. cap.*

e *Matth. 5. ca.*

f *c. si cui. de pœnit. dist. 1. & Ino 8. par. decret. cap. 104.*

g *epist. 1. cap. 6. & c. qualis. 30. q. 5.*

h *Apoc. Ioan. cap. 20.*

i *Clem. epist. 1. ad Iacob.*

dedisset: Et ad te quidem, inquit, qui præes, ista sa-
monita, & his similia. Ad presbyteros verò sint ista.
Ante omnia, vt pudicitiæ studentes, adolescentes nu-
ptijs iungant, quò calorem feruentis ætatis coniugali
lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidem cu-
ram habere huiusmodi negligant, quia in multis, etiam
cùm senuerit corpus, concupiscentia viget. Nosse
ergo fornicationis labes (occasione accepta) tantum
venenum pessimum serpat in vobis cauere, & ante-
nire necessarium est, ne quod in vobis, adulterio ad-
tum calescat incendium. Et quid in omnibus peccatis
adulterio grauius? Secundum namque in pœnis obtinet
locum, quoniam quidem primum illi habent, qui ab-
errāt à Deo etiamsi sobrij vixerint[a]. Propter quod vos,
ô presbyteri, ecclesiam excolite, & adornate sponsam
Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico tantum
ecclesiæ congregationem, quæ si pudica inueniatur,
à sponso suo ingentibus ab eo donis, & muneribus ho-
norabitur, & vos velut ministri sponsæ, & amici hon-
si ingenti gaudio, & lætitia perfruemini. Si verò pon-
sa hæc reperta fuerit commaculata peccatis; ipsa quo-
dem tanquam indigna non tradetur regalibus tantis,
vos autem pœnas dabitis, si fortè per vestram regli-
gentiam, vel desidiam obrepserit contagio sæua pecca-
ti. Idcirco ante omnia sobrietatis, & pudicitiæ, solici-
tudinem gerite. Valde enim apud Deum graue crimen
ducitur fornicatio, cuius species sunt quidem plures;
veruntamen prima species adulterij est; virum propria
vxore solummodo non esse contentum, & mulierem
non proprio tantùm seruare se viro. Si ergo castus fue-
rit quis, potest & humanus, & misericors fieri, ut
quod & ipse æternam à Deo misericordiam con-
quatur. Sanè sicut adulterij venenum cunctis malis pe-
niciosius est, ita amor fraternus, & charitas omnis
boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres
vestros, & cum religione, ac misericordia religiose
ad omnes.

Fornicatio venenum pessimum.

In omnibus peccatis adulterio nihil est grauius.

a *c. quod in omnibus 32. q. 7. luo 8. par. decret. cap. 99.*

Presbyteri sobrietatis, & pudicitiæ ante omnia curam gerant.

Constantinus verò Imperator animaduertens hoc ad-
ulterij scelus adeò esse graue, ac ipsa natura detestabi-
le, in primisque societati humanæ, & præsertim Chri-

stiam exitiosum [a], quodque illius iniuria (qua personis inferri nulla potest grauior [b]) non modo maritum eiusque totam familiam conspurcet, sed etiam adulteri, adulteræque gentem dedecoret, atque euertat [c], perpetua lege sanxit [d]; adulteros tanquam sacrilegos nuptiarum violatores, gladio puniri oportere. Et licet in alijs criminibus publicis, quæ sanguinis pœnam ingerunt, transigere quis, vel pacisci possit, de adulterio verò non potest [e]: Sed vtinam hæc lex iam diu diligenter & rigorosè obseruata fuisset, non tanta nunc Dei sentiremus flagella.

Quat ad arcendum, & profligandum turpe hoc & abominandum crimē ab ordine ecclesiastico iure pontificio constitutum, & receptum est; vt clericus adulter deponatur ab officio, & in monasterium toto tempore vitæ suæ detrudatur, vel carceri includatur [f]. Cæterum, quia iure ciuili permittitur [g], vt si quis ei, quem suspectum habet de sua vxore ter in scriptis denuntiauerit sub præsentia trium testium fide dignorum, & post inuenerit eum conuenientem vxori suæ in domo sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis, sine periculo eum perimat. Si alibi inueniat, tribus testibus conuocatis tradat eum iudici, qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inueniantur, post tres, vt dictum est, denuntiationes; liceat marito vtrasque personas defensori Ecclesiæ tradere, aut alijs clericis, vt ad eorum periculum diuisim ibi seruentur, donec iudex cognoscens hoc, mittat Episcopo ciuitatis, quatenus ei isti tradantur, vt debeant subire tormentum, vt nuntietur per eum ad Præsidem prouinciæ, qui secundum leges pœnam imponat legitimam. Quare vehementer cauendum est omnibus clericis, ne nimiam cum mulieribus coniugatis familiaritatem ineant: Nam & canones permittunt [h]; vt si quisquam sacerdotum, id est, presbyter, diaconus, subdiaconus, de quacumque femina crimine fornicationis suspectus post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur sabulari, & aliquo modo conuersari cum ea, excom-

a *c. quid in omnibus. 32. q. 7. c. 1. dist. 81. c. vt clericorum. de vit. & hon. cler. l. probrū. ff. de verb. signif. authen. de nup. Lactāt. de ira Dei. cap. 22. & de falsa rel. lib. 1. c. 10.*

b *l. codicillis. §. matre. et ibi Bald. & alii. ff. de legat. 2.*

c *Philo in lib. de decē præcep.*

d *l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult.*

e *l. transige. C. de transaction.*

f *c. si quis clericus. dist. 81. glos. in c. lator. 2. q. 7. et ibid. Archid. Panor. & alij. in c. vt clericorū. de vit. & hon. cleric. & in c. peruenit. de adulter. Hostiē. in Sum. de adulter. §. quæ pœna sit imponē. Panor. in c. tuæ. de pœnis.*

g *authen. si quis ei. C. ad leg. Iul. de adult. Iuo par. 8. decret. cap. 111. & 112.*

h *c. si quisquā de cohab. cler. & mul.*

excommunicationi subdatur, fœmina verò canonice iudicetur. Nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in clericum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum manus [illegible] violentas [a].

a c. si verò. de sent. excom.

Etenim inter omnia fœdera humana nullum [illegible] est firmius, nullum Deo gratius, nullum [illegible] conciliandam amicitiam, & ad societatem [illegible] tuendam commodius, & magis necessarium, [illegible] dus thori connubialis. Hoc enim illud est, [illegible] in paradiso inter Adam, & Euam constituens [illegible] Quam ob rem relinquet homo patrem suum, [illegible] trem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo [illegible] vna. Eiusque institutionem Christus commemorans, interrogatus à Pharisæis, si liceret homini [illegible] vxorem suam, quacumque ex causa: Non [illegible] quit [c], quia qui fecit hominem ab initio, [illegible] fœminam fecit eos? & dixit; propter hoc [illegible] mo patrem, & matrē, & adhærebit vxori suæ, [illegible] duo in carne vna? Itaque iam non sunt duo, sed [illegible] ro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non [illegible] Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari [illegible] repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses [illegible] duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere [illegible] vestras; ab initio autem non fuit sic. Dico autem [illegible] quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi [illegible] cationem, & aliam duxerit, mœchatur. Vnde [illegible] euidenter quàm graue, & abominandum sit [illegible] per quod connubiale illud fœdus à Deo coniunctum [illegible] insolubile, Deus solui permiserit, & adulterqs [illegible] ma, & turpissima morte sacra lege occidēdos [illegible] dauerit, atque hanc Domini sententiam [illegible] Christiana religione legum comprobauit [illegible] supra à nobis demonstratum est.

b Genes. 2. cap.

c Matth. 19. cap. & c. 1. 35. q. 10.

Et licet multò maioris opprobrij sit, qui [illegible] gelium, quàm qui sub lege veteris testamenti [illegible] fornicatur, & adulterium committit, quia [illegible] membra Christi, facit membra meretricis, & [illegible] mo reum stupri arguit, sed sacrilegij scelere [illegible] condemnat [d]. Hoc tamen tempore infœlicissimo

d Orig. in 5. cap. Iosue hom. 5. et Iuo 8. par. decret. cap. 310.

Da

Damhauderius in praxi sua criminali [a] deplorat, apud quosdam iudices tam parui fiunt adulteria, vt quasi pannisfis insit sceleris, & quasi peccata sint leuiuscula ob hoc, quod sunt frequētia, & à multis citra conscientiæ limalum perpetrata, & hinc fit, vt vitia, quæ seuerissimam merentur punitionem, neglecta, & quasi impunita relinquantur, cùm tamen Deus ea seueriſſimè puniat, & punienda esse decreuerit, atque sanxerit. Adeo, vt nisi per acerbam punitionē populus ab adulteriis se coerceat, Deus sinet nobis euenire discordias, bella, schismata, pestes, aliaque morborum genera infinita. Quæ omnia hoc tempore nobis euenisse, nostris oculis vidimus, & corpore sensimus. Si Deo optimo maximo ita visum fuisset, vt suam vltionem tulisset in sceleratos, & in huiusmodi adulteria dissimulantes iudices; qui sua negligentia dictorum malorum sunt auctores; & non in communem, & inculpatam potestatem, æquius & vigilantius per acres punitiones, adulteriorum frequentiam compescerent. At enim, vt Sapiens inquit [b], quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominū perpetrant mala. Curent igitur iudices, potestatem suam à Deo habentes, vt quæ lex diuina pariter, & humana iubent, non viribus adimpleant, neque diuina ipsis commissa potestate, & auctoritate abutantur in suam, suorumque iudicorum perniciem, & damnationem æternam; eorumque oculis & menti perpetuò obuersetur insigne illud dictum Stratoclis: Ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodire nō posse. Et illud Licurgi [c]: Improborum remissione, improborum studia ad peccandum excitari.

a *cap. 89.*

Cur adulteria nunc censentur peccata leuia.

Hæc prophetia iam adimpleri videtur.

b *Eccles. 8. ca.*

c *Damhoud. in praxi crimin. cap. 150.*

Quid incestus, eiusq; pœna. CAP. XV.

QVemadmodum verò adulterij malum vincit fornicationem, secūdum Augustinum; ita adulterium vincitur ab incestu [d]. Est autem incestus sanguineorum, vel affinium abusus [e]; vt si quis relictam fratris (quæ penè prius soror extiterat) carnali copulatione polluerit; si quis frater germanam vxorem acceperit; si quis nouercā duxerit; si quis consobrinæ, sobri-

d *c. adulterij. 32. q. 7.*

e *c. lex illa. 38. q. 1.*

sobrinæque se sociauerit; si quis relictæ, vel filiæ aut [illegible] li misceatur, aut patrui filiæ aut priuignæ suæ, aut [illegible] ex propria consanguinitate aliquam, aut quam con[illegible] guineus habuerit, vel concubitu polluerit, aut [illegible] rem duxerit, incestum commisisse non dubitam[illegible]. Quisquis autem huiusmodi incestu se contami[illegible] is iure ciuili [b], & diuino (vt habetur Leuit. 20 [illegible] capitaliter puniendus est, sed diuersimodè. [illegible] nefandissimo incestu cognouit matrem, sorore[illegible] ptem, aut filiam, is multo seuerius puniendus est [illegible] alij; nempe morte publica, & infami, & omni[illegible] testabili, vt eius exemplo terreātur cæteri [c]. Quare [illegible] iuris Pōtificij axioma sit, quod clericus, cuius [illegible] iure ciuili puniretur pœna mortis, deponi debet [illegible] canonico, & damnari ad perpetuum carcerem [illegible] quitur clericum, qui incestum commisit, depon[illegible] & ad perpetuum carcerem damnandum esse; [illegible] ctum monasterium à suis ordinibus degradatū [illegible] tentiam peragendam detrudēdum [e]. Nam Cal[illegible] pa Episcopis Galliæ scribens [f]: Coniunctiones [illegible] consanguineorū fieri prohibete, quia has & diui[illegible] prohibent leges. Leges verò diuinæ, & hæc agen[illegible] eos, qui ex ijs prodeunt non solùm eijciunt, sed [illegible] ledictos appellāt; & omnes incesti macula pollu[illegible] mes sunt. Et non solùm hi reijciendi sunt, & infa[illegible] efficiuntur, sed etiam omnes eis cōsentientes. [illegible] sæculi leges interficiūt; sed nos præeunte misericor[illegible] sub infamiæ nota ad pœnitentiā recipimus. Ipsam [illegible] que infamiam delere nō possumus, qua sunt a[illegible] animas eorum per pœnitentiam publicam, & [illegible] satisfactionem sanare cupimus, quia manifesta [illegible] non sunt occulta correctione purgāda. Nam [illegible] Ecclesia mundanis nunquam constringitur leg[illegible] habet gladium, nisi spiritualem, quo non [illegible] viuificat [g]. Cum his tamen, qui incæsta pol[illegible] cōmaculant, ex decreto concilii Ilerdensis, nec [illegible] sumere vlli Christianorum, (sicut iussit Apo[illegible] oportet [i], nec inter fideles Christianos, sed inter [illegible] tiles, aut catechumenos habēdi sunt, id est, vt in [illegible]

a c. de incestis. 35. q. 2. & 3. Iuo 9. par. decret. cap. 25.
b l. si adulteriū cū incest. ff. ad legem Iuliā de adult. coër.
c Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 94. per l. si adulterium cum incestu. & ibi Bart. Ange. et Albert. ff. ad leg. Iul. de adult. Lancilot. de offic. prætor. in caus. crim. tit. de incestuo.
d Panor. in c. tuæ. de pœni. & in c. penult. de hæreticis. Felin. in c. qualiter 2. §. coërcendos. de accusat. Ber. Diaz in pract. crim. cap. 127.
e c. tuæ. de pœnis. et ibid. Panor. nu. 4. ca. penul. de hære. Felin. in c. qualiter. 2. §. ad corrigēdos. de accusat. Diaz in pract. crim. cā. cap. 127.
Peccata manifesta non sunt occulta correctione purgāda
f epist. 2. et Iuo par. 9. decret. cap. 22. et c. 21.
g c. inter hæc. 33. q. 2. Iuo par. 8. decret. c. 124.
h 1. Cortinh. 5.
i Iuo. 9. par. decret. cap. 29. c. de his qui. 35. q. 2. & 3.

Agathensi [a], & Aurelianensi [b] declaratum fuit, cum Christianis non sumant potum, nec cibum, sed soli hoc faciant, non osculentur, aut salutentur ab eis. Si verò his sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu percluduntur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per se veritas ait [c]: Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & tum anathematisentur [d]. Et quia olim his imponi solet eadem pœnitentia, quæ parricidis vel fratricidis vel consanguineis, necnon qui sponsæ per fraudem, & auaritiam hominem innocuam iugulassent; facilè hinc colligere licet, quàm grave, & execrandum hoc flagitium reputatum tunc fuerit.

a *cap. 61. et c. de incestis. 35. q. 2. & 3.*
b *cap. 20.*
c *Matth. 18.*
d *cap. de incestis, 35. q. 2. et c. incestus. 35. q. 8. Iuo. 9. par. decret. cap. 40. & 41.*
e *Iuo 9. par decret. cap. 70. et Burchar. lib. 17 decret. cap. 8.*

Contra naturam luxuriantium pœna. CAP. XVI.

FLagitia, quæ sunt contra naturam, vbique & semper, vt D. Augustinus censet [f], repudianda, atque punienda sunt. Qualia Sodomitarum fuerunt, quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur. Quæ non sic fecit homines, vt se illo vitiorum modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet; cùm eadem natura, cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu: peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore concumbere: sed omnium horum est pessimum, vt idem D. Augustinus pronuntiauit [g], quod contra naturam fit: vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Vsus enim naturalis, si vltra modum prohibitus, in vxore quidem veniale peccatum est, in meretrice damnabile. Sed istud quod contra naturam fit, execrabiliter fit in meritrice, sed execrabilius in vxore. Tantum enim valet ordinatio creatoris, & ordinatorum, vt in rebus ad vtendum concessis, cũ modus excedit, longè tolerabilius fit, quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel vnus, vel rarus excessus. Hinc & D. Hieronymus [h]: Vsus, inquit, naturalis & licitus est, siue in coniugio; & illicitus, sicut in adulterio.

f *lib. 3. cõfess. cap. 8. & ca. flagitia. 32. q. 7. et Iuo 9. par. decret. ca. 105.*
g *in lib. de adulter. cõiugib. & c. adulterij. 32. q. 7. Iuo. 9. par. decret. cap. 110.*
h *Lib. 1. cõtra Iouin. & cap. usus 32. q. 7. et Iuo lib. 9. decret. cap. 106.*

Contra

Contra naturam verò semper illicitus, & procul dubio flagitiosior atque turpior, quem S. Apostolus[a] & in masculis, & in fœminis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quàm si in vsu naturali, vel adulterando vel fornicando peccarent.

a Rom. 1. 1. Corinth. 6.

Huic autem flagitio nunquam satis execrãdo obnoxij sunt, qui diuinam, imò & naturalem legem in Leuitico scriptam violare non verentur, quæ hoc habet. Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Qui autem dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas; morte moriantur; sit sanguis eorum super eos. Cum omni pecore nõ cubes, nec maculaberis cum eo. Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur. Pecus quoque occidite. Quantoperè autem Deus huiusmodi flagitia execretur, & abominetur, & quàm grauiter olim in Sodomitis olim, & locis vicinis vltus sit, tellus angeli, quos Loth hospitio susceperat in Sodoma, incentes[c]: Delebimus locũ istum eò quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, vt perdamus illos. Pluit autem Dominus super Sodoma, & Gomorrham sulphur, & ignem de cælo, & [illegible] ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia[d]. Vide D. Petrus[e]: Deus ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens euersione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens, & iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, & luxuriosa conuersatione eripuit; aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit Deus pios de tentatione eripere; iniquos verò in diem [illegible] reseruare cruciãdos: magis autem eos, qui post [illegible] in concupiscentia immunditiæ ambulant. Confirmatur & illud Iudæ Apostoli[f]. Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.

b Leuit. 18 & 20. cap. Peccatũ contra naturam morte puniendum.

c Genes. 19.

d Genes. cap. 19.

e epist. 2. cap. 2.

f in epist. sua cath. & Deuter. 29. cap.

Deinde hæc flagitia vehementer admodum D. Paulus redarguit in gentibus. Nam Corinthijs scribens

g epist. 1. cap. 6.

Ad

An nescitis, inquit, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare; neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Et ad Timotheum [a]: Scimus quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur; sciētes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, fornicarijs, masculorum cōcubitoribus; & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur. Quæ autem lex diuina posita sit masculorum concubitoribus, supra dictum est. Nunc quam eidem Imperatores statuerint, dicemus.

Imprimis Constantius, & Constans hanc contra illos promulgarunt legem [b]: Cùm vir nubit in fœminam viro porrecturam, quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum? vbi scelus est, id quod non proficit, scire; vbi Venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel futuri sunt rei. Anne his suis exclamationibus insigniter declararunt, quantoperè execrati, & abominati sunt huiusmodi scelera? Imperator verò Iustinianus hanc contra eosdem sanxit legem [c]: Omnibus iam hominibus, qui rectè sapiunt manifestum esse putamus, in nullam nos rem æquè conferre studia, aut perinde aliquid in votis habere, quàm vt qui fidei nostræ à Domino Deo crediti sunt, honestè viuant, & eius beneuolentiam demereantur; præsertim cùm Dei erga homines amor non interitum, sed conuersionem, & salutem velit; & eos, qui alicui offenderunt, Deus, simulatque erigantur, & in viam redeunt, suscipiat. Qua etiam de re omnes cohortamur, vt Dei timorem in animo concipiant, & eius implorent benignitatem: & scimus, quod qui Deum diligunt, quique eius præstolantur misericordiam, hoc agant. Quia verò diabolica quadam obligatione detenti grauioribus se ipsos luxurijs commiserunt, & ipsi naturæ cōtraria faciunt, adhortamur abhinc, vt Dei timorem, & futurum iudicium in animo concipiant, & eiusmodi diabolicis, & illicitis luxurijs abstineant, ne per tam impia facinora à iusta Dei ira, vel vrbes cum suis incolis pessum ire inueniantur.

a *epist. 1. cap. 1.*

b *l. cùm vir. C. ad leg. Iul. de adult.*

c *Authen. vt qui contra natur. luxur.*

Dei clementia & misericordia erga peccatores.

Per sanctas enim scripturas edocemur[a], quod ob tam impia facinora etiam vrbes vnà cum hominibus perierint. Propterea igitur omnes huiusmodi cohortamur, vt præfatis delictis abstineant, & Dei timorem in animum sumant, & eos, qui honestè vitam transigunt, imitentur. Propter huiusmodi enim delicta, & fames, & terræmotus, & pestilentiæ oboriuntur. Atque hoc genus hominũ propterea, vt memoratis illicitis abstinibus abstineant, admonemus, ne suas ipsorum animas conijciant in interitum. Nam si post hanc nostram admonitionem eisdem inhærere delictis aliqui deprehendantur, principio quidẽ indignos se prębebunt Deiq; homines amore, deinde legitimas etiam sustinebunt pœnas. Dedimus etiam gloriosissimæ Regiæ huius Vrbis Præfecto negotium, vt eos, qui post hanc nostram admonitionem prædictis illicitis, & impiis admodum inhærere non dubitauerint, & comprehẽdat & tam submittat supplicio, ne quando ex talium peccatorum contemptu, per tam impia facinora inueniatur tam pia hæc ciuitas, quàm tota ciuilitas, & respublica subiacet iniuriam. Siquidẽ & si post hanc nostrã cohortationem aliqui tales inuenientes, eos occultauerint, consentiunt, & ipsi à Domino Deo condẽnabuntur. Sed & ipse gloriosissimus Præfectus si quos tale aliquid delinquere deprehenderit, neque illis secundũ leges nostras eiusdem ctam indixerit, principio quidem Dei iudicio obnoxius erit; deinde verò etiam à nobis indignationẽ excipiet.

Cùm igitur ex præmissis constet nefanda ista contra naturam crimina tam iure diuino, quàm humano mente puniri, lex euangelica, & canonica, quæ gladium non habet, nisi spiritualẽ, quo non occidit, sed vinificat, in clericis non morte, sed depositione mulctat, vt hanc Alexandri 3 in concilio Lateranensi constitutionem[b]: Clerici, qui illa incontinentia, quæ contra naturam est (propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne consumpsit) deprehẽsi fuerint laborare, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasteriis detrudantur. Verùm Bernardus Dei istorum detestandorũ criminum maiorem esse debet pœnã astruit; cùm ob illa, etiã infantibus, ac mulieribus

a Genes. 19. ca. Deuter. 29. 2. epist. Petri. 2. ca.

Peccata contra naturam quarum plagarum causa sint.

Peccantes contra naturã vltimo supplicio submittendi sunt.

b c. clerici. de excess. prælat.

c in pract. sua crim. cap. 80.

seuerarum ciuitatum omnipotens, & clementissimus Deus non pepercerit: In his maximè regnis, & prouincijs, vbi etiam leges patriæ grauius mortis genus, quàm aliis communè delinquētibus infligant: puniuntur enim omnes igni, & incendio[a]. Sed cum sic placuerit canonum conditoribus, solent ecclesiastici iudices nunc tales post depositionem perpetuis, obscurisque carceribus includere, in quibus, nisi eos liberet fuga, miserrimam, & mortem ipsam exoptantem, vitam agunt. Pius verò V. pontifex sua constitutione sanxit[b], vt si quis clericus nefandum hoc crimen contra naturam perpetrauerit, omnibus ordinibus degradatus curiæ seculari puniendus tradatur: voluitque in hoc crimine non solum præuiam inquisitionem & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denuntiationem procedi per quoscunque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quam personarum; ita quod inter eos locus sit præuentioni. Quod si aliqui ex calumnia alium denuntiasse compertu fuerint, eos ad pœnam talionis teneri voluit & mandauit. Mulctas autem pecuniarias statuit applicādas pro duabus partibus locis pijs vbinis ordinariorum, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit. Et in virtute sanctæ obedientiæ mandat principibus Christianis & terrarum Dominis, vt pro debita nominis reuerentia & honore, præmissa omnia in suis dominiis ac terris exactissimè seruari faciāt, vberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ex enchiridio verò confessarior. & pœniten. Nauarri cap. 27. nu. 249. videtur etiam alia super eodem crimine à Pio V. edita constitutio, cuius vt ipse refert tenor est hic: Omnes, & quoscunque presbyteros, & alios clericos seculares & regulares, cuiuscunq; gradus, & dignitatis, tam dirum nefas (puta Sodomiæ) committentes, omni priuilegio clericali, omnicq; officio, beneficio, & beneficio ecclesiastico præsentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati statim tradantur seculari. Quotidiana vidimus propter hæc & alia clericorū peccata, non Dei in illos venisse; omni cura, & vigilantia auctoribus ecclesiasticis laborandum & enitendum est, vt

In Belgio qua pœna afficiantur contra naturam peccātes.

[a] *Damhoud. in prax. rer. crim. cap. 96. Lancil. de offic. prat. in cauſ. crim. tit. de Sodomit.*

[b] *an. dn. 1566. pontificatus sui anno primo. sexto Calend. Aprilis.*

inprimis causæ, quæ ad huiusmodi peccata hominem inducunt, & permouent, tollantur. Illas autem Deus per Ezechielem prophetam his verbis denuntiauit, dicens[a]: Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otiũ ipsius & filiarum eius; & manum egeno, & pauperi nõ porrigebant. Extirpatis autem hisce prædictis è clericis vitijs, dubitandum non est, quin Deus iram, furorem & indignationem commutaturus sit statim in summam clementiam, & benignitatem. Tertullianus enim hisce criminibus, & ecclesiastica disciplina scribens Reliquas, inquit, libidinum furias impias, in corpus & in sexus vltra iura naturæ non modo lumine, verùm omni Ecclesiæ tecto submouemus, quia non sunt delicta, sed monstra. Lactantius verò horum criminum auctorem diabolum esse ostendens, & asserens [illegible] etiam ait: mares maribus admiscuit, & nefarius [illegible] tus contra naturam, contraque institutum Dei [illegible] natus est. Sic imbuit homines, & armauit ad nefas [illegible] ne. Quid enim potest esse sanctum ijs, qui ætatem [illegible] becillem, & præsidio indigentem libidini suæ [illegible] landam, fœdandamque substrauerint? Non potest [illegible] res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius [illegible] los appellare possum, quàm impios, & parricidas [illegible] bus non sufficit sexus à Deo datus, nisi & suum [illegible] nent, ac petulanter illudant.

D. Chrysostomus verò hos ijs etiam qui sibi [illegible] mortem consciscunt, deteriores esse confirmat[d]. [illegible] stiterit enim, inquit, mori, quàm tanta contumelia [illegible] cepta viuere. Nam qui se ipsum interimit, is [illegible] à corpore dissociat: at hic animam vnà cum [illegible] perdit. Quodcumque porrò delictum nominauerit [illegible] lum huic peccato par dixeris: quia si facta sua [illegible] qui patiuntur, sexcentas vtique mortes obierint [illegible] hoc paterentur. Neque enim est, inquam, [illegible] alia vlla nec grauior, nec rationis minus habens. [illegible] si de scortatione Paulus disserens dixit[e]; peccatum omne quodcumq; commiserit homo extra corpus [illegible] qui autem scortatur, eum in propriũ corpus de[illegible] re; quid de insania hac dixerimus, quæ ipsa [illegible]

a *Ezech. c. 16. & Chrysost. in 1. epist. ad Corinth. cap. 15. hom. 39.*

b *lib. de pudicitia.*

c *lib. 6. diuina. instit. c. 23.*

d *hom. 4. in epist. ad Rom.*

Sexcẽtas mortes obire præstat, quàm vitium cõtra naturam pati.

e *1. Corinth. 6.*

somnione deterior, quantum ne verbis quidem exprimere licet? Neque enim hoc solum dico, quòd fœmina effectus sis, sed quod perdideris ipsum hoc, nimirum virum esse, & quod neque in hanc transieris naturam, neque quam haberes asseruaueris, sed communis naturæque effectus sis proditor, dignus, quem tum viri, tum fœminæ lapidibus à se abigant, tanquã qui vtrumque genus iniuria affeceris. Quisquis scortum se facit, nihil potest esse inutilius, neque enim anima solum, verum & corpus eius, qui hæc patrat, infame est, ac tenè dignum, quod vndequaque exterminetur. Quamobrem obsecro gehennæ his plectendis suffecerint? Quòd si audito gehennæ nomine irrides, ac fidem non habes, illum ignem recordare Sodomorum. Vidimus enim, vidimus, & in præsenti quoque vita gehennæ effigiem. Quandoquidem enim multi futuri erant, qui ijs fidem minimè habituri essent, quæ post resurrectionem futura sunt; nunc cùm ijdem audiant ignem inextinguibilem, à rebus præsentibus illos Deus erudiuit. Tale est igitur Sodomorum incendium, & vulcano illa: Id quod sciunt ij, qui ad ea loca profecti, plagam illam diuinam, ac cælestium fulminum opus talis subiecere. Cogitate, quàm graue illud sit peccatum, vt quod ipsam gehennam etiam ante tempus excitare coëgerit. Nam postquàm permulti verba despicerent, illis Deus per ipsa demum opera, gehennæ effigiem ostendit. Quid enim viro corpus suum muliebri more prostituente abominabilius? quid autem fœdius? O insaniam, ô stupiditatem? Vnde, quæso, hæc debacchata est concupiscentia, humanam naturam hostium incommodis, atque adeò tantò grauioribus afficiens, quantò anima corpore præstantior est? O vos & brutis insipientiores, & canibus impudentiores! Nusquam enim huiusmodi congressus apud illos, sed agnoscit proprios terminos natura. Vos autem genus vestrum infamius brutorum genere effecistis in his, quæ dico, iniurij, & per vos inuicè iniurij. Vnde igitur mala hæc enata sunt? A deliciis[a]; à Dei ignoratione. Cùm enim excesserit quis Dei timorem, protinus omnia bona pessum eũt. Cùm igitur voluptas,

Nullæ gehennæ sufficerint plectendis Sodomitis.

Vnde grauitas peccati contra naturam æstimanda sit.

Ignis Sodomorum effigies gehennæ.

a *Chrysost. hoc ipsum pulchrè declarat. hom. 39. in epist. 1. ad Corinth.*

a Lib. 6. diui. institut. cap. 23. In continenti quid faciendū.

& libido (vt Lactantius de istis flagitiis scribens dicit) hæc edat opera & hæc facinora designet, armandi aduersus eam virtute maxima sumus. Quisquis autem affectus illos frænare non potest, cohibeat eos intra prescriptum legitimi thori, vt & illud, quod auide expetit, assequatur, & tamen in peccatum non incidat. Sed quid si homines perditi volunt? Nempe honesta opera voluptas sequitur. Si ipsam per se appetunt, iusta legitima frui licet. Quod si aliqua necessitas probabilis tùm verò maxima adhibenda virtus erit vt cupiditas continentia reluctetur. Nec tantùm alienis thoris attingere non licet, verùm etiam publicis, vulgaribus corporibus abstinendum Deus præcepit; docetque cùm duo inter se corpora fuerint copulata, vnum corpus efficere: Ita qui se cæno immerserit, cæno illitus necesse est; & corpus quidem citò abluitur, mens autem contagione impudici corporis intra non potest, nisi & longo tempore, & multis bonis operibus ab ea, quæ inhæserit colluuione purgari. Quare ergo sibi quemque præponere duorum sexuum coniunctionē generandi causa datam esse viuentibus, quæ legem his affectibus positam, vt successionem parent. Sicùt autem dedit nobis oculos Deus, non vt ductemus voluptatemq; capiamus, sed vt videamus propter eos actus, qui pertinent ad vitæ necessitatem, ita genitalem corporis partem, quod nomen ipsum docet, nulla alia causa, nisi efficiendæ sobolis accepimus. Sed diuinæ legi summa deuotione parendum est. Sunt omnes, qui se discipulos Dei profitebuntur, ita moribus instituti, vt imperare sibi possint. Nam qui voluptatibus indulgent, qui libidini obsequuntur, ij animam suam corpori mancipant, ad mortemque condemnant, quia se corpori addixerunt, in quo habent potestatem.

Honesta opera voluptas sequitur.

Duorum sexuū coniunctio cur permissa sit.

Oculi cur dati sint.

Clerici & Dei discipuli quomodo se gerere debeant.

Quomodo se vnusquisque formare debeat.

Vnusquisque igitur quantum potest formet sed recundiam, pudoremque colat; castitatem conformet & mente tueatur: nec tantùm legibus publicis parere, sed sit supra omnes leges qui legem Dei sequitur. Quibus bonis si assueuerit, iam pudebit eum in deteriora descendere. Modo placeant recta, & honesta, quæ

bonibus iucundiora sunt, quàm praua, & inhonesta petentibus. Nec verò aliquis existimet difficile esse, frenos imponere voluptati, eamque vagam, & errantem castitatis, pudicitiæque limitibus includere, cùm propositum sit omnibus hominibus eam vincere, ac plurimi beatam, atq; incorruptã corporis integritatem retinuerint, multique sint, qui hoc cælesti genere vitæ fœlicissimè perfruantur. Quod quidem Deus non ita fieri præcepit, tanquam astringat, quia generati homines oporteat, sed tanquam sinat. Scit enim quantam his affectibus imposuerit necessitatem. Si quis, inquit, hoc facere voluerit, habebit eximiam incomparabilemq; mercedem. Quod continentiæ genus quasi fastigium, omnisque consummatio virtutum est. Ad quam si quis non atque eluctari potuerit, hunc seruum Dominus, hunc discipulum magister agnoscet, hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo, qui virtutem Dei cœpit. Hæc quidem difficilia videtur, sed de eo loquimur, cui cæteris omnibus terrenis, iter in cælum paratur. Nam quia virtus in Dei agnitione consistit, omnia grauia sunt, dum ignores: vbi cognoueris, facilia. Per ipsas difficultates nobis exeundũ est, qui ad summum bonum tendimus.

Non est difficile voluptati imponere frænos.

Continẽtia omnium virtutũ fastigium, & consummatio est.

Virtus in Dei agnitione consistit.

Nec tamen deficiat aliquis, aut de se ipso desperet, si aut cupiditate victus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut vi coactus ad iniustitiæ viam lapsus est. Potest enim reduci, ac liberari, si eum pœniteat actorum, & ad meliora conuersus satisfaciat Deo. Dominus enim ac parens indulgentissimus remissurum se pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum se omnes iniquitates eius, qui iustitiam denuo cœperit operari. Sicut enim nihil prodest malè viuenti antea vitæ probitas; quia superueniens nequitia iustitiæ opera deleuit; ita nihil officiunt peccata vetera correcto; quia superueniens iustitia labem vitæ prioris eluebat. Nec lucrari se quisquam putet, si delicti conscium non habebit. Scit enim ille omnia, in cuius conspectu viuimus; nec, si vniuersos homines cælare possimus, Deum possumus, cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. Dei enim diuinitas nec

Peccatori desperandum nõ est.

Deus est misericors.

Correcto et pœnitẽti nihil vetera peccata officiunt.

Deo nihil absconditum nihil potest esse secretum.

visceribus submoueri potest, quo minus totum homi-
nem respiciat, & norit. Quid locum abditum legis, &
arbitros remoues? Putas tibi contigisse vt oculos om-
nium effugias demens? Quid tibi prodest non habere
conscium habēti conscientiā, quæ oculis Dei pertinet?

Qua cogitatione vitam nostram traducere debeamus.

Semper itaque viuamus, vt rationem reddendam
nobis arbitremur; putemusque nos momentis omnibus
non in aliquo orbis terræ theatro ab hominibus, sed
super spectari ab eo, qui & iudex & testis idem futurus
est, cui rationē vitæ reposcenti actus suos inficiare
licebit. Ergo satius est aut effugere conscientiam, &
nos ipsos vltrò aperire animum, & pernitiem [illegible]
vulneribus effundere; quibus nemo alius medere po-
test, nisi solus ille, qui gressum claudis, visum caris [illegible]
didit, maculata membra purgauit; mortuos [illegible]
Ille ardorem cupiditatis extinguet; extirpabit [illegible]
inuidiam distrahet; iram mitigabit. Ille redderet [illegible]
& perpetuam sanitatem. Appetenda est hæc omnia
medicina, quoniam maiori periculo vexatur [illegible]
quàm corpus, & quàm primùm latentibus morbis [illegible]
hibenda curatio est. Neque enim si vtatur aliquis [illegible]
lorum acie clara, membris omnibus integris, [illegible]
ma totius corporis valetudine, tamē eum non [illegible]
sanum, si efferatur ira, superbia tumidus inflet[illegible]
dini seruiat; cupiditatibus inardescat: sed eum [illegible]
qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos; [illegible]
non admiretur; alienam mulierem sanctè videat; [illegible]
omnino appetat; nihil concupiscat alienum; non [illegible]
deat vlli; non fastidiat quenquam; sit humilis, [illegible]
cors, beneficus, mitis, humanus, pax in animo [illegible]
perpetuò versetur; ille homo sanus est, ille [illegible]
perfectus est. Quisquis igitur his omnibus [illegible]
cælestibus obtēperauerit, hic cultor est veri Dei [illegible]
sacrificia sunt mansuetudo animi, & vita innocens [illegible]
actus boni [a].

Latētibus morbis statim adhibenda curatio est.

Quis verè sanus sit censendus.

Cultoris veri Dei sacrificia.

a Lactant. d. lib. 6. cap. 24.

Quomodo libido refrænāda.

Ad refrænandum verò, & edomādum desideriorum
carnalium appetitum, multum profuerit cogitare [illegible]
mala, pericula, & pœnæ huiusmodi peccatis [illegible]
Tum hoc quod diligit, quale sit futurum post mortem.
Cōsiderata enim corruptione carnali, vt D. Gregorius

inquit[a], citius cognoscitur, quia cùm illicitè caro concupiscitur, tabes desideratur; & qui illius desiderio æstuat, ad sœtorem putredinis anhelat; dulcedo enim illius vermis. Nam, vt Seneca inquit[b], libidinis initium continebis, si exitum cogitaueris. Deinde si initiis, pravisque suggestionibus, quibus ad peccandum solicitamur, statim occurramus, & virtutes illis vitiis contrarias amplecti, & excitare in nobis nitamur, & exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deoque placentem[c].

a *lib. 16. moral. cap. 31.*

b *lib. 1. de morib.*

c *Paul. ad Roman. 12.*

Incontinentia ecclesiasticorum quomodo puniatur in ipsorum filijs. CAP. XVII.

CVm indecorum sit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo vnigenitus Dei filius pro salute humani generis æterno Patri victimatur & offertur[d]: & quia in pluribus ecclesijs inoleuerat pessima corruptela, vt spurij canonicorum, canonici fierent in ecclesijs, in quibus eorum patres instituti erant[e], idcirco SS. Tridentina Synodus, vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis, quos maximè puritas, sanctitasque decet[f], longissimè arceatur, & ecclesiæ ministri ad decentem atque debitam continentiam, vitæque integritatem, ac honestatem reuocentur, & in eadem contineantur, decreuit, & sanxit[g]; vt non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. Quod si in præsenti pater & filius in eadem ecclesia beneficia obtinere reperiãtur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra ecclesiam intra trium mensium spatium; aliàs ipso iure exspiratus existat, & super iis, quæcumque dispensatio surrepta censeatur. Adhæc reciprocæ resignationes, si quæ post hac à parẽtibus clericis in fauorem filiorum fiant, vt alter alterius beneficium consequatur; in frau-

d *c. cùm decorem. de filiis presb. ordin.*

e *d. c. cùm decorem. & c. ad abolendã. eod. tit.*

f *c. proposuisti. dist. 82. psalt. 92. c. decet. de immunitate eccles. in 6. l. 2. c. de sacrosan. eccles.*

g *sess. 25. de refor. c. 15.*

dem huius decreti & canonicarum sanctionũ fabr
nino censeantur: nec collationes secutæ, vigore
modi resignationum, seu aliarũ quarumcumque
fraudem factæ fuerint, ipsis clericorũ filiis suffrag

Sed non est, quod quis hoc decretum elu
tanquam nouum quid constituens, & iuri co
cùm culpa suos tantùm debeat tenere auctores
na sit vlterius protrahenda, quàm delictum fuer
cedente repertum [a]. Itaque sciendum de iure
antiquo cautum, & prohibitum esse; vt filij sac
in ecclesiis paternis non ministrent, vel eas qua
casione obtineant; Siquidem etiam ipsi ab eccl
quibus patres eorum ministrasse noscebantur,
amouebantur [b]. Deinde Innocentius in conc
rali Lateranensi firmiter inhibuit, ne Canon
lij maximè spurij, Canonici fierent in secu
clesiis, in quibus instituti essent eorum patres
contra fieret, decreuit collationem, & instit
non valere, suspendendo collatores, & instit
les à suis beneficiis [c]. Præterea lex diuina prohib
spurij & huiusmodi turpes personæ vsque ad
generationem ingrederentur in ecclesiam [d]. Q
miranda & deploranda nobis videtur quorum
nonicorum & aliorum ecclesiasticorum impud
honestas, & impietas, quòd non obstantibus p
patiãtur spurios suos sibi non solùm in eccles
ris officio ministrare, sed etiam se vbique per
comitari seu subsequi, sibique cohabitare, non
gna ecclesiæ infamia ac dedecore, cumque
laicorum scandalo, à quibus in plateis monstr
gitis, & dicitur: Ecce quales hic habemus eccl
cos, quibus bastardi seu spurij sui ministrãt non
domi in occulto sed & publicè in ecclesia &
quales sacerdotes nobis sacramenta adminis
missas faciunt: quas ipsi nobis reuerẽdas &
maxima cum deuotione clamitant; & ipsi illas
continentia ac inhonesta conuersatione, turpi
& irreuerentia afficiunt. Si Christus Rex Regũ
minus dominantiũ in altari realiter verè præsens
sicut nobis prædicãt, non pateretur se à tam im

[a] *c. quæ sunt. de his quæ fi. à ma. par. cap. l. sancimus. C. de pœnis.*

[b] *c. præsentiũ, et c. conquerẽte. de filiis presby.*

[c] *il. c. ad abolẽdam. & c. cum decorem.*

[d] *Deuter. 23. c. & c. peruenerabilem. §. fin. tit. qui fil. sint legit.*

fornicatoribus, & scortatoribus adeò indignè cōtracta-
ri, & alia his similia vel etiam maiora. Væ, væ, væ, igi-
tur, huiusmodi impudentibus, ne dicam impiis eccle-
siasticis, per quos hæc scandala veniunt. Cogitēt quæso,
ab ipso Christo dictū [a]: Qui scandalizauerit vnū de pu-
sillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur
mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū
maris. Itaque ne populus fidelis in talibus ecclesiasticis
scādalum pateretur, infirmorumque corda percuteren-
tur, & ab ecclesia alienarentur ac retraherentur; & ne
totius cleri vituperaretur ministerium! neue impudi-
cis illis patribus perceptæ voluptatis ex sua libidine ac
luxuria refricetur ac renouetur memoria, concupiscētia
& delectatio [b], rectè mandatū & præceptum est [c]. Præ-
latis, vt furios seu bastardos non permittant Patribus
suis ecclesiasticis cohabitare. Siquidem hoc in iure di-
uino fundatum esse ait Glossographus allegās [d] cap. 21
Genes. & cap. 4 ad Galat. c. quantumlibet. dist. 47. &
plura alia iura. Et in vindictam atque confusionē maio-
rem tanti sceleris, solent olim tales spurij in perpetuam
seruitutē ecclesiæ redigi, sicut ex Toletano concilio 9 [e]
constat, vbi habetur: Cùm multæ super incontinentia
ordinis clericorum hactenus emanauerint sentētiæ Pa-
trum: & nullatenus ipsorū reformari correctio morum
quæuerit, vsque adeò sententiam iudicantiū protraxêre
commissa culparum, vt non tantùm inferretur vltio in
auctores scelerū, verùm etiā in progeniem damnatorū.
Itaque quilibet ab Episcopo vsque ad subdiaconū de-
inceps vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connu-
bio in honore cōstituti filios procreauerint, illi quidem
ex quibus geniti probabuntur, canonica cēsura damnen-
tur, proles autem tali pollutione nata, non solùm hære-
ditatem nunquā accipiet, sed etiam in seruitute eius ec-
clesiæ de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati
sunt, iure perenni manebunt. Quod autem dictum est
culpam suos tantùm debere tenere auctores, &c. illud
quidem generatim verum est, nisi in certis criminibus
per leges, vel canones contrarium sit definitum [f],
quemadmodum in prædicto incontinentiæ crimine fa-
ctum est.

a *Matt. 18. & c. nisi. §. pro graui. de renuntiat.*

b *c. presbyter. c. si mala. 2 q. 5. Panor. in ca. cum decorem. de filiis presby. Hostiē. in sum. eodem tit.*

c *in concil. Basil. sess. 20. in cōcord. Frācie. tit. de concubi. vide supra hoc lib. c. 11. Cōcil. Hildem. ca. 15.*

d *in prag. sanctit. de concub. §. ipsas autem.*

e *ca. 10. Didac. in 2 part. epit. 4. decretal. cap. 8. §. 5.*

f *vt patet per c. vergentis, de hæret. c. vbicūque. de pœnis. in 6. cap statutum. de hæret. in 6.*

SPE-

SPECVLI

CANONICORVM ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVAM IPSI NIMIA cupiditate, & ambitione deturpant, & grauiter lædunt.

LIBER QVARTVS.

Auaritiam, & cupiditatem clericis fugiendam esse.

CAPVT PRIMVM.

INter vitia quibus clericorum honestas non modo obscuratur, & læditur, verum etiam planè extinguitur, non infrequenter cum occupat auaritia. Auaro enim, ut Sapiens inquit[a], nihil est sceleratius, nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Itaque Christus[b] ait: Videte, inquit, & cauete ab omni auaritia; quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his, quæ possidet. Et D. Paulus[c]: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam (quæ est idolorum seruitus) propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. Hoc enim scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in Christo, & regno Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios

a *Eccles. 10. ca.*

b *Lucæ 12. cap.*

c *Ad Colloss. 3. cap.*

dela-

denit[a]. Adeò autem turpia, inhonesta, & abominanda dicta vitia censuit D. Paulus, vt nec verbotenus nominari ea voluerit, dicens: Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos [b]. An nescitis, quia iniqui regnū Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque auari, neque rapaces regnum Dei possidebunt [c]. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas [d]: siquidem vt D. Ioannes Chrysostomus inquit [e], omnium probitatis, & nequitiæ fundamētum ipsa est habendi libido, ex qua dissensiones, inimicitiæ, bella, dissensiones, contumeliæ, suspiciones, iniuriæ, cædes furta, & sacrilegia emanant; ob eam non solùm vrbes, & oppida, sed viæ ipsæ, & orbis denique vniuersus desolatur, montes insuper, & loca quæque superiora, & omnia demum sanguine redundant, & clade. Quòd malum neque ipso ponto abstinuit. Ob hanc præterea cupiditatem, & naturæ sunt leges immutatæ, & sublata consanguinitatis termini, ipsiusque substantiæ, ac vitæ corrupta sunt iura: Auri enim violenta cupido non solum in viuos, quin etiam in mortuos ipsos tales armauit manus, vt nec cum tumulatis quidem habere indutias patiantur. Quin has plerique sepulchris refractis scelerate injiciunt cadaueribus [f], neque sinunt vita functis eorum esse insidiis vacuos. Quæcumque denique illis suæ domi esse comperies, siue in foro, siue in iudicijs, siue in concionibus, siue in curia, & Regiis ædibus, siue quibusuis aliis in locis, ex ea cupiditate habēt eorum. Hoc illud est malum, quod gehennæ flammam excoxauit.

Dæmone grauior est pecuniarum cupiditas, qua multi magis persuasi sunt, quàm ethnici ab idolis, quibus tot omnia parent, huic verò omnia; & quodcumque nouum suggerit, obsequuntur. Quid dicit auaritia? Omnibus inimicus, obliuiscere naturam, contemne Deum, sacrificium mihi teipsum offer. Dicto citius parent: Et idolis quidem boues sacrificant: Auaritia; offer

a *ad Ephes. 5. c.*

b *d. cap. 5. ad Ephes. Auari regnum Dei nō possidebunt.*

c *1. ad Timoth. 6. cap.*

Radix omnium malorum cupiditas.

d *1. ad Corint. 6. cap.*

e *in serm. de malis à nob. euenien.*

Auri violenta cupido.

f *Sicut hoc tempore ab hæreticis in multis ecclesiis factum fuit.*

Pecuniarum cupiditas dæmone grauior est.

Auaritiæ mandata.

offer mihi animam, inquit, & persuadet. Vide quæ habeat aras, quæ libamina accipiat. Regnum cælorum auari non possidebunt, neque has minas formidant. Nihil prorsus libertatem animi sic tollit, quemadmodum sæculariũ rerum cupiditas, & eorum, quæ videntur esse præclara. Non enim sibi viuunt, qui dum seruiunt, sed alteri, & mille crudelibus Dominis huiusmodi homines premuntur. Vbi gloriæ cupiditas, ibi quia liuor vires suas exercet, nulla sincera pœnitentia inueniri [b]. Auaritia enim omnes, qui ei sunt crudeles efficit atque feroces. Nam si propriam animam salutem negligit, quid faciet de aliena [c]? Imò, ipsis rationabilibus animantibus ferocior est [d], & homicidis, atque latronibus peior [e]. Et quia eo nihil furiosius, nihil turpius Christiano homini, illius mensam tangendum non est [f].

D. verò Prosper de tyrannide huius cupiditatis & auaritiæ scribens [g]: Iubet, inquit, nobis imperium cupiditas, vt diuina parui pendentes possessionum nostrium damnosa compendia cogitemus, vt in iniquam solicitudinem, curamque ponamus, vt inde nos bida vanitate iactemus, vt amplitudine patrimonii diffusioris elati, fieri pauperes spiritu negligamus. Quicinus inauditum? suaui Christi iugo contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione suscipimus, & Domini nostri leui onere, quem subiectos non onerat, sed subleuat, posthabito, pro bellum pondus ceruicibus nostris aggeramus, quod citius potest deponi, quàm ferri; quia & ipsa cupiditas, quæ nobis subijci vltrò volẽtibus hoc pondus imperiosè contemni potest faciliùs, quàm expleri, & ideo illi volentes dederint oppugnanti, voluntatem resistere vlterius non habebunt tyrannicè dominantis. Ita fit iusto Dei iudicio; vt qui cupiditati resistere nolumus ingressuræ, iam resistere nequeamus ingressi. O intolerandum dæmoniacæ cupiditatis imperium, vt hostibus suis, quos potest vincere, victores faciat, promittit ingentia, & bonorum temporalium pollicitatione deceptos impellit iam miseros, & miseratos in turpia. Tenet nos lucrorum pœnaliter dulcium

a *Chrysost. in 12. c. Io. ho. 64. Cupiditas libertatẽ animi tollit.*

Vbi gloriæ cupiditas, ibi nulla est amicitia.

b *Idem Chrysost. in Matth. hom. 59.*

c *Chrysost. ho. 24. in Matth.*

d *Chrysost. ho. 7. de pœnit.*

e *Chrysost. ad pop. hom. 68. et 69.*

f *Chrysost. ho. 25. ad Hebræ.*

g *Lib. 2. de vita contẽpl. c. 15.*

g *Cupiditatum tyrannis graphicè describitur ab August. de libero arbit. lib. 1. cap. 11.*

tenis addictos, & in sua ditione captiuos: nec trahit in-
uitos, sed quod est deterius, quocumque voluerit vo-
lentes ducit. Vastat in nobis quicquid verecundiæ, aut
pudoris inuenerit; & quos suis triumphis addixit, ad-
huc tanquam resipiscendi suspectos omnibus viribus
honestatis exarmat, ne quando contra eam, qui bel-
lare noluimus, rebellemus. Rapit nos, ac passim per
omnia acquisitionum genera cupidos acquirendi di-
spergit.

Vide D. Hieronymus [a]: Ex quo, inquit, in ecclesiis,
sicut in Romano imperio creuit auaritia, perijt lex de
sacerdote, & visio de propheta [b]. Hinc propter auari-
tiam sacerdotum sæpe odia consurgunt: hinc Episcopi
accusantur à clericis; hinc Principum lites; hinc detra-
ctionis* causa, hinc origo fit criminis. Certè qui visibi-
liter in hoc mundo ius inuadit alienum, accusatur à
pauperibus, damnatur à iudice: ita & in Ecclesia Dei dum
quisque stipendia sua perdit, clamat ad Dominum, &
exauditur à Christo, nec differtur vltionis sententia, si
non reddantur vniuersa. Moderatio enim Dei, ac pie-
cas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit longa
bonitate sua saluari. Si non conuertimur, si duri colli
sumus, si in peccatis vsque ad mortem illicitè perdura-
mus, assiduè peccantium non miseretur Deus. Bonorum
auctori inhærere aliter non valemus, vt D. Gregorius
inquit, nisi cupiditatem à nobis (quæ omniũ malorum
radix est) abscindamus [c]. Virum enim catholicum, &
præcipue Dei sacerdotem, sicut nullo errore implicari,
ita secundum D. Leonem Papam, nulla oportet cupidi-
tate violari, dicente sancta scriptura [d]: Post concupi-
scentias tuas ne eas. Mens enim potentiæ auida, nec
abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec piè-
tati adhibere consensum [e]. Et sicut hi, qui per insaniam
mente translati sunt, non iam res ipsas, sed phanta-
lia passionis suæ vident, ita etiam censore D. Am-
brosio [f], mens auari semel vinculis cupiditatis astri-
ta, semper aurum, semper argentum videt, semper
reuera computat, gratius intuetur aurum, quàm so-
lem. Ipsa eius oratio, & supplicatio ad Deum aurum
quærit.

a *in epist. ad Rusticum Episcop. Narbon. et c. diaconi. dist. 93.*

b *Ezech. 7.*

* *al. desolationum causa.*

Assiduè peccãtium non miseretur Deus.

c *cap. bonorũ. dist. 47.*

d *Eccles. 18.*

e *c. virum dist. 47.*

f *in c. sicut hi. dist. 47.*

Sed,

An quis sua bona cupidè et diligenter conseruare possit.

Sed, inquit aliquis, quid iniustum est, si cùm ali[illegible] non inuadam, propria diligentius seruo? O impu[illegible] dictum; quid propria dicis? Quæ ex quibus [illegible] in hunc mundum detulisti? Quando ingressus es [illegible] lucem; quando de matris ventre existi, quibus [illegible] tibus, quæso, quibus subsidiis stipatus ingres[illegible] Proprium nemo dicat, quod est commune, [illegible] quàm sufficeret sumptui etiam violenter obter[illegible] Et vt D. Augustinus inquit[b]; non solùm [illegible] qui rapit aliena; sed ille quoque auarus est, [illegible] seruat sua. Sed si sic iudicatur, qui cupidè [illegible] sua, quomodo iudicaturus est te, cùm non [illegible] uas tua, sed etiam quæras aliena? Nunquid [illegible] Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vita [illegible] vt tu quidem esses affluens & abundans, [illegible] esset, & egerent? An idcirco magis, quia & [illegible] benignitatis suæ experimenta conferre, & [illegible] virtutem patientiæ coronare? Tu verò [illegible] muneribus & in sinum tuum redactis, nihil [illegible] agere iniquum si tam multorum vitę subsidia [illegible] tineas? Quis enim tam iniustus, tam auarus, [illegible] tam multorum alimenta non suum vsum, sed [illegible] tiam, & delicias facit? Neque enim minus est [illegible] habenti tollere, quàm cùm possis, & abundans [illegible] gentibus denegare. Esurientium panis est, quem [illegible] tines. Nudorum indumentum est, quod tu [illegible] & miserorum redēptio est, & absolutio pecunia [illegible] tu in terra defodis. Tantorum te ergo inuadere [illegible] bona, quantis possis præstare, quod velis[c].

Cæterum ita incubuerunt mores hominum [illegible] mirationem diuitiarum, vt nemo, nisi diues, [illegible] dignus putetur. Neque hic recens vsus, sed iam [illegible] quod peius est, inoleuit hoc vitium humanis [illegible] Vetus & antiqua auaritia est, quæ cum ipsis [illegible] gis cœpit oraculis. Imò propter ipsam repri[illegible] lex Dei lata est. Iesus Naue[d], qui potuit solem [illegible] ne procederet, auaritiam hominum non potuit [illegible] ne serperet. Ad vocem eius sol stetit, auaritia [illegible] tit. Feralis igitur auaritia, illecebrosa pecunia, [illegible] bentes contaminat, non habentes non iuuat.

a *d. c. sicut hi.*
b *August. ser. 196. de temp.*
c *d. c. sicut hi. Nemo nisi diues honore nūc dignus putatur.*
d *Eccles. 46.*

tamen vt aliquādo adiuuet pecunia, inferiorem tamen, & ipsum desiderantem. Nunquid idcirco honestior, quia habet, quo honestas plerumque amittitur? quia habet quod custodiat magis, quàm quod possideat? Illud enim possidemus, quo vtimur. Quod autem vltra vsum est, non vtique habet possessionis fructum, sed custodiæ periculum[a]. Nam, vt D. Cyprianus inquit[b], quos diuites opinaris continuantes saltibus saltus, & de confinio pauperibus exclusis infinita, ac sine termino vsura latius porrigentes, quibus argenti, & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium, vel extructi aggeres, vel defossæ strues, hos etiam inter diuitias suas tremidos cogitationis incertæ solicitudo discrutiat, ne prædo vastet, ne percussor infestet, ne inimica cuiusquā inferioris inuidia calumniosis litibus inquietet. Non cibus securus, somnúsue contingit. Suspirat ille in conuiuio, licet bibat gēma, & cùm epulis marcidum corpus mollior alto sinu condiderit, vigilat in pluma, nec intelligit miser speciosa esse sibi supplicia, auro & alligarum teneri, & possideri magis, quàm possidere diuitias. Atque ô detestabilis cæcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo, cùm exonerare se possit, & releuare ponderibus, pergit magis fortunis aggeribus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere. Nulla in clientes inde largitio est, cum indigentibus fit nulla partitio, & pecuniam suam dicunt, quam velut alienam domi clausam solicito labore custodiunt. Ex qua non amicis, non sibi deniq; ipsis quantum impartiunt. Possident ad hoc tantùm, ne possidere alteri liceat. Et ô nominum quanta diuersitas, bona appellant, ex quibus nullus illis nisi ad res malas vsus est.

Vera honestas plerūque amittitur pecunia.

a *Ambr. lib. 2. offic. cap. 26.*

b *Cypria. epist. 2. lib. 2.*

Vnde D. Ambrosius auaris loquens [c]: Cur, inquit, hominis facitis mala, cùm de malis bona facere debeatis? Scriptum est enim [d]: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ei ergo qui vti sciat, multa bona sunt; qui vti nesciat rectè, mala. Bona sunt, si pauperibus largiaris, in quo tibi debitorem Deum quadam pietatis fœnatione constituis. Igitur, quem possidendi delectat ambitio, Deum qui possidet omnia, quæ creauit,

Bona per antiphrasim dicta sunt.

c *in lib. de Nabuchod. Israëlita. cap. 7.*

d *Lucæ 16.*

Bona temporalia quibus sine verè bona, vel mala.

expedita mente possideat, & in eo habebit, quæcumque in eo sanctè habere desiderat. Sed quoniam nemo possidet Deum, vt D. Prosper inquit [a], nisi qui possidetur à Deo, sit ipse primitùs Dei possessio, & efficietur ei Deus possessor, & portio. Et quid potest eo esse felicius, cui efficitur conditor census, & hæreditas eius dignatur esse ipsa diuinitas, si modo eam sanctis operibus colat, omnes fructus ex illo percipiat, in illo, & de illo iugiter viuat? Hunc possidebat, & ab illo possidebatur ille, qui dicebat in spiritu [b]: Portio mea Domine, & custodire legem tuam. Et [c]: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.

D. verò Augustinus suum de auaro, & cupiditate proferens iudicium [d]: Auarus, inquit, vir inferno similis est: Infernus enim quantoscumque deuoverit, nunquam dicit satis est: Sic etsi omnes [illegible] confluxerint in auarum, nunquam satiabitur. Quæ est ista auiditas concupiscentiæ, cùm & ipsæ bestiæ habeant modum? Tunc enim rapiunt, quando [illegible] parcunt verò prædæ, cùm senserint satietatem. Insatiabilis est sola auaritia diuitum; semper rapit, nunquam satiatur: nec Deum timet, nec hominem reueretur, nec patri parcit; nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat; nec amico fidem seruat. Vnam duam opprimit; pupillum inuadit; testimonium falsum profert. Quæ est illa animarum insania? Auertere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cælum? Vtinam igitur iuxta D. Bernardi sententiam [e], saperes miser, & intelligeres, cum thesauro pecuniæ thesaurum iræ pariter cumulari. Vtinam nouissima prouidens animaduerteres facilè perfrumen acus transituros non diuitiarum cumulus, sed delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Sed argentum, & aurum non nihil est, sibi vtrumque [illegible] mundus, solum peccatum te sequitur quocumque [illegible] quacumque intraueris, pellem hanc non deponet. Quæ autem parasti insipiens cuius erunt? Et contra auarus clericos idem Bernardus exclamans [f]: Væ, væ, inquit, in domo Dei horrendum videmus. Quid in ide[illegible]

a lib. 2. de vita contempl. ca. 6.

b Psalm. 118.

c Psalm. 15.

d in lib. de salutar. docum. ca. 30. et in lib. de verb. Dom. serm. 25.

Auarus inferno similis est.

Auaritia diuitum insatiabilis est.

e in ser. sup. illo: Ecce nos reliquim.

f in d. serm.

ministrantes? Mentior, si non idolorum seruitus auaritia est, si non quibusdam etiam venter suus factus est Deus suus. Quod enim quisque præ cæteris colit, id ibi Deum præ cæteris constituisse probatur. Quantos fanè vidimus, qui diligunt munera, sequuntur retributionem? Quantos vidimus, qui Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri?

Quid vnicuique Deus sit.

Fertur olim fuisse oraculum apud Græcos Delphis acceptum ab Apolline Pytheo, vt auctor est Cicero[a], Spartam Laconicæ regionis vrbem celeberrimam nulla re alia, nisi auaritia esse perituram. Ego verò, inquit Iudocus Clichthoueus Parisiēsis quondam Theologus, de vita, & moribus sacerdotum scribens[b]: Longè verius Delphicis tripodibus credo esse oraculum, Ecclesiam Dei auaritia ruituram, atque perdendam. Quod ex ea omnia mala suboriuntur, & inuadunt in Ecclesia Christi secundum illam B. Pauli Sententiam[c]: Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Quodsi hæc flamma gehennæ, & auri sacra fames in laicis, & secularibus vitis exercentibus negotiationem est meritò damnanda, quanto magis in sacerdotibus, & aliis diuino mancipatis officio? In quibus si semel medullitus hæserit; omnia sacra prostituit venalia, cruces, altaria, templa; animas pro quibus mortuus est Christus, negligit; quæ spiritualia sunt officia nequaquam curat, sed sibi inhiat pecuniæ congerendæ, satyricum illud[d] continuò succinens: Lucri bonus est odor ex re qualibet. Et cùm nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit[e], sacerdotes & alij clerici militiæ Dei asscripti, & ecclesiastici cauponantes ministeria longè deterius agunt, quàm si negotiis secularibus se implicarent. Verùm nostra tempestate videtur illud oraculum de ruina Ecclesiæ per auaritiam futura propemodum habere locum, sed militatem, cùm hæc inferna palude egressa tabes in summum fere nunc excreuerit, & suam impleuerit mensuram, ostendaturque planè nunc verum esse, quod ait Isaias[f]: Omnes in viam suam declinauerunt,

a *lib. 2. offic.*

b *cap. 16.*

Oraculum; ecclesiam Dei auaritia ruituram.

c *1. Timo. 6.*

d *Iuuenal. Saty. 14.*

e *2. Tim. 2. et ca. 1. ne cleric. vel monac. nego. secul. c. sunt nonnulli. 16. q. 1. c. placuit. ca. Cyprianus. 21. q. 3. cap. consequens. dist. 88.*

f *cap. 56.*

vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. Et quod Paulus ad Philippenſes ſcribens conqueritur [a]: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ ſunt IESV CHRISTI. Quare SS. Tridentina Synodus cupiens Eccleſiæ, ruinam ex clericorum grauiſſimis vitijs, & delictis minanti, ſuccurrere, & ad tollendam, & extirpandam auaritiam eorundem, varia ſuper hac re edidit decreta.

a 2. cap.

Pro ordinum collatione nihil dandum eſſe; & quando Status cauſa eorundem aliquid ſoluendum ſit.

CAPVT II.

QVoniam ab eccleſiaſtico ordine non ſolum auaritia, verumetiam omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, idcirco SS. Tridentina Synodus [illegible] & ſanxit [b] vt nihil pro collatione quorumcumque ordinum [c], etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alias cumque de cauſa [d] etiam ſponte oblatum Epiſcopo, alij ordinum collatores, aut eorũ miniſtri quouis textu accipiant. Notarij [e] verò in iis tantùm locis, quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, decimam tantùm vnius aurei partem accipere poſſint, dummodò eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo: nec Epiſcopo ex Notarij commodo, aut liquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire poſſit. Tenentur gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ in abuſus, & corruptelæ, ſimoniacæ prauitati fauentes ſint, cupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo. Si qui ſecus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, ultra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas [f], ipſo facto incurrant.

Concilium verò prouinciale Mechlinienſe reparans & innouans, quæ œcumenica Synodus Tridentina pro Eccleſiæ collapſæ reformatione ſalubriter ſtatuerat, ac ordinauerat; ac ad illorum obſeruationem, [illegible]

b *ſeſſ. 21. de reform. cap. 1.*
c *c. 1. c. ex tuæ. c. ſicut de ſimo. c. cum detestabile. eodem tit. & extrauag. com. c. ſi quis Epiſcopus cum 4. ſequen. c. placuit. ca. ſtatuimus. c. ordinationes. c. ſunt. c. de ordinationibus. cap. quibuſdam. & ca. pueri. 1. q. 1. c. ſicut Epiſcopũ. 1. q. 2.*
d *c. cũ ab omni. & ibi gloſſ. & DD. de vita et honeſt.*
e *ca. 1. & ibi gloſſ. & DD. dẽ ſimo.*
f *de quibus vide iura ſuprà allegata.*

etiam hæc quæ sequuntur statuit[a]: In Episcoporum dotationibus præ cæteris conspicuum esse debet, quod ait Christus[b]: gratis accepistis, gratis date. Cùm autem in gratiosis concessionibus, & dispensationibus, tum in collationibus, institutionibus, & aliis quibuslibet prouisionibus, quæ gratis fieri debent, occasione sigilli varia iura soleant exigi: statuit prouincialis Synodus omnia illa iura, tanquam non satis probata, consuetudine introducta, planè remittenda, & relinquenda esse, & nihil inde accipi posse. Pro literis autem & sigillis, ac registratione, cæterisque eodem spectantibus, qui id oneris habent, & instrumenta examinare, registra conficere, & conseruare debent, ratione illius temporis, & pro qualitate laboris, quem subeunt, stipendium moderatum pro consuetudine accipere possint: sed quod in communibus, & mediocribus negotiis non excedat summam viginti, vel triginta stuferorum: neque verò ne in maximis quidē accipere possint vltra coronatum. Quòd autem de Episcopis, eorumque sigillo nunc constitutum est, id etiam eodemque iure ad omnes alios præsentatores, collatores, eorumque præsentationes, collationes, institutiones, & quamlibet aliam prouisionem, cuiuscumque gradus, aut ordinis sint, omnino pertineat: nec vlli eorum liceat præterea iurium sigilli vltra prædictum stipendium quicquam accipere.

Præterea cùm multa iam siue temporum vitio, siue hominum incuria, & improbitate irrepsisse videantur, quæ sacrificij missæ dignitate aliena sunt: vt ei debitus honor & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem restituatur, decreuit SS. Tridentina Synodus[c]: vt ordinarij locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere sedulò curent, ac teneantur, quæ vel auaritia idolorum seruitus; vel irreuerentia, quæ ab impietate vix seiuncta esse potest; vel superstitio veræ pietatis falsa imitatrix induxit. Atque vt multa paucis comprehendantur, imprimis quod ad auaritiam pertinet, cuiusuis generis mercedum conventiones, pacta, & quicquid pro missis nouis celebrandis detur, necnon importunas, atque illiberales eleē-

a *tit. de sigill. cap. 1. 2. 4.*

b *Matth. 10. Causa prouisionis nihil soluēdum est collatoribus vel institutoribus.*

Pro literis, sigillis ac registratione quatenus aliquid soluendum.

c *sess. 22. in decret. de obser. & euitan. in celebr. miss. Triplica, quæ circa missæ sacrificium prohibenda et cauenda sunt.*

mosynarum exactiones potius, quàm postulationes, aliaque huiusmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu non longè absunt, omnino prohibeant.

In nulla beneficiaria prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius beneficij quicquam soluendum esse.

CAP. III.

IN pluribus ecclesiis tam cathedralibus, quàm collegiatis, & parochialibus, ex earum constitutione, aut ex praua consuetudine obseruari intelligens, cta Synodus Tridentina[a], vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius cathedralis ecclesiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, siue ad distributiones quotidianas, certæ conditionis, deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensatione sue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus ecclesiis dicuntur turnorum lucra, interponantur. Hæc cùm sancta Synodus detestetur, mandat Episcopus, quæcumque huiusmodi in vsus pios non conuertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sinistræ auaritiæ suspitionem habent, fieri non permittant, quæque diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscant: & illis tantum, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas vt prauas, ac scandalosas, reijciant & aboleant. Eos vero, qui aduersus hæc in præsenti decreto comprehensa, quauis ratione commiserint, pœnis contra Simoniacos editis, sacris canonibus, & variis summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innouat, decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit, non obstantibus quibuscumque statutis, cōstitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam apostolica auctoritate confirmatis; de quarum subreptione, obreptione, & intentionis defectu Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus cognoscere possit.

[a] *sess. 24. cap. 14. de refor. decret. 2.*

In beneficiorū prouisione vel eorum possessione capienda, quæcunque soluuntur in pios vsus conuerti debent.

Quibus pœnis obnoxius sit recipiens aliquid in beneficiorum prouisione vel possessione, quod non conuertatur in piū vsum.

Qui

Quibus modis fiat simonia in beneficiaria prouisione.

CAP. IIII.

VErùm quia S. Tridentina Synodus decernit præfixo hoc decreto, eos, qui aduersus in illo comprehensa quauis ratione commiserint, teneri pœnis cõtra Simoniacos editis sacris canonibus, & variis summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innouat, non inutile, nec inconueniens fore arbitratus sumus, si hic obiter, & generatim perstringamus, quibus modis cõtra prædicta Simonia committi possit, & quæ sint pœnæ sacris canonibus & decretis Pontificum contra Simoniacos editæ. Si quis igitur ad obtinẽdum aliud ex supranominatis, puta, electionem, præsentationem, nominationem, institutionem, confirmationẽ, collationem, vel aliam prouisionem, siue admissionem, possessionem alicuius Ecclesiæ cathedralis vel beneficij, vel partẽ prouentuum, seu ad distributiones quotidianas, pactionem, vel conuentionem vllam fecerit, quæ illicite omninò cessare debent; nullius sunt momenti, & illicitæ censendæ sunt [a]. Contrahitur enim Simonia, non modò cùm pecunia ipsa in numerato pro re ipsa datur, aut recipitur; vel de danda, & recipienda pacto, vel expressè conuentum fuerit; verumetiã cùm dum humanum obsequium, seruitium, fauorem, atque gratiam aliquam requirit, vel exigit [b]: vel si quis dicat, facio vt facias: vt si promittat te eligere, & tu illum: vel si dicat, eligas meum nepotem nunc, & ego eligã tuum proxima electione. Nam & patrui, & nepotes sunt Simoniaci [c]: vel si quis cũ conditione, vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, vt postmodum pro præbenda retinenda, & in canonicum admittatur. Huiusmodi oblatio, vel receptio fieri non poterit sine vitio Simoniæ, cùm in talibus omnis pactio vel conuentio cessare debeat iuris canonicas sanctiones. Si verò purè ac sine pacto, vel conditione qualibet offerat, rogans humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona sua retinere valeat pro præbenda, & clerici eiusdem Ecclesiæ consentiant, huiusmodi receptio fieri potest, absque scrupulo Simoniacæ prauitatis. Si verò is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur,

Quibus modis Simonia cõmittatur in beneficiaria prouisione.

a *c. fin. & ibi gloss. et DD. de transact. c. tua. & ibi gloss. & DD. de Simonia. c. ea quæ. c. si quis 1. 2. et 3. c. ex multis. c. fin. 1. q. 3. c. ego autem, c. fin. 1. q. 6. c. cũ super. de confess. c. veniens. 1. de testi. & attestat.*

b *c. cum essent. c. ex diligẽti. de Simon. et c. sunt nonnulli. c. quibusdam. c. pueri. 1. q. 1.*

c *c. tuanos. et ibi gloss. et DD. de Simo. ea fin. de transaction. Roman. consil. 317. Rebuff. in concord. tit. de elect. derog.*

vt per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci: & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri, sine dubio tam ille, quàm isti apud districtum iudicem, (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles iudicantur [a].

Item, si quis ad ecclesiæ alicuius dignitatem de voluntate maioris partis Canonicorum electus, paucis contradicentibus, quidam amicus electi, de ipsius conscientia, & voluntate turbata, ei, qui magister dissidiæ videtur certæ quãtitatis munus exoluat, & sic contradictio conquiescat, profectò talis electus à sacrimoniæ immunis non est. Idcirco sibi optimè consuluerit si administrationem suę dignitatis celeriter ab ipsa te dimittat, memor illius verbi: Nihil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò detrimentum patiatur [b].

Horribile quoque nimis est, quod in quibusdam ecclesiis pro personis ecclesiasticis ponendis in sede, siue introducendis in ecclesiam, necnon & pro sepulturis, & exequiis mortuorum, seu aliis sacramentis aliquid requiratur. Putãt autem plures ex hoc licere, quia legẽ mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur; non attendentes, quod tantò grauiora sunt crimina, quantò diutius infœlicem animam tenuerunt alligatam. Sed cõcilium Lateranense [d] districtè prohibuit, ne sine de cætero fiant, vel pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus instituendis aut sepeliendis mortuis, seu aliis sacramentis conferendis, aut collatis aliquid exigatur. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, portionem cum Giezi se nouerit [illegible] turum [e].

Ex quo euidenter liquet, etiamsi prædictum [illegible] Tridentini decretum factum non fuisset, tamen [illegible] ceptione & admissione ad possessionem beneficiorum suorum electos, seu aliter prouisos nihil soluere [illegible] Canonicis, vel aliis personis eosdem ad illam recipientibus, seu admittẽtibus: cùm tam multæ sint iuris pontificij constitutiones, quæ hoc ipsum expressè inhibent, quia sub obtentu cuiusquam consuetudinis reatũ [illegible]

a d. c. tua nos.

b c. Matthęus. de Simo. Matt. 16. & Lucæ 9.

c c. fina. de cõsuetud. ca. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quã pol. authen. Vt nulli iudic. lic. hab.

d Sub Alexãd. 3. part. 1. ca. 7.

e c. cum in ecclesiæ, de Simonia. c. sicut. et c. veniens ibid. c. qui studet. et c. cito turpem. 1. q. 1.

In receptione ad possessionẽ Canonicis nihil soluendum est.

quis mori non potest: nec diuturnitas temporis diminuit peccata, sed auget[a]: Imò si quid hac causa receptũ sit, id restitutioni obnoxium est. Nam sine graui suæ salutis periculo illud retinere non possunt[b].

Si verò dicatur; illud, quod prædictis Canonicis tũc soluitur, hoc illis numerari, non pro beneficio, seu re spirituali, sed pro examine literarũ collationis, seu prouisionis, receptione iuramenti, introductione in possessionem, vel aliis negotijs eo tempore, causa prouisorum, tunc occurrentibus: Ad hanc excusationẽ Rmus. Dominus Episcopus Iprensis Martinus Rythouius sacræ Theologię Doctor, & eiusdem celeberrimus quondam in vniuersitate Dilingana, & Louaniẽsi professor, qui ipse sacro concilio Tridentino interfuit, & subscripsit, cuidam Decano & Capitulo respondit; quod pro supradictis illicitum est eos pecunias recipere; & apertè adnectitur decretis concilij Tridentini. Cuius decretis inhærendo statuit; vt qui exhibito iuris legitimo titulo, ad beneficij possessionem admitti cupit, si qualitates habet ad beneficium requisitas, faciat professionem fidei, & obedientiæ ex pręscripto eiusdem concilij, eaque facta gratis admittatur, nec quicquam aliud exigatur, detur, vel recipiatur, quàm quod fabricæ ecclesiæ debetur. Id verò non excedat summam eorum quæ hactenus exigi solent ab illis, qui ad possessionem similis beneficij admittebantur; totaque hæc summa, quæ ad fabricæ subsidia soluitur, quanta quanta est, ad vsus fabricæ verè, & realiter conuertatur. Ad pastum autem, qui alicubi initio residentiæ, alibi peracto stadio strictæ residentiæ soluitur, nullum canonicum, nec alterius beneficij possessorem obligari voluit. Siquidem & illum soluere iure pontificio prohibetur[c].

Vnde & Paschalis Papa[d]: Si quis, inquit, obiecerit, tot consecrationes emi, sed res, quæ ex consecratione proueniunt, penitus desipere probatur. Nam cùm corporalis ecclesia, aut Episcopus, aut Abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. Nullus igitur emat præbendã,

a c. non satis. de Simo.

b d. c. veniens. & c. de hoc autem. et ibi gloss. not. & eleg. ad verb. restituãt. d. tit. de Simon.

Rescriptum et statutum Reu. Episcopi Iprensis super admissione in possessionẽ beneficij.

Pastus seu cõuiuium ratione admissionis in possessionẽ solui non debet.

c c. veniens ad nos. & c. Iacobus, et ibi gloss. Hostiẽ. Panor. & Felin. de Simo.

d in ca. si quis obiecerit. 1. q. 3. Præbendæ vel alia beneficia emenda nõ sunt.

vel ecclesiam, vel aliquod ecclesiasticum, nec pos-
lum, nec pastum antea, nec postea pro huiusmodi
uat. Nam, vt D. Gregorius rescripsit [a] omnibus
Episcopis: Si quis dator, vel acceptor Dei eccle-
ecclesiastica beneficia (quæ quidam præbendas
sub pecuniæ interuentu susceperit, siue dando
siue accipiendo vendiderit, à Simonis non ca-
perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua
tur damnatione. Nam qui sub religionis obten-
famulari voluerit; si quid accipit, & meritum
& beneficio accepto frustratur. Rationis ergo
cogitur, quod iniustè receperit restituere, &
turpis lucri gratia receperat, non tenere.

a *in ca. si quis dator. 1. q. 3. Præbendæ vox tempore Gregorii in Ecclesia vsitari cœpit.*

Vrbanus verò Papa hæc tempora nostra
Saluator, inquit, prædicit in euangelio [c] circum-
culi pseudoapostolos & pseudoprophetas
multos seducere, & fideles suos in mundo
turos pressuras, sed tamen portas inferi non
ras. Proinde, vt ait Apostolus [d]: oportet
vt qui probati sunt, manifesti fiant. Oportet
Propheta [e] ex aduerso consurgere, & murum
re pro domo Israël, & cum Apostolo [f] per
lationes intrare in regnum Dei; quoniam non
dignæ passiones huius temporis ad futuram
quæ reuelabitur in nobis. Igitur quia innotuit
quod tibi obijcitur, vtrum vendere ecclesiasticum
Simoniacum sit; hoc simoniacum esse patenter
tur, ex hoc quod B. Apostolus Petrus ait Simoni
Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existi-
donum Dei pecunia possideri. Donum quippe
Spiritussanctus, & donum Dei est res ipsa Ecclesiæ
lata. Et si benè animaduerteris, Simon Magus
fidem fictè accessit, non Spiritumsanctum, quo
indignus (quoniam, vt scriptum est [h], Spiritus
disciplinæ effugiet fictum) sed donum Dei emere
luit, vt ex venditione signorum, quæ per eum
rent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nesci-
stolus emptionem Spiritussancti (quam bene
posse nouerat) sed ambitionem quæstus talis, A
ritiam (quæ est idolorum seruitus) in eodem

b *in ca. Saluator. 1. q. 3.*
c *Matth. 24.*
d *2. Corint. 11.*
e *Ezech. 13.*
f *Rom. 8.*
g *Actor. 8.*

Res ecclesiæ oblata donum Dei est.

h *Sapient. 1.*

exhibuit, & cum maledictionis iaculo percussit. Quisquis igitur res ecclesiasticas, & Dei dona, quæ à Deo, fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter sua lucra vendit vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat. Ideo qui eas non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obsequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur, Simoniacus est, cum principalis intentio fuerit Simonis, sola pecuniæ causa, ac ratione videlicet, id est, idololatria, vt ait Apostolus Paulus[a]: Alioquin cur sancta Synodus Calchedonensis 610. Episcoporum procuratorem vel defensorem Ecclesiæ, vel quenquam regulæ subiectum, adeò perpetuam ordinari prohibet[b], vt interuētores quoque tanti sceleris anathematizet; nisi quod eosdem Simoniacos iudicet? Quod si præfati milites ecclesiæ ob huiusmodi scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit non militantes ecclesiæ multo damnabiliores ob hanc causam, id est, emptionis, vel venditionis debere percelli. Sed beatus antecessor noster Pascalis libro de consecratione affirmauit, quod quisquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non procedit, neutrum non venditum derelinquit; ac per hoc eum, qui res ecclesiæ vendit, vel emit, Simoniacum esse intelligit[c].

In nomine verò procuratoris intelligit præfata Synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, vt verbi gratia Præpositum, œconomum, vicedominum: defensoris nomine, aduocatum siue castaldum & iudicē. In subiecto verò regulæ Archipresbyterum, Archidiaconū, diaconum, canonicū, monachum, & quemlibet ecclesiastico mācipatū officio. Quod verò spiritum sanctum, quantum in se est, vendat, vel emat, vel præpositurā vel aliquid huiusmodi vendit, vel emit; ait Augustinum super Ioannem: O quot præpositura fuerunt. Alterum Præpositum habet Carthaginensis Romanus: alterum in Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia ille, & ille: quos iam nec nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam,

vnus-

[a] *Simoniacus quis sit.*

a *Coloss. 3.*

b *Concil. Calchedo. cano. 2. et c. si quis Episcopus. 1. q. 1.*

c *c. si quis obiecerit. 1. q. 3.*

Procuratoris nomine qui hic comprehendantur.

Defensoris.

Subiecti.

Spiritum sanctum vendere vel emere qui censeantur.

vnuſquiſque laudat præpoſitum ſuum quod vendit. Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſituræ diſtrac-ne agens, in nomine columbæ ſancti Spiritus venditionem, vel emptionē accipit, ſicut & omnes huius ſan-gelici capituli tractatores. Penſandum verò eſt quæ-na mulctentur, qui iam Deo & eccleſiæ ſuæ oblata ven-dunt, vel emunt, ſi cum flagellis à Dei templo eiecti ſunt, qui quæ Deo erant offerenda vendebant, vel em-bant. Si de offerendorum venditoribus, vel emptori-bus dictum eſt [a]: Vos feciſtis domum patris mei, do-mum negotiationis, & ſpeluncam latronum, quæ ſi-tur de eccleſiæ iam oblatorum vēditoribus, vel em-ribus? Et ne quis inſanus iam obijciat, meritò hoc ſi-minum tam acerbè vindicaſſe, quia tūc illa in Dei tem-plo vendebātur; eccleſiaſticæ verò res modo ſunt tem-plum diſtrahuntur: Attende ſuperius Auguſtinum determiſſantem locum venditionis, vel emptionis præ-poſitorum, ſed tantùm indefinitè dicentem: ſi quis aliquis emere columbam; vnuſquiſque præpoſitum laudat, quod vendit: non adijciens in templo, ſed in templum [b].

Columbæ nomine quid hic deſignetur.

Vnde pœna vēdentium eccleſiæ oblata colligi poſſit.

a *Iſaiæ 56. Matth. 21.*

b *d. ca. ſaluator. 1. q. 3.*

c *c. fin. 1. q. 3.*

Huc pertinet & illud Innocētij 2 decretum [illegible] præbendas, decanatum, aut honorem, vel præ-nem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſanctu-tum eccleſiaſticum, vt puta chriſma, vel oleū [illegible] & cōſecrationes altarium, vel eccleſiarum, [illegible] te execrabili ardore auaritiæ per pecuniam [illegible] honore malè acquiſito careat, & emptor, atque [illegible] tor, & interuentor nota infamiæ percellantur, [illegible] pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis [illegible] vel poſt aliquid exigatur, vel ipſe dare præſumat [illegible] niam Simoniacum eſt: ſed liberè abſque dimi-[illegible] aliqua collata ſibi dignitate atque beneficio per-[illegible]

Careat beneficio, qui illud pecuniæ ſibi cōparare tentauerit.

Alexander verò Papa non ignorans, quod [illegible] moniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos [illegible] ita ſine dilatione mox vt eius ſigna per aliquam [illegible] nam claruerint, de eccleſia Dei debere eliminari, [illegible] repelli [d]: Idcirco cùm cognouiſſet hoc deteſtabile [illegible] lum in eccleſia Lucenſi inoleuiſſe, vt nulli vnquam [illegible] rico quamuis religioſo, quamuis ſcientia, & [illegible]

d *c. ſicut, de Simon.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pretio, ecclesiasticum beneficium concederetur, nisi
ei, qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset,
his verbis desuper constitutionem edidit [a].

Ego Alexander sanctæ Romanę Ecclesiæ & Apostolicæ Sedis Episcopus (imò minister indignus) tot & tanta mala in multis ecclesiis, & maximè in Lucēsi ecclesia ex iniqua cōcupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis iniquorum à districto iudice, de manu nostra requiratur, illa extirpare, & penitùs eradicare decreuimus. Constituimus itaque & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri prædecessores fecisse noscūtur) vt nullus deinceps Episcoporum beneficium ecclesiæ (quod quidam canoniam, vel præbendam, seu etiam ordinem vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vnquam conferre; sed omnes ministros, & seruitores ecclesiæ gratis, & absque vlla venalitate in sancta ecclesia studeant ordinare. Nec eligāt in domo Domini, qui maiores sacculos pecuniæ conferant; sed eos, qui moribus, & disciplina, atque scientia diuites pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam. Constituimus, & eodē modo firmamus, vt nullus cuiuscumque gradus clericus pro ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ ecclesiarum, vel donariis ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum: quia (teste scriptura) qui aliquid malè accipit [b], vt bene dispenset, potius grauatur, quàm iuuetur. Quod si aliquis diuinorum pręceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum beneficium ecclesiæ iniqua cupiditate factus vendere, vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcedonensi concilio definitum est [c]; gradus sui periculo eum subiacere decernimus, nec ministrare possit ecclesiæ, quam pecunia venalē fieri concupiuit, & insuper terribilis anathematis mucrone perfectus (nisi resipuerit) ab Ecclesia Dei, quam læsit, modo omnibus abscindatur. Vrbanus verò quartus vel quintus Papa pari diligentia studens hoc vitium ex ecclesia profligare, hāc contra illud constitutionē edidit [d].

Sane ne in vinea nostræ (licet insufficientibus meritis) commissa custodiæ, nascentes vepres, & spinæ adeò conualescant, quod speratam fructificationem ipsius valeant

a *in c. ex multis. 1. q. 3.*

Beneficia ecclesiæ gratis & absque vlla venalitate conferenda sunt.

O Vtinam hæc in beneficiorū collatione seruaretur ratio.

Prouisi de beneficio nihil pro eo postea dare possunt.

b. *c. nō est putāda 1. q. 1. c. fortè. 14. q. 5.*

c *Cano. 2. & c. si quis Episcopus. 1. q. 1.*

d *in c. 1. de Simon. in extrauaga. commu.*

valeant impedire; diligentiæ noſtræ incumbit offic
vt illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procura
Sanè multorum fide dignorum relatione dicim
quod in nonnullis eccleſiis, monaſteriis, prioratib
aliis locis religioſis tam virorum, quàm mulierum
dinum, regionum, & partium diuerſarum, deceb
& à canonibus reprobata ſeruatur abuſio, quod
perſonæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obſeruan
gularē, ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus
dia Capitulis, & conuentibus ipſarum eccleſiar
naſteriorum, prioratuum, & locorum aut pecu
iocalia, ſeu res alias ipſis eccleſiis, monaſteris, p
tibus, & locis, ſeu præſidentibus eis, ex ſtatuto
ſuetudine (quæ corruptela eſt potius dicenda)
compelluntur: ex quibus decori eccleſiaſticæ,
culatæ religionis detrahitur. Quàm plures
execratione huiuſmodi criminis, quàm expe
re à ſacræ religionis propoſito retrahuntur: ipſa
cleſiæ, monaſteria, & loca famulantium De
tis numeris remanent deſtituta, & in multo
tibus fidelium ſcandalum generatur. Nos igi
morbo peſtifero cupientes congruam adhibere
lam, & aliis pœnis in talia præſumentes inhibi
in ſuo robore duraturis, pœnam adijcere gra
vniuerſis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Pre
& magiſtris, necnon Abbatiſſis, Prioriſſis, a
Prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum
libus quarumcumque etiam eccleſiarum, mona
rum, prioratuum, domorum & locorum quor
religionum, ordinum etiam militiarium tam ex
rum, quàm non exemptorum, quocumque
cenſeantur, ac Capitulis, & conuentibus, & ſing
bus perſonis eorum, tenore præſentium auctor
poſtolica (quamuis ſit eis à iure inhibitum) d
inhibemus, ne tam à maribus, quàm à mulieri
lentibus ingredi eorum religionem, eccleſias, mo
ria, prioratus, domus ſeu loca in earūdem perſo
receptione, aut ante, vel poſt illam, quoſcumque
prandia, ſeu cænas, pecunias, iocalia, aut res alias
ad vſum eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum

Hæc conſtitutione veteribus pœnis cõtra Simoniacos editis nona et grauior adijcitur.

Paſtus ſeu conuiuia pro receptione in eccleſiam vel monaſterium ſolui non debent.

deq

deuota, vel deputanda directè, vel indirectè petere, vel exigere quoquo modo præsumant, sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu, & vestitu suarum personas suarum ecclesiarũ, monasteriorum, prioratuum, domorum, & locorum sincera charitate pertractent. Illa duntaxat, quæ personæ ipsæ ingredientes, & sponte, & plena liberalitate, omnique pactione cessante dare, vel offerre ecclesiis, monasteriis, prioratibus, domibus, & locis huiusmodi voluerint cum gratiarum actione licitè recepturi. Nos enim, qui sacris egemus, si sint singulares personæ, tam dantes, quam recipientes huiusmodi, excommunicationis; si Capitulum, vel conuentus fuerit suspensionis sententiis eos volumus subiacere. A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeant absque Sedis Apostolicæ licentia speciali. Cæterum personis illis vtriusque sexus, quæ iam labe huiusmodi sunt fœdatæ, earum primitus saluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per suos locorum diœcesanos hac vice duntaxat à crimine huiusmodi, & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apostolica absoluantur. Cæterum proinde ipsis pœnitentia salutari imposita, de qua ipsorum discretioni videbitur expedire; & demum cum ipsis, vt in earum ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus, & locis licitè valeãt remanere, misericorditer dispensetur. Insuper erga personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua cõtra canonicas sanctiones peccasse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, quæ recepta huiusmodi, si ad communem vsum monasteriorum, seu locorum eorum sunt applicata, ea ad eorum vsum licitè cõcedimus retineri. Si verò ad speciales vsum Abbatis, seu Abbatissæ, Prioris, aut Priorissæ, aut alterius singularis personæ retineantur, illa vendere præcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, concessionis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Quæ sponte, liberaliter, & absque vllapactione ecclesiis vel monasteriis ab ingredientibus donantur, recipi possunt.

Pœnæ nouæ huius constitutionis cõtra Simoniacos.

Si quis

Si quis verò contra hanc Vrbani, & prædictam A
xandri constitutionem obijciat; concilium Triden
num tantùm vetare, & prohibere illa dari in præ
nibus, seu admissione ad possessionem, quæ in vsu
non conuertuntur: Itaque videtur permittere, vt
lis dentur, quæ in vsus pios conuertantur. Denique
licitum, & Simoniacum esset, aliquid in admissione
possessionem à nouis Canonicis recipere, illud vero
à Pontificibus, & Episcopis nō fuisset tolerandum
circa sciendum quod multa per patientiam Superio
tolerentur, quæ, si deducta essent in iudicium, ri
te iustitia non tolerarentur [a]. Deinde notandum
iuris axioma; multa tolerari facta, quamuis prohi
sint, ne fiant [b]. Cæterum tolerantia Superiorum
non excusat aliquos; quia habent concurrentem
ni, vt Felinus asserit [c], in illius probationem
Alexandri Papæ constitutionem allegans, q
ad concilium Tridentinum pertinet diligen
maduertendū & obseruandum, per illud
simpliciter & generatim in præmissis dari
sus pios conuertenda; sed mandat Episcopis, q
cumque huiusmodi in vsus pios non conuer
que ingressus eos, qui Simoniacæ labis
auaritiæ suspicionem habent, fieri non permi
que diligenter de eorum institutionibus, fu
dinibus super prædictis cognoscant, & alia
quas vt laudabiles probauerint, exceptis, re
prauas abijciant & aboleant.

Canonum verò interpretes [d] tradunt non
ctum, vel statutum, quod aliquid soluatur à re
recipiendo in Canonicum, etiamsi illud conue
sit in pios vsus. Atque hanc suam sententiam
mant per supradictas Alexandri, & Vrbani
tiones. Consuetudinem verò requitentem,
detur conuertendum in pios vsus, valere
conuerteretur à Canonicis in vsus proprios.
ex statuto impositum sit onus præbendæ in
cultus diuini, illud valere quoque dicunt. Si
lum sit statutum, vel cōsuetudo super præmi

Obiectio, An concilium Trident. permittat dari in admissione ad possessionem, quæcunque in vsus pios conuertuntur.

Alia obiectio, An tolerantia pontificum non excusét canonicos à Simonia.

Responsio ad posteriorem quæstionem.

a c. cū iam dudum. de præb. gloss. in c. fin. in verb. permittit. dist. 3.

Responsio ad priorem quæstionem.

b c. 1. de eo qui duxit in matr. ca. rursus. qui cler. vel vouen. c. Lugdunensis. 9. q. 2. et c. quod quidam 1. q. 1.

c Felin. in cap. Iacobus. de simon. alleg. d. c. ex multis. & Panor. in ca. 1. de Simon.

d gl. in c. cum in ecclesiæ. c. veniens & c. Iacobus. de Simo. et ibid. Panor. & Felin. qui eandem materiā pulchrè tractant in c. cum M. de constit. item Hostien. & Io. And. in cc. suprà alleg. Sylvest. in verb. simonia. §.

nes, tunc nihil debet à recepto, vel recipiendo exigi, eum conuertendum in diuinum cultum, vel vsus alios pios. Quocirca Rmus noster Dominus Episcopus Iprensis petijt, atque rescripsit quibusdam decano & capitulo, se non permittere, vt nouam ordinationem, in grauamé eorum, qui ad beneficij sui possessionem admitti cupiunt, licet ad fabricæ quidem vsus facerent; nisi rationibus sibi antea communicatis, & à se approbatis. Nihilominus si fabrica parum haberet, & multis indigeret, permisit, vt sublatis & planè abrogatis his, quæ Canonicis pro receptione ad possessionem, & pro pastu solita solent, constitueretur rationabilis summa soluenda ad subsidium oneris fabricæ, etiã vsque ad sex libras grossorum, modo ea solutio fieret de fructibus beneficio primo quoque tempore cessuris post vacationem, prædecessori in possessione eiusdem beneficij non obstante[a]. Noluit tamen dici, quod summa, destinata pro pastui, conuerteretur in vsum fabricæ, propterea quod exigere pastum apertè vetitum esset, etiam sub pœna. Sed pro causa solutionis allegaretur illius tenuis prouentus, & onera grauia. Ad tollendum verò, & extirpandum abusum supradictum, qui in admissione ad possessionem Simoniæ vel auaritiæ suspitionem habet, insignem desuper cõstitutionem edidit Pius Papa V. quam hic subiungimus.

[a] *Io. And. in d. c. cum in eccles. 16. Turnhou. Driedo. de libert. Christ. lib. 1. cap. 11.*

Reuocatio priuilegiorum, & statutorum, quod fructus beneficiorum primi anni, aut alterius temporis, ex quo vacarunt, debeant Capitulo, vel alij loco. Qui verò sunt concessi fabricæ, seu sacristiæ, seu pro vsui vltra semestre, deinceps sint ipso iure nulla, reliquum capiat beneficiatus. CAP. V.

PIVS V. EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM *rei memoriam.*

DIvum nimis, & incommodũ arbitramur, quod ecclesiarum ministri in ijs, quæ ad ipsorum sustentationem suppeditantur, dispendia patiãtur. Quocirca cùm ad hanc rem, simulque prohibendam abusiua Dei auaritiæ prauitatẽ editas antehac sanctiones minimè satis esse intelligimus, nouæ constitutionis

Notantur quidã abusus Capitulorum cathedralium, et collegiatarum ecclesiarum.

subsidio cogimur prouidere. Cùm itaque aliàs ex plurium ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius cathedralis ecclesiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut prebendarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones, ex fructibus solutiones, promissiones, compensationes, ac illicitæ, aut etiã quæ in quibusdam ecclesiis dicuntur [illegible] norum lucra interponerentur, licet S. Synodus Tridentina hæc detestata mandauerit Episcopis[a], vt quæcumque huiusmodi in vsus pios non conuerterentur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut [illegible] auaritię suspitionem haberent, fieri non permiserint. Ipsique diligenter de eorũ constitutionibus, siue [illegible] tudinibus super prædictis cognoscerent, & illis [illegible] quas probarent, exceptis, reliquas, vt prauas, & [illegible] losas reijcerent: Eos verò, qui aduersus prædicta [illegible] ratione commisissent, pœnis contra Simoniacos [illegible] teneri decreuerit; Multorum tamẽ indomita cupiditas tam prædicta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omninò contemnunt, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur.

[a] *sess. 24. de refor. cap. 14.*

Reuocatio priuilegiorum & abolitio statutorũ, quod fructus primi anni aut alterius tẽporis cedãt Capitulo vel alij loco.

Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulque [illegible] catorum ad illum auxilio, plenius, euidentiusque [illegible] lendum fore rati; reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, cõsuetudines, & statuta [illegible] cumque ecclesiarum cathedralium, & metropolitanarum, ac maiorum, necnon collegiatarum, etiam [illegible] mento, confirmatione Apostolica, aut alio quo [illegible] sidio munita, ac etiam supra hominum memoriam [illegible] longissimo, & quantocumque tempore, etiam [illegible] nuo obseruata, siue pro persoluendis ecclesiarum [illegible] Prælatorum debitis, siue pro supportandis eorum [illegible] ribus, siue aliis etiam maioribus, maximis, & [illegible] tissimis causis concessa, & approbata, ac etiam [illegible] plicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, [illegible] vacantibus ipsarum ecclesiarum dignitatibus, [illegible]

cibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs, hactus, ac etiam quotidianæ distributiones ex eis primo abipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam tuitionis tempore prouenturi mensæ Episcopali seu Capitulari, aliiue loco integre, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter dictos Canonicos, & personas ecclesiæ, seu Capituli diuidantur. Quodque nullus etiam Apostolica auctoritate prouisus in Canonicum recipi, aut ad dignitatem seu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel aliàs in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus, & statutis iuramentum præstiterit, & obtentæ illorum vigore, ac fructuum, & distributionum perceptionem renuntiauerit, seu Capitulo, & personis prædictis effecerit, seu (vt appellant) dulciaria, aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscumque illa contraria sint formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis roborata. Volentes ea omnia vires, & effectum habere, & nullo vnquam tempore ea contrario non habere.

Abolitio iuramenti præstandi de huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus, & statutis obseruandis.

Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegiis, & personis ad quos id pertinet, ne posthac fructus, aut distributiones huiusmodi, nec portiunculam eorum partem retineant, neue ipsorum cessionē, vel renuntiationem, aut dulciaria, aut alia quomodocumque petant, vel exigant, aut quenquam sua ordinaria, siue Apostolica auctoritate prouisum ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut prædicta non facienti possessionem impediant, vel remorentur. Quicumque contra fecerint, si ecclesiarum Antistites, tam diu à pontificalis officij exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per eandem Apostolicam suspensio relaxetur: Capitula verò, & Collegia quæcumque ecclesiastico subiacent interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, à qua, nisi in mortis articulo constituti ab alio quàm à Romano Pontifice absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi præstita iuramenta non tenere,

Præceptum, et interdictum, ne prouisi à possessione beneficiorum suorum impediantur, vel remorentur.

Pœna non obseruantiis hanc constitutionem.

nec quenquam illis obligari; quinimò iurātes in huius-
modi censuram incidere; necnon irritum, & inane quo-
quid secus super his per quoscumque scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari.

Ex fructibus beneficiorū collatorum quantum fabrica, vel alius locus pius recipere debeat.

Et nihilominus statuimus, vt vbicumque huiusmo-
di fructus, & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, ac
alterius pij loci vsibus vltra semestre tempus reperiun-
tur concessi, horum dūtaxat dimidia pars ipsi sacristiæ,
vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur: alterā vero
beneficiati prædicti integrè percipiant: Non obstantibus
cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contra-
riis quibuscūque: Aut si aliquibus communiter, vel
uisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici,
suspendi, vel excommunicari non possint per literas A-
postolicas non faciētes plenam, & expressam ac verbo
bo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. De-
creto prædictæ Synodi, ac etiam constitutionis
cord. Ioannis Papæ 22. quæ incipit: Suscepti[a] de
iuribus de hac re disponentibus, nihilominus ab
suo robore duraturis. Cæterum per prædicta non
dimus illis præiudicare Capitulis, Collegiis, ac
aut personis fructus, & distributiones inter vacantes
beneficiorum, & eorum collationem siue possessionis
apprehensionem prouenientes ex statuto, consuetudi-
ne, vel priuilegio huiusmodi percipiētibus, vel recipien-
tibus, quo minus ipsi illos, vt antea exigere valeant, ac
habere. Postremò volumus, vt præsentium exemplum
etiam impressa notarij publici manu, & Prælati ecclesi-
astici eiusue curiæ sigillo obsignata eādem illam pro-
sus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud ob-
ciant, quam facerent ipsæmet præsentes, si essent ex-
bitæ vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum
hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, de-
pti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, & vo-
tis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si
autem hoc attentare præsumpserit, indignationem
nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolo-
rum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud
S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1570. pri-
Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

a c. suscepti. de electi. in extra uag. Ioan. 22. Ius percipiendi fructus beneficiorum vacantium ante possessionis apprehensionē relinquitur vnicuique integrum.

Vbi quidam modi quibus Simonia in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis fire committi solet in beneficiorum acquisitione. CAP. VI.

CAEterum, quia Paschalis Papa scripsit, & declarauit[a], Simoniacos velut primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos; &, si commoniti non resipuerint, ab exteris etiam potestatibus opprimendos, omniaque crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputari; operæpretium nobis videtur, si insuper alios modos quosdam, quibus illa in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis potissimum committi solet, enarremus. Deplorat enim Damhouderius[b], quod his nostris temporibus tam multos hoc Simoniæ vitio illaqueatos conspiciamus, exclamans, & temporale, & spirituale hodie venale positum esse. Committitur itaque præter iam dictum hoc Simoniæ vitium, si detur, vel promittatur pecunia alicui, vel beneficium, pro voce, seu consensu electionis[c]. Et si quis ob illā causam beneficium prouisum receperit, aut hoc in iure confessus fuerit, vel legitime conuictus, ab altaris ministerio perpetuò est segregandus. Si verò id quidem manifestum est, nec tamen inde conuictus, vel confessus fuerit, sed tantùm publica laboret infamia, illi canonica purgatio debet indici; in qua si defecerit, tanquam auctor tanti sceleris est puniendus[d]. Item si eligatur aliquis, vt alicui certo prouideat, vel remuneret[e].

Item, si conferatur beneficium famulo in compensationem seruitiorum[f], vel eidem promittatur pensio, stipendia quousque de beneficio ipsi prouideatur, præsertim si Prælatus principaliter ducatur ad cōferendum propter seruitium temporale sibi præstitum: & similiter si etiam famulus principaliter seruiat ad beneficium consequendum[g].

Item, si conferatur beneficium consanguineo, vt per illud ditetur, & inde aliis consanguineis prouideatur, vel familia seu parentela exaltetur, & potentior fiat, ipseque collator per hoc laudetur, & magnificetur[h], Item si detur familiaribus, vel ministris

a *in c. fin. 1. q. 7. arg. ca. quotiens, et ibi Panor. de Simon.*
b *in prax. crim. cap. 61.*
c *arg ca. Matheus. et ibi Panor. de Simon. & in ca. nobis fuit. & in cap. cū essent. ibid. Magnitudo & grauitas criminis Simoniæ.*
d *c. de hoc de Simon.*
e *c. quam pio. 1. q. 2. & Rebuff. in cōcord. de elect. derog. alleg. Rom. cōsil. 159. Ioan. de Selua. in trac. de benef. in prima part. quæst. 7. f ca. sicut nonnulli. 1. q. 1. et Rebuff. d. loco. & in prax. benef. tit. quot. mod. benef. acquiran. part. 3. Inno. in c. tuā. de ætate & qualit.*
g *arg. ca. cum essent, et ibi glo. & Panor. de Simon. Rebuff. in cōcord. d. loco alleg. Innoc. in ca. tuam. de ætat. & qual.*
h *Sylvest. in summa in ver. Simonia. §. 13. vers. 6. et §. 16. vers. 4. Panor.*

a *c. nemo. de Simo. Rebuff. in cōcord. de elect. derog. in verb. sanguinis.*

collatorum beneficium, vel pecunia.

Item, quando confertur beneficium alicui indigno ad preces alicuius [b]. Vnde in defensorio concordatorum Franciæ referente Rebuffo legitur [c]: Propter ipsam pragmaticā nulla libera, sed coactiua potius electio fit, & vt plurimum beneficiorum pollicitationes, [illegible] & donationes interueniebant mulierumque [illegible] importunis, & suasu assiduo sæpiuscule factitabantur electiones, & eligentium consanguinei, aut [illegible] nexu coniuncti illas nonnunquam pro voto tractabant electi insuper & ad electiones dirigēdas nominati, [illegible] charitatis tentigine, sed insatiabilis æris eporandi [illegible] gluuie, aut quauis alia traducti corruptela eligentia vota, & mentes inuertebant, bellico etiam furore, [illegible] vi quadam armorum, & more bacchātium, [illegible] in cornu gerunt, plerique animarum suarum [illegible] memores ecclesijs iure, vel iniuria intrudebant [illegible] insiliebant, ipsarum dotes & patrimonia [illegible]

Præterea Simonia committitur, si pars [illegible] neficij constituatur alicui ex pacto propter [illegible] ptionem [d]. Item Simonia committitur ex sola [illegible] tione dādi temporale pro spirituali, dummodo [illegible] tium adimpleuerit illam [e].

Item à vitio Simoniæ immunis non est, si quis [illegible] dimendam vexationem pro iure in re spirituali [illegible] rendo aliquid det; quia tunc propriè non redimitur [illegible] xatio, sed datur, vt facilius ius spirituale acquiratur. Pro iure autem acquisito, si in illius sit possessione [illegible] de facto molestetur, licitum quidem est illi, qui [illegible] statur aliquid dare ad redimendam vexationem, [illegible] cipiēs ad illius restitutionem tenetur [f]. Si verò [illegible] pus eum iustè vult deponere, vel alius iustè [illegible] vel forte alius prætendit ius in beneficio, tunc [illegible] non licet aliquid dare. Cæterum si quis non est [illegible] sessione iuris iam prætensi, tunc pro illa acquirenda, cùm sit quid spirituale, vel saltem cōnexa cum [illegible] libus, propter administrationem, quæ inde sequitur [illegible] hil dandum est [g].

In quibusdā verò ecclesiis cathedralibus & [illegible] tis ab antiquo irrepsit consuetudo, vt lite pēdente [illegible]

a *glos. in summa. 1. q. 1. & in c. citò ibid. Panor. in c. veniēs. de Simon.*

b *gloss. et Innoc. & alij in c. tuam. de æta. & qual. Syluest. in summa in verb. simonia. §. 16. ver. 3.*

c *in concord. de elect. derog. ad verb. rei temporalis.*

d *Panor. in c. non satis. de Simon.*

e *Panor. in ca. veniēs de Sim.*

f *Panor. in c. tuā nos. & in c. audiuimus. et in c. dilectus 1. de Simon.*

g *Panor. in c. dilectus. c. Matthæus. & c. ad aures. et per iura ab eod. alleg. de Simon.*

beneficio; fructus illius & distributiones cedāt Capitulo seu Canonicis eiusdē ecclesiæ in suos vsus & vtilitatem conuertenda: vel vt restituātur postea ei, ad quem per litis decisionem & sententiam beneficiū pertinere ostendetur & probabitur. Atque hac occasione & ratione lites ipsæ plerumque fiunt immortales, non sine magna diuini cultus & officij diminutione; & quod dolendum ac deplorandum est maximè, ipsi fundatores precibus pro animabus suis in diuino officio ac sacrificio, fundendis impiè & iniustè defraudantur. Quocirca prouisi de beneficio, ad huiusmodi lites subterfugiendas & euitandas, vel abbreuiandas; & quo citiùs atque faciliùs fructibus sui beneficij potiri ac vti possint, frequenter cum Capitulo & Canonicis, vel inter se pacta, transactiones, & donationes faciunt, quę vitio Simoniæ nō carent, vel saltem laicos plurimum scandalizant. Quare Pius V. papa ad extirpandum & profligandum huiusmodi abusus & consuetudines, insignem deliberatè edidit his verbis constitutionem.

Super deponendis fructibus ex distributionibus beneficiorū lite pēdente Pij Papæ V. constitutio.

Cordi nobis est lites minuere, & à laboribus subditos, maximè personas ecclesiasticas diuino cultui dedicatas releuare. Sanè cùm, sicut accepimus, in plerisque cathedralibus & collegiatis ecclesiis earum constitutionibus & statutis etiam à sede apostolica approbatis & confirmatis cautum sit; quod occurrentibus litibus & controuersiis inter prouisos de dignitatibus, officiis, canonicatibus & prębendis, portionibus & præstimoniis, cæterisque beneficiis ecclesiasticis qualiterque qualificatis tam ordinaria, quā apostolica auctoritate, tam super illorum prouisione seu institutione, aut possessione, quàm illorum idoneitate, & habilitate, aut alias ex quauis causa & eorundem ad dignitates, canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia ecclesiastica prædicta admissione, & receptione, & Capitulum & Canonicos, cæterasque capitulares personas, ad quos admissio & receptio tam de iure, quàm ex consuetudine spectat & pertinet, aut etiam alias personas ecclesiasticas asserentes beneficia prædicta ad se de iure spectare, ipsi sic prouisi interim beneficiorum huiusmodi fructus ac distributiones non percipiant,

sed Capitulum & Canonici illas vel in suos vsus & vt
litatem conuertendas, seu restituendas ei cui de iure re
stituendæ erunt, recipiant, prout in dictis constitu
nibus, & statutis seu consuetudinibus continetur, qu
factum est, vt lites huiusmodi immortales efficiat
nec earum optatus finis videri possit. Hinc est, qu
nos hac nostra perpetuò valitura constitutione auct
tate apostolica statuimus, atque decernimus, quo
fructus, reditus, atque prouentus ac distributiones q
teraque emolumenta, quæ vigore constitutionum, q
suetudinum & statutorum prædictorum à Capitul
Canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, acq
non ab ijsdem Capitulo & Canonicis recipiantur,
penes personam fide & facultatibus idoneam pr
cem coram quo causæ huiusmodi pendere reper
riant, eligendam & nominandam deponantur, q
da ei, cui de iure postea restituenda fuerint, u
per quoscumque iudices & commissarios quauis
ritate fungentes in quauis instãtia iudicari debe
lata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudica
interpretandi facultate. Irritum quoque & inan
nimus si secus super his à quoquam quauis au
scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non
stantibus præmissis, ac quibusuis apostolicis, ce
in prouincialibus & synodalibus conciliis edi
ralibus vel specialibus constitutionibus & ordi
bus, & quarumuis ecclesiarum prædictarum
ramento, confirmatione apostolica, vel quauis
mitate roboratis statutis & consuetudinibus
memorabilibus, priuilegiis quoque, indultis &
apostolicis illis, eorumque apostolicis & super
per quoscunque Romanos pontifices prædeces
stros ac nos, & sedem apostolicã sub quibuscum
noribus & formis ac cum quibusuis etiã derogat
derogatoriis aliisq; efficacioribus & insolitis
nec non irritãtibus & aliis decretis etiã motu
& ex certa scientia, ac quauis etiam imperiali, vel
consideratione, vel instantia & aliàs quomodolibe
cessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus
si pro illorum sufficiẽti derogatione, specialis, spec
and

[illegible] dua & expressa, non autem per clausulas genera-
[illegible] idem importantes mentio seu quæuis alia expressio
[illegible] aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruan-
[illegible] foret, perinde ac si tenores huiusmodi de verbo ad
[illegible] nihil penitùs omisso, inserti, & forma in illis
[illegible] obseruata foret, pro sufficienter expressis haben-
[illegible], specialiter & expressè derogamus contrariis qui-
[illegible]. Volumus autem quod præsentium trans-
[illegible] manu alicuius notarij publici subscriptis & si-
[illegible] alicuius personæ in dignitate ecclesiastica consti-
[illegible] munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra
[illegible], quæ præsentibus adhiberetur, si forent ex-
[illegible] vel ostensæ. Quodque literæ ipsæ cameræ vel
[illegible] apostolicarum & audientiæ causarum pa-
[illegible] apostolici valuis, & in acie cāpi Floræ dimissis in-
[illegible], publicatæ & affixæ omnes ita afficiant, &
[illegible], ac si illis personaliter intimatæ essent. Nulli er-
[illegible] omninò liceat hanc paginam nostrorum
[illegible], decreti, derogationis, voluntatis infringere,
[illegible] temerario contraire. Si quis autem hoc at-
[illegible] præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei
[illegible] Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit
[illegible]. Datum Romæ apud sanctum Petrum an-
[illegible] incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo
[illegible] octauo, tertio Calend. Aprilis, pontificatus
[illegible] anno tertio.

Cæ. Glorierius.

[illegible] quicumque vicedominatum, vel aliam eccle-
[illegible] rerum administrationem per pecuniam ob-
[illegible] voluerint, tam ementes, quàm vendentes cum
[illegible] percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius con-
[illegible] dare pecuniam, vel accipere voluerunt, iustè
[illegible] [a].

[illegible] est & illud: si quis à quocumque pub-
[illegible] peccante emolumentum quodlibet accipiat, vt E-
[illegible], vel ministris eius peccatum illius cælet: quia
[illegible] respectu cuiusque personæ, consanguinitatis,
[illegible] detrectare debet hoc Episcopo indica-
[illegible] quenquam pœnitentem, vel minus dignè pœ-
[illegible] gratia, vel fauore ad reconciliationem addu-

a *ca. consulere. & ibi Panor. de Simon.*

cere, & testimonium reconciliationis ferre eidem, [illegible] quocumque liuore dignè pœnitentem à reconciliatio-ne remouere potest: quia & hoc Simoniacum est constat [a].

Cæterum notandũ & illud, quod sicut Simoniacum est, mediante pecunia, vel pacto rem spiritualem [illegible]rere; ita etiam Simoniacum est, debitum, vel pactum remittere ad acquirendam rem spiritualem, [illegible] nexam. Dare enim intelligitur, qui quod sibi debetur remittit [b].

Deindè, si non Simoniacè, saltem iniustè acquirit beneficium, quod precibus hæreticorum fuerit [illegible]tum. Nam Alexander Papa quartus generali [illegible]tione [c], quoscumque viros ecclesiasticos, qui [illegible] huiusmodi pestilentium personarum dignitatem [illegible]natus, & quæcumque alia ecclesiastica beneficia [illegible] adepti, ex tunc de facto priuauit taliter acquisita, [illegible]lens quod tales, & habitis careant perpetuò, [illegible]ceperint illa scienter, ad alia vel similia nequaquam posterum admittantur. Nec mirum, neque [illegible]mis istud cuiquam videri debet, cùm & electio [illegible] Simoniam electo ignorante, & ratã non habente, [illegible] missa penitùs sit reprobanda, nisi constaret illam [illegible]niam per fraudem in dispendium eligendi [illegible] factam esse [d]. Imò secundum sacrorum canonum [illegible]tuta etiam paruuli, qui cupiditate parentum [illegible]sias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere tenentur. De quibus Rebuffus sic scribit in praxi sua beneficia [f]: Sunt & multi, inquit, parentes, qui [illegible] filiis, vel consanguineis beneficia, & eis per [illegible]nefas acquirunt: sed patres, & filij in inferno [illegible]que cruciabuntur, & istorum stultorum infinitus numerus, vt scribit Ecclesiastes [g]. Sed vtinam [illegible]gerent, & nouissima prouiderent, & illud [illegible] præ oculis haberent: Quid prodest homini, [illegible]sum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut: Quam dabit homo commutationem pro anima sua [h].

Vnde & D. Bernardus contra Simoniacos [illegible]ciens [i]: Sed nec eorum, inquit, sacrilegia recensen[illegible]

a *ca. nemo. de Simon. & ibi Panor.*

b *c. querelam. & ibi Panor. et alij. de Simo. c. talia. 8. q. 3. Goffr. in summa. tit. de sim. Felin. in ca. veniens. de testib.*

c *in ca. 2 §. ad hæc. de hæret. in 6.*

d *ca. nobis. de Simo & ca. si alicuius. de elect.*

Paruuli quorũ parẽtes psis beneficia per pecuniam procurarunt, ea dimittere tenentur.

e *cap. sicut de Simon.*

f *tit. quot modis benef.*

g *cap. 1.*

h *Matth. 6.*

i *in serm. sup. illo. ecce nos.*

ubligunt munera, sequuntur retributiones, vendunt
menta, iustitiam produnt, quorum guttur nec-
traxit ad laqueum, necdum præuocauit fauces
blasphemiæ, vox sacrilega, sermo nequam [a]. a *Matth.* 26.
is mihi dare, & ego vobis eum tradam? Vi-
hæc omnia, sed quodammodo non videntes,
quibus nec flagellum est, nec ille comedens
Manifesta loquimur, & quæ vix aliqui erube-
Postremò & nos in clero fuimus. Liceat vel no-
ferutari. Videte vocationem vestram, ait vocatus
Apostolus [b]. Consideremus & nos, an vocati veneri- b 1. *Corinth.* 1.
& vocati à Deo, cuius nimirum hæc est vocatio.
communem modò vocationem dixerim, qua sa-
eundem Apostolum [c], quos prædestinauit; c *Roman.* 8. *Ephes.* 1.
uocauit. Si quis vocauerit nos in honorem cleri,
uenire velim conscientias singulorum, vt secun-
præceptum Domini [d], ad cor Hierusalem loquar. d *Isa.* 40.
enim paruulo adhuc, aut forsitan necdum nato
beneficia iam beneficia prouida sanè parentum soli-
cumulo parabat. Hunc nos, inquiens, illi, vel illi tra-
mus Episcopo, apud quem habemus gratiam, aut
sorte seruiuimus, vt ditetur de bonis Domini, nec
uberos nostra diuidatur hæreditas. Illum Præ-
positus, aut Decanus, vt sibi succederet, plus quàm
patrato educauit affectu, in deliciis enutriens, & de-
bus. Ille dignus Archidiaconatu, vtpote filius Prin-
, magis autem, si sit Episcopi consobrinus, in
omnium tota est Episcopata progenies. Alius vn-
uerit sedulus explorator, blanditur, obsequitur,
& dissimulat, miseraque sibi suffragia non
erubescit mendicare, manibus, & pedibus repens, si
modo tandē aliquando se ingerere queat in patri-
crucifixi & bona, quæ sola ex omnibus ho-
inuenimur exposita. Nimirum peregrè profe-
, sed in plenilunio fortè, vt sua districtè repe-
rediturus. Quis ea intentione gradus eccleſia-
& ministeria sanctuarij quærit, imò quæritur
nempe potius, quàm ipse quærere debuerat)
curis seculi in sanctimonia cordis, & corporis
andus accedat ad Dominum, & suam pariter,
ac pro-

Sola bona Domini hodie inueniuntur exposita.

Qua intentione beneficia quæri debeant.

ac proximorum operetur salutem, orationis studio [illegible]
ditus, & verbo prædicationis? Nam si eos eo [illegible]
aut tenet animo, eoque intuitu, vt huius vitæ [illegible]
necessaria, euangelizat, vt manducet, & peruersi [illegible]
ordine cælestibus terrena mercatur. Quàm [illegible]
gnius, ampliusque consentaneum rationi, vt [illegible]
nali victu carnalia magis opera, & negotia [illegible]
nec fieret inuersor rerum, aut inhonoraret [illegible]
spirituale. Sed modico est natura contenta, [illegible]
sola in his necessaria quærunt; quippe minoris [illegible]
tis obtinenda periculo. Honorati incedere [illegible]
cere student hominibus, delectari, & superbere [illegible]
seculo per omnia conformari. Audi querelas [illegible]
quid super hac tanta hominum temeritate [illegible]
tiens redditor, pœnitentiam magis cupiens [illegible]
dictam: Ipsi inquit[a], regnauerunt, & non [illegible]
cipes extiterunt, & ego non vocaui eos. [illegible]
quidem in ordinibus ecclesiasticis, cæteris [illegible]
ctuarium pertinentibus, honorem quærentes [illegible]
aut diuitias, seu corporis voluptatem, [illegible]
sua sunt, non quæ IESV Christi, manifestè [illegible]
indubitanter, non ea, quæ Deus est, charitas, [illegible]
à Deo, & quæ omnium radix malorum est [illegible]
introducit. Quid istud temeritatis, imò quid [illegible]
est? vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi [illegible]
næ metus? & terribilis illa expectatio iudicij? [illegible]
nec cubiculum, nec cellam ingredi, nisi Rege [illegible]
cente præsumit; tu irreuerenter irruis, nec vocatus [illegible]
introductus. Trahe me post te, (ait illa[b]) in [illegible]
vnguentorum tuorum curremus. Nunc autem [illegible]
sua quemque voluptas; & odorem turpis lucri [illegible]
tes quæstum æstimant pietatem, quorum [illegible]
damnatio.

Modico est natura contenta.

a Oseæ 8. Querela Domini contra Simoniacos.

b Cantic. 1.

Circa diuina officia, & vicariorum conductiones quæ [illegible] monia committatur. CAP. VII.

HActenus modos aliquot recensuimus, [illegible] Simonia in acquisitione beneficiorum, [illegible] num committatur; nunc quomodo in [illegible] executione eadem incurratur, dicemus: Si quis [illegible]

proministratione spiritualium, faciendo officia, quæ super ordinum collationem data sunt, & commissa, quidquid temporale per modum pretij acceperit, Simoniæ committitur: sed recipere sponte oblatum secundum ordinationem ecclesiæ, vel consuetudinem approbatam per modum eleëmosynæ, aut stipendij, in sustentationem, & alimentum vitæ licitum est[a]. Quia, vt D. Paulus inquit[b], qui in sacrario operantur, de his, quæ in sacrario sunt, edunt: & qui altario seruiunt, de altario participant. Si verò diuinis officiis peractis, & spiritualibus administratis, nihil ad vitæ sustentationem ipsis ex officia fecerunt, soluatur, poterunt debitores ad solutionem secundum iuris pontificij dispositionem per superiorem cogi[c].

Papa consultus Episcopo & Cantori Tornacensi rescripsit[a]: Multa, scilicet, tolerari per patientiam, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non deberent tolerari. Quocirca, quia confessio, & absolutio pœnitentis fit ad instar actus iudicialis quo à sacerdote velut à iudice sententia pronuntiatur, sicut à SS. Tridentina Synodo definitum est[b], apparet quod in huiusmodi iudicio supradictus abusus de recipiendis distributionibus contra prædictam Bonifacij constitutionem non deberet diutius tolerari, sed, iustitia atque salute pœnitentium exigente, reformari. Siquidem à prædicta Synodo Tridentina decretum, & declaratum quoque est[c], quod habentes dignitatem, personatum, & officium in ecclesia cathedrali, vel collegiata, si personaliter competens ibi seruitium iuxta formã ab Episcopis præscribendam die statuto non impleuerint, illius diei distributionem amittant, nec eius quoquo modo dominium acquirant, sed fabricæ ecclesiæ, aut alteri pio loco applicetur. Atque hoc in ijs tantùm ecclesiis constitutum intelligitur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, vt dictæ dignitates non seruientes aliquid amittant. Nec obstat, si dicatur neminem teneri ad diuinorum officiorum decantationem, nisi compulsus fuerit, propterea quod in dicto concilio Tridentino dicatur[d]: Omnes diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia. Quia concilium postquam reuocasset in vsum d. Bonifacij constitutionem, metuens, & prouidens, quod fortasse in quibusdam ecclesiis aliquorum Canonicorum in abusibus, & malis consuetudinibus tanta esset obstinatio, seu obduratio, vt etiamsi distributiones ad tertiam partem fructuum, vel vltra ascenderent, & diuinis officiis interessent, tamen hæc officia propter illas nollent decantare, vel ijsdem deseruire: Idcirco voluit, & statuit dicta Synodus, vt omnes, & præsertim tales, quos neque timor Dei, neque ecclesiæ honor, neque amor salutis propriæ inuitarent, etiam inuiti in exemplum aliorum, ad diuina officia per se facienda, & decantanda compellerentur; visio, & considerato quod hoc ex primæua canonicatuũ, & præbendarum institutione, atque iuris dispositione

a *per cap. cum iam dudum. in fin. de præb.*

Canonici à confessariis suis ad distributionum cõtra iuris dispositionem perceptarum restitutionem cogendi sunt.

b *sess. 14. ca. 6. de sacram. pœnit. & can. 9.*

c *sess. 22. de refor. cap. 3.*

d *sess. 24. c. 12.*

Qui ad diuina officia per se ipsos obeunda cõpellendi sint.

facere teneantur. Quinimò eadem Synodus, cùm sess. 21. cap. 3. declarasset beneficia ad diuinum cultum atque ecclesiastica munia obeunda esse constituta, & ne hæc negligerentur, statuisset, vt tertia pars fructuum & quorumcumque prouentuum, & obuentionum dignitatum, quàm canonicatuum, personatuum, & officiorum in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, in quibus nullæ, vel nimium tenues essent distributiones, separari deberet, & in distributiones quotidianas conuerti: ne qua in parte minueretur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstaretur, voluit, vt crescente non seruientium contumacia, iuret contra eos procedere iuxta iuris, ac sacrorum canonum dispositionem.

Tertia pars fructuum dignitatum & præbendarum conuerti debet in distributiones.

Adhæc vulgata est apud Canonistas & Summistas regula, quod restituere teneatur, qui accepit ab illa causam, & causa nō est secuta[a]. Sed Canonici quæ sunt diuinis officiis distributiones accipiunt ob causam, vt scilicet diuinis officiis in ecclesia canta[illegible] ministerio deseruiant, vt patet per loca & iura [illegible] allegata. Ergo si hanc causam propter quam distributiones acceperunt, non fecerint, à restitutione eadem quomodo excusari poterunt non videmus, præsertim si dicta condictio ob causam in iudicio [illegible] tentetur. Hostiensis cui maxima inter Canonistas [illegible] buitur authoritas, respondens ad quæstionem, quia clerici residere debeant[b]: Certè, inquit, in persona propria faciendo seruitium ecclesiæ[c], in suo ordine [illegible] etiamsi Canonicus sit, alij Canonico ministrare [illegible] branti[e]. Ad hoc enim sunt constituta beneficia [illegible] uitium inde fiat. Vnde ipsa non debet recipere, [illegible] seruit[f]. Parum autem est, præsentiam sui exhibere, curam seu seruitium ecclesiæ negligere[g]. Et [illegible] contra prauam consuetudinem quarūdam ecclesiarum, quæ reputant Canonicos residentes, ex quo [illegible] sunt in loco, licet non intrent ecclesiam. Sed non [illegible] qua ratione magis intelligatur residēs, quo ad [illegible] nem beneficij, præsens Canonicus, qui in manu [illegible] accipitrem deferens, nec aliter ecclesiæ deseruiēs, [illegible] absens ex causa etiam probabili & honesta. Hoc [illegible]

a *Francis. de plat. Theol. Bonon. in l. restit. nu. 173. alleg. l. si pecuniam. et l. si mulier. ff. de condict. cau. dat. cau. nō sec. & l. 1. §. 1. ff. de condict. ob caus.*

b *in sum. tit. de cler. non resid.*

c *alleg. ca. quia nonnulli. & c. cōquerēte. d. tit.*

d *c. proposuit. de filiis presb.*

e *arg. cap. cum decorem. de fil. presb.*

f *arg. d. c. conquerente. & c. cum ad hoc. ibi. & c. diuersis. de cler. coniug.*

g *arg. d. c. quia nonnulli. & c. extirpandæ. §. qui vero. de præben.*

Hostiensis. Hinc D. Iacobus Varinerius Decanus ecclesiæ collegiatæ Treuoltianę in enchridio iudicum ecclesiasticorum [a], secutus sententiam Archidiaconi [b], dicit; quod illi, qui tenentur interesse diuinis officiis, non satisfaciunt, nisi cum effectu adsint, celebrando, & cantando. Atque hoc ipsum sequitur glossa in pragm. sanct [c]. Quare si Canonici, qui tenentur interesse diuinis officiis, non satisfaciunt, nisi cum effectu adsint, celebrando, vel cantando, euidenter consequi videtur, quod vigore d. constitutionis Bonifacij ad restitutionē distributionū teneantur, qui in diuinis officiis non celebrauerint vel cantauerint, nisi, vt dictum est, legitimè excusati sint.

Hi igitur omnibus diligenter discussis, & consideratis facile videre est, quàm sit periculosum, hanc supradictam nostram sententiam, tanquam improbabilem, vel nimis duram reijcere (sicut quidam fortasse facere poterunt) cum tot doctorū virorum testimoniis videatur comprobari: Et omnium consensu tutissimum sit, in iis quæ ad mores, & animam pertinent, sequi sententiam, vel eam partem, quæ salutem animæ promouet, atque honorē ecclesiæ, cultumq; diuinū auget, & amplificat.

De pœnis Simoniacorum. CAP. XII.

AD arcendum, & profligandum pestiferum illud & execrandum Simoniæ crimen ab ecclesia Dei, mirum in modum illam labefactans, diuersæ & graues à summis Pontificibus, & œcumenicis conciliis decretæ, & constitutæ sunt pœnæ. Si quis igitur in ordine suscipiendo Simoniam commiserit, ipso iure ab illius executione suspensus est, & excommunicatus [d]. Deinde qualitercumque de hoc crimine constiterit, siue per modum accusationis, siue inquisitionis, siue denuntiationis, est deponendus [e].

Simoniacus autem in dignitate, vel beneficio conuictus per accusationem, deponitur, & infamia notatur: Per inquisitionem, vel denuntiationem, amouetur [f]; & in executione, seu administratione officij beneficio, seu dignitati annexi, ipso iure quoque suspensus est [g]. Deinde beneficium quod accepit, resignare, & temporale restituere debet [h]. Tamen ille, qui per Simoniam

a *not. 119.*
b *in ca. fin. de sent. excō. in 6.*
c *tit quom. diuin. offic sit celebr. ad verb. clausa.*
d *ca. accusatū. ca. quotiens. de Simon. c. reperiūtur. c si quis Episcopus. c. ordinationes. cap. quibusdam. 1. q. 1.*
e *c. super his. c. inquisitionis. et ibi glos. et DD. de accusation. Goffred. et Hostien. in sum. de Simon.*
f *c. per inquisitionē. de electio. c. inquisitionis de accusa c sane. 15. q. 3. c. erga Simoniacos. 1. q. 1.*
g *c. dudum 2. et ibi gl. et DD. de elect. gl in d. c. reperiuntur. 1. q. 1. Goffred. et Host. in Sū. tit. de Simo. & Syluest. in Sū. de Simo. § 19.*
h *c. de hoc. et c. audiuimus. et vtrobique gl. et DD. de Simon. Do. Soto de iust. & iur. lib. 9. quæst vl. Goff. & Hostien. in Sum. tit. de Simon.*

resignauit, quia deliquit, nō potest illud beneficium ita resignatum, & collatum repetere; nec ille, qui Simoniacè adeptus est, retinere [a]; quia paria delicta mutua compensatione tolluntur [b], & frustra canonis, seu legis auxilium inuocaret, qui tam enormiter in illa committerit [c]. Quinimò potest eam resignationem Superiori submittere simpliciter, & tertio beneficium illud cōferre. Alioquin Simoniaco faueretur, si beneficium, quod per Simoniā resignauit, repetere liceret; quod nequaquam est faciendum; imò ad extirpandum, & profligandum tam abominandum, & pestiferum ab ecclesia malum eorū malitiis est obuiandum, & condignè sunt puniendi; quia fraus, & dolus eis patrocinari non debet. Publicæ enim vtilitatis interest, ne crimina maneant impunita; & per impunitatis audaciam fiant [illegible] quam erant, nequiores [f]. Quod autem beneficium Simoniacè resignatum, tertio alicui à Superiore [illegible] possit, ex eo satis liquet, quod cùm istud Simoniacum men æquiparetur crimini læsæ maiestatis, & [illegible] signans ipso iure priuatus beneficio suo cēsetur [illegible] & insigni sua constitutione declarauit Paulus [illegible] Papa II. his verbis [h].

Cùm detestabile scelus Simoniacæ prauitatis [illegible] uinorum, quàm sacrorum canonum auctoritas [illegible] reat, atque damnet; nos cōsiderantes, quod plures [illegible] narum grauitas, quàm Dei timor arcere solet [illegible] tate peccandi, ac summis desideriis affectantes, [illegible] rum pestiferum vitium non ex vsu solùm, sed [illegible] mentibus hominum, saltem propter pœnarum [illegible] penitùs euellatur, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, ac etiam [illegible] & singulas excommunicationis, suspensionis, [illegible] nis, & interdicti sententias, censuras & pœnas [illegible] Romanis Pontificibus prædictis, & pro talibus [illegible] tis contra Simoniacos quomodolibet latas, & [illegible] qui cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ fuerint: etiam si cardinalatus [illegible] triarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia [illegible] ecclesiastica, seu mundana dignitatibus præfulgeret [illegible]

a *gl. not. in ca. super hoc. ad verb. pecuniæ. de renuntiat. & in cap. constitutus, ad verb. audiatis. de transact. & in c. cum super. de cōcessio. præ. Innoc. in c. cum vniuersorū. de rer. permut.*

b *cap. vlt. & penult. & ibidem glos. de adulter.*

c *text. expres. in ca. quia frustra. de vsur. & cap. an sit. & cap. constitutis. 1. de appellatio.*

d *Dom. consil. 125. Staph. in tract. de liter. gra. tit. de var. mod. vacat.*

e *c. sedes, et ibi gl. & DD. de rescript. l. in fund. ff. de rer. vendic.*

f *c. vt famæ, et ibi glos. et DD. de sentent. excom. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.*

g *ca. 1. & ibi gloss. de testib. in 6. c. quicumque 1. q. 1. cap. vlt. 1. q. 7. Fel. & alij in cap. insinuatum. de Simon.*

h *extrauag. cum detestabile. tit. de Simon.*

horum quemlibet tam manifestum, quàm occultum, quas ipso facto eos incurrere volumus, confirmantes, & innouantes apostolica auctoritate, declaramus, quod omnes illi, qui Simoniacè ordinati fuerint, à suorum suæ ordinum executione suspensi. Per electiones verò, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quas-cunque alias dispositiones, quas Simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omninò careant, in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, & quibuscunque beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit astrictus. Statuimus præterea, quod vniuersi, & singuli etiam præfulgidi dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando, recipiendo Simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excõmunicationis incurrant: à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolui, præterquã in mortis articulo constituti. Et vt huiusmodi labis contagio frequentius comprimatur, omnibus & singulis ecclesiasticis, secularibusque personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ districtius mandamus, vt eos omnes, quos Simoniã huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse inuenerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per se, vel alios reuelare quamcitius non omittant. Pro reuelatione huiusmodi, etiam si complices fuerint, non solùm veniam à nobis, sed etiam gratiam consecuturi, si eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod si non fecerint, absolui non valeant, donec prædicta reuelent, & complices huiusmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, &c.

Pœna simoniacè ordinatorũ. Prouisorũ simoniacè pœna.

Pœna committentium Simoniam, dãdo, recipiẽdo, vel consulẽdo, aut procurando.

Præterea Pius V. Papa cùm primum atque pontificium officium suscepisset, statim omnem curam, & cogitationem suam defigens, vt Simoniacæ prauitatis labes penitus aboleretur, constitutiones antecessorũ suorum cõtra Simoniacos editas, & præsertim prædictam

Pij V. Papæ cõtra Simoniacos constitutio edita an. Dn. 1566. pontificatus sui anno primo.

Pauli 2. inuiolabiliter obseruari mandauit, & deli-
quentes tam in sacrorum ordinum receptione, quam a
beneficiorum assecutione, statutis etiam inferen-
nis sua auctoritate affici voluit. Quicumque igno-
testabile vitium Simoniacæ prauitatis commissum
uictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso
illorum executione per decennium sine spe dispen-
nis suspensus, & per annum carceribus mancipe-
Qui dignitates ecclesiasticas Simoniacè acquisi-
illis sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium
perceperit, restitutionẽ teneatur, & perpetuo
bilis ad ea, & quæcumque alia beneficia eccle-
obtinenda. Si quis autem tale crimen plurium
fisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas
corporaliter puniatur, & ab ordinibus eccle-
gradatus, à fidelium consortio eijciatur. Qui
nes, & beneficia Simoniacè contulerint, pœn-
statutis puniantur, cuiuscumque gradus, condi-
& dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi,
iores fuerint. Caueant præterea quicumque, ne
cramentorum exhibitione, Simoniacũ aliquem
alioquin grauissimè puniatur per locorum Ordi-
qui huiusmodi criminis reos cum maxima
coërcere procurent iuxta concilij Tridentini
Et vt istius criminis notitia facilius habeatur,
idem Pius V. vt in illo non solum per accusa-
& inquisitionem, sed etiam ad simplicem, &
denuntiationem procedatur per quoscumque
aliàs tamen de iure competentes, tam ratione
quàm personarum; ita quod inter eos locus
tioni. Quodsi aliqui ex calumnia aliquos
comperti fuerint, eos ad pœnam talionis
luit, & mandauit. Mulctæ autem pecuniariæ
Pij V. decreto applicabuntur pro duabus partibus
piis arbitrio Ordinariorum, pro tertia accusa-
delinquentes detulerit. Et in virtute sanctæ
tiæ mandat Principibus Christianis & terrarum
minis, vt præmissa omnia in suis dominiis
exactissimè seruari faciant, vberrimã ab ipso Deo
cedem tam boni operis recepturi.

Quare cùm Simoniaci veluti primi, & præcipui hæretici ab omnibus fidelibus sint respuendi, & etiam ab cæteris potestatibus opprimendi, propterea quod omnia crimina ad Simoniacæ hæresis comparationē, quasi pro nihilo reputentur [a]; cumque eorum beneficia ipso iure vacent, & possint impetrari, etiam absque alia declaratione, quæ, si opus sit, poterit fieri post impetrationem [b], omnes, quibus ad ecclesiæ reformationem, & ad in illa piè, & laudabiliter inter ecclesiasticos vivendum est animus, illorum beneficia statim impetrent; dummodo sciant, & confidant, se Simoniam admissam sufficienter, & legitimè probaturos [c]. Si qui vero de Simonia à se commissa, in animo tacitè doleat, & animæ suæ saluti bene consultum, & prouisum cupiant, beneficiumque acceptum relinquere nolint, necesse est, illud à Papa de nouo impetrent; narrando eidem suam Simoniam, supplicando, quatenus sibi concedatur rescriptum perinde valere, si Simoniaca prouisio ab illo fuerit impetrata: Si verò collatio beneficij ab alio fuerit facta, quàm à Papa, impetranda est nona ab hoc prouisio [d].

Porrò pecunia, quæ Simoniace accepta est, quia sine graui salutis suæ periculo accipiens retinere non potest, debet illam restituere ecclesiæ, in cuius contumeliam, vel iniuriam data fuit, non autem illi, qui dedit [e], nisi fortè pauper esset, & non haberet vnde viueret, monasteriumque ingredi vellet [f]. Si autem habet vnde viuat, & ecclesiæ collegium seu Capitulum dato pecuniam acceperit, tunc omnes accipientes, & delinquentes debent de ecclesia eijci, & pecunia ecclesiæ illi applicari; ne ex eodem facto pœnam, & præmium consequantur [g]. Aut si non eijciantur, pecunia illa pauperibus est eroganda [h]. Si verò solus Prælatus, vel alius aliquis particularis de ecclesia deliquerit, tunc iste solus punietur, & pecunia applicatur ecclesiæ, in cuius ignominiam data fuit, vt dictum est: Is verò, qui beneficij Simoniacè acquisiti fructus recepit, etiamsi ecclesiæ seruierit, quia tanquam fur, & latro ingressus est in ecclesiam, & non per ostium, ad omnium eorundem quos recepit,

a *c. fin. 1. q. 7.*
b *arg. ca. cum secundum leges de hæret. in 6. Rebuf. in prax. benef. tit. de Simon. in resig.*
c *Rebuff. in prax. benefic. d. loco.*
d *Rebuff. in praxi benef. tit. quot. mod. ben. acquir. par. 1. & de rescripto etiam et perinde valere. par. 2.*
e *c. de hoc. & ibi glos. et Panor. c. consulere. & c audiuimus de Simon. authen. de sanctiss. Epis.*
f *arg. c. veniēs. et ibi glos. Panor. in d. ca. de hoc. Goffred. et Host. in sum. de Simo. Innoc. in d. c. de hoc.*
g *l. sine hæreditario. ff. de negot. gest. glo. in d. c. de hoc. ad verb. restituāt. & ibid. Pan.*
h *arg. ca. cum tu, de vsur. Hostien. et Panor. in d. cap. de hoc. Syluest. in Sum. de Simo. §. 20. vers. 2.*

& qui recipi potuerunt, restitutionem obligatur[a]. Nam cùm vinculo excommunicationis per Simoniam innodatus sit, & beneficio ipso de iure priuatus[b], fructus licitè sibi nullo modo retinere potest[c]. Alias enim ex delicto, & crimine suo commodum reportet, quod esset prorsus absurdum, & iniquum; cùm illi potius debeant in eius pœnam retorqueri[d]. Nam cum excommunicatio secum trahat executionem, vt Innocentius III. Papa rescripsit[e], illi prouentus ecclesiastici meritò subtrahuntur, cui ecclesiæ communio denegatur. Atque isti fructus, & prouentus in vtilitatem ecclesiæ, cui per huiusmodi Simoniam iniuria, & contumelia facta est, conuerti debent[f]: non autem illius, qui regnauit, idque ob causas, & rationes supradictas, ut sua malitia commodum reportet. Si verò in beneficio Simoniacè adepto resedit, & chori accepit distributiones, diuina officia frequentando, & peragendo, ipsa restituere tenetur Canonicis istius ecclesiæ, vbi [illegible] nisi aliter ordinatum esset ex statuto, vel consuetudine Capituli[g], & nisi Simoniæ commissæ mediatores fuissent[h], vel diuina officia isti non per se, sed per substitutos, seu vicarios facerent[i]. Nam tunc illæ in ecclesiæ vtilitatem, vel pauperum eleëmosynam conuertendæ essent, vt supra dictum est, de pecuniæ Simoniacè acceptæ restitutione facienda. Et tantùm [illegible] est, vt, cùm per excommunicationem suam extra ecclesiam fuerit, aliquid ecclesiæ nomine possidere [illegible] sit, vt etiam vel ob hoc solum, quod se in tali [illegible] officiis diuinis peragendis ingesserit, beneficio [illegible] spoliandus, & deponendus sit[k]. Postrema & maxime terribilis pœna contra Simoniacos à Deo per D. [illegible] trum decreta, & pronuntiata[l], est æterna perdi[illegible] damnatio in stagno ardenti igne & sulphure, [illegible] fletus & stridor dentium[m].

a pulch. Goffr. in sum. de Sim. Io. Naucler in tract. de Simo. et ibid. Rebuff. in addition. ad eundem & in prax. benef tit. de Simo. in resig. Syluest. in Summ. de restit. 3. §. 9.

b vt pat. per sup. alleg.

c c. pastoralis. in fi. & ibi gl. et Inno. et Host. et alij de appel. c. postulastis. et ibi gl. Host. & Panor. de cler. excom. Itē Hostien. in sum. d. tit. & de sent. excom.

d ca. intelleximus. & ibi gl. & DD. de iudic. c. etsi. de donatio. inter vir. & vxor. l. euidēter. ff. de except. rei iudic. l. sine ff. de nego. gest. Goffre. & Hostiē. in sum. tit. de cler. excō.

e c. pastoralis. in fi. de appell. & ibid. gloss. sing. & Host.

f arg. c. penult. de cler. non resid. Inno. in c. sicut. de cohab. cler. alleg. d. c. pastoralis. & gl. [illegible] c. quia clerici. ad verb. spoliando. de iur. patron. & in c. ad aures. et in c. in [illegible] ad verb. prorsus amittant. de pœnis. Felin. in cap. de hoc. de Simon.

g c. vnico. & ibi gloss. de cler. non resid. in 6.

h cap. 2. de Simon. in extrauag. [illegible]

i Concil. Trid. sess. 24. de refor. ca. 12.

k c. cler. c. latores et c. fraternitati: et ibi [illegible] Host. in sum. de cler. excō. et gl. in pragm. sanctio. tit. de tenēt. capit. tēp. miss. [illegible]

l act. 8. cap. c. reperiuntur. 1. q. 1.

m Io. in Apocal. cap. 21. & Matth. cap. 8. [illegible]

De ambitione. CAP. XIII.

CVm ad detestandum, & execrandum Simoniæ crimē plurimi è clero ambitione, & dignitatum, atque honorum cupiditate inducantur, de hac fugienda, & ab ecclesia profliganda iam aliquid dicemus: Si vnquam, nunc maximè, & conuenientissimè cum D. Bernardo [a] Pōtifici Romano dici, vel scribi potest: Plena est ambitiosis ecclesia, non est iam quod exhorreat in studiis, & molitionibus ambitiosis, nō plus, quàm spelunca Latronum in spoliis viatorum: Si Christi discipulus es, ignescat zelus tuus, exurgat auctoritas aduersus impudentiam, & generalem pestem. Intuere magistrum sic facientem, & audi dicentem [b]: Qui mihi ministrat, me sequatur. Non parat aures, vt audiat, sed flagellum, quo feriat. Verba nec facit, nec recipit; nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens. Causam tamen non tacet, quòd videlicet domum orationis negotiationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescant vultum tuum istiusmodi negotiatores: Si non timeant: & tu flagellum tenes. Timeant nummulatij, nec fidant in nummis, sed diffidant. Abscōdant nimium à te, scientes effundere, quàm accipere paratiorem. Hoc studiosè, & constanter agendo, multos lucrifacies turpium sectatores lucrorum, honestioribus officiis vindicando. Multos, ne vel audeant huiusmodi attentare, seruabis. O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places [c]. Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat: nil tamen apud miseros mortales crebrius, & celebrius negotiis eius. An non limina Apostolorum plus iam ambitio, quàm deuotio terit? An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium? An non quæstibus eius tota legum catenumque disciplina insudat? An non spoliis eius omnis habita inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Aliud est quod ab oppressis appellatur ad te; aliud autem quod ambitio in ecclesia per te regnare molitur. Nec ille illis, nec huic aliquatenus assentire oportet [d]. Ambitionis via adoratio diaboli est, qua, videlicet, ad honores, & gloriam mundi perueniendum, suis ille adoratoribus pollicetur [e]. O impatiens, & effrenis, turpis

a *De consider. lib. 1. in fin. Ecclesia plena est ambitiosis.*

b *Ioan. 12.*

O ambitio ambientium crux.

c *Hostien. in c. in tantum de præbend.*

d *Idem Bernæ. lib. 3. de consid.*

e *Bernard. in psal. 90. serm. 6. Huc pertinet & illud quod Cyprian. habet in sermo. de ieiunio, in fine.*

quæstus cupiditas! ô ardor intemperans! ô cæca, & im-
pudenda ambitio? Apertè prius frontoseque ad-
digna satis petitione tentare catholicum, dolet ut re-
pulsam, incunctanter ad schismaticum refugit, & ac-
pta de manu sacrilega malè cupita potestate, [illegible]
nuò Domini gloriæ crudeliter confodere non [illegible]
Curritur in clero passim ab omni ætate, & [illegible]
doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas cura [illegible]
quam sine curis iam quisque victurus sit, cùm [illegible]
peruenerit. Nec mirum de his, qui necdum [illegible]
ipsis experti sunt. Videntes quippe illos, qui [illegible]
prios humeros cupitæ sarcinæ submiserunt, [illegible]
lùm non gemere, tanquam sub onere, sed [illegible]
petere plus onerari: non deterrentur periculis, [illegible]
piditate cæcati non vident, sed fauoribus [illegible]
illis inuident, prouocantur. O infinita [illegible]
tio, & insatiabilis auaritia! Cùm primos [illegible]
dus meruerint in ecclesia; meruerint autem [illegible]
merito, vel pecunia, siue etiam carnis, & [illegible]
quæ regnum Dei non possidebunt, prærogati[illegible]
ideo corda quiescunt, duplici semper æstuant [illegible]
rio; quo vtique magis ac magis & dilatentur [illegible]
ra, ac ad celsiora sublimentur: verbi gratia, [illegible]
ctus quis fuerit in quacumque ecclesia Decanus, [illegible]
positus, Archidiaconus, aut aliquid huiusmodi [illegible]
contentus vno in vna, plures sibi, imò quotquot [illegible]
conquirere honores satagit, tam in vna, quam [illegible]
bus. Quibus tamen omnibus, si locus euenerit, [illegible]
vnius præferret Episcopi dignitatem. Sed [illegible]
satiabitur? Factus Episcopus, Archiepiscopus [illegible]
derat. Quò fortè adepto rursum nescio [illegible]
somnians, laboriosis itineribus, & sumptuosis [illegible]
ritatibus Romanum statuit frequentare palatia [illegible]
stuosas sibi quasdam inde comparans amicitia [illegible]
cri spiritualis gratia hæc faciunt, laudandus [illegible]
sed præsumptio corrigenda. Meditātibus honores [illegible]
diuntur, sed onera pensantibus tædio sunt, atque [illegible]
midini. Non autem omnes capiunt hoc verbum [illegible]
enim non tanta fiducia, & alacritate currerent ad [illegible]
res, si esse sentirent & onera. Grauari profectò [illegible]

a *Idē in epist. 126.*

Ambitio semper infinita.

Honores, onera pēsantibus tædio sunt, atque formidini.

nt, nec cum tanto labore, & periculo quarumlibet affectarent insulas dignitatum. Nunc verò quia sola attenditur gloria, & non pœna, purum esse clericum erubescitur in ecclesia, seque viles æstimant, & inglorios, qui quocumque eminentiori loco non fuerint sublimati. Scholares pueri, & impubes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promouentur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris; lætiores interim quod virgas euaserint, quàm quod meruerint principatum, nec tam illis blanditur adeptum, quàm ademptum magisterium. Et hoc quidem in initio. Processu verò temporis paulatim insolescentes docti sunt in breui vendicare altaria, subditorum marsupia vacuare, magistris nimirum in hac disciplina vtentes idoneis, ambitione, & auaritia[a]. Quare B. Leo Episcopis Africanis scribens[b]: Miramur, inquit, apud vos per occasionem temporis impacati aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibuslibet, & longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur. Non enim est hoc consulere populo, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum. Et vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit; etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo: & vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quodsi in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, vt in domo Domini nihil inordinatum sit, nihilque præposterum: quantò magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam quidquid familiæ Domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. Vbi est illa beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & in-

a *Bernar. epist. 42.*

b *epist. 87. & cap. miramur. dist. 61.*

Integritas præsidentium, salus est subditorum.

In domo Domini nihil sit inordinatum.

a 1. Timoth. 4. Citò manus alicui imponere quid sit.

& inde vnicuique nostrum dicitur[a]: Manus nemini cito imposueris, neque cõmunices peccatis alienis. Quid est, citò manus imponere, nisi ante maturitatem meritis, ante tempus examinis, ante tempus emeritæ

Communicare peccatis alienis quid sit.

dientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalis honorem tribuere non comprobatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici voluntatis est, qui non meruit ordinari? Sicut enim bonoris sibi comparat fructum, qui rectum tenet in

Honor illegitimus.

sacerdotē iudicium: ita graui semetipsum affici damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indigno. Non enim in cuiusquam persona prætermittendum est quod institutis generalibus continetur; nec putatur honor ille legitimus, qui fuerit cõtra diuinæ

Quomodo ad honores perueniendum sit.

cepta collatus. Meritò patrum beatorum venerandæ sanctiones, cùm de electione sacerdotum loquuntur, eos demum sacris administrationibus idoneos iudicarunt, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis per ad perfectiores annos per disciplinæ stipendia ecclesticæ cucurrisset, & vnicuique testimonium probitatis præberet. Nec potest de eius prouectione dubitari, pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium debetur. Sic ad honores mūdi sine suffragatione temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari solent, quos probitatis documenta non adiuuant.

Ambitus notari qui soleāt.

diligens, & quàm prudens habenda est dispensatio uinorum munerum, & cælestium dignitatum.

b l. sancimus. C. ad leg. Iul. repetund.

Ab Imperatoribus enim Theod. & Valent. super constitutio promanauit[b]: Sancimus eiusmodi ros ad prouincias regendas accedere, qui ad honores

Ad honoris insignia quales sint promouēdi.

signia non ambitione, vel pretio, sed probitate amplitudinis suæ solēt testimonio promoueri; vt quibus hi honores per sedis tuæ, vel per nostram rint electionem commissi, iurati inter gesta deprese pro administrationibus sortiendis neque

Ad dignitatem promoti quale debeant præstare iuramētum.

quippiam, neque daturos vnquam postmodum siue per se, siue per interpositam personam, in legis sacramentique, aut venditionis, donationis tulo, aut alio velamento cuiuscumque contractus

ob hoc, exceptis solis salariis, nihil penitùs tam in administratione positos, quàm post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuitò meruerunt, accepturos. Et licet nemo nem diuini timoris, contemnendo iusiurandum, arbitramur immemorem, vt saluti propriæ vllum commodum anteponat: tamen vt ad salutis timorē etiam necessitas periculi subiungatur; si quis ausus fuerit præbita sacramēta negligere, non modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis, tanquam crimen publicum, concedimus facultatem; quadrupli pœna, eo qui conuictus fuerit, modis omnibus feriendo.

Saluti propriæ nullum commodū anteponendum.

Rursum alij Imperatores suum erga cleri integritatem, & Dei debitum cultum, studium & zelum declarantes, hanc de electione Episcopi promulgarunt ordinationem [a]: Si quemquam vel in hac vrbe, vel in cæteris prouinciis, quæ toto orbe diffusæ sunt, ad Episcopatus gradum prouehi Deo auctore contigerit; puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia, sincero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum sacerdotij pretij venalitate mercetur: quantum quisque meretur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profectò enim quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proferpat? Quid denique cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis antistitis temporibus eligatur Episcopus, vt quocumque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Non pretio, nec precibus ordinetur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur rogandus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim, indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus: cùm sane, si quis hanc sanctam, & venerandam Antistitis sedem pecuniæ interuētu subijsse, aut si quis vt alterum ordina-

a l. si quemquā C. de Episc. & cler.

Quid dignitatum collatoribus consideran dū in collation.

Qualis eligendus Episcopus.

ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse deteg[illegible] instar publici criminis & læsæ maiestatis [illegible] propolita à gradu sacerdotij retrahatur. Ne[illegible] lùm deinceps honore priuari, sed perpetuæ [illegible] famiæ damnari decernimus; vt eos, quos [illegible] coinquinat, & æquat, vtrosque similis pœna [illegible]

Locus regiminis fugiendus potius est, quàm [illegible]

CAP. XIIII.

a *epist.169.lib. 6.& c.in.scripturis.8.q.1.*

D. Gregorius Siriaco Episcopo scribens[a]: [illegible] pturis, inquit, vestris vos magnopere [illegible] quæsisse narratis; sed per hoc ad pastoralem [illegible] licitudinem vos congruè venisse ostenditis [illegible] locus regiminis desiderantibus negandus est [illegible] gientibus offerendus est. Et sicut scriptum [illegible] quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur [illegible] tanquam Aaron. Et rursus idem egregius [illegible] dicit[c]: Si vnus pro omnibus mortuus est, [illegible] nes mortui sunt, & pro omnibus Christus [illegible] si hoc est, superest, vt qui viuunt, non iam [illegible] sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit [illegible] stori sanctæ ecclesiæ dicitur[d]: Simon Ioannis [illegible] Pasce oues meas. Ex quibus verbis colligitur [illegible] is, qui valet, omnipotentis Dei oues [illegible] ostendit se pastorem summum minimè amare [illegible] vnigenitus patris, pro explenda vtilitate [illegible] secreto patris ad publicum nostrum egressus [illegible] quid dicturi sumus, qui secretum nostrũ [illegible] vtilitati proximorum? Quies itaque nobis [illegible] appetenda est, & tamen pro multorum lucro [illegible] do postponenda. Nam sicut toto desiderio [illegible] occupationem fugere; ita (si desit qui prædicet [illegible] pationis onus libenti necesse est humero subire [illegible] ex duorum prophetarum opere docemur, [illegible] prædicationis officium vitare conatus est, & [illegible] petijt. Nam mittenti se Domino Hieremias [illegible] dit, dicens[e]: A, à, à, Domine Deus, ecce [illegible] qui, quia puer ego sum. Et cùm omnipotens [illegible] prædicandum sibi personam quæreret, dicens: [illegible] mittam, & quis ibit ex vobis? vltro se obtulit [illegible]

b *Hebr.5. Numer.25.*

c *2. Corinth.5.*

d *Ioann.21.*

e *Hierem.1.*

...ens[a]: Ecce ego, mitte me. En ab vtrisque exte-
...diuersa vox prodijt, sed non à diuerso fonte dile-
...ctionis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charita-
...tis, amor Dei, & proximi. Per actiuam igitur vitam
...prodesse proximis cupiens Isaias officium prædicatio-
...nis appetijt: Per contemplatiuam verò Hieremias a-
...mori conditoris sedulè inhærere desiderans, ne mitti ad
...prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabi-
...liter vnus appetiit, hoc laudabiliter alius expauit: Iste
...ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet;
...ille ne damna studiosi operis, tacendo sentiret. Sed hoc
...in vtrisque est subtiliter intuendum; quia & is, qui recu-
...sauit, plenè non restitit: & is, qui mitti voluit, arte se
...per alaris calculũ purgatum vidit: ne aut non purgatus
...ad quisquam mysteria sacra audeat: aut quẽ superna
...gratia elegit sub humilitatis specie superbè cõtradicat.
...Nam cùm huius mundi successus præcipitur, cùm locus
...superior imperatur, is, qui ad percipiẽda hęc obedit, ob-
...edientiæ sibi virtutẽ euacuat, si ad hęc ex proprio anhe-
...lat. Nec enim se sub obediẽtia dirigit, qui ad percipiẽda
...huius vitę prospera, libidini proprię ambitionis seruit[b].
...Illo autem, quod Apostolus dixit[c]: Si quis episcopa-
...tum desiderat, &c. exponere voluit, inquit D. Augusti-
...nus[d], quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non
...honoris. Græcũ est enim, atque inde dictum vocabulũ,
...quod ille, qui præficitur, illis, quibus præficitur, superin-
...tendit, curam eorũ, scilicet, gerens: σκόπος quippe inten-
...tio est. Ergo Episcopos, si velimus latinè, superintẽden-
...tes possumus dicere: vt intelligat non se esse Episcopũ,
...qui præesse dilexerit, non prodesse. Itaque à studio co-
...gnoscendæ veritatis nemo prohibetur; quod ad lauda-
...bile pertinet otium. Locus verò superior, sine quo regi
...populus non potest, & si ita teneatur, atque ministre-
...tur, decet, tamẽ non decenter appetitur: quamobrem
...vbum sanctũ quærit charitas veritatis; negotiũ iustum
...dirigit necessitas charitatis: quam sarcinã si nullus im-
...ponit, percipiẽdæ, atque intuendæ vacandũ est veritati.
...Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis ne-
...cessitatẽ: sed nec sic omnimodo veritatis delectatio de-
...sideranda est; ne subtrahatur illa suauitas, & opprimatur

iusta

a *Isaiæ 6.*

Duo sunt charitatis præcepta.

b *Gregor. in 42. cap. Iob, et in c. sciendum. d. 8. q. 1.*

c *1 ad Timoth. 3. cap.*

d *in cap. 19. li. 19. de ciuitat. Dei & in cap. qui episcopatũ. 8. q. 1. & cap. vos autem 16. q. 1.*

Qui præesse dilexerit, nõ prodesse, episcopatu indignus est.

iusta necessitas. Cui astipulatur & D. Hieronymus ex-
plicans epistolam D. Pauli ad Titum [a]: Illud, [illegible]
inferendum est aduersus eos, qui de episcopatu [illegible]
mescunt, & putant se non dispensationem Christi [illegible]
imperium consecutos: quia non statim omnibus [illegible]
meliores sunt, quicumque Episcopi nō fuerint [illegible]
ti: & ex eo, quod Episcopi electi sunt, ipsi se magis [illegible]
stimant comprobatos; sed intelligant propterea [illegible]
dam à sacerdotio remotos, quia eos vitia liberos [illegible]
impedierint. Si autem peccata filiorum iustum [illegible]
scopatu prohibent: quantò magis se vnusquisque [illegible]
siderans, & sciens quia potentes potenter tormenta [illegible]
tientur; retrahit se ab hoc non tam honore, quam [illegible]
re, & aliorum locum, qui magis digni sunt, [illegible]
occupare. Qualis enim erit ædificatio discipuli [illegible]
ligat magistro se esse maiorem? Vnde non [illegible]
scopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere [illegible]
dere, vt cunctum populum, cui præsident, [illegible]
ne, sermone, ac scientia præeant; verumetiam [illegible]
rior gradus, exorcistæ, lectores, custodes [illegible]
lythi, & omnes omninò, qui domui Dei deseruiunt [illegible]
vehementer ecclesiam Dei destruit, meliores [illegible]
quàm clericos.

a in cap. 1. & in cap. illud. 8. q. 1.

Laicos meliores esse quàm clericos, vehementer ecclesiā Dei destruit.

D. verò Ioannes Chrysostomus de ambitione [illegible]
uaritia verba faciens [b]: Quemadmodum, inquit, [illegible]
quidam venti in tranquillū mare delati, totum [illegible]
subruunt, vt & arena cum vndis misceatur: sic [illegible]
bitio, & turpis quæstus, animū subeuntes omnia [illegible]
uertunt. Excæcat mentis intuitum præsertim [illegible]
furor. Cogita cùm gloriam concupiscis, quod [illegible]
assecutus, & disce finem, & nihil inuenies; cogita [illegible]
tam ea res habeat iacturam, quot, & qualibus [illegible]
priuet. Honore delectaris? Hunc repelle, scientes [illegible]
te debitorem constituit. Honorem tibi præbe[illegible]
& in hoc gaudendum est. Qui namque multum [illegible]
siuit honorem, præterquam quod & magnotum [illegible]
est debitorum, & in arrogantiam extollitur, & [illegible]
gloriam, & fit hominum seruus, postmodum [illegible]
scente dominatu, multa, quæ nollet, facere cogitur [illegible]
Tanquam itaque scientes, quod hoc est melius [illegible]

b in hom. 43. ad popul.

Ambitio, & turpis quæstus omnia subuertunt.

illud, honores ne quæramus, & oblatos recusemus, abiiciamus à nobis, hanc extinguamus concupiscentiam. Anima namque cupiens honorem, & glorificari, non videbit regnum cælorum. Non arbitror inter sacerdotes multos esse, qui salui fiant; sed multò plures, qui pereant. In causa est, quoniam res excelsum requirit animum. Multas enim habet causas, quæ depellit ipsum à suis moribus, & innumeris oculis illi opus vndique. Si quis ad summũ sacerdotium accesserit, velut ad solicitudinem, & curam, nullus illud facilè susceperit. Nunc autem non aliter, quàm profanos magistratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum, vt glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud Deum. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim erit, si non das pecuniam, sed pecuniæ loco adularis, subornas, multaque machinaris. Pecunia tua sit tecum in perditionem, ad illum dictum est. Et his dicetur: Ambitio tua sit tecum in perditionem, quoniam putasti ambitu humano parari domum Dei [a].

Cupiens honorem, & gloriã non videbit regnum cælorũ.

Quomodo ambientium studia à Concilio Tridentino refrenata sint. CAP. XV.

AD refrenandam verò improborum, & imperitorum in beneficiis ambiẽdis studia, rectè à sancta Tridẽtina Synodo sancitum est [b], vt præsentati seu electi, vel nominati à quibúsuis ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ nuntiis ad quæuis ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiúsuis priuilegij, seu cõsuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio se tueri possit, quò minus examen subire teneatur. Præsentatis tamen, electis, seu nominatis ab vniuersitatibus seu collegiis generalium studiorum, exceptis. Deinde eadem quoque sancta Synodus decreuit, mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectationibus, nemini amplius etiam collegiis, vniuersitatibus, senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio

a *Chrysost. in acta Apostol. hom. 3.*

b *sess. 7. de reform. cap. 13.*

c *sess. 24. de reform cap. 19. c. 2. de concess. præben. c. detestanda. eodem tit. in 6.*

quouis colore concedi, nec hactenus concessis quoquo vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec alias quascumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas ecclesias, vel monasteria alicui, etiam ex sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus concedantur, & hactenus contra abrogata esse censeantur.

Ad cathedralium ecclesiarum regimen quales eligendi.

CAP. XVI.

QVicumque ad ecclesiam cathedralem regendã & gubernandam est assumendus, is ex decreto sacri concilij Tridẽtini[a], non solum natalibus, moribus, & vita, ac aliis quæ à sacris canonibus requiruntur[b], plenè sit præditus, verumetiam in sacra ne antea saltem sex mensium spatio constituatur, rum rerum instructio, si eius notitia nulla, in curia fuerit, à sedis Apostolicæ Legatis, seu prouinciarum, aut eius Ordinario, eoque defi vicinioribus Ordinariis sumatur. Scientia vero hæc eiusmodi polleat, vt muneris sibi iniũcti sitati possit satisfacere. Ideoq; antea in vniuersit diorum magister, siue Doctor aut Licentiatus Theologia, vel iure canonico meritò sit pronun publico alicuius academiæ testimonio, idoneus docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, perioribus suæ religionis similem fidẽ habeat autẽ omnes vnde instructio seu testificatio exi da, hæc fideliter, & gratis referre teneantur eorũ conscientias grauiter oneratas esse scient & Superiores suos habebunt vltores.

Præterea si in quibuslibet ecclesię gradibus pro ter, scienterq́ue curandum est, vt in Domini hil sit inordinatum, nihilq́ue præposterũm, ubi elaborandum est, vt in electione eius, qui supe gradus est constitutus, non erretur. Nam totius Domini status, & ordo nutabit, si quod requ corpore, non inueniatur in capite. Vnde etsi alia re à nobis dictum sit, hoc tamen munus huiusmo censuit sancta Tridẽtina Synodus, vt, si pro rei tudine expendatur, nunquã satis de eo cautum

[a] *sess. 7. de reform. cap. 1. & sess. 22. cap. 2.*
[b] *c. cum in cũctis. & ca. cum à nobis. de electio. c. grauem. de præbẽd. c. 1. 2. & final. dist. 59. c. 2. & aliis seq. dist. 61*

videri possit. Itaque sciendum, quod eadē sancta Synodus statuerit[a], vt cum primum ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces publicè priuatimque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatē, & diœcesim indicantur; quibus clerus, populusq; bonum à Deo pastorem valeat impetrare. Omnes verò & singulos, qui ad promotionē præficiendorum quodcumq; ius quacumque ratione à Sede Apostolica habent; aut alioquin operam suā præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innouando hortatur, & monet, vt inprimis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutē vtilius posse facere, quàm si bonos pastores, & ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeāt; eosq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidē precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorū exigentibus meritis præfici diligenter curauerint; & quos ex legitimo matrimonio natos & vita, mores, doctrina, atq; aliis omnibus qualitatibus præditos sciāt, quę iuxta sacros canones, & Tridētinę huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam verò in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui idoneoq; bonorum, & doctorum virorum testimonio, non vniformis ratio vbique ex nationum, populorum, ac morum varietate potest adhiberi, mandat sancta Synodus, vt in prouinciali Synodo per Metropolitanum habēda, præscribatur quibusque locis & prouinciis propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbāda; quæ magis eisdē locis vtilis, atq; oportuna esse videbitur; ita tamen vt cùm deinde hoc examē, seu inquisitio de persona promouēda perfecta fuerit, ea in instrumentū publicū redacta, cum toto testimonio, ac professione fidei in eo facta quamprimum ad SS. Romanum Pōtificem mandato transmittatur; vt ipse summus Pontifex, plena rerum negotij, ac personarū notitia habita, pro gregis vtilitate cōmodo de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionē factā reperti fuerint, ecclesiis possit vtilius prouidere. Omnes verò inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcumq; de promouendi

[a] *sess. 24. de reform. cap. 1. Sede episcopali vacante quid fieri à Capitulo & aliis ius ad illam habentibus fieri debeat.*

Non eligētes digniorē, magisque suo iudicio ecclesiæ vtilem mortaliter peccant.

Singulę prouinciæ suā habeant formam inquirendi super qualitatibus promouendorū ad episcopatum.

qualitatibus, & ecclesiæ statu à quibuscumque, etiam Romana curia habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur; ac relatio ipsa Cardinalitoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, sibi habita accurata diligentia, inuenisse promouendum talitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis, ditos; ac certò existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse, qui ecclesiis præficiantur: ita relatione vno consistorio facta, quo maturius interea de ipsius quisitione cognosci possit, in aliud consistorium tercium differatur; nisi aliud beatissimo Pontifici videtur expedire. Ea verò omnia, & singula, quæ de scoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina teris qualitatibus alias in eadem Synodo sunt, decernit eadem, etiam in creatione sanctæ manæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam si diaconi sint, genda; quos sanctissimus Romanus Pontifex ex bus Christianitatis nationibus, quàtum commodè poterit, prout idoneos repererit, assumet. Postremò dem sancta Synodus tot grauissimis Ecclesiæ modis commota, non potest non commemorare, magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quàm vt mus Romanus Pontifex: quam solicitudinem Ecclesiæ ex muneris sui officio debet, eam hic mùm impendat, vt lectissimos tantùm sibi Cardinales ascisca; & bonos maximè, atque idoneos pastores gulis ecclesiis præficiat; idq; eo magis, quòd ex sti sanguinem, quæ ex malo negligentium, & immemorum pastorũ regimine peribunt, Dominus ster IESVS Christus de manibus eius sit requisiturus.

Eædem requiruntur qualitates in Cardinalibus, quæ in Episcopis.

[a] *Exod. 3. Hebræ. 11. cap. Ephesiis dist. 43.*

[b] *sess. 23. de reform. cap. 2.*

Episcopi electi intra quod tempus consecrari debeant.

Consecratio Episcoporum vbi fieri debeat.

Deinde eadem quoque sancta Tridentina Synodus statuit [b], vt ecclesiis cathedralibus, seu superioribus quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiam si Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses postea id facere neglexerint; ecclesiis ipsis sint priuati. Consecratio verò, si extra curiam Ro-

nam fiat, in ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, si commodè fieri poterit, celebretur.

Verum quoniam in quibusdam prouinciis, quædam cathedrales ecclesiæ tam tenuis reditus sunt, & angustę, vt episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque ecclesiarum necessitati sufficiant; examinet Concilium prouinciale, vocatis iis, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemque inuicem vnite, vel nouis prouentibus augere expediat; conficiatq; de præmissis instrumenta ad summũ Romanum Pontificẽ mittat; quibus instructus summus Põtifex ex qualitate sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim verò, donec prædicta effectum sortiantur, huiusmodi Episcopis, qui fructuum subuẽtione pro diœcesis suæ vrbanitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, dũ tamẽ curata nõ sint, nec dignitates, seu canonicatus, & prębendæ, nec monasteria, in quibus viget regularis obseruãtia, vel quę capitulis generalibus, & certis visitationibus subdũtur, a summo Romano Põtifice prouideri.

Qualis in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis ad dignitates, & canonicatus promouendi sint. CAP. XVII.

CVm dignitates in ecclesiis præsertim cathedralibus, ad conseruandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, vt qui eas obtinerent, pietate præcellerẽt, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio iuuarent; meritò, qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. Quocirca SS. Tridentinum concilium statuit[a], vt nemo deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi sit saltem vigesimumquintum suæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, iuxta constitutionem Alexandri tertij, in concilio Lateranensi promulgatam[b]. Archidiaconi (qui oculi dicuntur Episcopi) sint in omnibus ecclesiis, vbi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico. Ad cæteras autem

Dignitates in ecclesiis cathedralibus cur institutæ sint.

a *sess. 24. de reform. cap. 12.*

Quales ad dignitatem curã animarum habentem promoueri debeant.

b *c. cum in cũctis. §. inferiora. de electio.*

Archidiaconi sunt oculi Episcoporum: & quas habere debeãt qualitates.

Ad dignitates curam animarum non habentes, quales promouendi sint.

In ecclesiis cathedralibus, qui et quomodo fidei professionē facere debeant.

Pœna non facientium fidei & obedientiæ professionem.

Prouidēdus de beneficio debet habere sacrum ordinem illi annexum, vel saltem ætatem ad illum suscipiendum idoneam.

Omnes canonicatus debent habere sacrum ordinem annexum.

Media pars canonicatuū presbyterales esse debent.

Qualibus canonicatus conferendi sint.

Canonicorū viuendi competentia quando & quomodo augenda sit.

autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & vgi[illegible] duobus annis non minores asciscantur.

Prouisi autem de canonicatibus, & dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, non solùm coram Episcopo, [illegible] eius Officiali, sed etiam in Capitulo teneantur [illegible] adeptę possessionis ad minus intra duos menses [illegible] doxæ suæ fidei publicam facere professionem, & [illegible] manæ ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent. Alioquin prædicti omnes prouisi, vt [illegible] fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur. Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui eo ordine sacro [illegible] initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio [illegible] quirit; aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, [illegible] sancta Synodo statutū, initiari valeat. In omni[illegible] ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus, ac [illegible] habeant annexū ordinē presbyterij, diaconatus, [illegible] diaconatus. Episcopus autem cum cōsilio Capituli [illegible] gnet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus [illegible] ordo ex sacris annexus in posterū esse debeat; [illegible] vt dimidia saltē pars presbyteri sint; cęteri verò [illegible] aut subdiaconi: vbi verò cōsuetudo laudabilior [illegible] plures, vel omnes sint presbyteri, omninò obseruetur.

Hortatur etiam sancta Tridētina Synodus, vt in [illegible] uinciis vbi id commodè fieri potest, dignitates [illegible] & saltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus ecclesiis, & collegiatis insignibus conferantur [illegible] Magistris, vel Doctoribus, aut etiā Licentiatis in Theologia, vel iure canonico. Præterea in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis insignibus, vbi frequentes [illegible] tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus [illegible] tidianis, vt sustinēdo decenti Canonicorum [illegible] loci, & personarum qualitate non sufficiant, [illegible] scopis, cum consensu Capituli, vel aliquot [illegible] beneficia, non tamen regularia, iis vnire: vel, [illegible] ratione prouideri non possit, aliquibus ex iis [illegible] cum patronorum consensu, si de iure patronatus [illegible] rum sint, quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus applicentur, eas ad [illegible] cione

rem numerum reducere, ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrãdo, ac dignitati ecclesiæ commode valeant respondere: non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & priuilegiis, aut quacumque reseruatione generali, vel speciali, aut affectione: neque prædictæ vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibúsuis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

Quibus inferiora beneficia præsertim curata conferenda sint, & de collatorum indignis, ac inidoneis conferentium pœna. CAP. XVIII.

EX decreto SS. concilij Tridentini[a] inferiora beneficia ecclesiastica pręsertim curam animarũ habẽtia, personis dignis, & habilibus, & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, conferenda sunt; aliter autem facta collatio siue prouisio omninò irritanda est: & ordinarius collator pœnas constitutionis concilij generalis Lateranẽsis incurret[b]. Siquidem illius iudicio, & censura graue nimis est, & absurdum, quod quidam ecclesiarum Prælati cùm possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morũ honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum non iudicium rationis: vnde quanta ecclesiis damna proueniãt, nemo sanæ mentis ignorat. Volens igitur huic morbo mederi, præcepit vt pretermissis indignis idoneos assumãt, qui Deo, & ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum: fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens inquisitio annuatim: ita vt qui post primam, & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, à beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, instituta in eodem concilio persona prouida, & honesta, quæ suspensi suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa Capitula, quæ in hoc deliquerint, obseruetur. Metropolitani verò delictum, Superioris iudicio relinquatur ex parte concilij curandum. Vt autẽ hæc salubris prouisio pleniorem

a *sess. 7. de reform. cap. 3.*

b *sub Innocentio 3. cap. 30. et c. graue. de præbend. & digni. Querela de mala beneficiorum collatione.*

Beneficia conferenda sunt iis, qui Deo, et ecclesiis velint et valeant gratũ impendere famulatum.

Pœna conferentium inidoneis beneficia.

consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis authoritatem, aut proprij Patriarchæ minimè relaxetur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur. Atque hanc constitutionem sancta Tridentina Synodus volens obseruari, eandem innouauit[a].

Præterea, licet canon à felic. recordationis Alexandro Papa III. editus[b], inter cætera statuerit, vt nullus regimen ecclesiæ parochialis suscipiat, nisi vigesimum quintum ætatis annum attigerit; ac scientia, & moribus commendandus existat; quodque talis ad regimen assumptus huiusmodi, si monitus, non sufficit præfixo à canonibus tempore in presbyterum ordinatus, à regiminis eiusdem amoueatur officio, & alij conferatur. Quia tamen in obseruatione canonis monstrasse multi exhibuerunt negligētes, sancta Tridentina Synodus periculosam illorum negligentiam volens executione suppleri, cōstitutionem Gregorij decimi in generali Lugdunensi concilio editam innouauit, qua statuitur; vt nullus ad regimen parœcialis ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus moribus, scientia, & ætate. Decernendo collationes de parœcialibus ecclesiis, qui non attigerint 25. annum decætero faciendas omnibus omninò carere. Is etiam, qui ad huiusmodi regimen assumetur; vt gregis sibi crediti diligentius [illegible] gerere possit, in parœciali ecclesia, cuius rector [illegible] rit, residere personaliter teneatur. Et intra annum [illegible] bi commissi regiminis tempore numerandum, [illegible] ad sacerdotium promoueri. Quodsi intra idem tempus promotus non fuerit, ecclesia sibi cōmissa (nulla [illegible] præmissa monitione) sit præsentis cōstitutionis [illegible] ritate priuatus. Super residentia verò, vt præmissa facienda, possit Ordinarius gratiam dispensationis [illegible] tempus facere; prout causa rationabilis hoc exp[illegible]

a d. sess. 7. c. 3.
b c. cum in cūctis. §. inferiora. de electio.
Parochialis ecclesia, qua ætate à clerico accipi possit, et quæ in isto qualitates requirātur.
c c. licet. de electio. in 6.
d d. sess. 7. c. 3.
Nō sacerdos parochialem ecclesiam acceptans, intra quod tēpus presbyter fieri debeat.

Quomodo ad curata beneficia promouendi examinari debeant. CAP. XIX.

QVoniam expedit maximè animarum salutem dignis, atque idoneis parochis gubernari; id diligentius, ac rectius perficiatur, idcirco [illegible]

Sancta Tridentina Synodus [a], vt cum parochialis ecclesia vacatio, etiam si cura ecclesiæ vel Episcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures administretur, etiam in ecclesiis patrimonialibus, seu receptiuis nuncupatis, in quibus consueuit Episcopus vni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem etiam in curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa parochialis ecclesia reseruata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorem sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum; debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere; qui cura ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur. Porrò Episcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo prescribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt possit postea de cuiuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari [b]. Transacto constituto tempore, omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, siue, eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus, non paucioribus, quàm tribus; quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel vicarius, quibus magis videbitur,

Examinatores auēt singulis annis in diœcesana Synodo ab Episcopo, vel eius vicario, ad minus sex prouocentur; qui Synodo satisfaciant, & ab ea probētur; quotienteque vacatione cuiuslibet ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant; intra succedēte alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi examinatores Magistri, seu Doctores, aut Licen-

a *sess. 24. de refor. cap. 18.*

Ecclesia parochiali vacante quid faciēdum Episcopo.

b *De huiusmodi edicto proponendo vide etiam concilium Mediolanense part. 2.*

Examinatores quot, & à quibus constitui debeant.

Qualitates in examinatoribus requisitæ.

tiati in Theologia, aut iure canonico, vel alij [illegible] seu regulares, etiam ex ordine mēdicantium, aut [illegible] seculares, qui ad id magis videbuntur idonei, [illegible] omnes ad sancta Dei euangelia, se quacumque [illegible] na affectione postposita, fideliter munus [illegible] Caueantque ne quicquam prorsus occasione [illegible] minis, nec antè, nec post accipiant: alioqui [illegible] vitium tam ipsi, quàm alij dantes incurrant, [illegible] solui nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ [illegible] cumque etiam antea obtinebant; & ad alia in [illegible] inhabiles reddantur. Et de his omnibus non [illegible] ram Deo, sed etiam in Synodo prouinciali, [illegible] rit, rationem reddere teneantur: à qua si quid [illegible] officium eos fecisse compertum fuerit, grauiter [illegible] bitrio puniri possint.

Iuramētum ab examinatoribus præstandū.

Examinatio hæc gratis fieri debet.

Peracto deinde examine, renuntientur, [illegible] ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, [illegible] prudentia, & aliis rebus ad vacantem ecclesiam [illegible] nandam opportunis. Ex hisque Episcopus [illegible] quem cæteris magis idoneum iudicauerit; atque [illegible] non alteri, collatio ecclesiæ ab eo fiat, ad quem [illegible] bit eam conferre. Si verò iuris patronatus [illegible] ac institutio ad Episcopum, & non alium [illegible] quem patronus digniorem inter probatos ab [illegible] toribus iudicabit, Episcopo præsentare [illegible] eo instituatur. Cùm verò institutio ab alio [illegible] piscopo erit facienda, tunc Episcopus solus [illegible] eligat digniorem, quem patronus ei præsentet, [illegible] institutio spectat.

Quòd si ius patronatus laicorum fuerit, [illegible] patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, [illegible] examinari, & non nisi idoneus repertus fuerit, [illegible] In omnibusque supradictis casibus non cuiquam [illegible] quàm vni ex prædictis examinatis & ab exa[illegible] bus approbatis, iuxta supradictam regulam, [illegible] prouideatur, nec prædictorū examinatorum [illegible] quò minus executionem habeat, vlla deuolutio [illegible] pellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, siue [illegible] dis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios seu [illegible] pos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas [illegible]

Nulli quā examinato ecclesia conferri potest.

posita, impediat, aut suspendat; alioquin vicarius, dum ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo, ad tempus deputauit, vel forsan postea deputabit, ab eius ecclesiæ custodia, & administratione non amoueatur, donec aut eidem, aut alteri qui probatus & electus fuerit, vt supra, sit prouisum; alias prouisiones omnes seu institutiones præter supradictam formam factæ, surrepticiæ esse censeantur, non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegiis, præuentionibus, reuersionibus, nouis prouisionibus, indultis concessis quibuscunq; vniuersitatibus, etiam ad certã summam, & cum impedimentis quibuscũque. Si tamen adeò exigua fuerint dictæ parochialis fuerint, vt totius huius reformationis operam non ferant; aut nemo sit, qui se eorum quærat subiicere; aut ob apertas factiones, seu discordias, quæ in aliquibus locis reperiũtur; facilè grauiora mala ac tumultus possint excitari; poterit Ordinarius, si ita conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, priuatum aliud examen, cæteris tamẽ, vt supra, seruatis adhibere. Liceat etiã Synodo prouinciali, si qua in supradictis circa eorum formam addẽda, remittendaue esse censuerit, prouidere. Ad hoc verò decretũ in executionẽ & observationẽ deducendũ, ad perpetuã rei memoriã insignem Pius Papa V, desuper his verbis constitutionem edidit.

Super collatione parochialium ecclesiarum Pij V. constitutio. CAP. XX.

IN conferendis beneficiis ecclesiasticis, & præsertim parochialibus ecclesiis personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curã exercere valeant, quantã diligentiã adhiberi oporteat Alexãdri III. in Lateranẽsi [a], & Gregorij decimi in Lugdunensi [b] generalibus cõciliis, ac Innocẽtij similiter tertij [c], & aliorũ Romanorum Pontificũ prædecessorum nostrorũ editæ constitutiones testãtur: Quod vt diligentius, ac rectius seruetur, statuit etiã Synodus Tridẽtina [d], vt occurrente vacatione parochialis ecclesiæ, etiam generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinaliũ, aut aliàs quomodolibet reseruatæ vel

a *part. 1. cap. 13. & c. quia nonnulli. de cleric. non resident.*
b *c. licet. cano. de elect. in 6.*
c *c. de multa. et c. extirpandæ. de præbend.*
d *sess. 24. c. 18.*

vel affectæ debeat Episcopus habita notitia vacatæ
ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, nec
congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione
constituere, qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec
de rectore prouideatur. Et deinde Episcopus, aut
iuspatronatus habet, intra decem dies, aut alioquin
pus ab Episcopo præscribendum, aliquos clericos
gendam ecclesiam idoneos examinatoribus
mam eiusdem Synodi deputatis, nominet, & non
ab eisdem examinatoribus per cōcursum alio
minatorum, etiam tanquam magis idoneo
po iudicato, & electo de ecclesia prouideatur
prouisiones, seu institutiones omnes, præter
prædictam factæ surreptitiæ censeantur. Sed
res humanæ semper in deterius prolabun
qui eas retineat, ac debitæ executioni de
verendum sit, ne propter constitutionum
transgressionem maximi abusus oriātur: Nos
rum notitiam non sine graui nostra molestia,
nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris
piscopis, & Episcopis occurrente vacatione
lium ecclesiarum, eas nullo, aut minus ritè
mine, præsertim illo, quod per concursum
ex concilio Tridētino, vel etiam examine
personis minus dignis, carnalitatis, aut alium
passionis affectum, non rationis iudicium
tulisse, & de eis prouidisse, volentes, quantū
possumus, huiusmodi ac etiam futuris pericula
rere, eorundem prædecessorum nostrorum
nes præfatas etiam innouando, auctoritate
tenore præsentium omnes, & singulas
uisiones, institutiones, & quasuis
chialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis,
piscopis, ac quibusuis aliis collatoribus
quàm delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus,
Apostolicæ Legatis, vel Nuntiis, præter
mam ab eodem concilio Tridentino, præsertim
mine per concursum faciendo præscriptam,
in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius
vel momenti fore, & esse, nullumque

Res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi Superiorum impediat vigilātia.

valium etiam coloratum possidendi præbere, & parochiales ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes huiusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus; easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ, & Sedis Apostolicæ, seu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eiusdem concilij habere debent, competet, dispositioni reseruamus.

Vt vacanti parochiali ecclesiæ quàm citissimè de pastore prouideatur.

Insuper ne parochiales ecclesiæ diu in suspenso maneant, in maximum animarum periculũ, quarumcumque parochialium ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, & Primates, atque Patriarchas, & quos suis alios ordinarios collatores in mensibus ordinariis collatoribus etiam per suam regulas assignatis prouisio, & collatio spectat, & pertinet, de quibus ijdẽ Episcopi, & Ordinarij præfati, intra sex mẽsium spatium à die vacationis earundem perfecto examine iuxta formam concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ Sedi generaliter vel specialiter, & ex quauis causa reseruatæ seu affectæ existunt, ac eis ex indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas, occurrente illarum vacatione, Episcopi, & Archiepiscopi præfati personas per examen, cõcursu mutuo habito iuxta dicti concilij Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas eis, vel successoribus nostris, aut iis ad quos collatio spectabit pro collatione obtinenda intra quatuor menses spatium à die illius vacationis nõ significauerint, omnes parochialium ecclesiarum similium, quæ iurispatronatus ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum, & quorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à iure præfixum prætuio examine iuxta formam dicti concilij approbatus petatur institui, instituique ipsa per duos menses à die præsentationis dilexerit, collationem, prouisionem, institutionem, ac quamlibet aliam dispositionem nobis, & ipsi Sedi, ac personis indulta huiusmodi conferendi, prouidendi seu instituendi obtinentibus respectiuè reseruamus: data tamen

tamen in parochialibus iuri ſpatronatus optione ipſi patronis, vt ſi inſtitutio ad Ordinarios ſpectabit, ipſi Ordinariis illam facere negligentibus, & vltra duos menſes differentibus, poſſint pro huiuſmodi inſtitutione obtinenda habere recurſum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apoſtolicam. Prohibentes etiã eiſdem Ordinariis tempus decem dierum, eiſdem Ordinariis & patronis de eodem concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præſtare, vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præſumant. Diſtrictius inhibentes, ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta huiuſmodi obtinentes, ſe præfertur, quacũque ſit ſuper hoc auctoritate munitus de huiuſmodi beneficiis ſic reſeruatis (vt præſertur) deponere, vel circa illa etiam per viam permutationis vel aliàs innouare, quoquo modo præſumat.

Vt parochiales eccleſiæ magis idoneis & dignis conferantur.

Vt autem, non ſolùm dignis, ſed magis idoneis expertis iuxta eiuſdem concilij decretum parochiales eccleſiæ conferantur, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ſi Epiſcopus minus habilem, parochialis magis idoneis elegerit, poſſint ij, qui reiecti fuerint, à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanum, vel ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit ad viciniorem Ordinarium, vti noſtrum & Sedis huiuſmodi delegatum, aut aliàs ad ipſam Sedem Apoſtolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen tanquam appellationis iudice, & eius examinatoribus probare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio eoque reuocato, parochialis magis idoneo, per eundem iudicem appellationis auctoritate noſtra (quatenus collatio ad Epiſcopum à quo appellatum fuit, ſpectabit) conferatur; aliàs eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur, ad quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectabit. Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpendat, quo minus electio per Ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & prouiſus ab eadem eccleſia cauſa appellationis huiuſmodi pendente non amoueatur. Et ſi

sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam apellet. Si secus in præmissis omnibus & singulis actum, ut attētatum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem quod præsentium transsumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostensæ, quodq; literæ ipsæ cameræ & cācellariæ Apostolicarū de audientiæ causarum palatij Apostolici valuis, & in aere Campi Florę dimissis inibi copiis publicatę, & affixæ omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omninò hominum liceat, &c. De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu ecclesiasticisque parochiæ cognoscendo insignes sunt aliquot constitutiones in Synodo Mediolanensi [a].

a celeb. an. Dn. 1566. parte 2.

Successiones in beneficiis quasi hæreditariæ, & coadiutoriæ cum futura successione prohibitæ sunt.

CAP. XXI.

CVm in beneficiis ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, sacris cōstitutionibus sint odiosa, & patrū decretis contraria [b], decreuit SS. Tridentina Synodus [c], vt nemini in posterum accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cuiuscumque qualitatis conferatur; nec hactenus cōcessi suspendātur, extendantur, aut transferantur. Hocq; decretum in quibuscumq; beneficiis ecclesiasticis, ac etiā cathedralibus ecclesiis, ac in quibuscumque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat.

In coadiutoriis quoq; cum futura successione idē postea obseruetur [d], vt nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, permittantur. Quod si quando ecclesiæ cathedralis, aut monasterij vrgens necessitas, aut euidens utilitas postulet Prælato dari coadiutorem; is non aliter cum futura successione detur, quàm hæc causa prius diligenter à sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum

b ca. ex transmissa. & c. ad extirpandas. de fil. presb. c. 1. de præb. c. ad decorem. de institut. c. consuluit. de iure patron. c. adhęc. de deci.
c sess. 25. de reformat. cap. 7.
d c. pontifices. c. scripsit. 7. q. 1. cap. Episcopo. 8. q. 1. Iuo 5. par. decret. cap. 301. 302. & 2. seq. & ca. 352.

certum sit quæ à iure, & decretis huius sanctæ Sedis in Episcopis, & Prælatis requiruntur; aliàs consilia nes super his factæ surreptitiæ esse censeantur.

Coadiutor quãdo dari possit episcopo.

Potest autem Episcopo coadiutor dari, si ei ob valetudine corporali grauatus, vel etiam alias adeo peditus perpetuò sit, vt officium suum nequeat re, idque de sui consilio, & assensu Capituli, vel ris partis ipsius auctoritate Apostolica, ad ipsius cium exequendum. Si verò Episcopus dementiæ & quid velit, aut nolit exprimere nesciat, vel nec sit: tunc eius Capitulum, vel duæ ipsius partes auctoritate vnum, aut duos coadiutores assumant neos, qui eius officium exequantur. Si autem Epis pus senio, aut incurabili morbo grauatus, vel impedimento detentus ad sui executionem non datur inutilis, & coadiutorem assumere, vel luerit, licet à Capitulo requisitus proprio, se indigere suffragio forsitan asserendo, tunc ma pitulum innouetur; sed hoc casu, & etiam idem Capitulum Episcopi & ecclesiæ suæ & statum, ac facti circunstantias vniuersas, poterit, fideliter, & explicitè referat ad notitiam Apostolicæ; recepturi humiliter, & efficaciter turi quod super hoc per Sedē ipsam contigerit Et quod de Episcopis hic præmittitur, ad etiam Prælatos est referendum [a].

[a] *ca. vnico. de cler. ægrot. vel. debil. in 6. & c. ex parte. eod. tit. in antiq.*

Adhæc aliis quoque beneficiatis dignitatem ram animarum habentibus, propter causas quas in Episcopo requiri dictum est, Coadiu que dari poterit [b]. Deinde quia, illiterati, & parochialium ecclesiarum rectores sacris sunt officiis, & alij propter eorum vitæ turpi potius destruunt, quàm ædificant, placuit Tridentino [c], vt Episcopi, etiam tanquam Sedis Delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, honestæ vitæ sint, coadiutores, aut vicarios pore deputare, partemque fructuum eisdem cienti victu assignare, vel aliter prouidere cumque appellatione, & exemptione remota. rò, qui turpiter, & scandalosè viuunt, posquam

[b] *arg. c. de rectoribus. ca. sua nos. & c. fin. de cler. ægrot. Rebuff. in praxi bene. par. 2. tit. de reprob. bene. viuen. impetr.*

[c] *sess. 21. de refor. cap. 6.*

moniti fuerint, coerceant, ac castigent: & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficiis, iuxta sacrorum canonum constitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant. Coadiutores autē huiusmodi de prouentibus illorum, in quorum assumuntur, vel dantur auxilium, ad sustentationem suam congruam recipiāt portionem seu sumptus moderatos, sed ab alienatione quabet de bonis ecclesiasticis ipsorum, vel ecclesiarum suarum quomodolibet facienda penitus abstineant, rationem non solùm in districto examine, sed & illis, quibus datur, (si sanæ mentis extiterint) ac Capitulis eorundem, vel eorum successoribus (si hoc antea non fecerint) plenariam reddituri sunt [a].

Coadiutores de bonis ecclesiæ vel eorum quibus dati sunt, nihil alienare possunt.

[a] *d. c. de rectoribus & d. ca. vnico. in 6. de cler. agrot.*

Confidentiis beneficialibus, earumq; casibus, præsumptionibus, & probationibus Pij V. constitutio.

CAP. XXII.

Intolerabilis multorū peruersitas, qui sacrosanctas constitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, sæpe illarum authores in necessitatem adducit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore sanctione proposita reprimantur. Bene, quidem, & prouidenter Fel. rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ cuiusdam beneficiorum ecclesiasticorum corruptelam, statuit, & decreuit; vt ipso iure vacarent ecclesiæ, monasteria, cæteraque beneficia ecclesiastica, in confidentiam, à quibuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiusuis personæ contemplatione, vel intuitu recepta, literarum illorum dispositionem sibi, & Apostolicæ Sedi reseruando. Nec valerent ipsorum collationes, seu concessiones, nec fructuum, nec pensionum reseruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi seu accedendi & ingrediendi ad ecclesias, monasteria, & beneficia supradicta, illaque recipientes, fructus, pensiones, aliasque res eorundem indebitè perciperent. Prohibuitque quibuscumque etiam sub censuris ecclesiasticis, ne quis huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes, & quascumque prouisiones, præfectiones, col-

Confidētiæ beneficiales à Pio 4. etiam sublatæ sunt.

lationes, commendas, & alias dispositiones de ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, necnon reseruationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, ab aliis facultates siue per se, siue futuros Romanos Pontifices etiam Motu proprio, ac consistorialiter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præsentationem, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expressè siue occultè, ac de iure præsumpto, & aliis contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac prædictæ dispositioni reseruata esse, sicque per quascumque etiam per præsumptiones, & coniecturas [illegible] mas, & alias eorum arbitrio procedendo (cùm [illegible] confidentias huiusmodi in lucem erui, & proxime posse constaret) iudicari, & diffiniri debere. [illegible] irritum, & inane quicquid secus contingeret [illegible] quemadmodum confectis super his literis suis [illegible] continetur.

Veruntamen propter improbas multorum [illegible] tates, prædicta, quæ ad purgandam hac pernitiosissima, & animarum salutem ab ipso prædecessore [illegible] sunt, in multis deprehendimus viam aperuisse [illegible] delinquēdi. Siquidem cùm frequentibus plurium [illegible] relis pridem concitati, quòd iudices in causis huiusmodi confidentiarum expediendis remissiores essent, [illegible] nes & singulas causas ipsas vbicumque, & inter [illegible] cumque motas ad nos aduocauissemus, ac omnimodam huiusmodi causarum præsentium, & [illegible] rerumque omnium ex ipsis resultantium cognitionem nobis, & successoribus nostris reseruauissemus, [illegible] quibusdam coram nobis processum fuisset, [illegible] nec leuibus coniecturis intelleximus vitium [illegible] confidentiæ occultè irrepsisse; sed in plerisque [illegible] præsumptiones, & coniecturas, quæ ad illud [illegible] dum deducuntur, minimè sufficere, eiusque rei [illegible] plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidentias exercent, vbi cognouerint obstructam veritatem propter difficultates probandi [illegible]

Iudicio confidentias ipsas, contempta constitutione praefecta, ecclesias, monasteria, & beneficia sic recepta, vt prius retinere; alios fructus, pensiones, & alias res accipere; alios eorum exemplo ad similia, & grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeuntes; alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant: alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant, alij propter crimina incapaces; quidam vt purgato delicto, vel absolutione consecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut, quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus. Plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent illa renuntiarunt, & renuntiãt in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reseruatione fructuum, & aliarum rerum, aut accessu præsertim ab illis, qui præstandorum iuriam Cameræ Apostolicæ sunt immunes: alij aut incapaces, aut aliis beneficiis ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut mere laici beneficia ecclesiastica aliis conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Adhæc plerique Ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus seu pensiones capiant eorundem, aliisue faciant ministrari: Alia item permulta eiuscemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum tantas impie violatur; disciplinæ ecclesiasticæ nervus diruimpitur; & imminens patratur exitium animarum.

Mala ex confidentiis nata.

Quare nos volentes periculosam talium audaciam [illegible] subsidio cohibere, præsentium auctoritate [illegible], vt si quis quacumque auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecumque, ex resignatione, vel [illegible], cuiuscumque personæ simpliciter, aut cum

Ex quibus factis confidentia cognosci et censeri possit, quæ à partibus inter se fieri consueuerunt.

circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij vel aliis concedantur, vel persona soluantur, ex eisdem hæc confidentia censeatur. Idem si Ordinarius, vel alius collator contulerit aliquem hac, aut cōferat in futurum beneficium ecclesiasticum, quouis modo vacans, ea conditione, tacita, vel expressa vt postea in alterum pro arbitrio collatoris, seu alterius cuiuscumque cōtra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu personam illi, vel illis, quem, vel quos idem collator concedens, vel alius per se, vel alium, scripto, aut iusserit seu significauerit, persoluat, & pariter quouis etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Adhæc si clericus, prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione ipsius Cameræ, vel etiā Cancellariæ Apostolicæ exemptus post resignationem, vel cessionem alicuius personei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se, apostolica vel alia auctoritate factam, ac admissam, illam vel illud, etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa in eundē resignantem, vel cedentem modico spatio interiecto, veluti duorum aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus ecclesiæ seu monasterij, aut beneficij, vel eorum pars, seu personæ, quid aliud super illis reseruatum, aut regressus, accessus, & ingressus ad illā vel illud ipsi clerico, cardinali, aut alij exempto sit fuerit ue concessus, idemò, si quis crimine aliquo absolutus, aut cum per irregularitate dispensatum est, denuò receperit, cumque auctoritate ecclesiam, monasterium, vel illud beneficium ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem obtinuerit, in quouis horum casuum confidentiæ prauitas contracta, casusque huiusmodi literis prædictis ex-

Alia facta & signa è quibus confidentia hęc agnoscatur, quę coram Ordinariis collatoribus fieri solent.

Alia rursum facta ad cognoscendam hanc cōfidentiam in curia Rom. fieri solita.

pre-

prehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen, alterius tantum partis confidentia sit admissum.

Quibus præsumptionibus et signis confidentiæ probari possint plenè.

Ad probandum verò plenè confidētiarum abusum, inter alias etiam hæ præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ. Videlicet; si quis post cessam ab se ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem seu cessionem, captamque à successore possessionem, sese in illa, vel illo seu rebus illius, per se, vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicumque successor illi, vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem. Si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parētes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris dispositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro concessione alicui facta, quacumque auctoritate, de beneficio ecclesiastico per se, vel alium seu alios intercesserit, vel aliàs in negotio concessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad volūtatem intercessoris fuerit dispositū quandocumque. Testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, plurisq; huiusmodi pręsumptiones & coniecturæ plenā probationē faciant in prædictis. Cæterum criminosi, & [illegible] omnes, qui ad perhibendū in casibus Simoniæ testimoniū recipi possunt, ad prædicta omnia admittātur. Sed ne quisquam etiam vana fiducia fretus, non intendi cōtra se iudicij in crimine perseueret, vtq; hoc [illegible] grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeat, omnes & singulos, qui hucvsque ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones aliásve res, intercedente hoc confidentiæ vitio, receperunt, ac retinent,

Testes in causa confidentiæ.

nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes, celeri satisfactione sibi prospexerint, & qui quid tale administrarint, abstinuerint. *Aliæ pœnæ contra contradictarios.*

turum, etiam omnibus, & singulis aliis ecclesiasticis personis, dignitatibus, administrationibus, officiis, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus, necnon fructibus, proventibus, & aliis rebus ecclesiasticis, ac etiam Rom. Cur. & aliis officiis temporalibus præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & insuper subsidium excommunicationis sententia innodamus, a qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus, absque quàm Romano Pontifice, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione causarum huiusmodi, & reseruatione cognitionis illarum, omnium inde emergentium nobis, & prædictis successoribus, vt prædictum est, facta (causis illis tantum exceptis, quæ iam coram nobis pendere noscuntur) etiam iis, quas ratione ecclesiarum, & monasteriorum, quorum dispositio in consistorio fieri consueuit, aut debet, itemque contra ordinarios collatores episcopos, & alios superiores Prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, vt iam aliis nostris statutis (quæ in diendis, decidendis, & terminandis) harum serie non fus relaxata, decernimus ita deinceps quoscumque iudices, ordinarios, & delegatos etiam causarum Sacri Apostolici Auditores, ac prædictæ Rom. ecclesiæ dinales, sublata eis, & ipsorum cuicumque quamter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctote, vbique iudicare, interpretari, & diffinire necnon irritum, & inane quicquid secus in præmiquoscumque quauis auctoritate scienter, vel ter contigerit attentari.

Iniungitur omnibus Ordinariis præfatæ constitutionis diligens obseruatio & executio.

Quocirca omnibus locorum Ordinariis distiniungimus, vt in suis quisque ecclesiis, ciuitatibus, cesibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta attendant, & quatenus illis relaxauimus, insequentes seuerè animaduertant, si diuinæ maiestatis dicium, dictæque sedis censuram voluerint euitare. In cæteris verò causis, & negotiis, nobis, & præfatis successoribus exceptis, eosdem locorum Ordinarios

præsentium auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore postpositis, pro se quisque cùm venerit vsus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos, diligenter inquirant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas, ad prædictam Sedem quàm primum transferant, vt nos, & prædicti successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit, decernamus. Nos enim singulis Ordinariis ipsis prædictos omnes, & quoscumque alios etiam exemptos, etiam per edictum publicum, constito prius summariè & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu citandi, & monendi, eisque ac iudicibus ordinariis, & delegatis, aliisque personis quibuscumque, ne prædictorum executionem quoquo modo impediant, vel aliàs in illis se interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eosdemque ac alios contradictores, & rebelles quoscumque per censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac omnia alia iuris, & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachij secularis, quandocumque opus erit, inuocandi, cæteraque in prædictis omnibus, & singulis necessaria faciendi, & exequendi, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus Fel. recor. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali edita de duabus dietis, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, quodque Episcopis collatoribus, & Prælatis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibúsuis aliis, communiter, vel diuisim à prædicta sit Sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut contra indulta huiusmodi ad iudicium trahi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorũcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, aut in totum non inserta, effectus præsentium, aut attributæ prædictis Ordinariis iurisdictionis explicatio, seu exercitium, vel executio impediri valeat quomodocumque, vel differri, & de quibus quorumque

totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, cæterisque contrariis quibuscumque literarum decessoris huiusmodi nihilominus in suo robore duraturis. Volumus autem, vt præsentium exemplorum impressa edantur, eaque Notarij publici manu, & cumque curiæ ecclesiasticæ, eiusue Prælati sigillo munita, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra vbique locorum faciant, quam ipsę præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c.

Constitutio Pij 4. contra confidentias in suo robore conseruatur.

Super modo, & forma publicandi beneficiorum resignationes Pij V. constitutio. CAP. XXIII.

SAnctissimus in Christo pater & Dominus noster D. Pius diuina prouidentia Papa V. animo reuoluens quæ, & quã grauia inconuenientia, & abusus occultis beneficiorum ecclesiasticorũ resignationibus & cessionibus in dies oriantur; cùm sæpe contingat quod occultè resignantes, vel cedentes huiusmodi post resignationem, vel cessionem per eos factam non solùm fructus ex beneficiis sic cessis, vel resignatis non uenientes indebitè percipiunt, sed etiam (quod grauius est dolendum) tanquam veri Prælati, vel beneficiati sacramẽta ministrant, ordines conferunt, & indulgentias Christifidelibus concedunt, in maximũ animarum periculum, & scandalum plurimorum: Nonnunquam etiam cum eisdem resignantibus, vel cedentibus, non quam cum veris Prælatis, aut beneficiatis contrahunt illisque decimas, census, oblationes, & alia ecclesiastica persoluentes, illa postmodum veris Prælatis beneficiatis iterum soluere, & ab illis intrusis eorum maximo ipsorum soluentium damno, & incommodo repetere coguntur: plerumque etiam ordinarii tores, ac etiam Romani Pontifices pro tẽpore existentes, beneficia huiusmodi occultè resignata, vel per obitum ipsorum resignantium, vel cedentium care existimantes, illaque tanquam per obitum ve tia conferentes, detecta postea resignatione, vel ce ne prædicta, simul cum personis prouisis, grauiter luduntur, & fraudantur. Ac etiã considerans, quam

Mala per occultam beneficiorum resignationem prouenientia.

in beneficiis ecclesiasticis, ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, canonicis sanctionibus sint odiosa, ac sanctorum patrum decretis contraria: Quodque propter varias & diuersas fraudes, & malitias, quæ in dictorum beneficiorum resignationibus, seu iurium in illis vel ad illa competētium cessionibus, (quas maximè puritas, simplicitasq; decet) quotidie excogitantur, & adhibētur, plerumque beneficia huiusmodi quasi iure hæreditario occupata detinentur.

Et propterea, ne absurda, & inconueniētia prædicta de cætero oriantur, prouidere, illaque à templo, & sanctuario Dei quàm longissimè submouere, ac animarum periculi, necnon fraudibus, & malitiis huiusmodi occurrere cupiens, præsenti sua perpetuò valitura constitutione voluit, statuit & ordinauit; Quod quæcumque dictorum beneficiorum resignationes, aut iurium cessiones tam in manibus suæ Sāctitatis, quàm cuiuscumque Romani Pōtificis sui prędecessoris, aut successoris, aut cuiuslibet alterius etiam loci ordinarij, vsque in diem publicationis præsentis constitutionis factæ, & quas in posterum fieri contigerit, sub infrascriptis modo, & forma, & non aliter publicari, ac ad eorum, ad quos spectat, notitiam deduci debeant; Videlicet resignationes, & cessiones iam factæ (si illarum vigore possessio nondum fuerit per resignatarium, vel cessionarium apprehensa, etiam si super illis consensus præstiti fuerint) necnon eæ, quas infra tempus inferius designatum, a quo præsens constitutio obtinere incipiet, siquidem extra Rom. curiam factæ extiterint, infra vnum; si verò in eadem curia, infra sex menses à die qua eadem constitutio sic vt præfertur, obtinebit, numerandos. Reliquæ verò, quas post dictum diem fieri cōtinget, siquidem extra curiam similiter infra vnum; si verò in ipsa curia fiant, infra sex menses à die datæ supplicationis resignationum seu cessionum eorundem, non autem à die præstiti seu præstandi consensus computandos in ecclesia ipsius beneficij, ac etiam in cathedrali, vel metropolitana, vel alia superiori ecclesia, cui beneficium ipsum resignatum, vel cessum immediatè subest; siquidem beneficium extra cathedralem ecclesiam situ est,

Tolluntur abusus per occultā resignationem prouenientes.

Intra quod tēpus quomodo resignationes beneficiorum publicari debeant.

vel fuerit : si verò beneficium huiusmodi in cathedr
vel alia superiori ecclesia extiterit, in ipsa sol
inibi populi multitudo ad diuina audienda conuen
publicè, ac alta, & intelligibili voce, ita quod a
nium in eadem ecclesia præsentium notitiam
militer peruenire possit, per ipsos resignantes, v
dentes, aut resignatarios vel cessionarios, ve
seu alios eorum nomine publicentur ; ipsique resig
tarij vel cessionarij realem, & actualem possessio
beneficiorum huiusmodi realiter, & cum effe
prehendere, vel saltem illam, infra prædictum
vel sex mensium terminum ab his, ad quos
ditio de iure, vel de consuetudine spectat, va
non fictè seu perfunctoriè, congruo loco &
petere debeant. Et si beneficia ipsa etiam
sessionem tantùm litigiosa, & per alios pos
rint, vel eorum possessio ex quauis causa ca
prehendi non possit, si litem huiusmodi in
nunc, aut in futurum pendere contigerit, vi
missa, literas desuper expeditas, vel saltem
mentium consensus, cum data supplicationis
cum designatione libri, & folij, in quibus
huiusmodi registrata fuerit, infra mensem
dem datæ, non autem à die præstiti consens
randum in actis Notarij causæ, & litis huiusmo
ter, & cum effectu præsentare, illumque in
notari facere.

Resignatio beneficiorum litigiosorum quomodo publicari & insinuari debeat.

Et insuper quod in omnibus, & singulis
prædictis, resignatarij, seu cessionarij, eorum
cessores, vel causam ab eo quomodoliber
consensum ante obitum resignantis, vel ced
si supplicatio per eundem resignantem, vel
seu eius procuratorem porrecta fuerit, in libr
ræ, vel Cancellariæ, siquidem resignatio,
huiusmodi in ipsa curia ; alias si extra curi
fuerit, vel fiat, in actis episcopalis seu archi
lis, vel alterius Superioris curiæ, cui benefic
immediatè subest, extensum fuisse legitimè
seu probare teneantur : Alioquin resignation
concessiones, ac extensiones & consensum hu

Consensus ante obitum resignantis præstitus cui insinuari et iudicari debeat.

qui aliter, quàm vt præfertur, publicatæ, seu factæ, cum omnibus inde secutis, & sequendis, etiam nouis prouisionibus, ac aliis cessionibus, & retrocessionibus, cæteris quibuslibet gratiis, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore ac fuisse, & esse statuit, & ordinauit. Et præmissa omnia, & singula eorum in quibuslibet beneficiis consistorialibus, & , vt præfertur, litigiosis, etiamsi resignantes, vel cedentes extra possessionem eorundem beneficiorum ciuiliter, vel naturaliter decesserint, ac etiam si resignationes, & cessiones præfatæ ex causa permutationis, vel cum reseruatione omnium & singulorum fructuum, reddituum, & prouentuum, ac quotidianarum distributionum propria auctoritate, vel aliàs percipiendorum reseruatione tituli, administrationis, seruitij, alibi, & aliàs quomodocumque, & qualitercumque, etiam in fauorem alicuius ex scriptoribus Apostolicis, aut aliis Romanæ ecclesiæ Cardinalibus hactenus factæ extiterint, aut etiam in futurum fieri, & resignatarios, vel cessionarios ipsos infra dictum vnius, vel sex mensium spatium cedere, vel retrocedere contingat, locum habere, & suum locum obtinere voluit, & expresse declarauit. Sicque & non aliter per quoscumque iudices, & commissarios quauis etiam Apostolica auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, & ipsius sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa & instantia; sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane decreuit. Cæterum vt præsens constitutio faciliùs omnibus innotescat, Sanctitas sua voluit, & mandauit, quod eadem constitutio non solùm in Cancellaria Apostolica, vt moris est, sed etiam ad fores Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ publicetur, illiusque exemplum eisdem locis affixa dimittantur, & inter constitutiones perpetuas describatur & annotetur. Quibusque omnes, & singulos, quos illa concernit, præsentes quidem in curia statim lapso mense

à die

à die dictæ publicationis numerando: cæteros vero intra montes degentes, tribus; vltra verò ipsos montes commorantes, sex mēsibus decursis perinde ac si eisdem personaliter intimata fuisset, cùm non sit verisimile apud eos manere incognitum, quod tam pariter fuerit publicatum.

De beneficiorum pluralitate. CAP. XXIIII.

ETsi ista beneficiorum, & officiorum pluralitas sit diuino [a], & humano [b] inimica, atque contraria diuersis Pontificibus [c] & conciliis [d] reprobata, & prohibita est: damnandæ tamē ambitionis improbitas, & auaritiæ cæcitas multorū animos occupantes, eos illam temeritatem impulerunt, vt quæ sibi à iure dicta nouissent, exquisitis fraudibus vsurpare conantur. Quocirca SS. Tridentina Synodus statuit, quomo, quacumque etiam dignitate, gradu, aut prominentia præfulgens, plures metropolitanas seu cathedrales ecclesias, in titulum, siue cōmendam, aut alio quouis nomine, contra sacrorum canonum instituta, recipere, & simul retinere præsumat; cùm valde felix censendus, cui vnam ecclesiam bene, ac fructuose, & cùm animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Qui autem plures ecclesias contra præsentis decreti tenorem nunc detinent, vna, quam malum retenta, reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicæ dispositionē pertineant, aliàs infra annum dimittere teneantur: alioquin ecclesiæ ipsæ, vltimo detenta duntaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

Deinde quicumque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo, contra formam sacrorum canonum & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit De multa [f], recipere ac simul retinere præsumpsit beneficiis ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure etiam præsentis canonis vigore, priuatus existat [g]. Siquidem de multa prouidentia fuit in Lateranensi concilio [h] prohibitum, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas, vel plures ecclesias parœciales

a *arg. ca. cum non ignores. & ibi glos. et DD. de preben. c. inter. de translat. Episc. c. acutius. dist. 26. cap. 1. 21. q. 1.*

b *argu. l. his quidem. C. qui militare nō pos. l. 1. ff. de colleg. illic. l. libertus. ff. ad municipiū. l. hac parte. C. de proximis sac. scrrni.*

c *c. sanctorum. dist. 70. c. singula. dist. 89. c. de multa. de preben. c. quia nōnulli. de cler. non resid.*

d *c. 1. & 2. 21. q. 1. d. cap. de multa. Iuo 6. par. decr. cap. 173. & 311.*

e *sess. 7. de reformat. cap. 2.*

f *tit. de præb. & dignit. in antiq.*

g *Concil. Trid. sess. 7. de refor. cap. 4.*

h *Sub Innocentio 3. cap. 29. et cap. de multa. de præbend.*

rent contra sacrorum canonum instituta: alioquin recipiens sic, acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens priuaretur. Quia verò propter præsumptiones, & quorundam cupiditates nullus, aut rarus de præfato statuto fructus proueniebat, Innocentius III. euidentius & expressius occurrere cupiens statuit [a], vt quicunque receperit aliquod beneficium curam habẽs animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo ipso iure, priuatus: & si fortè illud retinere conuenerit, etiam alio spolietur. Is quoque ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui meritò viderit conferendum: & si vltra sex menses cõferre distulerit, non solum ad alios, secundum Lateranensis concilij statutum, eius collatio deuoluatur, verumetiam tantum de suis cogatur prouentibus in vtilitatẽ ecclesiæ cuius est illud beneficium assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit fuisse perceptum. Hoc idem in personatibus esse debere obseruandum; addendo, vt in eadem ecclesia nullæ plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum. Circa illarum tamen, & literatas personas, quæ maioribus beneficiis sunt honorandæ, cùm ratio postulauerit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari.

a d. c. de mult.

Habens beneficium curatum si alterũ simile acceptet, vacat primum.

Nullus plures dignitates etiã curæ animarũ nõ obnoxias habere potest in eadem ecclesia.

Ad tollendam, & extirpandam beneficiorum pluralitatem quid facto opus sit. CAP. XXV.

Sacrosancta Tridentina Synodus satagens istam beneficiorum pluralitatem ex ecclesia tollere, & extirpare, statuit, & ordinauit [b]; vt Ordinarij locorũ quoscunque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinẽtes dispensationes suas exhibere districtè compellant, & aliàs procedant iuxta constitutionem Gregorij decimi, in generali Lugdunensi concilio editam, quæ incipit, Ordinarij [c]: quàm eadem sacra Synodus innouandam censet, & innouat: addens insuper quod ipsi Ordinarij etiam per idoneorum vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omninò prouideant, vt animarum cura quatenus negligatur; & beneficia ipsa debitis obsequiis

b *sess. 7. cap. 5. Habentes plura beneficia incompatibilia compelluntur exhibere suas dispẽsat. onei.*

c *de offic. Ordin. 6.*

quiis minimè defraudentur: appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque, etiam cum [illegible] cum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

Secundum igitur prædictam Gregorij decimi constitutionem, Ordinarij locorum subditos duos plures dignitates, vel ecclesias, quibus animarum cura [illegible] net, obtinentes, seu personatum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa; distincte compellant dispensationes, auctoritate quarum [illegible] ecclesias, personatus, seu dignitates canonicè [illegible] asserunt, intra tempus pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. [illegible] fortè iusto impedimento cessante, nullam dispensationem intra idem tempus cōtigerit exhiberi, ecclesia, beneficia, personatus, seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicitè detineri cōstabit: per [illegible] quos eorum collatio pertinet, liberè personis [illegible] conferantur. Cæterum, si dispensatio exhibita [illegible] euidenter appareat; exhibens nequaquam in [illegible] huiusmodi, quæ canonicè obtinet, molestetur. [illegible] deat tamen Ordinarius, qualiter nec animarum [illegible] eisdem ecclesiis, personatibus, seu dignitatibus [illegible] gatur; nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudetur. Si verò de dispensationis exhibitę sufficiētia [illegible] super hoc erit ad Sedem Apostolicam recurrendum, cuius est æstimare, quem modum sui beneficij [illegible] lit. In conferendis insuper personatibus, dignitatibus, aliis beneficiis curam habentibus animarum [illegible] ijdem Ordinarij diligentiā illam obseruent, vt personatum, dignitatē, vel aliud beneficiū similem curā [illegible] animarū, alicui plura similia obtinenti non antè [illegible] re præsumant, quàm eis super obtentis dispensationibus [illegible] denter sufficiens ostendatur. Qua etiā ostensa, [illegible] ad collationē procedi volumus; si appareat per [illegible] quod is, cui est collatio facienda, huiusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere liberè valeat [illegible] obtentis; vel si ea, quæ sic obtinet, liberè, ac sponte [illegible] gnet. Aliter autem de personatibus, dignitatibus, & beneficiis talibus facta collatio nullius penitus sit [illegible]

Intra quod tēpus dispēsationes exhibere debeant.

Quid Ordinariis in beneficiorum curam animarum habentium collatione obseruandum sit.

Præ

Præterea in Synodo Coloniensi causa reformationis [illegible] ad petitionem & instantiam Caroli V. Imperatoris habita anno 1549. statutum hoc legitur[a] : Cupientes ex animo quantum in nobis est prohibere, ac tollere odiosum illud, & insatiabile (quod & patrum canones detestantur) studium coaceruandi multa beneficia curam animarum habentia, vnde populus fidelis grauiter scandalizatur, & optimorum quorumque animi à clero alienantur, spoliantur ecclesiæ debitis ministriis, cessatio inducitur cultus diuini, fundatores, quorum sacrosancta, & inuiolabilis debebat haberi suprema voluntas, spe, & expectatione sua fraudantur: [illegible], quibus beneficium aliquod ecclesiæ certæ debetur, quique ministrare in eo & cupiant & possint, non absque iniuria, & offensione Dei excluduntur, & ad studia profana impelluntur, vbi ecclesiæ poterant esse ornamento, donec Cæsarea Maiestas prouisionem [illegible] aduersus licentiam hanc à summo Pontifice [illegible]: id quod ab ecclesiasticis Imperij Statibus [illegible], se recepit à Sanctitate eius eniti, atque efflagitare velle. Statuimus, & communi, maturaque deliberatione cum Concilio præhabita, quod iustissimum est, & ad ecclesiæ ædificationem pertinet, sancimus; vt beneficiatus quisque, si beneficia habet à cuius libera, aut vnum curatum, aliud simplex, satisfaciat officio, cuius gratia beneficium accipit, secundum fundatorum intentionem, sacros canones, & [illegible] decreta; & ab ecclesia, vbi beneficium negligit, non participet. Etenim diuini iuris est[b], vt, qui seruit altari, de altari viuat: nec bono iure is, qui non seruit altari, viuit de altari; sicut stipendium non debetur, nisi militanti. Si verò curatum habet beneficium, apud ecclesiam, vbi beneficium habet, [illegible], & officio satisfaciat, alioqui nihil perceptum; pertinebitque ad Episcopum, seu eos, quibus hoc [illegible] competit, vt de præbendæ, seu beneficij fructibus, ad ecclesiæ illius vtilitatem disponant: nisi beneficiatus ille Ecclesiæ Dei vtilius aliquod seruitium interim impendat. Quod si quis iuxta cap. de multa. de præbend. qualificatus iam impetrauit

à Sede

a *in 3. medio de officio. perfunctio. cap. 9.*

Fundatorũ sacrosancta e. inuiolabilis debet haberi volũtas.

b *Deuter. 19. & 1. Corint. 9. cap doctor. 6. q. 1. c. cum secundũ de præbend.*

à Sede Apostolica facultatem plura, quàm vnum be-
ficium retinendi; Mandamus vt hanc Episcopo
eius visitatoribus secundum dispositionem
de offic. Ordin. in 6. præsentet, atque exhibeat
appareat sufficiens, curet Episcopus, vt benefic
obsequiis non fraudentur: Alioqui benefic
quod maluerit, retento, reliqua liberè resig
mittat viris idoneis, personaliter residere
absque præiudicio tamen præsentatium, elig
collatorum conferenda. Si verò dispensatum
indigno, summo illud Pontifici curet Epis
ficare, vt digniori de beneficio illo prou
eos, quibus aliàs competit ius eligendi, con
præsentandi.

An quis tuta conscientia per dispensationem plu
cia incompatibilia retinere possit.

CAP. XXVI.

a lib. 2. de consider.

D. Bernardus Eugenio Pontifici scribens
sum, inquit, tam rudis, vt ignorem vos
dispensatores, sed in ædificationem
structione: vbi necessitas vrget, excusabilis est
satio: vbi vtilitas prouocat, dispensatio
vtilitas, dico, communis, non propria. Nam
hil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed
lis dissipatio est. Ex quibus D. Bernardi verbis

Quando dispensatio excusabilis & laudabilis sit.

Campegius Episcopus Feltrensis in tractatu
neficiorum pluralitate colligit, & dicit, Ne
sati blandiantur propter Superioris auctoritatem
niam etsi tuti sint, quoad militantem ecclesiam
licet desuper molestentur; & ne pœnas incid
positiui: non tamen ipsi, nec dispensans tanq
delis dispensator, tuti sunt in foro conscientiæ
licet in malis, quia prohibita dispensatio
nisi quod ipsam auferat prohibitionem, rem
quens naturæ (quæ cùm indifferens sit, fieri
reprehensione) tamen in prohibitis quia
rum numero est pluralitas beneficiorum,
dispensationem prohibitione, & suæ permissi
remanet malum: propterea nec etiam faciendum

Dispensati absque iusta et legitima causa hæc secum retinuant.

prohibitionis amotio non faciat, vt quod de se malum sit, bonum reddatur: propterea iure improbanda videtur Innocentij opinio [a], cùm dixit: Papam in his, quæ iuris positiui sunt sine causa dispensare posse, ponens, exemplum de retentione duarum parochialium.

D. verò Dionysius Richelius de vita Canonicorum & aliorum ecclesiasticorum scribens [b]: Quantũ, inquit, periculi habeat hæc multiplicitas beneficiorum expenderunt, & pulchrè declararunt multi insignes Scriptores. Et, vt summatim præcipuæ causæ recenseantur, ob quas perniciosa est huiusmodi pluralitas: Primùm, constat per eam, Deum priuari debito cultu, & obsequio, quod sibi à pluribus impenderetur: Minui item numerum ministrorum Dei, & Ecclesiæ, dum idem plura occupat ministeria. Adhæc sicut viuorum multi, quibus hæc distribui possint, & meritò deberent, priuantur condignis præmijs, seu sustentationis suæ stipendijs: ita defuncti suis suffragiis, & ipsi fundatores subsidijs à se intentis. Omittimus damna subditorum ex absentia pastorum, & scandala, quæ ex dicta multiplicitate in populo Christiano oriuntur. Quæ vtinam tantum expenderent, qui patrimonio pauperis Christi impinguantur, incrassantur, dilatantur; nihil minus sofferri, quàm de onere, quod incũbit beneficiis, explendo; verum hoc tantum agentes, vt ex eorum prouentibus quàm plurimùm ad se redeat, vnde (posthabitis tamquam Christi pauperibus) suis vanitati, & voluptati, atque cupiditati satisfaciant. Aduertant, quæso, hi, quos sacri Doctores non modo recentiores, verumetiam veteres Basilius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Prosper, & alij, tradunt de iis, quæ à clericis, & ecclesiæ ministris possidentur, supra honestum victum, & amictum, de quibus duntaxat D. Bernardi (qui haud dubiè spiritu Dei pleni) sententiam referam, scribentis ad quendam Canonicum verum nobilem, tamen beneficio contentũ [c]: Quicquid, inquit, de tuæ præbendæ vltra necessarium victum simplicem, vestitum retinueris tibi, tuũ non est, furtum est, rapina est, sacrilegium est. Quid hic sanctus vir dixisset, de thesauris ex multis beneficiis collectis?

a *in ca. cum ad monasteriũ, de statu regular.*

b *art. 24.*

Pluralitas beneficiorum cur sit pernicosa, vide etiã Alphonsum Aluarez in Thesauro Christiæ. religio. cap. 34.

c *epist. 2.*

Neque est quod quisquam alleget dispensationem, nisi enim hæc necessitati, aut euidenti vtilitati [illegible]tur, dissipatio est, perniciosa, non prouida dispensatio: nisi dicamus super ambitione, luxu, [illegible] aliis, quæ diuinæ legi repugnant, summum Pontificem dispensare posse, vtque sine modo (quod nec [illegible] Christiano permissum est) liceat congerere, & donum domui, agrum agro copulare.

Deinde quod periculosa, & non satis tuta in his [illegible] dispensatio, satis ex eo liquere videtur, quod hanc beneficiorum pluralitatem comitentur, & sequantur animarum periculum, & turpitudo [a]. De animarum periculo attestatur concilium Lateranense his verbis dicens [b]: Quia in tantum quorundam processit ambitio vt non duas, vel tres, sed plures ecclesias per [illegible] habere, cùm nec duabus possint debitam prouisionem impendere: per fratres, & coepiscopos nostros [illegible] mendari præcipimus, & de multitudine præbendarum canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam, & euagationis inducit, certumque continet periculum animarum, eorum, qui ecclesiis deseruire valeant [illegible] digentiam volumus subleuari. Nam per hanc [illegible] tatem fit, vt Ioannes Papa XXII. ingenuè fatetur [illegible] vnus interdum, qui vnum, quamuis modicum [illegible] ficium implere sufficeret, plurimorum sibi vendicat [illegible] pendia, quæ multis literatis viris, vitæ puritate, [illegible] stimonio bonæ famæ pollentibus, qui mendicant [illegible] sent abundè sufficere, æqua distributione collata [illegible] cultus minuuntur; hospitalitas in ipsis beneficiis [illegible] ta non seruatur: & dum non sunt sui in quaque [illegible] ne rectores, ecclesiarum detrahitur commodo [illegible] honori: quæ carentes defensorum auxilio, in [illegible] suis, & libertatibus multipliciter collabuntur. [illegible] amarius est dolendum) animarum cura negligitur [illegible] vitiorum sentibus fomentum vitiosè præbetur [illegible] magis insatiabilis creditur, quò illi amplius [illegible] tur. Quocirca Rebuffus quoque putat [d], nec [illegible] mum Pontificem tutum, in largiendis huiusmodi [illegible] spensationibus plus æquo liberalem: nec quidem [illegible] bitiosum miserè esurientem, dispensatum in con[illegible]

a *Thom. Campeg. in d. tract. de ben. plural.*
b *Sub Alexan. 3. par. 1. c. 14. e. quia, de præbend. et dignit.*

Multitudo præbendarum canonibus est inimica.

c *c. execrabilis, de præbend. in extrauag. commun.*

Mala ex beneficiorum pluralitate prouenientia.

d *in prax. benefic. par. 2. tit. de dispensa. ad plur. & tit. de dispens. de non resid. in fine.*

Iam si perperam, ait, concessæ sunt, tam animam condemnis, quàm dispensati ad inferos deducũt. Quamobrem ambitioso in præfatis dispensationis literis dicendum illi videtur: vt citius, & celerius in infernum descendere valeas, de alicuius subuentionis auxilio tibi prouidemus, &c.

Turpitudinem verò huius pluralitatis declararunt Patres in concilio septimæ Synodi generalis; dicentes [a]: Clericus ab instanti tempore, non connumeretur in duabus ecclesiis. Negotiationis enim hoc est, & turpis lucri proprium cõmodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipsa dominica voce [b], quod nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterũ diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisque enim secundum Apostolicam vocem [c], in quo vocatus est, in hoc debet manere; & in vna locari ecclesia. Quæ enim propter turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt à Deo. Atque huic sententiæ adiunctus est D. Gregorius omnibus Episcopis scribens [d]: Singula ecclesiastici iuris officia, singulis quibusque personis sigillatim committi iubemus. Nam sicut indecorum est in corpore humano, vt alterum membrorum alterius fungatur officio: ita nimirum nonnullum, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa. Huc quoque accedit & illud Vrbani Papæ, dum inquit [e]: In vna ecclesia quilibet intitulatus est, in ea perpetuò permanet. Omninõ autem in duabus aliquem intitulari non liceat: sed vnusquisque in qua intitulatus est ibi tantum Canonicus habeatur. Licet enim Episcopi dispositione vnus diuersis præesse possit ecclesiis; Canonicus tamen præbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse non debet. Si quæ tamen capellæ sunt, quæ suis reditibus clericos sustentare non possunt, earum cura, ac dispositio Præposito maioris ecclesiæ, cui capellæ subditæ esse videntur, immineat tam de possessionibus, quàm de ecclesiasticis capellarum officiis ipse prouideat. D. Alphonsus Aluarez in Thesauro Christian. religio. cap. 34.

a *Synod. Nicen. 2. cap. 15. cap. clericus. 21. q. 1.*

b *Matth. 6.*

c *1. Corinth. 7.*

d *c. 1. dist. 89. Vni personæ nõ sunt plura committenda officia.*

e *cap. sanctorum. dist. 70.*

Tolerabilius videtur habere plures ecclesias, quàm præbendas.

narrat ex Specula. in tract. de modo Concilij celebrandi, in titulo, ne quis in duabus præbendis intitu... quod ista quæstio fuit determinata Parisiis, & quam... Magister in sacris literis, qui tunc erat Cãcellarius... obtemperauit dictæ conclusioni, atque multa reman... beneficia, licet eum sæpe rogaret Episcopus Paris... vt illa dimitteret. Et deinde mortuo dicto Cancella... & Episcopo dicente officium pro eo circa eius ... chrum, cùm diceret: De profundis, apparuit ei qu... vmbra, quæ voce clarissima dixit: Ne ores pro m... sum condemnatus: quoniam nolui credere, quo... peccatum mortale possidere plura beneficia. Q... præmissis ac aliis quã plurimis id genus Pontific... Conciliorum decretis animaduertendum est, ... Dionysius Richelius [a], quædã esse iuri naturali... super quibus nulla cadit dispensatio. Hinc Di... dus: Qui, inquit, vnus est in persona, & non ... plures in beneficiis, & non plures in officiis, ex... in suppliciis. Ex quo datur intelligi, inexcusabi... si per possessionem plurium beneficiorum ab vn... quid detrahitur officiis, propter quæ ipsa eccl... & donata; non negam... tamen, quin cessante ... præscriptarum prohibitionum, id quod in illis d... positiui, subiacere possit Apostolicæ dispẽsation... do diuino honori, animarum saluti, fundatorum ... tioni, ministrorum ecclesiæ necessariæ sustenta... hil derogatur.

[a] *In d. tract. de vita eccles. & Canon. art. 24.*

Quare cùm ecclesiasticus ordo peruertatur, ... vnus plurium officia occupat clericorum, ... canonibus [b] cautum fuit, neminem oportere ... ecclesiis conscribi. Verùm quoniam multi ... cupiditatis affectu, seipsos, non Deum decipi... quæ bene constituta sunt, variis artibus illude... ra simul beneficia obtinere non erubescunt, ... dentina Synodus [c], debitam regendis eccles... nam restituere cupiens, præsenti decreto (quod ... buscumque personis, quocumque titulo, etiam ... dinalatus honore fulgeant, mandat obseruari ... vt in posterum vnum tantum beneficiũ eccles... singulis conferatur. Quod quidem, si ad vitam ...

[b] *c. quia nõnul. de cleric. nõ resident. c. quia in tantũ. c. ad hæc c. cum non. c. de multa. c. extirpandæ de præb. c. 1. & sequẽt. 21. q. 1.*

[c] *sess. 24. de reform. cap. 17. Singulis conferendum vnum duntaxat beneficium.*

ri confertur, honestè sustentandam non sufficiat; liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo cumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam secularia, quàm regularia quæcumque etiam commendata pertineant, cuiuscumque tituli, ac qualitatis existant. Illi verò, qui in præsenti plures parochiales ecclesias, aut vnam parochialem, & aliam cathedralem obtinent, cogantur arctiùs[a], quibuscumque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus, vna tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatium mensium dimittere; alioquin tam parochiales quàm beneficia omnia, quæ obtinent, ipso iure vacare intelligantur[b], ac tanquam vacantia liberè aliis idoneis conferantur; nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta Synodus, vt resignantium necessitatibus quamprimùm aliqua ratione, prout summo Pontifici videbitur, prouideatur.

a *Concil. Trid. sess. 7. de refor. cap. 4.*

b *c. execrabilis. §. qui verò. de præbend. in extrauagan. com. & concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 4.*

Quòd consuetudine, beneficiorum pluralitas excusari, & defendi possit. CAP. XXVII.

QVia ex præmissis clarum, & manifestum est, naturalem æquitatem, & iustitiam dictare, quod habens beneficium ad sui sustentationem sufficiens, non debeat occupare plura ad plurium sustentationem ordinata: consequitur consuetudine istiusmodi pluralitatem excusari, & defendi non posse. Siquidem cùm tantò sint grauiora peccata, quantò diutius animam detinent alligatam, nemo sanæ mentis intelligit naturali iuri quacumque consuetudine vsquequaque posse derogari. Nam cùm trangressio iuris naturalis periculum salutis inducat; cōsuetudo illi contraria corruptela dicenda est, ac proinde nullo modo seruanda, vel obseruanda[c]. Et quamuis Pontifex, atque episcopi huiusmodi consuetudinem, licet malam atque tolerent contra ius naturale, & humanum, per hoc tamen non videtur delinquentibus dimitti peccatum, nec eorum conscientia tuta, pura, & secura reddi.

Pluralitas beneficiorum cōsuetudine excusari & defendi non potest.

c *c. fin. & ibi glos. & DD. de cōsuet. Tho. Campeg. in d. tract. de pluy. & Dion. Richel. d. art. 14.*

Multa enim, dicente Innocentio Papa III.[a] tolerantur per patientiam, quæ si deducta fuerint in iudicium, ex gente iustitia non debeant tolerari, prout alibi [illegible] latius à nobis demonstratum fuit[b]. Adeò vt [illegible] consuetudinis etiam iuratæ, vel quantocumque tempore obseruatæ, non possit quis, nisi vnicum [illegible] tum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium [illegible] mul cum canonicatu, & præbenda in aliqua [illegible] absque singulari causa, & dispēsatione Sedis Apostolicæ obtinere; sicut ex hac Bonifacij VIII. constitutione liquet[c].

Consuetudinem, quam in vestra ecclesia [illegible] asseritis tanto tempore, quod in contrarium [illegible] non existit, videlicet, quod ipsius ecclesiæ [illegible] duos personatus, aut duas dignitates, vel præpositiones seu administrationes, aut duo officia, vel [illegible] rum cum reliquo insimul, & præbendam [illegible] ea licitè, absque dispensatione Sedis Apostolicæ [illegible] nere; corruptelam, cùm sacris sit inimica [illegible] & de ambitionis radice processerit, merito [illegible] tes, eam auctoritate Apostolica reprobamus: [illegible] ad ipsius obseruantiam, etiam si iuramento [illegible] titerit (cùm iuramentum iniquitatis vinculum [illegible] stat) decernimus non teneri. Statuentes, vt cum [illegible] officium vix dignè valeat aliquis adimplere, [illegible] ceat decætero, nisi vnicum personatum, vel [illegible] tem, aut præposituram, siue administrationem [illegible] ficium perpetuum, quocumque nomine [illegible] cum præbenda insimul absque dispēsatione [illegible] in eadem ecclesia obtinere, vel iam obtenta [illegible] Quodsi à quoquam secus præsumptum fuerit, [illegible] sit omninò.

Cæterum non negamus tamen quosdam [illegible] quibus licet interdum vni plura possidere [illegible] sertim si cura animarum careant: veluti, si [illegible] prouētuum vnius beneficij non sufficit alicuius [illegible] niæ[d]: aut si ipsa beneficia sint connexa præbendæ [illegible] dignitati[e]. Sed secundum sacri concilij Tridentini [illegible] positionem[f], beneficia ecclesiastica curata, [illegible] dralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel [illegible]

a c. cum iamdudum de præbend.
b in tract. de malo. hor. tem. cau. & remed. déque diui. offic. lib. 2. ca. 10. & 11. & suprà eodem lib. cap. 11.
c cap. 1. de consuet. in 6.
Iuramentū iniquitatis vinculum non est.
Beneficiorum pluralitas quomodo absque dispensatione toleranda.
d c. vnio 10. q. 3. c. qua. de relig. dom. c. gratia. de rescript. in 6. Dion. Richel. & Thom. Campeg. locis sup. alleg.
e c. extirpand. de Præben. ca. super 10. eod. tit. in 6.
f sess. 7. de reform. cap. 7.

neficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque quomodò vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis eorum annis singulis visitentur: qui solicitè prouideant procurent, vt peridoneos vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut minori, vel maiori arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione etiam super certa re assignãda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceant, appellationibus, priuilegiis, exemptionibus, etiam cum iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac quarumcumque ecclesiarum, & monasteriorum, etiam cathedralium, & quibuscumque personis, etiam Cardinalibus, & Romanæ Ecclesiæ familiaribus, & commensalibus, ac Sedis eiusdem Nuncijs, etiam in Curia Romana continuam residentiam facientibus, & quauis dignitate fulgentibus, etiam patriarchali, archiepiscopali, & episcopali, ac quibuscumque priuilegiis, indultis, & litteris apostolicis, generalibus vel specialibus, cuiuscumque tenoris existant, per quæ præsenti huic decreto quomodolibet posset impediri, seu differri, quoad hoc specialiter, & expresse, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, derogare non obstantibus, quatenus opus sit, aliquibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac prouinciarum, & ciuitatum, etiam Romæ, vbi Curia residet, statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate roboratis

ad psallendum instituto hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè deuoteque laudare. Verum [illegible] præmissis, vel aliis à iure vel Sede Apostolica [illegible] permissis plura obtinent beneficia, videant ne [illegible] tas mentiatur sibi, néue suam ambitionem, [illegible] luxum, istiusmodi coloribus obducant, qui, [illegible] aliquem apud homines facere possunt, apud Dei [illegible] item, qui cùm tempus acceperit, ipse iustitias [illegible] iudicabit, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta.

Oblata hac de beneficiorum pluralitate loquendi [illegible] portunitate, silētio præterire non possum insigne [illegible] & præclarum Felic. recor. & memoriæ R. D. [illegible] Baptistæ Langhei I. V. Doctoris clarissimi, & [illegible] tissimi, Canonici metropolitanæ ecclesiæ Mechli[illegible] sis & Archiepiscopi eiusdem Ill^mi Cardinalis [illegible] lani Officialis factum, perpetua memoria, [illegible] ratione, ac imitatione ab omnibus plura benefi[illegible] dentiam requirentia habentibus dignissimum. [illegible] occasione à maleuolis, & inuidis varias calumnias [illegible] detractiones sumus passi. Itaque quia censore D. [illegible] stino [b], qui conscientiæ suæ confidens famam [illegible] crudelis est: propterea quòd hæc propter [illegible] illa propter nos sit necessaria; rem omnem, vt [illegible] verè, & sincerè narrabo.

Cùm Reuerendissimus noster D. Episcopus [illegible] ex sancta Tridētina Synodo ad diœcesim suam [illegible] sus ecclesiam collegiatam sancti Petri Castelensis [illegible] taret, inuenit multos in illam irrepsisse abusus: [illegible] reformare studenti responsum à Decano & Ca[illegible] fuit; à capite inchoandam esse reformationem, [illegible] frustra laborare, quamdiu capitulares, tanquam [illegible] errantes, & balabundæ, sine pastore relinquen[illegible] Quæ responsio cùm illi videretur iuri, & ratio[illegible] na, (licet quibusdam suspicionem inijceret, [illegible] se tanquam specioso, & firmo clipeo, contra [illegible] dam reformationem tueri vellent) cupiens [illegible] concilij Tridētini decreta exequi, & in obseruan[illegible] deducere; omni cura, studio, & diligentia mo[illegible] requisiuit prædictum D. Langheum tunc præd[illegible] clesiæ Præpositum, & pastorem, vt personaliter [illegible] den[illegible]

a *Dio. Richel. d. art. 24. R. D. Ioā. Baptistæ Langhei I. V. D. Præpositi sancti Petri Castelensis factum memorabile.*

b *in reg. de vit. com. cler. & in c. nolo. 12. q. 1. c. non sunt audiendi. 11. q. 3. Crudelis est, qui confidens conscientiæ suę negligit famam suam.*

[illegible]dum in ecclesia sua, eiusque abusus reformandum, [illegible]ret; vel præposituram suam resignaret in idoneũ, [illegible] in eadem resideret. Quæ postulatio etsi Reuerendissimo Episcopo tam procul petenda videbatur, vt [illegible]quam impetrari posse putaret, & hoc ageret, vt [illegible] de residentia illius sibi nulla spes affulgeret, sub pensione honesta, & moderata alicui, qui conuenientem curam Decani & Capituli habere posset, præposituram suam renuntiaret; eique virum egregium D. ac M. Liuinum Menssonium Gandauensem iuris canonici Licentiatum nominasset, & commendasset; D. Langius ardenti desiderio reformationis accẽsus, eo non contentus, licet pensionem non exiguam obtulisset, R. Patri Petro Lupo sacræ Theologię Doctori Priori Carmelitarum Mechliniensium suo confessario, (nuper ab [illegible] Mechliniæ in occupanda ista ciuitate occiso) de idoneo successore inueniendo negotium dedit. Hic verò, quò quàm citissimè, & optimè istud perfici posset, M. Francisco Larroussio Brugensi Societatis IESV [illegible]simo & familiarissimo, ac optimis quibusque [illegible]mo Louanij habitãti causam hanc subdelegauit. Qui dum fortè fortuna, vel vt verius dicatur, Deo sic [illegible], mecum Louanij apud M. Ioannem Schel[illegible] collegij nostri VVinckeliani Quæstorem repo[illegible] celebraret, & me (quicum nulla ipsi vnquam prius familiaritas fuerat) præ cæteris minus hilarem, & iucundum cerneret: Domine, inquit, Præsidens, aliud [illegible] D.T. proponẽdum, quod magis puto vocationi [illegible]uenturum, quàm huiusmodi repotia. Quo au[illegible] ego illius verba, tanquam inter pocula dicta, ni[illegible] faciens tacui; & ipse aliò vultum, & sermonẽ suum [illegible]. Postridie verò manè ad me veniens, suam [illegible]ssionem sibi datam mihi grauiter, latè, & seriò [illegible], petendo sibi desuper à me responderi. Ego [illegible] accepto termino conuenienti ad deliberandum, [illegible] Patrem M. Adrianum Adriaensonium Societatis [illegible] presbyterum, & D. VVilmarum Bernarts iu[illegible]ficij Professorem primarium (vtrique intus, & [illegible] notissimus) atque alios viros pios, & doctos [illegible]. Qui, (licet Louanij mihi esset honestè proui-

ſum, & reipublicæ Chriſtianæ atq; eccleſiæ meis labo-
bus atque functionibus aliquem fortaſſe fructu & ...
tatem Dei gratia facere potuiſſem animaduertens, &
perpendentes pium hoc eximij D. Langhei propo-
& ſtudium ad eccleſiæ reformationem, meque ...
non alienum; ſuaſerunt, & hortati ſunt, vt oblatam ...
tis præpoſituram acceptarē. Cùm igitur prædictus ...
rouſſio narrarem, me nō audere iſtiuſmodi prudentiam
& piorum virorū conſilio refragari, ſed eidem ...
obſecuturum, modò perſona mea D. Langheo ...
vtpote illi nunquam viſa, & planè fortè incognita ...
reſponſio mea cùm ad aures illius per R. D. Lupū-
rem Carmelitarum relata eſſet, pleniorem de ...
mea requirens notitiam, Louanium miſit Patrem
ſuum D. Robertum Langheum I. V. Licentiatum ...
ſua tunc etiam liberali & gratuita reſignatione ...
Canonicum eccleſiæ cathedralis Iprenſis ad ...
& ad amuſſim inquirendum, an qualitates, quas ...
me requirebat, haberē. Quod dum factum eſſet ...
niam vocatus ſum, vbi tunc ipſe mihi ſuū erga ...
reformationem affectum, ſtudium, & zelum ...
tandē magna animi liberalitate & pietate, pure ...
tis ſuam præpoſituram Caſletenſem mihi obtulit ...
quod iuxta iuris, & ſacri concilij Tridentini ...
nem perſonaliter reſiderē, & in eccleſię reformationem
totus incumberē, hortans & ſuadens, vt nullis, ...
egregiis & idoneis, ſimiliter reſidere volentibus, ...
que me in reformationis negotio, ſuo conſilio, & ...
lio iuuare poſſent, præbēdas conferrem, & ſi quid ...
abſentia, aut negligentia peccatum eſſet, id ...
ſentia, & diligentia reſarcirem, & compenſarem ...
labat: deniq; vt ipſius in ſacrificio miſſæ perpe-
mor eſſem flagitabat. Sed quia pater ſuus iſtā ...
turam, & alia plura beneficia eidem inſcio, & ...
imò pleraque eo adhuc puero acquiſiuerat; ...
reſignationē experiri, nū ſalua illius gratia, ...
pace, illā facere poſſet. Verùm cùm poſt frequentes ...
pellationes, & preces intellexiſſet, id fieri nullo ...
poſſe; pluris Dei, quàm ſui patris carnalis gratiā, ...
amorem faciēs, Illmo Duci Albano harū prouin-

Quibus legibus & conditionibus Authori huius libri reſignata fuerit ſua Præpoſitura.

Deo magis quàm parenti obediendum.

pr. Belgium Moderatori supplicem libellum exhibuit, quem ex Gallico Latinum factum hîc subijciendũ duxi. Excellentię suæ omni cũ humilitate exponit D. Ioannes Baptista Langheus V. I. Doctor, Casleti collegiatæ ecclesię S. Petri Prępositus, & Archiepiscopatus Mechliniẽsis Officialis, sibi iã annos aliquot de ista Prępositura prouisum fuisse, eiusque munera & officia per Vicariũ potegisse: & animaduertens iam secundũ decreta & statuta concilij Tridentini omnes dignitates, & beneficia curam animarũ habentia (qualis est prædicta Prępositura) requirere personalẽ residentiam; & vt ab idoneis atque dignis gubernentur: Ne qua in parte Orator suo defuisse muneri, ac officio censeretur, præsertim ad hoc, in prima ecclesiarũ Archiepiscopatus Mechliniẽsis visitatione, ac reformatione, iampridẽ T. Excel. authoritate facta, requisitus; & eadem de causa per diuersos à Rmo Episcopo Iprensi suo diœcesano admonitus, omnem adhibuit diligentiã ad inueniendũ virum idoneũ; ipsoque facto inuenit admodum probatę vitæ, & existimationis seu famæ Licentiatũ V. I. & eiusdẽ publicum in alma vniuersitate Louaniensi professorem M. Ioannem Langhecrucium, de cuius moribus & qualitatibus Ex.tia T. eiusdẽ Academiæ Louaniẽsis testimonio hisce iuncto, certior instructiorq; fieri poterit. In cuius gratiã & commodum prædictus Orator bono pioq; zelo, studio, ac intẽtione, nihil aliud quàm solam Dei gloriam, ecclesiæ vtilitatem, ac reformationẽ, simul & conscientiæ suæ exonerationem quærens (propterea quod fieri non possit, vt ipse duobus in locis resideat) desiderat, ac etiam planè secum constituit prædictam Præpositurã purè, simpliciter, & absque compẽsatione, vel pensione quacumque resignare, quò prædicto M. Ioanni fuerit facilior viuendi, & se continendi in hac sua residentia modus, atque ratio. Quare Orator perfecturus hanc suam resignationem humiliter petit, vt T. placeat Ex.tiæ dicto M. Ioanni literas nominationis in huiusmodi negotio necessarias, & præfato Capitulo Cameriensi destinandas concedere; sibiq́ue celerem ac breuem vt T. Ex.tia dignetur dare definitionem rogat, quatenus dictus M. Ioannes bono pioq́ue animo,

ac in-

ac instituto se queat ad residentiam transferre, & ecclesiæ de pastore ante proximum & instans festum Ioannis prouideri: alioquin illo anno adhuc integro frustrabitur, ac destituetur, sicut (quod inuitus dixi) annos plusquam centum continuos caruit & debitum fuit, maximo suo præiudicio ac damno. Huic ergo necessitati si Ex^tia T. consuluerit atque succurrerit, eam admodum pium fecerit.

Copia seu exemplar literarum Vniuersitatis Lauanensis Illustrissimum Ducem Albanum scriptarum, ... R. D. Langheus in prædicto suo supplici libello mentionem.

ILLme Domine, Quandoquidem intelligimus ... gium D. Ioannem Baptistam de Langhe ... collegiatæ ecclesiæ S. Petri Casletensis in ... Flandriæ vehementer optare, & conari, vt ... præposituræ cura exoneretur, eaque in M. Ioannem longa cruce, auctoritate Regiæ Catholicæ ... (ad quam eiusdem Præpositurę collatio pertinet) ... feratur, non potuimus prætermittere, quin illustrissimæ excellentiæ vestræ hanc dicti M. Ioannis de longa promotionem commendaremus. Vixit is in ... stra Vniuersitate multis annis, & modestè, & ... ma virtute; in studio artium promotus, liberaliter ... diligenter aliquot annis docuit; & in iuris canonici ... ciuilis studio ad Licentiæ gradum promotus, ... Gratiani aliquamdiu publicè professus, ad extraordinariam in iure ciuili professionem publico decreto ... stratus huius oppidi assumptus summa cum ... professus, & decreto facultatū vtriusque iuris ... collegio aliquot studiosorum in iure præfectus ... vt ex hac modestiæ, studiorum, laborum, promotionum & professionum continuatione, eum, vt ... honoribus, & hac nostra commendatione dignum ... quoque maioribus oneribus, cuique dictæ ecclesiæ ... positura, etiam his turbulentis temporibus ... mitti possit, idoneum, & aptum existimemus. ... tes ob id illustrissimam Excellentiam vestram, ... nostra cōmendatione adiutus dictus M. Ioannes ...

hius promotionis progressum & expeditionem apud eundem V. Illam Exam obtineat. Nos pro tanto benefitio Deum Opt. Max. pro serenissimæ Catholicæ Regiæ Maiestatis, illustrissimæque Excellentiæ vestræ incolumitate, ac prosperitate obnixè orabimus. Louanij 23 Maij. anno 1568. Infra scriptum erat: Vestræ illustrissimæ gratiæ addictiss. Rector, & Vniuersitas studij generalis oppidi Louaniensis.

Hisce suprascriptis ab illustrissima sua excellentia visis, & intellectis, non obstante quorundam aulicorum maximæ auctoritatis intercessione prædictam resignationem impedire conantium, mandauit statim, has expedit literas in huiusmodi negotio requisitas.

PHILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ, Leonis, Aragoniæ, Nauarræ, Neapolis, Siciliæ, Maioricæ, Sardiniæ, Insularum Indicarum, & terræ firmæ maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ, Geldriæ, & Mediolani, Comes Hasburgi, Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Suauiæ, Marchio sancti imperij, Dominus Frisiæ, Salinarum, Mechliniæ, ciuitatis, villarum & patriæ Traiectensis, Transinsulanæ, & Groeningiæ, Dominator in Asia & Africa. Venerabilibus nostris charis & dilectis Decano, & Capitulo collegiatæ ecclesiæ S. Petri nostri oppidi Castelensis in nostra prouincia, & comitatu Flandriæ salutem & dilectionem. Quoniã venerabilis noster charus & perdilectus Dn. Ioannes Baptista Langheus V. I. Doctor, prædictæ ecclesiæ collegiatæ S. Petri Præpositus, & Officialis Archiepiscopi Mechliniensis, certis bonis de causis animum eius mouentibus, nobis curauit indicari, se vehementer desiderare præfatam Præpositam dimittere, resignare, & transferre in fauorem M. Ioannis Langhecrucij V. I. Licentiati, & eorũdem publici in nostra Vniuersitate Louaniensi Professoris, ibidcirco humillimè rogans, vt benignè velimus id consentire, & sibi, atque M. Ioanni Langhecrucio literas nostras patentes in huiusmodi negotio requisitas impartiri: certiores vos facimus, quod his consideratis,

& quod

& quod ad nos tanquam Comitem Flādriæ pertinet
solicitam & diligentem adhibere curam, vt omnibus
Prælaturis & dignitatibus inferioris Germaniæ
dicta Præpositura est vna nostri Comitatus Flandriæ,
prouideatur de viris bonis, doctis, catholicis, & ...
satis qualificatis ac idoneis, præcipuè hoc tempore ...
periculoso, maximè ad tuendum & conseruandum ...
clesias, earumque subditos in catholica religione ...
debitè instructi de qualitate, idoneitate, bona, & ...
tholica vita ipsius Langhecrucij, ad supplicem libellum
ac petitionem D. Ioannis Baptistæ Langhei ...
liter inclinati consensimus, & permisimus, ...
mus & permittimus per has præsentes, vt quandocumque
que ipse voluerit, possit & poterit purè, ...
& aliter canonicè renuntiare, dimittere, & ...
prædictam Præposituram Casletensem, in ...
vtilitatem præfati M. Ioannis Langhecrucij. Quam
à vobis requirimus, & ordinamus, vt cùm D. Ioannes
Baptista Langheus præfatam Præposituram Casletensem
ad manus vestras resignauerit, & per vos ad nos ...
turi Præpositi electionem processum fuerit, eligatis ...
accipiatis prædictum M. Ioannem Langhecrucium ...
quam personam ad hoc habilem, capacē, & nobis ...
tam, & ipsi assignetis locum in choro præfatæ ...
siæ, & alibi conuenientem, obseruatis solemnitatibus
in huiusmodi negotio requisitis & adhiberi solitis ...
terea concessimus præfato M. Ioanni Langhecrucio
quod possit super his à Sanctissimo Patre nostro ...
Episcopo diœcesano, loci Ordinario, vel alio Superiore
impetrare confirmationis bullas Apostolicas, ...
uisiones, vel alia munimenta qualia requirentur ...
debitæ mādare executioni, ac illorum virtute ...
& apprehendere realem, & actualem possessionem ...
fatæ Præposituræ, simul & fructuum, atque ...
illam pertinentium, sicut opus fuerit, non ...
aliis nostris literis nominationis, vel placiti, ...
præsentibus. Quare mandamus nostris charis, & ...
libus primario Præsidi, & Senatoribus nostrorum ...
uati & magni conciliorum, Præsidi & Consiliariis ...
natus Flandriæ, & omnibus aliis nostris iustitiæ ...

ribus, & officiariis, vt hoc noſtro diplomate, & tenoris, ſecundum modum & formam præmiſſam, teneant, patiantur, & permittant prædictum M. Ioannem Langhecrucium plenè, ac pacificè gaudere, vti & ſui. Nullum illi faciendo, ponendo, vel dando, neque permittendo fieri, poni, vel dari obſtaculum ſeu impedimentum, quò minus præmiſſa ſuum ſortiantur effectum: Quia nobis ita placet. Datum in oppido noſtro Bruxellenſi, decimoſexto die menſis Iunij, anno gratiæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, noſtrorum regnorum ſcilicet Hiſpaniarum, Siciliæ, &c. duodecimo, & Neapolis decimoquarto, & infra ſcriptum: *Per Regem.* & ſubſignatum: *Vander Aa.*

Quas literas à R. D. Langheo acceptis, viſis, & legitimè vllâ dilatione, & mora, anno Domini 1568. menſis Iunij die decimanona conſtituit, & ſolenniter admisit certos, & legitimos procuratores ad ipſius nomine antedictam ſuam præpoſituram Caſletenſem reſignandus Decani, & Capituli ipſius eccleſiæ, ac cuiuſcunque alterius ad id poteſtatem, & auctoritatem habentes reſignandum, & dimittendum, & ad huiuſmodi reſignationem & renuntiationem recipi, & admitti petendum, iurandumque in animam ipſius, quod in reſignatione huiuſmodi, cæteriſque præmiſſis non intercederet, nec interueniret fraus, Simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, aut corruptela. Facta autem huiuſmodi reſignatione die 23. Iunij anno præſcripto, mox illi ſubſecuta eſt electio, eiuſque confirmatio die 1. Septemb.

Quid quæſo, in hiſce poteſt eſſe reprehenſione, detractione, & calumnia dignum? An non omnia & ſingula laudibus, encomiis, & imitatione dignißima? Si de quoquam, certè, & vere de hoc R. D. Langheo dici, eique accommodari debet illud Sapientis[a]: Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Quam multi mihi congratulati ſunt, & laudarunt dignitatem meas, quod iſta dignitas à multis (magna etiam

[a] *Eccleſ. 31.*

etiam oblata pensione) expetita, & hactenus à Com-
tum, Baronum, aut summo loco natorum filiis posse-
sa, mihi non ambienti, non expectanti, vltrò, & de
improuiso, ac præter omnium expectationem [illegible]
dormienti obuenerit, & vt eam acceptare vel [illegible]
quenter ab ipso D. Præposito Langheo rogatus [illegible]
Qui hoc suo facto summam apud omnes pios, & pro-
bos consecutus est laudem: apud vulgus verò [illegible]
præter gloriam, incredibilē sui reliquit admirationem
quòd in ea semper solet esse opinione, vt [illegible]
mum sibi haberet, vix vnum, plura habētem [illegible]
etiam incompatibilia inueniri posse, qui libere, [illegible]
simpliciter, gratuitò, & absque vlla omninò [illegible]
& spe compensationis, vel minimum resignari [illegible]
ficiorum, cùm hic tantam, talemque dignitatem [illegible]
illi pater pensione ducentorum florenorum [illegible]
rat, purè, & gratis renuntiauerit, idque non [illegible]
bus, & conditionibus, quàm suprà narratum est, [illegible]
piissimis, & sanctissimis.

Posset tamen non vsque adeò magni duci [illegible]
gnatio, si in nepotis, vel sanguine iuncti, aut familiaris,
& necessarij, aut nobilis alicuius, & præpotentis [illegible]
gratiam facta esset. Nunc verò cùm me hominem [illegible]
sibi vel consanguinitate, vel affinitate, vel familiari-
te, vel officio deuinctum, imò prorsus ignotum, & [illegible]
num, nec antea vnquam visum, non potentia, [illegible]
stemmatibus clarum ad illam promouerit, quis est, [illegible]
non illius miretur, & laudet ingenium, voluntatem [illegible]
studium? Quis non illius prædicet sanctitatem [illegible]
plectatur pietatem, extollat liberalitatem? [illegible]
immoderata, & effrænata cupiditate quam [illegible]
πλεονεξίαν vocant, victoriam; & singularem [illegible]
ipso sacrorum canonū & SS. Tridentinæ Syno[illegible]
dientiam laudibus in cælum euehat? A qua [illegible]
sionibus, suggestionibus, hortatibus, deprecationibus,
postulationibus, imò ne minis quidem pater [illegible]
ci, & dimoueri potuit.

Sed quorsum omnia ista cogitabit quispiam: [illegible]
à nobis dicuntur studio, quod optemus illum [illegible]
plurimos huius sui sancti, & eximij facti habere [illegible]

tes, & præcones, & vt omnes cognoscant, quis, & qualis noster in hanc ecclesiam fuerit ingressus, vt eo cognito desinant maleuoli, & inuidi nobis maledicere, inuidere, detrahere, & famam, atque nomen nostrum nescio quibus non calumniis proscindere, cùm omnibus seriò, & diligenter nobiscum examinatis, & perpensis, plus in hac dignitate oneris, plus tristitiæ, & solicitudinis nobis imminere præuiderim, quàm honoris, gaudij, & solatij; sicut etiam ipso die, quo in possessionem eiusdem inductus sum, corã Decano & Capitulo nostro prædixi. Quocirca magis, & veriùs libenter cum D. Paulo [a] pro dicto inaugurationis nostræ vsurpare: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem saluati, & liberati sumus. Nam hoc præsagiũ, atque omen nostrum fuisse verissimum, lippis, & tonsoribus Casleti notissimum est, & longè latèque sparsum, & diuulgatum: Ita vt R^mus D. Episcopus Buscoducensis D. Laurentius Metzius sua singulari humanitate, clementia, & misericordia nostri miseris diuersis vicibus honorificam, & magnificam in ecclesia sua cathedrali obtulerit prouisionem. De qua tamen illi egi, & habui gratias. Licet enim aduersa, & aspera multa hic passus sim, tamen quia Deo iuuante, & R^mo Episcopo Iprensi, eiusque Vicario generali D. Anthonio Vlaminck iustitiã rectè & debitè administrantibus, illa constanter perferendo, obdurui, & inter quercos iam quasi robur factus videor; in memoria perpetuò versans illud quod Christus discipulis suis dixit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. [b] Illud poëtæ: Perfer, & obdura, dolor hic tibi prodest olim: Sæpe tulit lassis succus amarus opem. Stat sententia, & decreui, maleuolorum inuidia, odio, calumnia, incommodis, & difficultatibus, quibus premor, fatigor, & obruor, spretis, & contemptis, R.D. istum Deum Langheum, prædecessorem nostrum sua spe de concepta non frustrari; Deum Opt. Max. sæpe orantem D. Augustino his verbis: Domine hic seca, [illegible], vt in æternum parcas: duntaxat mihi præstes patientiam tibi placentem, & mihi necessariam, vt in ea animam meam possidere queam. Quamuis enim

a Galat. 6.

b Lucæ 21. cap.

causas habeam legitimas, propter quas ecclesiam rel-
quere, & eiurare possem, tamen quia illam sponte
duxi, & accepi; atque vt illum meū prædecessorem
Langheum omni honore, reuerētia, fide, & amore
sequar, quamdiu spiritus meos reget artus, firma
letudine fuero, & Deus hanc in me voluntatem
tentiam confirmabit, illam non resignabo, nec dē
nisi hæreticorum, vel aliorum aduersariorum
tione coactus, vel pio, & bono prudentiorum
inductus, & persuasus; præsertim cùm iam
quodammodo mihi sit in meis tribulationibus &
ctionibus, tāti viri me esse successorem. Qui
1572. mēse Augusto pridie quàm Mechlinia
Auriaco occuparetur, hæreticorum, & male
manibus elapsus Dei gratia & auxilio, post
Septembri Romam profectus est; ibique cum
aliquot fuisset; & Mechlinia ab Illustrissimo
bano Belgij, exercitusq; Regiæ catholicæ
recuperata, & in pristinū statū restituta, ad eccl
metropolitanam Mechlinien sem reuerteretur.

Obitus R. D. Ioan. Baptistæ Langhei.

Burgundia, nona Octobris 1573. ex hac calamit
miseriarum valle ad æternam beatitudinē
commigrauit, omnibus ecclesiæ sacramentis
cum pietate, deuotione, & reuerentia perce

Laus prædicti D. Io. Baptistæ Langhei.

viris fide dignissimis accepi. Cuius natalium
rem, benè, & piè educatam infantiā, & puer
mis, & præcipuè politioris literaturæ, & turis
amussim institutam, & exercitatam adolesce
faciei, pectoris, & omnium totius corporis
rum pulchritudinem, & decorem si describer
mēsum excresceret oratio. Tanta erat in hoc
nium rerum humanarum, & diuinarum
scientia, vt pro ætate sua parem non habuerit
in celeberrima illa Louanien si academia plur
gnes, & eximios oratores, non tamen vel
illum facundia, eloquentia dicendi promptit
ritate, & elegantia Latinæ phrasis superasse
nes ipsius Ciceronis ingenij, & eloquentiæ
transfusæ viderentur. Si mores, & omnē vitæ
uersationem quis spectet, illum non Catonibus

tibus, & Curiis, quia ethnici fuerunt, comparauerit, sed Chrysostomo, Gregoriis, & Hieronymo, annumerare non dubitabit. Dici enim non potest, quanta in eo reluxerit vitæ continentia, castitas, sobrietas, innocentia, pietas, temperantia, humanitas, honestas, modestia, hospitalitas, liberalitas, clementia, iustitia, & sanctitas. Hæc autem omnes illius virtutes rhetorum more amplificare, & prædicare, huius nostri nō est instituti. Illud tamen silentio prætereundū non est, sed coronidis loco adiciendum, quod bonorum suorum omnium, quæ illi ex ecclesia prouenerant, non fratres, non sorores, non vllos consanguineos, sed duos adolescentes pauperes, optimi spei & indolis, quos annos aliquot in studiis alterat, & enutrierat, & sibi quasi in filios adoptauerat, hæredes instituerit: omnibus beneficiatis exemplū relinquens imitatione dignissimum. Non enim latebat vnum optimū à D. Bernardo dictum [a]: Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegij crimē esse. Patrimonia namque sunt pauperum, facultates ecclesiarum. Vt mox infra cum de testamentis beneficiatorum agemus locum demonstrabimus. lib. 5. cap. 15. & sequētibus.

De ecclesiarum, & beneficiorū vnionibus. CAP. XXVIII.

INter modos, quibus ius pontificium, & SS. concilium Tridentinum beneficiorum pluralitatem (quæ in ecclesia non leue scandalum parit) tollendā esse putauit, est vnio; per quā plura beneficia, vel ecclesiæ ab Episcopo, vel alio Superiore cōiunguntur, & vniuntur. Fit autem hæc vnio tribus modis; primo, cùm ex duobus vel pluribus beneficiis, coniunctis fit vnum, & tunc priuilegia vni data competunt alteri [c]: Secundo, cum vnum beneficium alteri per annexionē subijcitur, vel illud, cui fit vnio, erit superius, & principale: vnitum verò inferius, & accessorij loco duntaxat habebitur, sortietutque priuilegia sui principalis seu superioris, cuius appellatione deinceps continebitur; ita vt in impetratione principalis non sit opus exprimere illud, quod accessoriè vnitum, & coniunctum est alteri: Sed in impetratione vniti debet maioris fieri mentio [d]: Tertio cùm vtrumque beneficium

a *in serm. super illo: ecce nos reliq. om. facit ad hoc ca. fin. 16. q. 1.*

b *c. sicut vnire, & ibi gl. et DD. de excess. prælat. Cāpeg. et Caccialup. in tract. de vnio. Rebuff. in praxi. benef. par. 1. tit. de vnion.*

c *ca. decimas. 16. q. 1. ca. recolentes. de stat. monach. glos. in ca. 1. ad verb. vniendo. ne sede vacan. Campeg. et Caccial. & Rebuff. locis alleg.*

d *glos. et DD. in c. gratia. de rescript. in 6. et in c. super eo. de præben. eod. lib. c. accessoriū, & ibi glos. et Anchora. de reg. iur. in 6. d. cap. recolentes. §. vlt. Rebuff. d. loco.*

manet in suo statu, iuribus, & priuilegiis eorum permistis, sed singulis sua seperatim seruatis: & denominatio fit à digniori[a]. Itaque vnione facta amplius dici non possunt plura beneficia, sed vnum; nec rundem possessor calumniose de pluralitate notari, reprehendi potest, præsertim si causa vnionis legitima fuerit. Nam si ea plura manerent, iuris dispositio non dixisset, & pronũtiasset vnita, seu vnionem non facta esse, nec à digniori illis nomẽ vnicum indere

Solent autem istæ vniones hisce potissimùm sis fieri: Prima propter ecclesiæ necessitatem, vt structa sit per hostes, vel desolata ecclesia, vel panorum numerus est imminutus habita ratione temporis: vel si nulli aut pauci admodum sunt uientes ecclesiis: aut redactæ sint ecclesiæ ad paucitem; ita vt suos pastores, & seruitores honeste ficienter alere non possint: tunc plurium ecclesiæ & beneficiorum potest fieri vnio[c]. Secunda, vt si propter tenuitatem fructuum, & prouentuum inueniuntur idonei ministri, ad deseruiendum mocio, vel ecclesiæ: aut quando adsunt quidem deserentes, sed adeò inopes, pachosi, & literarum ignarantes, ecclesia adhuc egere censeatur idoneis ministris tia, vt ecclesiarum status, vbi sacra Deo officia strantur, pro dignitate cõseruetur, ex decreto sacri cilij Tridentini[e] possunt Episcopi etiam tanquam stolicæ Sedis delegati iuxta formam iuris[f], sine præiudicio obtinentium facere vniones perpetuas rumcumque ecclesiarum parochialium, & beneficilium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel ratorum cum curatis, propter earum paupertatem in cæteris casibus à iure permissis, etiamsi dictæ siæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter uata, aut qualitercumque affecta. Quæ vniones non possint reuocari, nec quoquo modo infringi re cuiuscumque prouisionis, etiam ex causa reservanis, aut derogationis, aut suspensionis.

Quocirca si cathedrales ecclesiæ tam tenues, gustos habeant reditus, vt episcopali dignitati

a d.c.decimas. gloss. & DD. in c. et tẽporis. 16.q.1.c.ex literis. de iure patron. arg l.quæritur ff. de statu hom.

b d.c. & tẽporis. Panor. in c. quia monasterium. de relig. domib. & in c. cum nostris. de concessio. præb. & in ca. 1. ne sede vacante. Quibus de causis vniones fieri possint.

c d.c. & tẽporis.c.exposuisti. de præb. clem. ne in agro. § ad hæc. de statu monach. vel Cano. c. cum ecclesia. de electio. cap. vnio. 10. q. 3. gloss. in c. deric. 21.q.1. Caccial. & Rebuf. dd. locis c.2. de rel. dom. ca. ad audientiã. et c. fin. de eccl. ædif. c. postquã. 16.q.1. d d.c. exposuisti. et ibi Pano. et alij. de præb. c. 1. ne sede vac. Host. et Io. An. in c. quia monasteriũ. de relig. dom. Campeg. in d. tract.

d sess. 21. de reform. cap. 5.

e c. sicut vnire. de excess. prælc. si vna. de reb. eccles. non alien. cle. 1. § adhæc. de statu mona

modo respondeant, neque ecclesiarum necessitati suffi-
cant: sancta Tridētina Synodus commisit prouincia-
li concilio, & Romano Pontifici, vt illis per vnionem,
vel nouorum prouentuum assignationem, prouideatur,
prout supra latius à nobis demonstratum est[a]. Similiter
si præbēdæ cathedralium & collegiatarum ecclesiarum
adeò tenues sint, simul cum quotidianis distributioni-
bus, vt decenti Canonicorum statui sustinendo non suf-
ficiant, possunt Episcopi eisdem vigore concilij Tri-
dentini per vnionem seu suppressionem prouidere, sicut
etiam supra latius à nobis dictum est[b]. Atque idem in-
telligendum esse videtur de dignitatibus earundem ec-
clesiarum; propterea quòd cùm vna sit ratio, & causa,
cuiuslibet debeat esse dispositio[c]: imò tolerabilius est,
quod Canonicus egeat, quàm ecclesiæ rector seu Præla-
tus[d]. Sed considerandum, vt Hostiensis inquit[e], ne
Canonicis fatuè compatiendo, ipsorum nutriatur lu-
xuria; quia in talibus honestus modus seruandus est,
non immoderatè cuiuslibet luxuria nutrienda; & dis-
crete prouidendum, ne, quod vnius est consolatio, al-
terius sit tribulatio.

Deinde, quia cleri reformatio, & disciplina ecclesiis
non solum vtilis, verumetiam necessaria iam est, sicut
diuersis in locis ipsa sancta Tridentina Synodus confi-
tetur[f], idcirco ad illam inducendam, & conseruandam
in ecclesiis præsertim cathedralibus, videtur quod sedes
Apostolica in erectione nouorum episcopatuū harum
prouinciarum Belgicarum Episcopis canonicatum, &
præbendam vniuerit, vt illorum ratione capitulares
essent, & capitulo præsiderent, suaque præsentia, & au-
ctoritate insolentias omnes, & malos mores, atque
actus, qui in illis frequenter fieri solent, coercerent, &
reformarent.

Quapropter etiam R^mus noster D. Episcopus Ipren-
sis Præposituræ nostræ sancti Petri Casletensis canoni-
catum, & præbendā vniens, inter alia sententiam pro-
nunciando, dixit: Totius causæ meritis per nos visis, &
de præposituralis dignitatis dictæ ecclesiæ annuis emo-
lumentis & prouentibus summam ducentorum duca-
torum cōmunibus annis non constituentibus, magnisq;

 eiusdem

a ex concil. Tri. sess. 24. de reform. cap. 13.

b ex conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 15.

c l. nō possunt. l. nam vt ait. l. nulla. & ibid. glos. & DD. ff. de leg.

d c. extirpādę. de prębend. & ibid. Hostien. et in c. exposuisti. de præbend.

e in d. c. exposuisti. alleg. ca. ideo §. fin. 25. q. fin.

f sess. 6. de refor. cap. 1. sess. 7. in præfat. decreti de reformat. sess. 13. de refor. cap 1. sess. 14. in proœmio decreti de refor. ses. 22. de refor. cap. 1 sess. 24. de refor. cap. 10. sess. 25 de regu. & Monial. ca. 1. & de refor. cap. 2. & 20. Quas ob causas Præposituræ Casletēsi facta sit vnio canonicatus et præbendæ.

eiusdem Præpositurae grauaminibus, & onerib
informati, ac præcipue attendentes, quod iam
sis visitationibus in eadem ecclesia collegiata
pro suppositorum illius reformatione factis,
mus veram in ea reformationem cõmodè
posse, nisi etiam Præpositis habituatorum (seu
rum) eiusdem ecclesiæ pastor, persona fiat
omnibusque aliis meritò in hac causa attend
genter attentis, & maturo iudicio excussis:
quit, pro tribunali ad iura reddenda sedentes,
Deum, & iustitiam præ oculis habentes, habito
super Theologorum & Iurisperitorũ Vniuersi
uanensis consilio, & ordinationes concilij
quæ materiam reformationis ecclesiarum
exequentes, quorũ interest legitimè euocatis,
turali dignitati antedictæ ecclesiæ collegiatæ
nonicatum, & vnam præbendã in eadem
mò per cessum, vel decessum vacaturos, aut
forsan vacantes, & liberos non tamẽ
omnibus suis iuribus, fructibus, & emolumentis
mus, & declaramus perpetuò vniẽdos esse, &
dos: sic vt Præpositus
præbẽdæ sit, & esse debeat persona
ratione, quò ad frequentationẽ diuini
citetur, deinceps duplices distributiones
scilicet ratione præpositurae; alteras
nicatus & prebendæ) sicuti & nos
dictum concilium concessa eosdem
bendã primò vacaturos, aut ad
eidẽ præpositurae vnimus, &
Decernentes dictæ ecclesiæ Præpositũ
nicatum, & præbendam virtute
liberè acceptari posse, & ad illorum
realem, & actualẽ admitti debere:
singulis eorum fructibus, iuribus,
lumentis quibuscumq; frui & gaudere.
clesiæ prospicere, eamque
volumus, ansam Præposito
mur, cùm ob longam
plurima incommoda in eandem

cop

cognoscamus; Hanc vnionem sic factam intelligimus, vt præpositus, si in ecclesia sua personaliter nō resideat, pro tēpore suę non residētiæ, nihil emolumenti, aut cōmodi ex canonicatu, & præbēda huiusmodi suæ præpositurę vnitis percipere possit, prout in dicti Episcopi sententia lata anno 1570. prima Decēb. clarè continetur.

Pius vero Papa V. felic. recor. attendens verā reformationem in dicta ecclesia induci non posse, minúsque Canonicos eiusdem ecclesię concilij Tridentini decreta obseruaturos, nisi pro tempore existens Prępositus persona capitularis fieret, fructus quoq; ipsius Præpositurę ex nostrorum prædecessorū longam & diuturnam absentiam plurimū esse diminutos, ac pro tempore existentem Præpositum se ex illis iuxta dignitatis suæ exigentiam sustentare non posse: in ea quoque ecclesia adhuc decem & octo Canonicos præter alios Capellanos, vicarios & pueros chorales existere, ita vt tot supersint personæ, quę cultui diuino celebrando, ac dignitati ecclesiæ commodè valerent respondere, & satisfacere; motu proprio non ad nostrā, vel alterius pro nobis ipso super eo oblatæ petitionis instantiam, sed de sua mera deliberatione anno 1571. decimo Calendas Martij, Pōtificatus sui anno sexto, ad id, vt reformatio prædicta ad debitum, & celerem sortiretur effectum: necnon vt nos & successores nostri deinceps tāquam personæ capitulares omnibus actibus capitularibus interesse, & præsse, ac iurisdictionē omnimodam super Decanum, Canonicos & Capitulum eorumque singulos tanquam eis immediati Prælati, & pastores possemus habere, statuit & ordinauit; & vnum canonicatū ac prębendam sub liberi & sacerdotales non essent, cum omnibus suis iuribus, fructibus, & emolumentis eidem præpositurę, quæ in dicta ecclesia dignitas principalis existit, eadem Apostolica auctoritate de nouo perpetuò vniuit, annexit, & incorporauit, prout latius ex eiusdem bulla desuper expedita constat.

Causæ, ob quas Pius V. Præpositurę Castellen. vniuerit Canonicatum & præbendā.

Gregorius verò diuina prouidentia Papa XIII. æquū reputans, & congruum, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia processissent, licet eius superueniente obitu literæ Apostolicæ desuper confectæ non essent,

suum sortirẽtur effectum: Ne de hac vnione, annexione, incorporatione & aliis prædictis pro eo, quod per illis prædecessoris sui Pij V. superueniente aut, literæ confectæ non fuerant, valeret quomodolibet sitari, & ego, atque pro tempore existentes Pontifices illorum frustraremur effectu; voluit, & similiter auctoritate Apostolica decreuit, quod vnio, annexio, incorporatio, & alia prædecessoris sui huiusmodi dispositio dicta die 10. Calendas Martij suũ sortirentur effectum ac si super illis literæ sub eiusdem diei data confectæ fuissent, quodque præsentes literæ ad probandum prædictam vnionem, annexionem, incorporationem & alia à prædecessore suo concessa, vbique sufficerent nec ad id probationis alterius adminiculum requirerentur. Et vt nulli omninò hominum liceret hanc voluntatem & decretum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumeret, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nosceret incursurum. Datum, & actum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ 1572. octauo Calen. Iunij, Pontificatus sui anno primo: prout omnia præmissa latius in ipsis originalibus literis Apostolicis (quas bullarium habet) & processu desuper à R.D. nostro Episcopo Ferentinate, si earundem executore fulminato constant.

Gregorius xiij. vnionem à Pio V. factam approbauit.

Hæc autem obiter, & paucis hic commemorare operæpretium duxi, propterea quòd iam annos quatuor varias calumnias, iniurias, molestias, & incommoda grauissima, atque acerbissima ob hanc vnionem perpessus sim; vtque omnibus, & præcipuè nostris & præpositura successoribus euidenter, & clarè constet quænam prædictæ vnionis dignitati nostræ præpositurali factæ vera fuerit causa, & ratio; quatenus hac lectione facti illius perpetuò memores, diligenter & deliter officiũ suum in iis, quæ reformationis, & disciplinæ sunt, exequantur, & obseruent; tum ne detractoribus (qui etiámnum famam, & nomen nostrum maledictis & conuitiis lædere, & lacerare non cessant) à quoquam aures accommodentur, neque des habeatur, præsertim cùm Decanus, & Capitulum prædi-

Cur Author suã præpositã de vnione suę Præpositurę facta huic suo operi inseruerit.

gratæ nostræ ecclesiæ ac eãdem vnionem impetrandas sui consensus literas dederint:

Literæ, quibus Decanus & Capitulum S. Petri Casleten. consentiunt, vt Præposituræ suæ ecclesiæ vniatur præbenda.

Anno Domini 1568. die verò 25. mensis Februarij, venerabilibus Dominis Decano & Capitulo ecclesiæ collegiatæ sancti Petri oppidi Casletẽsis competentem suo loco capitulari congregatis, Reuerendus in Christo Pater D. ac M. Ioannes de longa cruce dictæ ecclesiæ Præpositus, & Prælatus personaliter cõparens, tum verbo, tum scripto exposuit Dominis Capitulantibus sibi pro dignitate suæ prælaturæ & curæ animarũ onere incumbẽte non satis prouisum, ac tenuiores præpositurę fructus, & prouentus esse, quàm vt ipsi sufficere possint, ad honestè, vt Prælatum decet, viuendum. Etenim magis, quòd multa inueniat ob bellorum, & hominum malitiam, ac Præpositi non residentiam insuper declarando insuper statutum, & ordinatum esse per concilium Tridentinum, vt omnes Prælati suis in ecclesiis resideant. Quod vt facere dignaretur ecclesiæ Præpositæ Capitulum aliquoties per literas solicitauerat. Hinc rogauit Dominos Capitulantes, quatenus dignarentur præbere assensum, & consensum sibi Præposito tunc residenti suo Prælato, ac pastori (habito respectu vtilitatis dictæ Præposituræ, & aliorum) ad impetrandam vnionem vnius præbendæ prædictæ suæ Præpositurę, in dicta ecclesia primò vacaturæ, aut quam tunc acceptandam, applicandæ. Domini verò Capitulantes maturè super iisdem deliberati, prædicto D. Præposito consensum pariter & assensum ad effectum prædictum cum onere, & honore vnanimiter, præbuerunt. In cuius rei testimonium præsentes consensus literas exinde fieri ac per Notarium publicum ipsorum subscribi, ac signari fecerunt, & mandauerũt. Anno, mense, & die præscriptis. Et subscriptũ erat: Habantia.

Causæ ob quas multa bona Præposituræ Casletensis perierint.

Quomodo prouidendum sit parochis, si vnione iuuari non possint: deq; tollendis abusibus per vnionem fieri solitis.

CAP. XXIX.

In parochialibus ecclesiis, quarum fructus adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere:

ex decreto sacri Tridētini concilij [a] curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamē regulariter fieri nō possit, vt primitiarum, vel decimarum solutione, aut per parochianorum symbola; ac collectas, qua cōmodiori ei videbitur ratione tantum recipiat, quod pro rectoris, aut parochiæ necessitate decenter sufficiat. Et idcirco in iis ciuitatibus, ac locis, vbi parochiales ecclesiæ certos non habent fines, nec certos rectores proprium populum, quem regant; sed promiscuè petentibus sacramenta administrant, mandat eadem sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, vt distincto populo in certas propriasque parochias vnicuique suum perpetuum proprium parochum assignent [b], qui eos cognoscere valeat, & à quo solo licitè sacramenta suscipere debeant. Idemque in iis ciuitatibus, ac locis, vbi non sunt parochiales, quamprimū fieri curent: non obstantibus quibuscumq; priuilegiis, & cōsuetudinibus quantumuis immemorabilibus.

In vnionibus verò quibuslibet, seu ex supradictis aliis causis faciendis ecclesiæ parochiales monasteriis quibuscumque, aut abbatiis, seu dignitatibus, seu beneficiis quibuscumque, aut ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, seu beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, non vniantur. Et vniones perpetuæ à quadraginta annis citra factæ vigore dicti concilij Tridentini [c] reuocentur, & examinentur ab Ordinariis, tanquam de Apostolica delegatis: & quæ per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Quæ verò, quæ à dicto tempore citra concessæ non sunt in toto, vel in parte fortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam fient, nisi eas ex legitimis & aliàs rationabilibus causis, coram loci Ordinario cognitis quorum interest vocatis quorum interest verificandis, factas fuisse constiterit, per surreptionem obtentæ præsumantur: & propterea nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omninò carent: non obstantibus in iis quibuscumque verbo rum formis. Et quia iure optimo distinctæ fuerunt [d] diœceses, & parochiæ, ac vnitæ

a *Sess. 24. de reform. cap. 13.*

b *c. 1. 13. q. 1. c. plures 16. q. 1. c. 1 de paroch. c. pastoralis. de his quę fiunt à Prælat. Cōcil. Trid. sess. 14. de refor. cap. 9. Populus in certas distinguendus est parochias & vnicuique harum suus assignandus est parochus.*

Ecclesiæ parochiales monasteriis vel aliis quibuscumque beneficiis vniri non possunt.

Vniones à quadraginta annis factę examinandæ sunt.

c *sess. 7. de refor. cap. 6. & sess. 24. cap. 13. de refor.*

d *à Dionysio papa 1. circa an. Dñi 260. Platin. in vitis pōtif. c. ecclesias 23. q. 1. c. pastoralis. de his quę fiunt à prælato.*

gi proprij attributi paſtores, & inferiorum eccleſiarum rectores, qui ſuarum quiſque ouium curam habeant, vt ordo eccleſiaſticus non confundatur, aut vna, & eadem eccleſia duarum quodammodo diœceſium fiat, non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint. beneficia vnius diœceſis, etiam ſi parœciales eccleſiæ vicariæ perpetuę, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimoniæ, aut præſtimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacumque de cauſa alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco etiam, perpetuò non vniantur; decretum huius ſanctæ Synodi[a] ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarãdo[b]. Inper[c] acceſſiones per viam vnionis factæ de beneficiis ad eccleſias iuriſpatronatui etiã laicorum ſubiectas, tam ad parochiales, quàm ad alias quæcumq; beneficia etiam ſimplicia ſeu dignitates, vel hoſpitalia, aut prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cùm iis quibuſcum vniuntur, efficiantur, atque ſub iure patronatus conſtituantur: hæſi nondum plenarium ſortitæ ſint effectum, vel deinceps ad cuiuſuis inſtãtiam fient, quacumque auctoritate etiam Apoſtolica conceſſæ ſint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſurreptionem vitiata intelligantur: non obſtante quacumque in iis verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa, nec executioni amplius demandentur; ſed beneficia vnita cum vacauerint, liberè, vt antea conferantur. Quæ verò à 40. annis citra factæ effectum, plenam incorporationem ſunt conſecutæ, hæ nihilominus ab Ordinariis, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis reuideantur, & examinentur, ac quæ per ſurreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cùm vnionibus irritæ declarẽtur[d]; ac beneficia ipſa ſeparen-, & aliis conferantur.

Cæterum ſicut approbandæ, & retinendę ſunt vniones, quæ fiunt pro vtilitate, neceſſitate, & reformatione eccleſiarum, aliiſque piis & legitimis de cauſis; ita deteſtandæ, & reiiciendæ ſunt, quas ad vitam, in fraudem incompatibilitatis, aut defectus ætatis, recentiores adeuntes. Quibus fit, vt etiam obtinens beneficium, cui

a *ſeſſ. 7. cap. 6. & 7.*

b *ſeſſ. 14. de refor. cap. 9. Quæ vniones reuocandæ ſint & irritandæ.*

c *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 9.*

d *Concil. Trid. ſeſſ. 7. de refor. cap. 6.*

Vniones ad vitam reiiciendæ ſunt.

cui cura imminet animarum, non teneatur ad sacrorum ordines promoueri. Quoniam vnita beneficia incompatibilitatem non faciunt [a]. Item ex vnione plurium beneficiorum canonicatui cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ, efficitur, vt vnus absque alia dispensatione plura obtineat incompatibilia. Deinde efficitur, vt canonicus non sit eius ætatis, quæ ad curatum obtinendum requiritur, illud in minori ætate vigore vnionis adquatur, qui nec etiam ad sacros ordines, nisi cum rit, promouetur [b]. Postremò cessantibus causis, quas vniones fieri posse diximus, videtur, quod vniones cessari, & reuocari possint [c].

a *c. super eo. de præbend. in 6.*

b *Thom. Campeg. & Caccialup. in d. tract. de vnion.*

c *arg. cap. post translationem. & ibid. glos. in verb. cessante. de renuntiatio. c. suggestum. de decim. clem. 1. §. ad hæc de statu monachor. c. 1. de verb. signif. in 6. Caccial. in d. tract. de vnion. & Thom. Cãpeg. de vnion.*

Quare Synodus prouincialis Mechlinienſis, in executionem, & obseruationem deducere, sancto Concilio Tridentino de vnionibus condita decreta erant, ne tamen citra iustam causam tur fundationes per vniones, aut reductiones mas, statuit [d], vt omnes vniones perpetuæ à citra factæ seu concessæ, siue in totum sortitæ fectum, siue non, infra sex mẽses à præsentis lication Episcopo, aut eius vicario seu Officiali beantur, vt ab ipso examinentur, visitentur, bentur, aut reprobentur. Missas quoque tem datas, & in beneficij titulum non erectas statu piscopos, vocatis, quorum interest, ad propo quatuor, quinque, aut sex grossorum Flandriæ, attentis circunstantiis iudicauerint expedire, vltra, in singulas missas reduci posse. Quo ad certis missis onerata, si præter id quod ex missa lebratione possessor, pro sustentatione sua habe amplius emolumenti ex eodem beneficio ratione forum fructuum, aut distributionum recipiat, missarum reductio fieri poterit. Qui verò alios aut distributiones, ex beneficiis, quæ obtinent piunt, eorum in reductione facienda, aut deca diligens consideratio habeatur. Ita nimirum, vt nibus computatis, honestè viuendi competen ctor beneficij habeat, reductio negetur: sin min discretione, & prudentia Episcoporum iuxta tam scriptam fieri possit. In posterum verò nullæ nou-

d *tit. de vnionib. Missæ tenuiter fundatæ quomodo reduci debeant.*

tiones missarum infra dictam taxam admittantur. Hora beneficia etiam eiusdem ecclesiæ sic vniantur, vt si non sufficiant ad honestam, & tolerabilem victum iuxta ad titulum in promotione ad sacros ordines requisitum possint sufficere.

Nouæ fundationes missarũ ad quam taxã fieri debeant.

Super declaratione assignationum portionum vicariis in vnione beneficiorum facienda, Pij V. constitutio.

CAP. XXX.

AD exequendum pastoralis officij debitum vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quæ cathedralium, & collegiatarum aliarúmue ecclesiarum, necnon monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, diuinique cultus augmento, & opportunæ congruæque sustentationi parochialium ecclesiarũ eisdem vnitarum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercẽtium vtilitati recta ratione, & prouida moderatione consuli, & salubriter prouideri valeat, libenter interponimus nostræ solicitudinis partes. Hinc est, quod nos, ad quorũ aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) peruenit, non nullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in deputandis vicariis, ac in assignatione portionum vicariis perpetuis parochialium dictis ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuò vnitarum ex Concilio Tridentino facienda, ita modum excessisse, vt parum, aut nihil ex fructibus, reditibus, & prouentibus parochialiũ ecclesiarũ, sic vnitarum ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, aliisue locis piis remanserit, ob idque multæ ortæ sint super hoc controuersiæ circa interpretationes decreti dicti Concilij.

Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque vniones ipsas ideo à prædecessoribus nostris laxas esse, vt ex reditibus, & emolumentis beneficiorum vnitorum ecclesiis, monasteriis, collegiis, beneficiis, & piis locis, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbentia supportentur, & prõptius à ministris ecclesiasticis in eisdem officia diuina celebrentur,

Vniones cur introductæ sint.

hospi-

hoſpitalitas ſeruetur, aliaque charitatis opera exerceantur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur: Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica ac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodũ etiam de quo Concilij mente fuiſſe colligimus, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos præfatos in aſſignatione portionis ipſis Vicariis perpetuis ex prædicto Cõcilio rum Prælatorum arbitrio facienda, ita ſe contineant arbitrari debere, vt non maior cẽtum, nec minor quaginta ſcutorum aureorum ſumma, computatis nibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obuen nibus cõmuniter percipi ſolitis eis omninò aſſign niſi vicariis temporarijs ſolitum fuiſſet plus ſiue in quantitate, aut quota fructuum, pecunia merata, fundo, ſeu alia re ſtabili portio huiuſmo ſtituatur, cuiuſcumque valoris parochialis eccleſia ta fuerit, & habita etiam ratione reddituum, & oblo loci, cui parochialis ipſa vnita fuerit; ita quod portio nes vltra, vel infra dictas ſummas, ſcutorum centu & ſcutorum quinquaginta hactenus aſſignata, vel posterum forſan aſſignandæ, quo ad exceſſum, & obtectum huiuſmodi nullius roboris, & momenti ſint & ad ſummas prædictas reductæ, & auctæ reputen cenſeantur, niſi tamen valor animus ipſius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor ſit centum ginta ſcutis, quo caſu portio aſſignata, vel aſſignan vicario perpetuò non debeat excedere ſummã annu valoris dictæ parochialis, ſed ſufficiat, quod ei fructus eius duntaxat attribuãtur ipſi vicario perpe

Quanta debeat eſſe Vicariorũ perpetuorum portio.

Et quoniam iniquum eſſet eos, qui commod uantur, eadem onera, quæ prius ſuſtinebant, ob ſufferre, volumus, & ſtatuimus, quod eccleſiæ, m ſteria, collegia, beneficia, & pia loca huiuſmod quorum parochialibus eccleſiis vnitis contingu rias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem denniorum, quam nobis, & cameræ Apoſtolicæ uunt vlterius non tencantur, ſed eis detractatio fiat

Moderatio onerum & ſumptuum in erectione perpetuarum vicariarũ ſeruanda.

tuto certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen quod vicarij perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apostolica nouam prouisionem suæ deputationis, & soluere annatam pro portione fructuum, reddituum, & proventuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apostolicas, nec aliàs ad possessionem dictarum vicariarum perpetuarum, & seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta annata, & expeditis literis Apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur. Alioquin integrum quindennium solui debere, nec vicarij præfati antea, tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper & ita mandamus, quod dicti vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesiis ponentur cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum vicariorum, præuio examine, approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales vnitæ erunt monasteriis regularium mendicantium possint à Superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus: quos si Ordinarij præuio examine per se, aut eorum vicarios faciendo idoneos ad curam animarum regendam, inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in vicarios, ad nutum tamen Superiorum horum amouibiles deputare. Idemque etiam seruari in regularibus monachis tantum, dummodò in vna parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit, seruata forma prædicta, vicarius deputatus, habitent cùm illo quatuor alij ex dictis monachis. Sicque per quoscumque iudices quauis auctoritate fungentes, iudicare eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi potestate, iudicari, & interpretari debere. Necnon irritum, & inane decernimus, quicquid secus à quoquam quauis auctoritate attentatum forsan hactenus, vel imposterum contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & ad valuas Pincipis Apostolorum de Vrbe more publicentur, & inter cõstitutiones perpetuò

Vicarij perpetui ad cuius prouisionem pertineant.

valitu-

valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prelati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forem exhibitæ vel ostēsæ. Nulli ergo omnino hominū licet [illegible] Datum Romæ apud sanctum Petrum anno 1567. [illegible] lend. Nouemb. pontificatus nostri anno secundo.

De ecclesiasticis pensionibus. CAP. XXII.

SVnt nonnulli, qui, ad suam ambitionem, & [illegible] ritiam tegendam, vel excusandam, & beneficiorum pluralitatem seu eorundem onera fugiendo [illegible] siones pro beneficiis quærunt. In quibus, quia [illegible] ui hisce temporibus irrepserunt abusus, pacis [illegible] licitæ, vel illicitæ nobis esse videantur, dicemus [illegible] post diuturnum seruitium ecclesiæ præstitum, [illegible] pter morbum, aut senectutem beneficio suo [illegible] commodè deseruire non possit; talis licitè pensionem ex beneficio suo resignato percipere posse videtur. Secundò, si quis legitimam ob causam plura habet beneficia, illud in qua ipse non residet, & persona residenti plus valeat, quàm ex illo honestè secundum [illegible] litatem suam viuens, possit consumere; id quod [illegible] est, licitè etiam resignantem accipere posse pensionem loco arbitramur [b]. Siquidem sunt [c], qui putent [illegible] fore, & decentius, assignare illustrissimis Cardinalibus tot pensiones, quot habent ecclesias, vel monasteria relicta proprietariis sufficienti portione ad honestè [illegible] uendum, quàm illa simpliciter in commendam [illegible] re. Tertiò, cùm pro bono pacis ad lites compositas constituuntur [d]; vel vt alicui egenti prouideatur [illegible] quod alteri superabundat [e]. Quartò, ratione [illegible] litatis fructuum in beneficiorum permutatione [illegible] est pensionis reseruatio [f]. Cæterum, an illæ pensiones licitæ sint, quæ propter inæqualitatem fructuum [illegible] gnantur, dum nudus quispiā titulus, vel beneficium minimi valoris permutatur cum præbenda aliqua [illegible] gni, & opulēta, vel alio aliquo beneficio, cuius [illegible] & prouentus centuplo quasi meliores sunt; [illegible]

a *Rebuff. in tract. de pacif. possess. alleg. gl. in sum. 12. q. 2. ca. per tuas. de donation. Anchora. cōsil. 279 Dec. cōsil. 436.*

b *Felin. in c. ad audientiam de rescript. Gigas in d. tract. quæst. 6.*

c *Præpos. in c. sed adhuc. 1. q. 3. Gigas de pēsio. quæst. 4.*

d *arg. ca. nisi. de præb. Tho. Cāpeg. in tract. de pension. Felin. in c. ad audientiam. de rescript. Gigas. d. quæst. 4. & 6.*

e *DD. in d. c. ad audiētiam. in c extirpād. e, de præb. in ca. conquerente. de cler. non resid.*

f *c. ad quæst. de rer. permut. & ib. DD. et Cāp. in d. tract.*

Resignantium conscientiæ, atque iudicio discernendum relinquo. Hoc vnum scio, Rebuffum scribere[a], quod si in permutatione imponatur pensio ex falsa causa, illam non valere, & ita vidit iudicatum esse. Denique omnis illa pensio licita censetur, quæ à iure probata est, & legitimè imponitur[b].

Pensiones verò illicitæ sunt, quæ in fraudem canonum constituuntur, seu à iure improbatæ sunt[c]; vt puta quando constituitur ei pensio, qui beneficij capax non est, vel vltra quàm liceat; aut dum Episcopus habens nepotem paruulum, cui non valens de beneficio vacāte prouidere, illud alteri contulit, reseruata pensione superstitis fructibus nepoti[d]. Tum illicita quoque censetur illa pensio, quæ, sine auctoritate Superioris, est promissa, & à promittente solueretur ex fructibus beneficij. Quia nudo consensu, & pacto partium sine Superioris auctoritate imponi non potest[e]. Itaque qui beneficium resignaturus est, & ille in cuius fauorem resignatio fieret, caueant, ne inter se de certa pensione super fructibus beneficij renuntiandi reseruāda conueniant, & paciscantur, atque concludant: sed totum arbitrio & voluntati Papæ, vel Superioris subijciant, & remittant: aut si pactiones inter ipsos concludantur, addatur conditio: si Pontifici vel Ordinario nostro placuerit, & is approbauerit[f]. Tertiò, illica dicitur & hæc pensio, quæ adeò magna, & excessiua est, quod ex reditu fructuum beneficij onere pensionis grauati, ipsius & possessor eiusdem cōmodè viuere, & sustentari non possit[g]. Quod etiam locum habebit, si postmodum annis labentibus reditus beneficij, qui prius sufficientes erant, adeò diminuātur, vt possessori pensio fiat nimis onerosa. Nam hoc casu reduci debet ad iustam quantitatem[h]. Quartò, quando ex falsa causa per collusionem, & in fraudem legis pensio imponitur, ea quoque illicita censetur; adeò vt tales beneficiis ipsis tali ratione acquisitis sint spoliandi[i]. Postremò si causa imposita, & cōstituta pensio, illicita quoque

a *in prax. ben. par. 1. de reseru. & in concord. Fran. de pacif. possessor.*
b *Rebuff. in d. tract. de pacifi. possessor.*
c *arg. clem. 1. de supple. negl. prælat. et ibid. Cardin. et Imola. Gigas in d. tract. quæst. 5. & Rebuff. de pacif. possess.*
d *Panor. in c. ad audientiam, 2. de rescrip. et in c. conquerēte, de cleric. non resid. Felin. in d. c. ad audientiam. Gigas et Rebuf dd. locis.*
e *c. nisi. §. igitur. & ibi glo. de præben. cle. 1. § eadem. de supplen. negl. prælat. Gigas. de quæst. 5.*
f *Præpos. in c. sed adhuc. 1. q. 3. Archid. in c. quicumque 1. q. 1. Gigas. d. quæst. 4 et 5.*
g *Panor. in d. c. conquerente. & Felin. in d. c. ad audientiā. Gigas. dd. q. 4. & 5. Alphons. Aluarez. in.*

Thesaur. Christia. religio. cap. 61. Gigas in d. tract. quæst. 35.
h *Rom. concil. 369. Panor. in d. c. conquerent.*
arg. cap. audiuimus, de collus. de tegen. Campeg. in d. tract. de pension. Gig. d. quæste 5.

esse videtur[a]. Quia sicut in alienatione rerum ecclesiæ requiritur causa, alioqui non valet, etiamsi solemnitas interuenerit[b]. Sic & in hac pensione, quæ alienatio quædam est, constare debet de causa[c]. Causæ autem quas pensio constitui possit, facilè colligi possunt ex quæ suprà diximus requiri, vt illa licita sit. Est enim pensionis impositio odiosa, & quædam seruitus super beneficij fructibus concessa ecclesiæ non seruientibus. Nam pensionarij non laborant in ecclesia, neque seruiunt, vt Ludouicus Gomes ait[d], & tamen merentur fructus sine labore manducant, contra naturæ ordinem. Siquidem conueniens est, secundum Apostolum, qui non laborat, non manducet[e]: frangit enim pensionis impositio æqualitatem iustitię, quæ dictat præmium cuique danda esse secundum qualitatem laboris. Ideò vt secundum Rebuffum[g] pensio commēsurabeat causæ, vt non excedat, sed iuxta illius modum conferatur. Nam qui altari non seruit, inde præmium habere non meretur; ac proinde si causa non aliqua legitima & sufficiens, tanquam charitatem laudem, & fraudem iurium constituta, & imposita censetur. Sequenter quoque accidit, quod detracta pensione, non remaneat tantum rectori ecclesię seu beneficiato onere grauato, quod possit congruam sustentationem habere, & onera, ad quæ de iure tenetur, persoluere. Quocirca sancta Tridentina Synodus statuit, & ordinauit[k]; vt cathedrales ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorum mille, & parochiales, quæ summam ducatorum centum secundum verum annuum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reductionibus fructuum grauentur. Et vt paternæ indifferentiæ memoria à locis Deo cōsecratis, quos mundi puritas, sanctitasque decet, longissimè arceatur; decet filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, pensiones super fructibus beneficiorum, parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt habere[l]. Adhæc Paulus Romanus[m] dicit; quod nullo modi pensio sine causa legitima imposita, sit plagatida, ex percussione nerui ecclesiasticæ disciplinæ.

a Panor. et alij in c. vacante, de præbend & c. significauit. de censib. Rebuff. de pacif. posses.
b ca. sine exceptione. & ibi. Rebuff. 12. q. 2. glos. et Panor. in c. 1. de in integr. restit.
c Oldra. consil. 226. Rebuf. de pacif. poss.
d in reg. cancell. super reg. de infir. resignan. quæst. 16. & Gigas de pension. quæst. 96.
e 1. Corinth. 9. ca. sacerdos, & c. clerici, 1. q. 2. & l. secundum naturam ff. de reg. iur.
f c. ius naturale. dist. 1.
g in d. tract. de pensio.
h arg. c. extirp. de præb. c. charitatē. et c. ecclesiasticis. in q. 2. Pano. et Fel. in d. c. ad audientiā. Gomes d. q. 16. Gigas d. q. 96. Rebuff. de pacific. poss.
i Gigas d. quæst. 96.
k sess. 24. de refor. cap. 13.
l Concil. Trid. sess. 25. de refor. cap. 15.

m in tract. de pension. referente Gigan. in d. quæst. 96.

ordinariè inflicta: medulla tritici, & adeps frumenti, butyrum de armento, & lac de ouibus, meraciſſimus ſanguis vuæ, mel de petra, & oleum de duriſſimo ſaxo, videlicet de patrimonio Chriſti. Atque inter alia hæc illi attribuit priuilegia, quod in ea gratia in debitum reponerur. Deinde quod penſionarius fructus beneficij ſine labore manducet contra ſententiam Apoſtoli dicētis[a]: Qui non laborat, non manducet. Tertium, quod penſionarius frangat iuſtitiæ æqualitatem; illud ſcilicet: ius ſuum vnicuique tribuens; honores enim, & commoda diuidi debent ſecundum qualitatem laborum, vt paulò antè etiam à nobis dictum eſt. Quartum, quod penſio ſit præmium ſine opere. Quia qui non ſeruit altari, non debet de altari viuere, nec præmium conſequi. Quintum priuilegium dicit eſſe, quod penſio ſit ager ſine vomere, & aratro, & meſſis ſine ſemine. Quia penſionarius metit, vbi non ſeminauit; & congregat, vbi non ſparſit. Et in illis verificatur illud Ioannis[b] (vt ipſe inquit) Ego miſi vos metere, quod non ſeminaſtis ſeu laboraſtis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiuiſtis. Septimum adducit, quod penſio ſit merces ſine cuſtodia, ad quam paſtor de iure tenetur. Quæ priuilegia penſionis huiuſmodi ſine legitima cauſa impoſitæ, quàm ſint iuri naturali, rationi, æquitati, necnon iuri diuino atque humano conſentanea, aliorum eſto iudicium.

Penſionis ſine legitima cauſa impoſitæ deſcriptio.

a 1. Corinth. 9. ca. cum ſecundum. c. extirpãdæ. de præben. cap. ſacerdos, 1. q. 2.

b cap. 4.

SPECVLI

CANONICORVM

ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVAM IPSI SECVLARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCENDO, VEL RES ECCLESIAE DEBITE ALIENANDO, IN VILITATEM, & CONTEMPTVM DEDUCUNT,

LIBER QVINTVS.

Mercatura, & negotiatio clericis est interdicta.

CAPVT PRIMVM.

QVIA SS. Tridentina Synodus non alia statuit [a]: vt quæ à summis Pontificibus, & à sacris conciliis de clericorum vita, & honestate, necnon secularium negotiis ab ipsis fugiendis copiosè, & salubriter sancita fuerunt, eadem ipsa posterum iisdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarii imponendis, obseruarentur; commodum sanè, & opportunum fuerit, de hisce fugiendis, & quæ illa principuè sint, dicere. Nam clericis horum fuga maximè rebus ad honestatem, tum parandam, tum conseruandam plurimum conducit. Inprimis autem omnium negotiatio, seu mercatura, quæ est de rebus secularibus vilius, & carius distrahendis, clericis interdicitur [b]: negotiatores enim illi abominabiles existimantur, quia stitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces suas, plus pretio oncrando, quàm pretiis. Tales eiecit Dominus

[a] *sess. 22. de reform. cap. 1.*

[b] *c. canonum. 14. q. 4. & c. quid est. dist. 88.*

templo dicens[a]: Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis[b]. Vnde D. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum scribēs[c]: Negotiatorem, inquit, clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ. Tu aurum contēnis, alius diligit; tu calcas opes, ille sectatur: tibi cordi est silentium, mansuetudo, secretum; illi verbositas, attrita frons; cui nundinæ, fora placent, & plateæ, ac medicorum tabernæ. In tanta morum discordia, quæ potest esse concordia? Antequam ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari; facto iam nō licet, vt D. Augustinus censet[d]. D. verò Ioannes Chrysostomus[e], non modò clericus, sed & omnes Christianos ab huiusmodi mercatura abstinere voluit: Eijciens enim, inquit, Dominus vendentes, & emētes de templo, significauit, quia mercatura nunquā potest Deo placere, & ideo nullus Christianus debet esse mercator: aut si voluerit esse, proijciatur de ecclesia, dicente Propheta[f]: Quia non cognoui negotiationes, introibo in potētias Domini. Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, volens ambobus placere, sine alloquio mali esse non potest; sed necesse est, vt isti malè loquatur de illo, & illi malè de isto: sic mercator sine mendacio, & periurio esse non potest. Sed substantia talium stabilis esse non potest: neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim si triticum, aut aliud tale cernas in cribro, dum huc & illuc iactatur, omnia graua paulatim deorsum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus: sic de substantia negotiatorum nouissimè nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes videntur esse mercatores. Ostendam ergo quis non est negotiator, vt qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumque rem cōparat, non vt ita integrā, & immutatā vendat, sed vt materia sibi sit inde aliquid operādi, ille nō est negotiator. Qui verò rem comparat, vt integram, & immutatam vendendo habetur: ille est mercator, qui de templo Dei eiicitur.

Et huic sententiæ D. Augustinus de propheta Dauide loquens his verbis subscripsit[g]: Si iste propter

a *Ioan. 2.*
b *d. c. quid est.*
c *& in c. negotiatorem. d. dist. 88.*
d *in lib. de diuers. quæst. cap. 127.*
e *hom. 38. in Matth. cap. 21. & in c. eiiciens dist. 88.*
Quid Christus designauerit eiiciendo mercatores de templo.
f *Psal. 70.*
Quis negotiator sit vel non sit censendus.
g *in psal. 70. & c. quoniam. dist. 88.*

assiduam laudem Dei dicit; Quia non cognoui nego-
tiationes, non negotientur Christiani. Sed ait ipse ne-
gotiator: Adfero ex longinquo merces, mercedem la-
boris mei vnde viuam peto. Dignus est enim mercen-
rius mercede sua. De mendacio & de periurio agi-
non de negotio. Ego enim cũ mentior, non negotio.
Nam possum dicere; tanti emi: sed tanti vẽdam, si pla-
cet eme. Quomodo ergo reuocas me à negotiatione?
Omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolæ. Vi-
optem carum tempus, vt possim vendere annona
quam seruaui? Sed hoc non faciunt boni agricolæ
quit) neque illa boni negotiatores. Est peccatum ha-
re filios; quia quando eis dolet caput, matres infi-
quærunt eis ligaturas sacrilegas, & incantationes. Do-
nia ista sunt peccata hominum, non rerum. Quare
(ipse dicit mihi negotiator) quomodo Psalmista
telligas[a]; & noli me prohibere à negotiatione. Ne-
tiatio enim me non facit malum, sed iniquitas me-
mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores
qui præsumunt gloriari ex suis operibus, si sunt con-
illam gratiam, quam hic Psalmista commendat, ex-
mo de suis operibus gloriatur. Et sicut contra mendaci-
superbè pollicitantes salutem vigilat hoc quod dictum
est[b]: Tota die salutare tuum: Sic contra negotiatores
operibus suis gloriantes, vigilat hoc quod dictum est[c]:
Os meum annuntiabit laudẽ tuam. Vnde & Dominus
eiecit eos de tẽplo[d] volentes suam iustitiam statuere &
ignorantes iustitiam Dei. Meritò dictum est[e] negotium
quia negat otium quod malum est: neq; quærit tem-
quietem, quæ Deus est. Quia vt B. Leo Papa inquit:
Difficile est inter ementis, vendentisque consortia
non interuenire peccatum.

Et D. Ambrosius[g]: Nihil, ait, deformius, quàm ma-
lum habere amorem honestatis, & vsu quodam de-
neris mercaturę quęstu solicitari ignobili, auaro ex-
re corde, diebus ac noctibus inhiare in alieni detri-
patrimonij, non eleuare animum ad honestatis mo-
rem, non considerare veræ laudis pulchritudinẽ. Qua-
nimo censore Cicerone 3. offic. lib. improbũ est, ve-
linquere honestatem propter vtilitatis magnitudinem.

Negotiatoris excusatio & defensio.

Omnes artifices mentiũtur.

a *Psalm. 70.*

Negotiatio ex se non est mala.

b *Psalm. 70.*

c *Psalm. 50.*

d *Ioann. 2.*

e *d. c. quoniã. dist. 88.*

Negotium vnde dictum.

f *epist. 90. ad Rust. & in ca. qualitas. de pœnit. dist. 5.*

g *lib. 3. offic. cap. 9.*

Huc pertinet & illud Gelasij Papæ Episcopis per Lucaniam constitutis scribentis [a]: Cõsequens est, vt illa quoque quæ de Picenis partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereunda putamus, id est, plurimos clericorum ngotiationibus inhonestis, & turpibus lucris inhiare, nullo pudore censentes lectionem euangelicam [b], qua ipse Dominus negotiatores ex tẽplo verberatos asseritur expulisse, nec Apostolica verba recolentes, quibus ait [c]: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Psalmistam quoque Dauid surda dissimulantes aure canentem [d]: Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Prorsus huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nostrum abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationingenio cupiditateque cessandum; aut in quocũque gradu sint positi, mox à clericalibus officiis cogantur withinere, quoniam domus Dei domus orationis, & dici, & esse debet [e]: ne per officia negotiationis potius latronum spelunca.

Quare Alexander III. secundum instituta prædecessorum suorum sub interminatione anathematis prohibet, ne clerici causa lucri negotientur [f]. Nam ab Apostolis sancitum legitur [g]: Episcopus, aut sacerdos, aut diaconus, nequaquam seculi curas assumant; sin aliter, deponantur. Cæterum non negamus, quin clerici emere, & vendere possint, prout eorum necessitas exigit, præsertim si hac suadente, sua industria, vel arte aliquid efficerint, sed non tamen principaliter propter lucrum hoc facere debẽt [h]. Non autẽ possunt rẽ integrã vt eam emerunt pro maiori pretio causa negotiationis reuendere. Canonum enim statutis firmatum est, vt quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius, & vendendi carius studio non vtatur. Quodsi exercere voluerit, cohibendus est à clero, & cogendus vt mox à clericalibus officiis abstineat [i]. Sed si clericus victum, & vestitum inopia se cogente, honesto artificio, vel agricultura aliquo officij sui in ecclesia obeundi detrimento paret, quærẽdi non poterit. Nã tunc non censebitur, nec dici poterit lucrũ ex negotiatione, sed artificio comparasse: talia enim lucra & Apostolis licita habebantur [l].

a *in ca. consequẽs est d. dist. 88. & c. clerici. 14. q. 4.*

b *Ioann. 2.*

c *2. Timot. 2.*

d *Psalm. 70.*

e *Hierem. 7. & Mat. 21.*

f *c. secundum, ne cler. vel monach.*

g *can. 7. Apost. et c. Episcopus, et c. 2. d. dist. 88.*

h *Panor. in d. cap. secundum.*

i *c. canonum. c. clerici. 14. q. 4. glos. in sum. 14. q. 3. Panor. c. 1. ne clerici. vel monach.*

k *cap. clericus victum, & sequen. dist. 91. glos. in d. sum. 14. q. 3.*

l *cap. 1. 21. q. 1. glos. in sum. q. 3. Goffred. & Hostiẽ. in sum. ne cler. vel monach.*

An clerici secularium rerum conductores aut procuratores esse possint. CAP. II.

CVm ad sanctam, & vniuersalem Synodum Chalcedonēsem peruenisset[a], quod de his, qui in illam connumerabantur, quidam propter turpis lucri gratiam aliorum * possessionum conductiones, & causas secularium negotiorum susciperent: & à sacris officiis se per desidiam separarent; ad domos autem secularium concurrerent, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa susciperent: decreuit eadem sancta Synodus[b], neminem eorum, hoc est, Episcopum siue clericum, aut monachum conducere possessiones aut misceri secularibus possessionibus posse: nisi tamen qui legibus ad minorum ætatis tutelas siue curationes inexcusabiles attraherentur, aut cui ipsius ciuitatis Episcopus ecclesiasticarum rerum commisisset gubernacula, & orphanorum, ac viduarū, quæ indefensa sunt, aut earum personarum maximè, quę ecclesiastico fugebant adminiculo propter Dei timorem. Si quis tamen trāsgressus fuisset hæc pręcepta, ecclesiasticæ contradictioni subijceretur. Atque hoc statutum sanctæ Synodi Nicolao Papa in concilio Carthaginensi primo eisdem planè verbis propositum, & innouatum fuit[c]. Quod cùm fecisset, patribus loquebatur dicens[d]: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, accedant ad actiones, seu administrationes, vel ad procurationes domorum secularium. Gratianus Episcopus dixit, (qui vnus erat patrum & fortè primus dictis concilij) Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Proinde clerici sint sine actionibus domorum: aut actores officio clericorum. Vniuersi dixerunt: hoc obseruamus. Placuit quoque concilio Carthaginensi 4[e], vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel quicumque clerici non sint conductores, aut procuratores; neque vllo tempi, vel inhonesto negotio victum quærant.

Postea verò ipso iure pontificio illis inhibitum fuit, ne secularium rerum conductores, aut procuratores essent[f]; neue ministri laicorum fierent. Quodsi fa-

a *sess. seu actio. 6. & 15.*

* *forte legendū est: alienarum.*

b *cano. 3. & c. fin. distinct. 68.*

c *cap. peruenit. 21. q. 3.*

d *cap. credo. d. 21. q. 3.*

e *c. placuit. 21. q. 3.*

f *c. 1 ne cleri. vel monachi.*

præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniarum causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos cōstat ecclesia scandalum generari [a]. Verùm si qui ob sui necessitatem seu sustentationem terras aliquas ad colendum conduxerint, non vt inde plus lucrentur, sed vt de fructibus viuant, hoc illis non inhibitum esse putamus [b]. Tum etiam decimarum prouentus liberè locare possunt, ita tamen, quod huiusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi, sed vt ecclesiæ conditionem meliorem faciant [c], sicut mox infrà latius dicemus.

Prohibentur quoque esse procuratores, & ministri laicorum, & in placitis secularibus disputare [d], excepta defensione orphanorum, aut viduarum [e]: vel nisi suam, aut horum iniuriam prosequantur [f]. Sed nec procurationes villarum seu oppidorū, aut iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus, & secularibus viris, vt iustitiarius eorum fiat, clericorum quisquam exercere præsumat. Si quis autem aduersus hæc venire tentauerit (quia, contra doctrinam Apostoli dicentis [g]; Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis, seculariter agit) ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto, fluctibus seculi, vt potestatibus placeat, se immergit. Districtius autem discernimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum ausus fuerit attentare [h]; & sub interminatione anathematis inhibetur, ne quis sacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Prępositi secularis. Si quis autem cōtra hoc venire præsumpserit, & commonitus se emendare noluerit, excommunicationi subiiciatur [i]. Deinde ex concilio 11. Toletano [k] his, à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agere non licet, & ideo magnopere talibus excessibus prouidendum est, ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant, aut per se inferant membrorum truncationes quibuslibet personis, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam immemor horum præceptorum, aut in ecclesiæ suæ famulis, aut in qui-

a *c. sacerdotibus, et ibi Panor. ne cler. vel monach.*

b *arg. c. dilecti. de decim. glos. in d. c. peruenit. ad verb. conductiones. Goffre. in sum. hoc tit.*

c *c. vestræ. de locat. et cōduct.*

d *c. 1. & 2. et ibi glo. & Panor. d. tit.*

e *d. c. 1. & c. 1. & fin. de postul.*

f *c. omnibus. 4. q. 6. Goffred. et Hostiē. in sum. d. tit.*

g *2. Tim. 2.*

h *c. sed nec. d. tit. ne cler. vel monach.*

i *c. clericis. d. tit.*

k *Con. Toleta. 11. cap. 6. c. his à quibus. 23. q. 8. et d. cap. clericis.*

Causæ sanguinis clericis inhibitæ sunt.

buſlibet perſonis tale aliquid fecerit, conceſſi [illegible] honore priuetur, & loco: ſub perpetuo quoque [illegible] tur ergaſtulo relegatus; cui tamen communio [illegible] ex hac vita non eſt neganda, propter Domini [illegible] cordiam; qui non vult peccatoris mortem, ſed [illegible] uertatur & viuat [a].

a Ezech. 18. 33.

Porrò non modò ſanguinis ſententiam dictare [illegible] proferre, aut ſanguinis vindictam exercere [illegible] ricorum poteſt: ſed etiam neque vbi exerceatur [illegible] eſſe, nec literas dictare, aut ſcribere pro vindicta [illegible] guinis deſtinandas, nec viris ſanguinum vllis [illegible] nec vllam chirurgiæ artem, quæ aduſtionem, [illegible] ſionem inducit, exercere, nec purgationi aqu[illegible] tis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cu[illegible] nedictionis, aut conſecrationis impendere [illegible] nifacij tamē VIII. cōſtitutio permittit [c], quod [illegible] pus, ſeu quicumque alius Prælatus, vel clericus [illegible] ctionem obtinens temporalem, ſi homicidio, [illegible] maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua [illegible] Balliuo ſuo, aut alij cuicumque iniungat, [illegible] veritatem inquirens, iuſtitiæ debitum exequatur [illegible] gularis cenſeri non debet; quamuis ipſe Balliuus [illegible] alius contra malefactores ad pœnam ſanguinis [illegible] ſerit, iuſtitia mediante. Nam licet clericis [illegible] guinis agitare non liceat, eas tamen (cùm [illegible] nem obtinent temporalem) debent, & poſſunt, [illegible] irregularitatis ceſſante, aliis delegare.

Clericus chirurgiam quatenus exercere poſſit.

b *c. ſententiā. d. tit. ne cler. vel monach.*

Clerici an cauſas ſanguinis abſque irregularitate aliis delegare poſſint

c *c. fin. ne cler. vel mon. in 6.*

An clerici tutores, vel curatores eſſe poſſint. CAP. [illegible]

QVoniam ſuprà dictum eſt, clericos [illegible] negotiis ſe immiſcere non poſſe, niſi [illegible] bus ad minorum ætatis tutelas ſiue cura[illegible] attraherentur; hic opportunè nunc diſcutiendū [illegible] quādo tutores, vel curatores eſſe debeāt, vel non [illegible] dum igitur triplicem eſſe tutelam [d]: alia enim [illegible] mentaria, quādo parentes liberis impuberibus, [illegible] poteſtate habent, teſtamēto ſuo dant tutores [e], [illegible] tutela dicitur legitima, cùm tutor à lege datur [illegible] cum habet, cùm in teſtamento nullus eſt datus [illegible] eſt datiua, quando neque ex teſtamento, neque [illegible]

d *gloſ. in cap. fin. diſt. 86.*

e *§. permiſſum. inſtit. de tutel. §. 1. in inſtitu. qui teſta. tut. dari poſſ. lib. 1.*

f *§. 1. in inſtit. de legit. agnat. tut. lib. 1.*

dispositione tutor aliquis existit; sed à iudice datur[a]. Testamentariã autem tutelam clerici suscipere nõ possunt, sicut pulchrè, & luculenter D. Cyprianus presbyteris, & diaconis, atque plebi Furnis cõsistentibus scribens his verbis demonstrauit[b].

Grauiter commoti sumus ego, & collegiæ mei, qui præsentes aderant, & compresbyteri, qui nobis assistebant, fratres charissimi, cùm cognouissemus quod Geminius Victor frater noster de seculo decedens Geminiũ Faustinum presbyterum tutorem testamẽto suo nominauerit, cùm iam pridẽ[c] in cõcilio Episcoporum statutum sit, ne quis de clericis, & Dei ministris tutorẽ, vel curatorẽ testamento suo constituat, cùm singuli diuino sacrificio honorati, & cũcti in clericali ministerio cõstituti, nõ nisi altari, & sacrificiis deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim[d]: Nemo militans Deo implicat se molestiis secularibus, vt possit placere ei, cui se probauit. Quod cùm de omnibus dictum sit, quanto magis molestiis, & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & spiritualibus occupati, & ab ecclesia recedere, & ad terrenos, & seculares actus vacare non possunt? Cuius ordinationis, & religionis formã Leuitæ prius in lege tenuerũt[e], vt cum terrã diuiderent, & possessiones partirentur vndecim tribus, Leuitica tribus, quæ tẽplo & altari, & ministerio diuinis vacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet, sed aliis terrã colentibus, illa tantũ Deum coleret, & ad victum, atque alimentum suũ ab vndecim tribubus, de fructibus, qui nascebantur, decimas acciperet. Quod totum fiebat de authoritate, & dispositione diuina, vt, qui operationibus diuinis insistebant, in nulla se auocarentur, nec cogitare, aut agere secularia cogerentur. Quæ nunc ratio, & forma in clero tenetur, vt qui in Ecclesia Domini ad ordinationem clericalẽ promouentur, nullo modo ab administratione diuina auocentur, ne molestiis, & negotiis secularibus alligẽtur, sed in honore sportulantiũ fratrum tanquã decimas ex fructibus accipiẽtes, ab altari, & sacrificiis nõ recedant, & die ac nocte cęlestibus rebus, & spiritualibus seruiant[f]. Quod Episcopi antecessores nostri religiosè cõsiderantes, &

a §. 1. instit. de Attil. tutor. lib. 1.

b epist. 9. lib. 1. & c. Cyprianus, & 3. sequen. 21. q. 3. c. neque. dist. 88.

c circa an. Dn. 254.

Quibus vacare debeant clerici.

d 2. Timot. 2.

e Iosue 13.

Leuitæ quibus olim vacare debebant.

Clerici ab administratione diuina nõ sunt auocandi.

f c. hi. qui. 21. q. 3.

& salubriter prouidentes, censuerunt, ne quis [illegible] excedens ad tutelam, vel curam, clericum [illegible] at si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, [illegible] ficium pro dormitione eius celebraretur. Neque [illegible] ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum [illegible] qui ab altari sacerdotes, & ministros suos Leuitas [illegible] care voluit[a]. Et ideo Victor cùm contra formam [illegible] in cōcilio à sacerdotibus datam Geminium [illegible] presbyterum ausus sit actorē constituere, non [illegible] pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, [illegible] catio aliqua nomine eius in ecclesia frequenter [illegible] cerdotum decretum religiosè, & necessariè [illegible] uetur à nobis[b]. Simul & cæteris fratribus [illegible] plum, ne quis sacerdotes, & ministros Dei [illegible] & ecclesiæ vacantes ad seculares molestias [illegible] Obseruari enim de cætero poterit, ne vltra [illegible] ca personam clericorum, si, quod nunc factum [illegible] rit vindicatum[c].

Pro eo orandū non est, qui ab altari clericos auocat.

a *d. c. Cyprian.*

b *cap. neque dist. 88.*

c *c. fin. 21. q. 3.*

Legitimam verò tutelam olim secundum [illegible] lis dispositionem clerici suscipere debebant. [illegible] à prædicta Synodo Chalcedonensi excusabant [illegible] fortè legibus ad minorū ætatis tutelas, siue [illegible] inexcusabiles attracti secularibus negotiis, [illegible] sionibus se immiscerent[d]. Quia vbi successionis [illegible] tur emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet [illegible] tiuam verò tutelam suscipiebant pietatis [illegible] eam ab Episcopo suo delegabantur[f]. Quod [illegible] profiteri, & testari videtur Gelasius Papa [illegible] Episcopo scribens[g]: Defensionis, inquit, [illegible] latis auxilio, & qui suis actibus adesse pro [illegible] mitate non possunt, exoratum Pontificem [illegible] uenire. Quia pupillis & viduis tuitionem [illegible] tas iussit impendi. Et ideo Maximo, & [illegible] ricalis officij, qui se solatio parentum, vel [illegible] rum asserunt destitutos, auxilium ex nostra [illegible] ne præstabis: vt aduersus improbitates [illegible] suorum protecti, tuæ executionis nisu noxia [illegible] ta non sentiant. Rursus idem Gelasius aliis [illegible] Episcopis in hæc verba scripsit[h]: Licet omnibus [illegible] bis sperantibus non debeamus, in quantum [illegible]

d *d. c. peruenit, et ibi glos. dist. 86.*

e *lib. 1. instit. tit. de legit. patron. tit. Tutela datiua.*

f *arg. d. c. peruenit. c. Episcopus. 4. dist. 88.*

g *cap. defensionis. dist. 87.*

h *c. licet. dist. 87.*

negare: plus tamen viduarum, & orphanorum causis impensius ducimus exequendas. Quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio. Si quis verò clerici pietatis, & religionis intuitu pupillorum tutelam, vel curam susceperant, isti minimè rationibus tutelaribus seu curationibus obnoxij erant. Grauissimum atque iniquũ esse Imperatoribus visum erat [a], quibusdam quorundam (si ita fortè contingeret) machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei parentibus, atque substantiis destitutos minores sustentare, ac veluti affectione paterna educare festinarent.

a *l. orphanotrophos. C. de Episc. & cler.*

Postea verò Imperatores, licet pium & religiosum tutoris & curatoris sit officium [b], animaduertentes clerorum ordini, & vocationi magis conuenire, ne occasione illius secularibus negotiis se immiscerent, sed illis tantùm Dei omnipotentis officiis deseruirent, & apud sacrosanctas ecclesias permanerent, illos suis constitutionibus ab hoc tutelæ, & curationis onere atque officio penitùs exemerunt. Vnde hæc Martiani, & Leonis Imperatorum promanauit lex: Generaliter sancimus omnes viros reuerendissimos Episcopos, necnon presbyteros, diaconos, & subdiaconos, & præcipuè monachos (licet non sint clerici) immunitatem ipso iure omnes habere tutelæ, siue testamẽtariæ, siue legitimæ, quæ datur: & non solùm tutelæ eos esse expertes, sed earum curæ, non solùm pupillorum, & adultorum, sed & furiosi, & muti, & surdi, & aliarũ personarum, quibus curatores, vel curatores à veteribus legibus dantur. Habemen clericos & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanẽt, non deuagantes, neque circa diuina ministeria desides, cùm propter hoc ipsum beneficiis indulgeamus, vt omnibus aliis derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant. Et hoc non solùm obtinere Romæ, vel in hac regia ciuitate, sed & in omnibus, vbicumque Christianorũ nomen colitur, obtinere sancimus.

b *d. l. orphanotrophos.*

c *l. generaliter. C. de Episc. & cler. c. generaliter. 16. q. 1. A tutela & curatela eximuntur clerici.*

Iustinianus verò noster similem procleri libertate, & immunitate à secularibus negotiis huiusmodi, edidit his verbis constitutionem [d]: Dei amantiss. Episcopos, & mona-

d *in nouell. cõstit. 23. & authen. presbyteros C. de Episc. & cler.*

monachos nulla lege tutores, aut curatores cuiusque personæ fieri concedimus. Presbyteros autem, & diaconos & subdiaconos, si iure, ac lege cognationis tutelam, aut curam vocentur, eiusmodi munus subire concedimus: si tamen infra menses quatuor numerandos, ex quo vocati sunt, apud competentem iudicem scripto declarauerint, id se munus propria voluntate suscepisse: Et si (vt probabile est) eorum aliquis hoc fecerit, nullum ex hoc præiudicium circa aliam tutelam, aut curam sustineto. Sed neque susceptorem, exactorem publicarum contributionum, aut conductorem vectigalium, vel alienarum possessionum, aut curatorem familiæ, aut dispensatorem, aut procuratorem litis, aut fideiussorem pro his causis esse Episcopum, aut œconomũ, aut cuiuscumque gradus alium clericum, aut monachum cõcedimus, siue suo, siue ... aut monasterij nomine id subeat, ne per hanc ... sacris ædibus infligatur damnum.

An vitæ & honestati ecclesiasticorum conueniat in secularibus curiis versari. CAP. IIII.

CVm ex prædictis tam Pontificum, Conciliorum, & sanctorum Patrum, quàm Imperatorum constitutionibus, decretis, & sententiis datis, euidens sit, clericos se negotiis secularibus implicare, & immiscere non posse; sed, illis omnibus relictis, (nisi specialiter de iure permittatur) debere Dei omnipotentis inhærere, & deseruire ministeriis, atque sacris ... apud ecclesias suas permanere: Mirum profectò quæstione, & modo introductum sit, & ab immemoriali tempore hactenus à Superioribus toleretur, quod ecclesiarum, & monasteriorum Prælati, & alij ecclesiastici in Principum, atque Regum, imò & in inferiorum curiis assiduè versentur, & nonnulli frequentius, & ... tius in illis videantur, & degant, quàm in ipsorum ecclesiis: cùm tamen omnes ecclesiastici, & maximè Prælati in ecclesiis suis perpetuò residere teneantur, ... diuersis in locis suprà ex Pontificum quoque, & sanctorum Patrum, necnon Conciliorum, sed præsertim Tridentini decretis, constitutionibus, canonibus, ...

Clericorum cõuersatio in secularibus curiis.

sententijs demonstratum est. D. Hieronymus de hac diuina, & continua Prælatorum in ecclesia sua residentia, & conuersatione scribens [a]: Si quis, inquit, vult episcopus esse, non tã vocabulo, quàm merito imitetur Moysen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quod nõ discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quid autem si opus erat? vt aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, vt a Deo discat, legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando; aut populum doceat; sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano ingenio, sed quæ spiritussanctus docet. Est & aliud opus quod facit Moyses: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos: Sed quid facit? Orat: & donec orat manus populus eius: Si relaxauerit, & dimiserit manus, populus eius vincitur, & fugatur. Orat ergo sacerdos ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus, qui ipso est, hostes inuisibiles, qui sunt dæmones impugnantes eos qui volunt piè viuere in Christo. Quinta in concilio Carthaginensi 4. cui D. Augustinus interfuit, statutum est [b]; vt Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet.

D. Ambrosius in oratione contra Maxentium [c]: Nam, inquit, essem securus, quod ecclesia hæreticis minimè traderetur: Ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quàm in ecclesia. Scribit Seuerus Sulpitius in vita D. Martini [d]; quod cùm ad Imperatorem Maximum plures ex diuersis partibus Episcopi conuenissent, & fœda circa Principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconsulta regiæ clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperauit potius, quàm rogauit, & à conuiuio subsequenter rogatus abstinuit, dicens; se mensæ eius participem esse non posse. Tandem vi precum vel ratione, vel precibus ad conuiuium venit, mirum

a c. fin. dist. 36.

Pontificis seu Episcopi officium

Sacerdoti ecclesiæ indesinẽter est orandum.

b cap. 20. & cap. Episcopus. dist. 88.

c quæ est epist. 32.

Non congruit sacerdotis officio ire ad Imperatoris palatium.

d lib. 1.

D. Martinus mensæ Imperatoris participes esse nolluit.

mirum in modum gaudente Rege, quòd id impera-
set. Conuiuæ autem aderant summi atque illustres
viri : medius inter hos Martini presbyter accubuit.
Insigne D. Martini factũ. ipse autem sellula iuxta regem posita consedit. At
medium ferè conuiuium (vt moris est) pateram
minister obtulit. Ille sancto admodum Episcopo
tius dari iubet, expectans, atque ambiens, vt ab
D. Martinus presbyterum Regi prætulit. dextera poculum sumeret. Sed Martinus, vbi
pateram presbytero suo tradidit, nullum sibi
mans digniorem, qui possit prior bibere: nec impu
sibi fore, si aut Regem ipsum, aut eos, qui à Rege
proximi, presbytero prætulisset. Quod factum
rator, omnesque, qui tunc aderant, ita admira
vt hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant,
Celeberrimumque per omne palatium fuit, sedili
tinum in Regis prandio, quod in inferiorum
conuiuiis Episcoporum nemo fecisset. Alio
tempore [a], cùm in eiusdem Imperatoris curia
a vt habetur l. 3. de vit. Mart. inuitus quandam communionem cum illo, & alio
piscopis iniisset, satius existimans ad horam
quàm his non consulere, quorum cervicibus
imminebat: summa vi Episcopis nitentibus, vt
munionem illam subscriptione firmaret, exti
Pœnituit D. Martinũ quod semel in palatio imperatoris fuerit. non potuit, sed postero die se inde proripuit. Cum
uertens in viam mœstus ingemisceret, se vel ad
noxiæ communioni fuisse permixtum, progredi
lulum comitibus, ille subsedit; causam doloris
accusante ac defendente inuicem cogitatione
uens, astitit ei repente angelus: Merito, inquit,
ne compungeris. Sed aliter exire nequisti. Re
tutem, resume constantiam, ne iam non pericu
riæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempo
cauit cum illa communione misceri.

An ecclesiastici castra sequi possint contra hæreticos et infideles. Adhæc ecclesiasticos curias, & castra (licet
contra hæreticos, & infideles geratur) sequi
bere, Nicolaus Papa ad Carolum magnum
rem scribens, apertè ostendit his verbis: Re
bile valde constat esse, quod subintulisti, dicen
iorem partem omnium Episcoporum die no
omnibus aliis fidelibus tuis contra piratas ma
b c reprehensibile. 23. q. 8.

tigilare, & ob id Episcopi impediantur venire; cùm militum Christi sit, Christo seruire; milites verò seculi seruiant seculo, secundum quod scriptum est [a]: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Quodsi seculi milites militiæ studeant; quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi, vt vacent orationibus? Nec diuersum ab hoc sensit Gelasius, dum in hæc verba Elpidio Episcopo scriberet [b]: Quo ausu, qua temeritate, rescribis ad Rauennam te parare proficisci, cùm canones cuidenter præcipiant nullum omninò Pontificum, nisi nobis ante visis, atque consultis ad comitatum debere commeare? Quemadmodum tibi putas licere, quod non licet, nisi quod hoc officio carere festinas, quo his exilibus te ostendis indignum? Quapropter Patres alij Antiocheni statuerunt [c]; vt si quis Episcopus, aut presbyter, vel omnis omninò, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium, vel literas eorum Episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime sine consilio Metropolitani ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari, & eiici non solum de communione debere; sed etiam propria dignitate priuari decernimus, tanquam molestum, & importunum impetrans auribus contra ecclesiastica constituta. Interim non negamus, quin liceat Prælatis ecclesiæ exemplo B. Gregorij ab Imperatoribus, vel quibuslibet Ducibus defensionem fidelibus postulare [d]. Licet etiã cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem contra aduersantem sanctæ fidei viriliter adhortari, atque ad vim infidelium procul arcẽdam quosque excitare [e]: effusionem tamen sanguinis nulli Episcoporum sua, vel Imperatorũ auctoritate imperare licet [f]. Quicumque autem ex clericis videntur esse, secundum concilij Meldensis decretũ [g], arma militaria non possunt sumere, nec armati incedere, quia clericatus officium eos reddit inhabiles ad pugnandũ [h]: Sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbere debent. Quòd si contempserint, tanquam sacrorum canonũ cõtemptores, & ecclesiasticæ auctoritatis profanatores, proprij gradus amissione mulctentur: quia non possunt simul Deo, & seculo militare. Concilium verò Tole-

a 2. Timot. 2.

b c. quo ausu. 23. q. 8.

c Concil. Antioch. cap. 11. et. 21 c. si quis Episcopus, 23. q. 8

Pœna clericorũ proficiscentium ad Imperatorẽ sine licentia sui Episcopi vel Metropolitani.

d c. vt pridem. ca. supplicitet. 23. q. 8.

e c. igitur, & 4. seq. 23. q. 8. Clerici militaria arma sumere non possunt.

f cap. si vobis. 23. q. 8.

g c. quicũque. 23. q. 8.

h ca. ex multa. §. fi. et ibi gl. et D D. de voto, et vot. redempt. Panor. in c. 1. de cler. venato.

tanum 4.[a] statuit; vt clerici, qui in quacumque factione arma volentes sumpserint; reperti, amisso ordinis [illegible] gradu, in monasterio perenniter tradantur. Si verò [illegible] ricus pugnando etiam contra inimicos fidei catholicae quenquā percusserit, & de interfectione ipsum cōscientia remordeat, à ministerio altaris abstinere debet. Quod liquidò constat ex rescripto Honorij Papae [illegible] sub hac verborum forma cuidam presbytero missa: Petitio tua nobis exhibita continebat, quod cū [illegible] dominicæ crucis, ac blasphemi nominis Christiani [illegible] strum quoddam in quo morabaris, grauiter inuasi [illegible] exeūtibus inde habitatoribus tam clericis, quam [illegible] cōtra eos, ac inuicē confligentibus, hinc inde occisi [illegible] plurimi extiterūt. Vnde cùm pro eo quod aliquos [illegible] cussisti, irregularitatē metuas incurrisse; mādamus [illegible] tenus, si de interfectione cuiusquā in illo conflictu [illegible] conscientia te remordet, à ministerio altaris [illegible] reuerenter: cùm sit cōsultius in huiusmodi dubio [illegible] nere, quàm temerè celebrare. Quicumque verò [illegible] cus, aut in bello, aut in rixa, aut in gētilium [illegible] tuus fuerit, ex decreto concilij Triburiensis[c], [illegible] oblatione, neque in oratione pro eo, postulandum [illegible] sed relinquendus, vt in manus incidat iudicis: Sepultura tamen non est priuandus.

Miramur, & conquerimur ecclesiasticos vbique [illegible] & præsertim in curiis secularibus in tale venisse [illegible] dium, ne dicā contemptum, vt nō pluris, imo [illegible] minoris fiant, & reputentur, quàm laici; præsertim [illegible] officij alicuius publici, vel nobilitatis titulo [illegible] sint. Non potuit igitur SS. Tridentina Synodus [illegible] grauiter dolere, audiens Episcopos aliquos, [illegible] oblitos, pontificiam dignitatē non leuiter debo[illegible] qui cum Regum ministris, Regulis, & Baronibus [illegible] ecclesia, & extra indecenti quadā demissione [illegible] & veluti inferiores ministri altaris, nimis indigni [illegible] solùm loco cedunt, sed etiam personaliter [illegible] uiunt. Quare hæc & similia detestās eadem sancta [illegible] odus, sacros canones omnes, conciliaque [illegible] atque alias apostolicas sanctiones ad dignitatis [illegible] palis decorum, & grauitatem pertinentes renouat [illegible]

a cap. 44. et c. clerici. 23. q. 8. An clerici contra inimicos fidei impunè pugnare possint.

b c. petitio. de homic. volun. vel cas.

c c. quicūque. 23. q. 8.

d vt habetur sess. 25. de reform. cap. 17.

e c. omnes. c. solitæ de maiori & obedien. c. Valētinianus. dist. 63. c. Episcopus in ecclesiis. dist. 95. ca. quis dubitet. c. duo sunt, dist. 96.

præcipit, vt ab huiusmodi in posterum Episcopi se abstineant; mandans eisdem, vt tam in ecclesia, quàm foris suum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique se patres, & pastores esse meminerint; reliquis vero tam Principibus, quàm cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia prosequantur.

Verùm si quis causam inquirat, cur nunc tam vili, & nihili vbique fiant ecclesiastici, inueniet, puto, nō aliam fuisse, quàm nimiam familiaritatem, quæ ipsis est cum laicis. Dici enim vulgo solet, nimia familiaritas parit contemptum. Si singuli in suis semper ecclesiis mansissent, & in illis diuina officia per se, & non per substitutos, & reuerēter statis horis persoluissent, sicut alibi à nobis latè tractatum, & demonstratum est [a], certè clericalis, & sacerdotalis dignitas salua, & illæsa perpetuò permansisset. Et hac iam dicta ratione atque via omninò recuperanda est. Alioquin metuendū, ne breui penitus pessundetur, & extinguatur. Siquidem hæc est illa via, à qua recessimus, & scandalizauimus plurimos, irritum facientes pactum iuris diuini, & humani, & propterea, sicut per Malachiam prophetam nobis prænuntiatum est [b]; Deus dedit nos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Quocirca & D. Gregorius certior factus de cuiusdam Episcopi nimia cum laicis familiaritate, hanc scripsit Romano defensori epistolam [c]: Perlatum est ad nos, reuerendissimum fratrem nostrum Basilium Episcopum, velut vnum de laicis in causis secularibus occupari, & prætoriis inutiliter deseruire: quæ res quoniam ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat; statim vt experientia tua hoc præceptum susceperit, ad reuertendum cum districta executione compellat: quatenus ei illic te insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis. Reprehendit quoque grauiter hanc in curia, & aula Regū conuersationē Alexander Papa III. in Archiepiscopo Cantuariensi [d]. Et Innocentius Papa III. cùm ad suam peruenisset notitiam, quod monachi, Canonici & alij regulares,

Cur ecclesiastici nunc tam nihili fiant à laicis.

a lib. 2. de malorum hor. tempo. causis & remediis.

b Mala. 2. cap.

c epist. 11. li. 11. et c. perlatum, dist. 88.

d in c. qua frōte. de appellat.

cùm deberent potius in claustro iuxta regularia constituta diuinis obsequiis inuigilare, de redditibus, quorum curam gesserant pecunia congregata, claustrum abhorrentes, per curias Principum, & potentum discurrere non verecentur: Mandauit [a] Archiepiscopo Arelatensi, quatenus quoscumque tales inueniret, nisi ad commonitionem suam resipiscerent, & regularem vitam observarent, si Prælati eorum post suam commonitionem id exequi negligenter omitterent: per suspensionem officij, & beneficij appellatione remota compellere. Nam à B. Syluestro iam olim constitutum erat in concilio Romano [b]; vt nemo etiam clericus, vel subdiaconus, vel diaconus, aut presbyter, aut Episcopus propriam causam suam quamlibet intraret in curiam: Quoniam omnis curia, inquit, à cruore dicitur, & immolatorum lachrorum est. Quodsi quis clericus, in curiam introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem Ecclesiam. Communione autem non priuetur propter tempus turbidum. Festus verò curiam non a cruore, sed à cura dictam, locum esse ait, vbi publicas curas olim gerebant. Verùm nec in hac significatione accepta clerici in ea versari possunt. Siquidem ex apostolorum canonibus ponitur: Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam seculi curam assumat, sin aliter, deijciantur [c].

Panormitanus verò explicans titulum in decretalibus, ne clerici, vel monachi secularibus negotijs se immisceant, secularis negotij duplicem ponit significationem: Primò enim dicitur quicquid prouenit ex carnis concupiscentia, non subiecta fœno rationis. Et per illud omninò viuitur seculariter, id est secundum carnem, & mundum, seu carnem, non autem secundum Deum, & spiritum, & hoc prohibetur etiam laicis, & præcipuè clericis. Secundò, potest hoc verbum seculare sumi magis strictè, vt comprehendat negotia pertinens ad rempublicam mundanam, & seculares homines. Quod licet permissum sit laicis: tamen clericis interdicitur, vt negotiari. Placuit enim olim Imperatorum clemētiæ, vt nihil commune clerici cum publicis negotijs, vel ad curiam pertinentibus, cuius corpo-

a c. quanto. de off. Ord.

Curiæ principum frequentantium pœna.

b Can. 16.

Curiæ etymologia.

Alia pœna curias principum frequentantium.

Alia curiæ etymologia.

c Can. Apost. 7. & c. Episcopus. dist. 88.

Duplex negotij secularis acceptio.

sunt annexi, habeant [a]. Ex quo sequitur, quod nullum officium possit clericus habere in republica seculari, eò quod de illius vniuersitate non sit [b]. Debent enim clerici attendere circa rempublicam spiritualem: laici verò circa rempublicam temporalem [c]. Item vita clericorum debet versari circa vitam contemplatiuam; non autem de rebus mundanis habere curam, nisi quatenus sunt necessariæ ad vitam corporalem [d]. Hinc Apostolus [e]: Nolite conformari huic seculo: quia nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, id est, temporalibus, & mundanis, quantumcumque illa laicis liceant. Absurdum namque est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia; & alij creditum alius subtrahat, & præcipuè clericis, quibus opprobrium est, si se peritos esse susceptionum forensium ostendere velint [f].

a L. placet. C. de Episc. et cler.
b c. 1. ne cler. vel mond. c. reprehensibile. 23. q. 8. Innoc. in c. dilecta. de excess. prælat.
c arg. cap. duo sunt. 12. q. 1. d. c. reprehensibile. & c. commemor. 23. q. 8. c. duo sunt. dist. 96. c. solitæ. de maiori. et obed.
d c. si quis obiecerit. 1. q. 3.
e Ad Rom. 12. cap. & 2. ad Timoth. 2. cap.
f l. consulta. C. de testam.

Laici curiales olim ad ordines non recipiebantur.

CAPVT V.

LAici verò, qui olim curiæ publicarumque rerum negotiis implicati erant, ad ordines non recipiebantur, vt diuinis deseruirent ministeriis [g]. Propterea quòd, dum frequenter à curia repetebantur, ecclesia plurima consequebatur incommoda; vel quia eidem curiales non voto religionis, aut pietatis studio; sed vt officiorum suorum ratiocinia fugerent, ad ecclesiam se transferebant; quod Innocentius Papa primus Victricio Rothomagensi Archiepiscopo scribens, his verbis testatum reliquit [h]: Frequenter quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia, cùm de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia nascitur de accito seu assumpto. Constat enim, eos in ipsis muniis voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas esse nõ dubium est, & ludorum, vel munerum apparatibus aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certè in exemplum, sollicitudo, & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus Imperatore præsente, cùm pro his sæpius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognouisti. Quibus non solùm inferiores clerici ex curialibus, verumetiam

g c. non confidat. dist. 50. c. qui in aliquo. c. præterea. dist. 51.
Cur olim curiales non facilè in clerum recipiebantur.
h epist. 2. cap. 11. & c. præterea. dist. 51. Iuo. par. 6. decr. cap. 349.

in sacerdotio constituti, ingens molestia, vt refer-
rentur, instabat. Quòcirca idem Innocentius stu-
a epist. 24. do Toletanæ scribens [a]: Hoc, inquit, de curialis
(ad ecclesiasticum scilicet ordinem assumptis) cau-
dum est, ne eidem aliquando à suis curiis (quod fre-
quenter videmus accidere) poscantur. Quæ enim
rationabiliter prohibita oportet modis omnibus ca-
stodiri.

D. verò Gregorius de curialibus in clerum recep-
b epist. 1. l. 7. & c. 1. dist. 53. dis animi sui omnibus Episcopis declarans sententiam
Legem, ait, quã pissimus Imperator dedit, ne fortè
hi, qui militiæ vel rationibus sunt publicis obligati,
causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasti-
habitum veniant, vel in monasteriis conuertan-
vestræ studui fraternitati transmittere, ob hanc ma-
mè causam, quòd hi, qui seculi actionibus im-
sunt, in clero ecclesiæ præponere suscipiendi non
quia cùm in ecclesiastico habitu non dissimiliter
prius vixerant, viuunt, nequaquam studeant
gere, sed mutare. Quodsi etiam tales, quique
sterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi
à ratiociniis publicis fuerint absoluti.

Quare & Imperator noster Iustinianus, tranquil-
b authent. sed neque. C. de Epist. & cler. Iniuria fit clero si curialis fiat clericus. tis, & libertatis ecclesiæ promouendæ studiosissi-
hanc de curialibus sanxit, & promulgauit legem:
Sed neque curialem, aut officialem clericum fieri pro-
mittimus, ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria. Si
rò tales personæ in clero constituantur, tanquam
ad ordinationem perductæ, propriæ fortunæ relin-
tur, nisi monasticam forsitan vitam aliquis eorum
minus quindecim annis impleuerit. Tales enim
nari præcipimus, quarta propriæ substantiæ sibi
ra, reliquis partibus curiæ, & fisco vindicandis,
clero constituti, monasticam, & decentem vitam
pleuerint. Sed si post clericatus honorem aliquis
vxorem, aut concubinam acceperit, propriæ
reddatur, licet tali ecclesiastico gradu teneb
quo quis constitutus vxorem ducere non pro
Idem est & in omnibus aliis monachis, licet
tunæ prius subiecti fuerint. Et generaliter quic
in

in quolibet ecclesiastico gradu constitutus ad secularem vitam redierit, honore nudatus, curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.

Præterea quantopere Episcoporum, & aliorũ Prælatorum, atque clericorum ab ecclesiis suis absentia, & in secularibus curiis conuersatio prædicto nostro Imperatori Iustiniano ingrata fuerit, hac sua quoque constitutione testatus est[a]: Interdicimus autem Dei amantiss. Episcopis, ne proprias deserant ecclesias, & in alias proficiscantur prouincias. Sed & si huius agendi necessitas aliqua incidat; non aliter, nisi cum literis beatiss. eorum Patriarchæ, aut Metropolitani, aut imperiali videlicet iussione hoc faciant: Ita sanè vt ne illis quidem Episcopis, qui sub beatiss. Archiepiscopo Constantinopolitano, & Patriarcha constituti sunt, sine eius mandatu, aut nostra iussione ad regiam venire vrbem liceat. Episcopi verò, qui ad regiam (vt dictum est) vrbem accesserint, cuiuscumque diœceseos sint, ante omnia beatiss. Archiepiscopum Constantinopolitanum, & Patriarcham adeunto, atque ita per ipsum ad nostram ingrediuntor tranquillitatem. Qui verò contra nostram dispositionem vel peregrinantur; aut vltra præfinitum illis tempus extra ecclesiam suam alibi commorantur; his primùm quidem non subministrantor ab ecclesiæ suæ œconomis sumptus: deinde citantor sacerdotum literis, sub quibus censentur, vt ad ecclesias suas reuertantur. Si reuerti differant, secundum sacros euocantor canones: Et nisi intra tempus à sacerdotibus pręfinitum ad ecclesias suas reuertantur; ipsi quidem ab episcopatu depelluntor: alij autem meliores in eorum locum ordinantor pro tenore præsentis legis. Eodem hoc obtentuno & in clericis, cuiuscumque gradus fuerint, seu ministerij.

In concilio quoque Aurelianensi primo expressè statutum est[b]: vt Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis professione viuentibus, sine discussione, vel commendatione Episcoporum pro petẽdis beneficiis ad Dominos seculares (seu eorum curias) venire non liceat. Quod si quisquam præsumpserit,

a *in nouell. cõstit. 123. §. interdicimus.*

Episcopi et alij omnes clerici in re ciuili ad residentiam continuam in suis ecclesiis faciendam obligãtur.

b *cap. 9. An Clerici in curiis secularibus beneficia petere & solicitare possint.*

tamdiu loci sui honore, & communione priuetur, do-
nec per pœnitentiam plenam eius satisfactionem sacer-
dos accipiat. Quinimò in concilio Arelatensi statutum
fuit [a]; vt presbyteri indiscretè per diuersa non mi-
rentur loca, nec ab Episcopis quidem, nec ab aliis ho-
latis, nec etiam à laicis: ne fortè propter eorum ob-
sentiam, & animarum pericula fiant, & ecclesiarum,
in quibus constituti sunt, negligantur officia. O vtinam
ecclesiastici nostri in curia versantes, seu eam frequen-
tantes videre possent, quod concilium Hildemensi in
formula viuendi Canonicorum [b] beatum Martinum
B. Brigidam vidisse commemorat. Cùm enim Mar-
nus aliquando venisset ad palatium cuiusdam tyrannis,
vidit quendam maximum dæmonem sedere super ca-
lum eius instar equitis, qui ipsum duxit, quocumque
volebat. Beata verò Brigida vidit quod cum quidam
superbi Præsati ascendissent super equos pompatos,
quod totics æthiopes quidam ascenderint super
ipsorum. Cæterum admiranda, & deploranda quoque
res est, quod inferiores etiam sacerdotes nonnulli ta-
tæ sint leuitatis (in magnam cleri ignominiam redun-
dantis) vt se laicis, atque adeò delicatis fœminis, ve-
tris causa in capellanos, atque anteambulones vendi-
tent. Qui enim debebant esse gregis duces, redigan-
tur (proh nefas) in caudam, & sordidissimis quibusque
negotiis alligantur [c].

Quodsi prædicta Pontificum, Conciliorum, sanctorum Patrum, & Imperatorum constitutiones, leges, de-
creta, dicta, & rescripta persuadere non possint huius
nostri temporis, & prouinciæ Ecclesiasticis, vt de-
secundum illa vitam, mores, & conuersationem
instituant, atque ducant: hoc saltem curiales per-
in memoria habere velim, quod Lucanus Poëta e-
cus quidem, sed verè & religiosè dixit [d]: Exeat aula,
Qui vult esse pius: virtus, & summa potestas nō
Quod autem ecclesiastici omnes debeant esse pii,
nos docuit D. Paulus in persona Timothei, cui man-
uit, & præcepit dicens [e]: Exerce te ipsum ad pietatem.
Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Pie-
tas autem ad omnia vtilis est, promissionem habet

a cap. 3. Iuo par. 6. decret. c. 176.

b cap. 2.

Prælati equis pompaticis vtentes, quos comites habeant.

Arguūtur capellani domicellarum.

c concil. Colo. cele. an. 1536. tit. de offic. priu. ac pub. cap. 27.

d l. 8. Pharsal. Exeat aula, qui vult esse pius.

e 1. ad Timot. 4. cap. & 6. Pietas ad omnia vtilis est.

uæ, quæ nunc est, & futuræ. Qui autem non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri IESV Christi, & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ; superbus est, nihil sciens. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes igitur alimenta, & quibus tegamur, iis contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge: Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Ad hanc autem pietatem nunc amplectendam, illud quod D. Petrus dixit[a], inuitare nos debet: Nouit Deus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reseruari cruciandos. Non quod pij non tententur, quia diabolus non cessat quærere quos ex fidelibus perdat; & maximè illos quos ardentiores in seruitio Saluatoris, atque familiares inuenerit, nimirum quos sacrari, & in templo Deus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt: quia suis precibus & oblationibus ea delent atque consumunt[b]. Et vt D. Paulus testatur[c]; omnes qui piè volunt viuere in Christo IESV, persecutionem patientur. Mali autem homines, & seductores proficient in peius. Sed quandoquidem tentantur, non succumbunt tentationi: Et si interdum succumbant, citò resurgunt, dicente Psalmista[d]: Cum ceciderit iustus, non collidetur; quia Dominus supponit manū suam. Et propterea etiā dicit D. Augustinus[e]: quod nō meminerit mala morte periisse exercitum libenter opera pietatis. Quinimò impossibile est, pium ad malum finem deuenire. Nam si quælibet culpa, vt D. Gregorius, inquit[f], sequenti solet pia operatione purgari; quantò magis hæc facilè abstergitur, quæ mater boni operis pietas ipsa comitatur? Hæc enim rectissima vitæ norma est, & conuersationis optimæ disciplina[g]. Illa autem anima à Deo compūgitur,

Pietas est magnus quæstus.

a *Epist. 2. ca. 2. Deus pios de tentatione eripit.*

b *c. multi. 3. q. 1.*

c *2. ad Timoth. 3. cap.*

d *Psal. 36. gl. in c. si enim. in verb. sit tatione. de pœnit. dist. 2. Io. Montho. in prompt. vtr. iur. in verb. erubescere.*

e *vt refert Albric. in dictio. ad verb. pietas. & Io. Mot nho. in d. lib. ad verb. pius.*

f *lib. 18. in Iob. cap. 2.*

g *Chrysost. ho. 12. in epist. 1. ad Timoth.*

quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, [illegible]
doremque pietatis [a]. Hanc autem virtutem D. Paulus
omnibus nobis necessariã censuit, dum ad Timotheum
his verbis scriberet [b]: Obsecro primùm omnium [illegible]
obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actio-
nes pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro om-
nibus, qui in sublimitate constituti sunt, vt quieti, & [illegible]
tranquillam vitã agamus in omni pietate, & castitate.
Optarem autem vehementer, vt omnes, & singulos ec-
clesiastici in animum inducerent suum sibique pre-
sissimum haberent, hæc prædicta verba à D. Paulo [illegible]
esse scripta, atque assiduè nunc obsecrarent, [illegible]
postularent, & gratiarum actiones Deo offerrent [illegible]
omnibus hominibus, sed præsertim pro Philippo [illegible]
ge nostro catholicissimo, atque omnibus Religiosis
& ecclesiæ catholicæ Romanæ defensoribus, [illegible]
& tranquillam vitam in omni pietate & castitate [illegible]
possimus.

Clerici vsuris, aliisque turpibus lucris se immiscere non possunt.

CAPVT VI.

CVm inter secularia negotia numeretur negotium
iniustum, turpe lucrum, & quicquid appetitus [illegible]
mo plus iusto [c], indubiè vsuram quoque [illegible]
comprehendi consequitur. Quoniam igitur [illegible]
rici auaritiæ causa, turpia lucra sectantes, oblitis [illegible]
uini præcepti, quo dictum est [d]: Qui pecuniã suam [illegible]
dedit ad vsuram; meminerint à SS. Nicena Synodo [illegible]
tutum esse [e]; vt si quis inuentus fuerit vsuras [illegible]
vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari [illegible]
etiam species frumentorum ad sescuplum, omnino
tale aliquid conatus fuerit ad quæstũ, deiiciatur [illegible]
& alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Cui [illegible]
& illud Martini Papę [f]: Si quis oblitus timorem [illegible]
ni & sanctarum scripturarum, quæ dicunt [g]: Qui [illegible]
niam suam non dedit ad vsurã; post hanc cogni[illegible]
magni consilij fœnerauerit, vel centesimam [illegible]
aut ex quolibet negotio turpis lucri quæsierit, [illegible]
diuersas species vini vel frugis, vel cuiuslibet re[illegible]
do, vel vendendo aliqua incrementa suscepe[illegible]

a c. illa. de pœnit. dist. 2.
b epist. 1. cap. 2.
c ca. 1. ne cler. vel mon.
d Psal. 14.
e cano. 18. et c. quoniã. 14. q. 4
f in ca. si quis oblitus. 14. q. 4
g Psal. 14.

gulusio deiectus alienus habeatur à clero. Plerique negligentes præcepta legis, cùm dederint pecuniam negotiatoribus non in pecunia, vt D. Ambrosius inquit[a], vsuras exigunt, sed de mercibus eorũ tanquam vsurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid ex dicat[b]: Neque, inquit, vsuram escarum accipies, neque omnium rerum. Item esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcumque accedit sorti vsura est; & quod velis nomen ei imponas, vsura est. Item si quis conuiuium putat, ad negotiatorem mittit, ut absinthiaci cupellam deferat sibi gratis: ad cauponem dirigit, vt picenum vinum aut tyriacum requirat, ut lanium, vt hilam sibi procuret; ad alium vt sibi pernas adornet. Atque hanc præceptoris sui sententiam docet D. Augustinus[c]: Si, inquit, fœneraueris homini, id est, si mutuò dederis pecuniam tuam, à quo plus quàm dedisti, expectes; non pecuniam solam, sed aliquid plus quàm dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud: plus quàm dedisti expectes accipere, fœnaueris, & in hoc improbandus, non laudandus. Huc quoque pertinet & illud D. Hieronymi[d]: Putant quidam vsuras tantùm esse in pecunia; quod prohibens diuina scriptura, omnis rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias, quàm dedisti. Item alij pro pecunia fœnerata solent munuscula diuersi generis accipere, & non intelligunt scripturam vsuram appellare, & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint.

a *in lib. de Tob. cap. 14. et in c. plerique, 14. q. 3.*
b *Deuter. 23. Quicquid sorti accedit, vsura est.*
c *in psal. 36. et in c. 1. 14. q. 3. Qui plus quã dederit expectat, vsuras exigit.*
d *super Ezech. ad cap. 18. & in c. putat. 14. q. 3.*

Adiuc generalis concilij Turonensis decreuit auctoritas[e], vt nullus constitutus in clero vel hoc, vel aliud genus vsuræ exercere præsumat. Et si quis alicuius possessionem data pecunia sub hac specie, vel conditione, in pignus acceperit, si sortem suam (deductis expensis) de fructibus iam percepit; absolutè possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto possessio liberè ad Dominum reuertatur. Quodsi post huiusmodi constitutum ausu quisquam extiterit, qui detestandis vsurarum lucris

e *in cap. 1. de vsur.*

lucris insistat, ecclesiastici officij periculum pa[illegible] nisi fortè ecclesiæ beneficium fuerit, quod redi[illegible] ei hoc modo de manu laici videatur. Imò fru[illegible] pignoratæ computari debent in sortem[a]. Mu[illegible] rò ea mente, vt vltra sortem aliquid recipiat, [illegible] in foro animæ ad illud restituendum, si ex hoc [illegible] consecutus est, etiamsi nulla conuentio intercedit[illegible] Alexander autem III. clericos vsurarios si mo[illegible] desistant, ab officio & beneficio suspendendos [illegible] scripsit[c]. Et si nec tum desistant, degradandi [illegible]

An clerici possint esse tabelliones, seu notarij.

CAP. VII.

PRæterea, quia tabellionatus, seu notari[illegible] cium, genus quoddam negotiationis est, [illegible] traneum, atque alienum ab officio cle[illegible] ideo Innocentius III. Papa mandauit[e], illud [illegible] sacris ordinibus constitutis, per beneficio[illegible] ctionem, appellatione postposita interdicen[illegible] ne scilicet illud inter laicos, à quibus cõuersa[illegible] debet esse segregata, exerceant. In causis verò [illegible] sticis apud clericos illius exercitium ipsis perm[illegible] beneficium non habeant, aut illud sufficiens [illegible] eos alendum[f]. Si verò beneficium habeant, ex [illegible] uere possint, cùm hoc officium vile, & secular[illegible] dam genus negotiationis sit, ita vt ab eo se[illegible] dicantur[g]; & ob hoc etiã prohibeatur decu[illegible] profectò clericis beneficiatis, habentibus vnde [illegible] viuant, ab illo abstinendum est, suisque offic[illegible] siasticis, propter quæ data sunt illis beneficia, [illegible] re debent[i]. Nec consuetudo contra prædicta[illegible] centij constitutionem induci potest, nec indu[illegible] quia est contra ecclesiæ honestatem[k].

Cum autem ex notariorum imperitia plurim[illegible] na, & multarum occasio litium oriatur, potest [illegible] pus ex decreto sacri concilij Tridentini[l], quo[illegible] Notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut [illegible] ctoritate creati fuerint, etiam tanquam delega[illegible] Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum [illegible] tiam scrutari, illisque non idoneis repertis, [illegible]

[illegible] questus. de vsur. Vsura est lucri facere fructus rei pignoratæ.
b c. consuluit. de vsur.
c ca. præterea. de vsur. Pœna clerici vsurarij.
d Hostien. in d. c. 1. de vsur. & ca. si quis. oblitus. c. canonum c. quoniã. 14. q. 4.
e c. sicut. et ib. gl. & Hostien. & alij ne cler. vel mona.
f Inno. Io. An. Host. & Pan. in d. c. sicut. & Goffr. et Host. in sum. cod. tit.
g in c. 2 et ibi glo. de vsur. in 6. l. non enim. ff. de adoption. Panor. in d. ca. sicut.
h l. vniuersos, & ibi gl. C. de decur.
i ca. fin. de rescript. in 6 cap. generaliter. 16. q. 1. & c. reprehensibile. & c. conuenior. 23. q. 8. Pa. d. c. sicut
k arg. c. cum ab omni. et c. cum decorem. de vit. & hon. Io. An. et Panor. in d. cap. sicut te.
l sess. 22. de refor. cap. 10.

ficumque in officio delinquentibus, officij eius in negotiis, litibus, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi vsum perpetuò, aut ad tempus prohibere. Neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij suspendat. Debent autem, vt Hostiensis & Panormitanus tradunt [a], in principio sui officij iurare. Primò quod de his, quæ videbunt, & audient, & requisiti fuerint, sine diminutione veritatis, & commistione falsitatis conficient instrumentum [b]. Ideo si requisiti non conficiunt instrumentum, periuri sunt. Similiter si falsitatem commiscent [c]. Secundò, iurant, quod secreta ipsis ex iusta causa iniuncta celabunt. Quodsi parti aduersæ attestationes, antequam sint publicatæ, pandant, periuri quoque dicuntur, & pœna falsi tenentur [d]: aliàs cùm sint personæ publicæ, debent palàm, & non latenter conficere instrumenta [d]. Tertiò, super vsurario contractu, vel sub fraudem inito, vel alio quocumque illicito, quod nullum conficient instrumentum, alioqui periuri & infames efficiuntur, debentque puniri, & ab officio deponi, seu remoueri [f]. Quartò, quod de omnibus instrumentis, quæ conficiunt, tenebunt penes se protocollum (vt vocant [g].) Quintò, quod erunt fideles illi, à quo fuerint constituti. Et si scirent damnum illius tractati, illi reuelabunt per se, vel alium certum nuntiũ [h]. Sextò, quod officium istud ipsis iniunctum cupiditate, amore, odio, & timore remotis, in omnibus, & per omnia secundum bonam consciẽtiã fideliter exequentur [i]. Est autem hoc officium institutum, & inuẽtum, vt contractus legitimi ad cautelam præsentium, & memoriam futurorum, manu publica notarentur, ne eorundem obliuio induceretur [k]. De horum officio vide aliquot constitutiones in Synodo Mediolanensi part. 2.

An clericis permittenda sit venatio. CAP. VIII.

INter negotia secularia clericis prohibita numeratur & istud [l]; Canes, & aues sequi ad venandum: nec id iniuria. Nam alibi iure pontificio cautum, & statutum est [m], vt Episcopum, presbyterum, aut diaconum canes aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non liceat. Beatus verò Iuo ad ostendendum, quod

a *in d. c. sicut.*
b *arg. c. ad audientiã. de præscript. Specul. l. 2. de instrum. edit. §. restat. Notariorũ iuramentum.*
c *arg. c. testimonium de test. l. si aliquid. C. de suscept. Præpo. & arcar.*
d *Bald. in l fin. C. de eden. Archid. in c. sicut. dist. 16.*
e *arg. c. 1. & ibi gl. vt eccles. ben. sine diminu. conf.*
f *arg. l. iubemus, et ibi Bar. C. de sacros. eccle. Archid. in d. c. sicut. dist. 16. & in c. non licet. dist. 10.*
g *arg. ca. quoniam, et ibi gl. et DD. de probat. & Spec. d. loco de instru. edit. §. instrumentum.*
h *Specu. d. loco. de instr. edit.*
i *arg. c. cũ dilecta. de cõfirm. vtil. Hostiẽ. Io. And. & Pan. in d. c. sicut te.*
k *Spec. d. loco. de instru. edit. §. restat.*
l *d. c. 1. ne cler. vel mona.*
m *in c. 1. de cle. vena. Iuo; par. decr. cap. 366.*

quod Episcopus vel clericus nullo modo venationi debeat insistere, hæc ex rescripto Nicolai Papæ ad Alanum Archiepiscopum adfert verba[a]: Quorundam relatione fidelium auribus nostris intimatum est, quod Lanfredus Episcopus, qui & iuuenis dicitur, venationi sit deditus. Quod vitium plurimos, etiam de clericali catalogo, genere dũtaxat Germanos & Gallos inuenientes implicat. O miseram vitam hominum, & maximè sacerdotum, qui dum lucrandis fidelibus debent insistere, venandis feris incumbunt, & quos capere oportet homines, capiunt aues, & bestias, qui dum moribus student animantium, vitam suarum amittunt amarum. O infelicem vitam super omnem vitam, in quo magis quisque carnalis apparet, quam in vita? Venatorum enim vita nil præter carnis, in qua dum quisque permansit, nunquam probatur. Nam vt B. dixit Hieronymus[b], venatorem nunquam legimus sanctum. Væ huiusmodi Præsulibus, quibus debent Petrum, Andræam, Iacobum, & Ioannem, quibus à Domino dictum est[c]: Venite post me, faciam (piscatores hominum) ad imitationem suam eligere, quorum & discipuli sunt, magis Nemroth & Ismaelem, atque Esau reprobos imitantur, qui huiusmodi inuentionibus incubuisse referuntur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum Episcopis, & sufraganeis tuis conuocare concilium, & hunc salutaribus quiis Episcopum conuenire, atque illi pastorali auctoritate præcipere, quatenus ab omnium bestiarum volucrum venatione penitùs alienus existat. Quod parere cõtempserit, & pro venationis declinatione bis admonentibus obedire distulerit; à vestro cœtu excõmunicatus abscedat. Quodsi in hoc contumax huc apparuerit, à ministerio cessare debebit.

Præterea, quia suprà diuersis in locis demonstratum est, Canonicos, aliosque beneficiatos, debere sua officia per se in ecclesia decantare, eò nunc detestabilis est ipsorum venatio, quòd illam non sine maximo populi scandalo, & diminutione cultus & officij diuini ciant. Quis enim putet illum iustum, & legitimum fructuum, redituum, prouẽtuum sui beneficij, ac

a par. 5. decret. cap. 153. c. quorundã dist. 34.

Deplorat hic papa clericorum venationem.

Venatio vita infelicissima.

Venatorẽ nunquam legimus sanctum.

b In psal. 90. & in c. Esau. dist. 80.

c Matth. 4. ca. & Marci. 1.

tionum chori possessorem, qui primo diluculo non ad ecclesiam causa diuini officij illic peragendi vadat, propter quod habet beneficium; sed surgens, congregat seruulos, disponit retia, canes producit, saltus, siluasque perlustrat? Seruulos secum pertrahit (fortasse magis ad ecclesiam propensos & festinantes) & voluptatibus suis peccata accumulans aliena, reum se tam de suo delicto, quàm de perditione seruorũ facit[a]. Quid autem censendum de illis, qui famulos suos & alios, etiã Dominicis ac festis diebus ad venationem seducere non erubescunt, neque verentur? Animaduertant, quæso, illi quid D. Augustinus dixerit[b]: Obseruemus, ait, diem Dominicam fratres, & sanctificemus illam, sicut antiquis præceptum est de Sabbato, dicente Legislatore; A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Videamus ne otium nostrum vanum sit, sed à vespera diei Sabbati vsque in vesperam diei Dominicæ, sequestrati à rurali opere, & ab omni negotio, soli diuino cultui vacemus. Sic quoque sanctificamus ritè Sabbatum Domini. Veniat ergò, cuicumque possibile est, ad vespertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu ecclesię pro peccatis suis Deum. Qui verò hoc non possit, saltem in domo sua oret, & non negligat Deo soluere votum, ac reddere pensum seruitutis. In die verò nullus se à sacra Missarum celebratione separet, neque otiosus quis domi remaneat, cæteris ad ecclesiam pergentibus, neque in venatione se occupet, & diabolico mancipetur officio, circumuagando campos, & syluas, clamorem & cachinnum ore exalans, non gemitum, nec orationis verba ex intimo pectore ad Deum proferens.

Suprà quoque quia dictum est, clericos debere esse nobis, certè venari non possunt. Nam per hoc non pij, sed mali, & impij esse dicentur. Siquidem vt D. Hieronymus ait[c], Esau venator erat, quoniã peccator erat: & penitus non inuenimus in scripturis sanctis, sanctum aliquem venatorem: piscatores inuenimus sanctos. Itaque intolerabilis etiam videtur ille abusus, quo ab ecclesiasticis quibusdam D. Hubertus, quondam Leodiensis primus Episcopus, tanquam venatorũ patronus colitur,

a c. an putatis. dist. 86.

b serm. 251. de temp.

c in psal. 90. et in c. Esau. dist. 86.

colitur, in hisce præsertim prouinciis Belgicis; dum in festo ipsius magna solēnitate exteriori missam in ipsius quasi honorem, & memoriam celebrari curant, & ad offertorium canes suos venaticos secum adducunt, vt inter tremenda ista mysteria videre sit maximum canum inter se colludentium, vel pugnantium inuentiam, & latratibus suis in ecclesia perturbare omnia. Quod quàm sit Deo ingratum, & contrarium, Christus ipse suo opere demonstrauit, cùm facto de funiculo flagello, omnes vendentes, & ementes in templo, & boues, & columbas, eiecit, & numulariorum mensas, atque æs effudit, atque subuertit, dicens: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domus negotiationis: scriptum est enim: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum[a]. Si enim ea, quæ licitè [illegible] debantur in templo, & ad hoc emebantur, vt in templo offerentur Domino, ipse sic foras eiecit, quæso de hac canum, & venatorum insolentia, [illegible] irreuerentia in extremo iudicio dicturus est? quam [illegible] Prælatorum, & pastorum in hoc abusu conniuentia, & tolerantia pronuntiabit sententiam? Si enim [illegible] locus angelorum, locus archangelorum, regia [illegible] lum ipsum est, vt D. Ioannes Chrysostomus [illegible] profectò indignum planè, ne dicam impium [illegible] videtur huiusmodi in ecclesia tolerare abusum. [illegible] quidem hic nihil aliud, quàm sancta sonare decet [illegible] si domus Dei domus orationis vocatur, hoc debet [illegible] quod dicitur; nec ibi aliud geri, aut recondi, [illegible] tres in concilio Turonensi declararūt[c]. Vbi [illegible] pus Domini consecratur, ibi angelorum præsentia [illegible] dubitatur adesse. Vbi sanctorum reliquiæ [illegible] venerantur, ne quid inhonestum appareat, quod [illegible] los ad orationem venientium offendat: ne quid [illegible] deatur, quod ad lucrum temporale pertineat. [illegible] nia sancta, omnia munda, & tantummodo ad [illegible] sticum ministerium pertinentia. Vtinam istorum [illegible] trum super hoc abusu possemus nunc audire [illegible] & sententiam. Patres verò in concilio Rhemensi [illegible] pressè quoq; statuerunt, referēte B. Iuone[d], vt [illegible]

a *Matth. 21. c. & Io. 2. cap. Burchar. lib. 3. decret. cap. 84.*

b *hom. 36. in epist. 1. ad Corinth.*

c *cap. 3. et Burchar. lib. 3. decret. cap. 85.*

d *par. 3. decr. cap. 2.*

domusque Dei à populis, iuxta dignitatem honoretur; canibus peruia non sit. Secularia iudicia, negotia, vel ranniloquia in ea non exerceantur. Quia domus Dei domus orationis debet esse, non spelunca latronum. Concilio verò Mediolanēsi expressè statutum est [a]; nemini cū venaticis canibus, vel volucribus in ecclesiam ingredi licere; & si ibi inueniantur, ab ostiario expelli debere, finito autem prædicto venatorum sacro, in honorē, vt aiunt, D. Huberti celebrato, & hilariter sumpto conuiuio, omnes simul venatores venatum tunc abeunt, cornibus, tubis, & clamoribus perstrepentes, & conturbantes plateas, siluas, atque saltus. Inde reuersi comessatum veniunt lætabundi, præsertim, si quam prædam retulerint; & noctem sequentem cornibus, tubis, & poculis ebibendis maxima cum lasciuia traducunt insomnem. Et hæc omnia, proh dolor, in honorem & memoriam, vt aiunt, sancti Huberti: quæ illud, quod D. Augustinus ad Aurelium Episcopum his verbis scripsit [b]: Comessationes, & ebrietates concessæ, & licitæ putantur, vt in honorem beatorum martyrum non solùm per solennes dies, (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non oculis inspicit?) sed etiam quotidiè celebrētur. Quæ foeditas, si tantùm flagitiosa & non etiam sacrilega esset, quibuscumque tolerantiæ viribus sustentandam putaremus; cùm tamen persuasissimum nobis habeamus, exnulla historia authētica demonstrari posse D. Hubertum venationi operam dedisse postquam à D. Lamberto piis monitionibus, & exhortationibus adductus ad militiæ renūtiationem, reliquisset curiam, & aulam Ducis Puppini. Sed cùm in Tongrensi paroeciali adhuc paganus versaretur, ipsi venanti Christum inter cornua cerui apparuisse legitur [c], & ab eo ad D. Lambertum missum fuisse. Quod autem dicitur de sancto Eustachio, illum post sui ad Deum conuersionem venatorem fuisse, nec hoc de illo credere possumus vemente. Quandoquidem Simon Metaphrastes, cuius multa in historiis ecclesiasticis est authoritas, & filius scribit quoque illum, dum adhuc paganus esset, in venatione per apparitionem imaginis crucifixi inter

Canes in ecclesia permittendi non sunt.

a *an. Dn. 1566 parte 2. tit. de ostiario. & tit. de eccles. et earum cultu.*

Venatores quomodo festū D. Huberti sui (vt aiunt) patron. celebrent.

b *epist. 64. & c. 1. dist. 44.*

An D. Hubertus & Eustachius post sui conuersionem venatores fuerint.

c *apud Molanum in iudice sanctor. Belgij.*

cornua cerui conuersum, sed postea nunquam eum venatum esse narrat. Itaque verisimilius est illum sanctitatem sibi non conciliasse venatione, sed de illa tum ante conuersionem sui, & sanctitatem fecerat, poetentiam egisse; nec illum venatorem ex hac vita decessisse [a].

Quare non temerè, neque iniuria omnibus Deo uis, seu clericis venationes, & siluaticæ vagationes cum canibus; & accipitres, aut falcones habere pontificio [b], & à Sancta Tridentina Synodo [c] sanctum est. Quod si Episcopus in hoc deliquerit, mensibus à communione: si presbyter, duobus conus, ab omni officio suspendendus est [d]. Diacono verò puniendo, idem quod de diacono dum est. Alij verò inferiores clerici pro arbitrio perioris puniendi veniunt [e]. Si verò prædicti moniti seu correcti à venatione cessare nolent, poni poterunt, non tam propter venationem, eorundem inobedientiam [f]. Adeò autem clericis sertim in ordine aliquo sacro constitutis est venatio, quod huic prohibitioni per contrariam suetudinem derogari, seu præscribi non possit rum si necessitas famis clericos vrgeret, aut si lupi, aut similes bestiæ vineas, aut segetes starent, tunc à venatione excusari possunt. Sic vel fructus quorundã beneficiorum in feris consi sicuti in quibusdam prouinciis, tum illarum sionem seu capturam per alium potius fieri quàm vt ipsimet capiant; propterea quòd venat Hostiensis inquit [h], vix sine peccato fiat. Canonicis regularibus, & aliis monachis à Papa quinto in Concilio Viennensi statutum venationibus, & aucupationibus omnes semper neant, nec eis interesse, vel canes, aut aues per se, vel alios tenere præsumant, nec à fam secum morantibus teneri permittant, nisi fo ria, vel garenas proprias, vel ius venandi in berent, in quibus cuniculi, vel feræ aliæ for quo casu hoc eis permittitur; dum tamen intra steria, seu domos, quas inhabitant, aut com

a *glos. in ca. 1. dist. 34. & in c. Esau. dist. 86. Hostiē. in sum. de cler. venat. Panor. in d. c. 1. de cler. venat. Io. Monthol. in prõpt. vtri. iur. ad verb. venat.*

b *d. c. 1. ne de. vel mo. & d. c. 1. & 2. de cler. venat.*

c *sess. 24. de reform. cap 12.*

d *d. c. 1. et ibi Hostien. de cler. venat Ino par. 6. de re. c. 288.*

e *Hostiē. in d. c. 1. arg. c. miramur. de seru. nõ ordin. et Io. And. in d. c. 1.*

f *Archid. in c. 1. dist. 34. & ibid. Præp. Auan. in d. c. 1. de cler. venat.*

g *Diaz in pra. crim. canon. c. 61. alleg. Host. & Auan. in c. 2. de cler. ven.*

h *in sum. de cler. venat. Vide Archidiac. in c. quorundã. dist. 34.*

i *idem 1. de sta. monach. vel Canon. regul.*

us venaticos canes non teneant, nec venationi præsentiam exhibeant personalem. Qui verò recreationis causa, ad excitandum appetitum, seu naturalem calorem, licitam sibi putant venationem; hoc friuolum planè esse videtur. Nam si clerico pauperi ad quærendum victum illam facere permissum non sit [a], propterea quòd alia ratione, honesto scilicet artificiolo illum sibi parare possit [b]. Certè ad excitandum calorem naturalem, vel etiam appetitum, non est quod illi clericorum venatio permittatur; quandoquidem id illum aliis diuersis, & honestis modis, atque exercitationibus excitare possit: vtpote deambulando, fabricando, aliorto fodiendo, vel quid aliud simile extra tempora diuini officij faciendo [c].

Canonici regulares & alij monachi venationi personalē non possint exhibere præsentiam.

a *Sylvest. in sum. in verb. venatio.*

b *c. clericus. 1. & 2. et c. presbyter. dist. 91. & c. 1. & ibi glo. & DD. de celebrat. missa.*

c *iuxta iura supra alleg.*

Sunt & alia venationum genera, quæ clericis inhibita esse nemini dubium est: quædam enim est hominum oppressiua, siue violenta: de qua Nemroth dicitur fuisse robustus venator coram Deo, id est, hominum oppressor, & extinctor, quos ad turrim ædificandam illexit [d]. Alia est adulatoria, qua vtuntur histriones, & similes, qui verbis adulatoriis laudant homines de bono, quod illos non habere sciunt, quibus illos capiunt, sicut in venatione capiuntur bestiæ. De quibus D. Augustinus scribens [e]: Donare, inquit, res suas histrionibus vitium est immane, non minus, & scitis de talibus, quàm sit frequens fama cum laude, quia laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Rursus idem: Qui venatoribus donant, non hominibus donant, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non ei donares. Honoras in eo quod homo, non naturam. Vident quidem homines venatores, & delectantur. Væ miseris, si se non corrigant. Qui enim venatorem vident, & delectantur, non desiderant Saluatorem, & tristabuntur. [g] Tertia verò est mercenaria, cùm quis salario accepto cum bestiis, siue indomitis pugnat; qui & infamis per hoc efficitur [h].

Alia venatoria genera.

d *c. fin. dist. 6.*

e *in c. donare, dist. 86.*

f *in c. qui venatoribus, d. dist. 86.*

g *in c. vident. d. dist.*

h *l. 1. ff de postul. Host. 10. And. Vano. in d. cap. 1. de cler. venat. Goffred. et Host. in sum. cod. tit. Io. Mōthol. in prompt. utr. iur. ad verb. venatio.*

De sortilegis, & sortibus, eorumq; diuersis generibus.

CAPVT IX.

Sortilegi.
a cap. 1. 26. q. 1.

SVnt autem sortilegi, qui, vt B. Isidorus de[illegible] sub nomine fictæ religionis per quasdam (quas sanctorum seu Apostolorum vocant) sortes [illegible]nationis scientiam profitentur; aut quarumcumq; [illegible]pturarum inspectione futura promittunt. Sortes [illegible] propriè dicuntur, cùm aliquid fit seriò ab hom[illegible] vt eius euentu considerato, id quod occultum est [illegible]tescat[b]. Et hæ triplices sunt: Aliæ enim sunt di[illegible] vt cùm earum iudicio quæritur, quid cui sit ad[illegible]dum; siue illud sit res possessa, siue honor, [illegible] pœna, vel actio. Ad hoc autem vt licitæ hæ [illegible]ritur quod prudenter fiant, & sine periculo [illegible] boni, vel iustitiæ; vt cùm homines super re [illegible]sa conuenire, & concordare non possunt, [illegible] fortunæ exponentes sortibus committunt; in [illegible] videtur esse vitium nisi fortè vanitatis; illud [illegible] necessitate, vel cum animi leuitate facientes[c].

Sortes.

Triplices sunt sortes.
Diuisoriæ sortes.
b Thom. 2. 2. quæst. 98. art. vlt. Archid. in c. sors. 26. q. 2.

Aliæ sunt sortes consultoriæ, quando expectatur [illegible]dicium à Deo, eum quasi consulendo, quid [illegible] sit ex euentu sortium. Quod vt licitè & rectè [illegible]quiritur, vt propter necessitatem fiat, & quod [illegible] atque ratione humana fieri non possit, [illegible]tentare Deum, quod non licet[d]. Tum vt etiam [illegible] huiusmodi necessitate summa cum reuerentia, [illegible]gna cum deliberatione, atque præmissa oratione [illegible] exemplo Apostolorum, qui non nisi collecto [illegible] cœtu, & precibus ad Deum fusis hoc egerunt[e]. [illegible] quod pro negotio spirituali fiant & non secula[illegible] diuina oracula ad terrena negotia conuertenda [illegible] sunt, dicente D. Augustino[f]: Hi qui de pagi[illegible]gelicis sortes legunt; & si optandum est, vt [illegible] faciant, quàm ad dæmonia consulenda concurrat [illegible]men ista mihi displicet consuetudo, ad negotia [illegible]ria, & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula [illegible] conuertere. Quartò, ne in ecclesiasticis elec[illegible] fiant, quæ ex Spiritussancti inspiratione fieri [illegible] Nam in his sortibus vti cùm multa reprehensi[illegible]gnum sit, Honorius Papa III, perpetua prohi[illegible]

Consultoriæ sortes.
c Tho. et Archid. dd. locis. Caieta. et Fum. in sum. ad ver. sors.
d arg. c. quæritur. 22. q. 2. & ca. si nulla. 23. q. vlt. Archidia. in d. ca. sors.
e c. non exemplo. 26. q. 2.
f in epist. 119. ad Ianu. & ca. hi qui. 26. q. 2.

In electionibus non est vtēdum sortibus.

damnauit[a]. In temporalibus verò, seu sæcularibus dignitatibus, quæ ad terrena disponenda ordinantur permittitur, obseruatis supradictis, vt in eorum electione sortibus vtantur; sicut in temporalium rerum diuisione. In aliis autem casibus non prohibitis, si necessitas immineat, licitum videtur cum debita reuerentia sortibus diuinum iudicium implorare. Vnde D. Augustinus ad Honoratum scribens[b]: Si, inquit, inter Dei ministros fit disceptatio, qui eorum persecutionis tempore maneant (ne fuga fiat omnium) & qui eorum fugiant, ne monte omnium deseratur ecclesia: Si hæc disceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant sorte eligendi sunt. Sortes diuinatoriæ sunt, cùm inquiritur cognitio futurorum eventuum, vel præsentium, aut præteritorum occultorum non à Deo, neque à fortuna, aut natura, sed à diabolica suggestione expressè, vel implicitè[c]. Et huiusmodi sortes omnibus Christianis ac præcipuè clericis sunt interdictæ. De quibus Leo Papa IIII. scribens Episcopis Britanniæ dicit[d]: Sortes, quibus cuncta vos vestris discriminatis prouinciis, quas patres damnauerunt, nihil aliud quàm diuinationes & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omninò damnari, & inter Christianos vltrà nolumus nominari: & ne exercentur anathematis interdicto prohibemus. Hos enim tanquam inimicos Christi insequendos D. Gregorius declarauit his verbis cuidā Notario[e]: Peruenit ad nos, quòd quosdam incantatores, atque sortilegos fueris insecutus: & omninò nobis solicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. Studij enim tui sit solicitè quærere, & quoscumque huiusmodi inimicos inueneris, districta vltione corrigere.

Harum sortium secundum propria obiecta, & materias multæ sunt species. Nam si expressè dæmones inuocentur, solent variis modis consulentibus respondere. Primò per præstigium, fictis & simulatis apparitionibus se aspectui, & auditui hominum ingerentes. Secundò, per somnia, quorum obseruationem Deus in vetere lege expressè prohibuit[f], nisi fortè à Deo alicui per somnium reuelatio aliqua fiat, de qua post somnium

a *c. fin. & ibi glos. et DD. de sortileg. Archid. in d. cap. sors.*

b *epist. 180. Persecutionis tempore quomodo clericis sorte vtendum sit.*

Diuinatoriæ sortes.

c *Thom. et Archid. dd. locis. Io. Monthol. in prompt. vtr. in. ad verb. sort. Vigue. in opti. ad Christ. theol. cap. 5. §. 6. vers. 4.*

d *c. sortes. 26. q. 5.*

e *epist. 47. lib. 9. c. peruenit. 26. q. 5.*

f *Deut. 18. cap. 2. Diuinatoriarū sortium multæ sunt species, de quibus vide Alphons. Aluarez in Thesauro Christianæ religio. cap. 60. Concil. Mediola. part. 1. tit. de magic. artib.*

in vigilia certior fiat, quod non fit, dum ex dæmonum illusione prouenit. Tertiò, per mortuorum apparitionem[a]. Quartò, per homines viuos habentes spiritus, siue dæmones familiares. Quintò, per aliquas figuras vel signa, quę in rebus inanimatis apparere [illegible] quod etiã quatuor fere fit modis: in terra scilicet, aqua, aëre, & igne. Et secundum hæc sua sortiuntur nomina.

Si verò dæmones non inuocentur expressè, [illegible] præter intentionem, & opinionem hominum [illegible] tè ingerunt ad prænuntiandum futura, vel iudicia, & interpretandum præsentia hominibus occulta, ignota, quod variis quoque modis faciunt. Primo tem hæc præstant per astrologos, qui geneses, [illegible] uitates hominum per duodecim cæli signa [illegible] syderumque cursus, & quomodo se illa habeant [illegible] quisque nascitur: ex quibus nascentium mores [illegible] & euentus prædicere conantur[c]. De quibus D. [illegible] stinus scribens[d]: Sunt, inquit, qui olim [illegible] propter natalium considerationes dierum vocabula, nunc autem vulgo Mathematici vocantur. [illegible] ipsi, quamuis veram stellarum positionem cum [illegible] nascitur consectentur, & aliquando etiam [illegible] tamen quod inde conantur vel actiones [illegible] actionum euentus prædicere, nimis errant. [illegible] alibi[e]: Illos planetarios (quos Mathematicos [illegible] planè consulere non desistebant: quòd quasi [illegible] eis sacrificium, & nullæ preces ad aliquem [illegible] diuinationem dirigerentur: quod tamen Christianæ vera pietas expellit, & dãnat. Secundò, per voces [illegible] aut quorumcumque animalium; & hoc augurium [illegible] cant[f]. Tertiò, per motus, vel per saltus membra animalium occisorum, & hoc vocant auspicium [illegible] quæ iter facientes in auibus obseruant[g]. Quartò [illegible] verba hominum absque intentione dicta, & hoc [illegible] tur omen. Quintò, per figuras, & lineas in [illegible] porrectas, & hanc diuinationem chiromantiam [illegible]

Huc etiam referendæ sunt ligaturæ execrabilis [illegible] mediorum quæ medicorum quoque disciplina [illegible] nat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam [illegible] quas characteres vocant, siue in quibuscumque [illegible]

a c. nec mirum. 26. q. 5. Thom. & Viguer. dd. locis.

b Hostien. & Goffre. in sum. tit. de sortil. d. ca. nec mirum. Syluest. in sum. ad verb. superstitio.

Quibus modis dæmones futura prædicere conentur.

Astrologi.

c c. 1. 26. q. 3. & 4. Genethliaci & Mathematici.

d lib. 2. de doctri. Christ. ca. 23. & c. illud. 26. q. 2.

e lib. 4. confession. cap. 3. c. illos. 26. q. 2.

f c. 1. 26. q. 3. & 4. & d. c. nec mirum.

Augures.

Auspices.

g d. c. 1.

Ominatores.

Chiromãtici.

Physici.

pendendis, atque ligandis, vel etiam saltandis quodam modo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, quę eminentiori nomine, vt D. Augustinis, inquit, physicam vocant[a]. In quibus omnibus ars dęmonũ est, ex quadam pestifera societate hominum, & angelorum malorum exorta. Vnde hæc cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda. His enim portentis per diabolorum fallacia illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire, quod nulla ratione competit eis inuestigare. Hæc potestas immundis spiritibus ideo datur, vt seductos sibi aprent, hoc est, prauos homines seducãt, dignos scilicet, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio, iuxta Pauli sententiam[b]: Sanam doctrinam non sustinent, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur; onerati peccatis ducentur variis desideriis: semper discentes, nunquam ad scientiæ veritatem peruenientes.

a *d. cap. 23. de doct. Christ. et d. c. illud.*

b *2. Tim. 4.*

Si quis autem opponat, & dicat: Quomodo eueniũt ea, quæ illi diuini prædicunt futura? aut quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ virtutis ac potestatis non habeãt? Hoc recipiat responsum; quod ideo quisquam non debet eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, aut lædere sanos, quia hoc permissu Dei fit, vt ipsi, qui hæc audiũt, ea videant, probentur, & appareant; qua fide sint, vel deuotione erga Deũ, sicut in Deuteronomio legitur[c]: Moyses ex verbo Dei populo præcepisse ita dicens: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium dixerit se vidisse, & prædixerit signum, atque portẽtum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoramus; & seruiamus eis: Non audies verba Prophetæ, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. In toto corde vestro, & in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequamini; ipsum timete; mandata eius custodite; &

Obiectio.

Solutio. Cur Deus permittat dæmones interdũ vera prædicere, vel occulta reuelare, aut ægros sanare, vel sanos lædere.

c *cap. 13. Deut.*

audite vocem illius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Vbi sanè intelligi voluit, etiam illa, quæ à diuinatione non secundum Deum dicũtur, si acciderint quæ dicuntur, non sunt sic accipienda, vt fiant quæ prædicuntur ab eis, nec colantur, quæ coluntur ab eis. Non potest suam potestatem Deus ostendit esse, quod ista omnia gunt: sed quasi quæreretur, cur ea permittat, cum tentationis exposuit, ad cognoscendam vtique eam dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum tu-

a d. c. nec mirum. 26. q. 5. Natura dæmonum.

Deinde sciendum hãc esse naturam dæmonum, vt mine sensus & celeritate motus multò ante prænuntiant quæ homines præ sensus terreni tam mirentur. Accessit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum maior experientia, quàm potest hominibus pro breuitatem vitæ prouenire. Præterea sciendum los ea plerumque prænuntiare, quæ ipsi faciunt. Accipiunt enim sæpe potestatẽ & morbos immo di, & ipsum aërem vitiando morbidum reddendo peruersis, atque amatoribus terrenorum commo malefacta suadendi: de quorũ moribus certi sunt, sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent mitis, & inuisibilibus modis per illam subtilitatem pora hominum non sentientium penetrando, & gitationibus eorum per quędã imaginaria vita do siue vigilantium, siue dormientium. Aliquando tem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus tura prænoscunt (quæ signa in hominum sensibus non possunt) ante prædicunt. Neque enim quia uidet medicus quæ præuidere nescit eius artis ideo diuinus habendus est. Quid autem mirũ, si admodum ille corporis humani perturbata, vel ficata temperie, seu bonas, seu malas futuras valetudines: sic dæmones in aëris affectione

Medicus ex sua præuidẽtia seu prædictione nõ est diuinus habendus.

nobis ignotas, futuras præuident tempestates quando etiam hominum dispositiones non solum prolatas, verumetiã cogitatione conceptas, cum quædam ex animo exprimuntur in corpore, hoc litate perdiscunt; atque hinc etiam multa futura nuntiant: aliis videlicet mira, qui ista dispos

Quomodo dæmones interdũ hominum cogitationes cognoscunt.

nuerunt. Fallunt, & studio fallendi, & inuida voluntate hominum errore lætantur[a]. Qui ergo sine Saluatore salutem vult habere; & sine vera sapientia æstimat se prudentem fieri posse; non sanus, sed æger; non prudens, sed stultus in ægritudine sua laborabit, & in cæcitate noxia stultus, & demens permanebit; ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & magicis artibus, vel ab ipsis dæmoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est, quàm vita; & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt[b].

His adiunguntur, iudicio, & sentētia D. Augustini[c], milli inanissimarū obseruationū; Si membrū aliquod fallit, si iunctim ambulantibus amicis, canis, aut lapis, aut puer medius interuenerit. Hinc sunt etiam illa: Limen calcare, cùm ante domum suam quis transit; ad lectum; si quis cùm se calceat, sternutauerit; ante domum, si procidens offenderit, vel si vestis à fortibus roditur. Quis autem existimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tempora: sicut obseruant, qui certis diebus siue, mensibus, siue annis volunt, & nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum, fausta, vel infausta existiment tempora; nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pēsaremus, qui talibus ait[d]. Timeo ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Quod quamuis tanta celebritate, atque auctoritate per orbem terrarum in ecclesiis legatur, plena sunt tamen cōuenticulis nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à mathematicis accipiunt[e]. Quocirca & Martinus Papa statuit[f], vt non liceat iniquas obseruationes agere calendarum, & otiis vacare; neque lauro, aut viridibus arborum cingere domos: Omnis enim hæc obseruatio paganorum est. Si quis autem calendas Ianuarij, vel paganorum colere, vel aliquid plus noui facere prouenit nouum annum, aut mensas cum lampadibus, vel cibis in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantes, & choros ducere pręsumpserit, anathema esse Zacharias Papa definiuit[g].

De his obseruationibus D. Augustinus verba faciēs[h]:

a c. sciendum. 26. q. 4.

b ca. qui sine. 26. q. 2.

c cap. 23. lib. 2. de doct. Christ. & c. illud. 26. q. 2.

Magnum peccatum est dies obseruare.

d Galat. 4.

e August. in enchi. cap. 79. & super epist. ad Galat. c. 4. & c. quis existimaret. 26. q. 7.

f ca. non licet. 27. q. 26. Calēdæ Ianuarij quomodo coli prohibeātur.

g c. si quis calendas. 26. q. 7.

h in c. non obseruetis. 26. q. 7.

Non obseruetis, inquit, dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut calendas Ianuarij, in quibus cantilenæ quædam, & comessationes, & ad inuicem dona donantur, quæ in principio anni boni fati augurio; aut aliquos meses, aut tempora, aut dies, & annos, aut lunæ solisque cursum: quia qui has, & quascumque diuinationes, ac fata, aut auguria obseruat, aut attendit; aut consecut obseruātibus, inutiliter & sine causa magis ad sui dominationem, quàm ad salutem tendit: siue qui per [illegible]dam numeros literarum, & lunæ, & per Pythagoram necromantiam, ægrotantium vitam, vel mortem prospera, vel aduersa futura inquirunt: siue qui [illegible]dunt somnialia scripta, & falsò Danielis nomine [illegible]tulata; & sortes, quæ dicuntur sanctorum Apostolorum; & auguria auium; aut aliqua pro domo [illegible] aut propter coniugia copulanda; aut in collectione herbarum carmina dicunt; aut pyctaciola pro [illegible] infirmitate scripta super homines & animalia [illegible] præter symbolum, & orationem Dominicam [illegible]gicis falsitatibus, & grandinariis tempestatibus [illegible]

Quā grauiter magicis credentes, vel eos consulentes peccēt.

Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domū [illegible]tes, aut suis domibus introducunt, & interrogant [illegible] se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, [illegible] vt paganum, & apostatam, id est, retro abeuntem [illegible] Dei inimicum, iram Dei grauiter in æternū incurrisse nisi ecclesiastica pœnitētia emēdatus Deo recōcilietur.

a 1. Corint. 10.

Dicit enim Apostolus[a]: Siue manducatis, siue [illegible] siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri [illegible] s v Christi facite, in quo viuimus, mouemur, & [illegible]

Clerici sortilegi, vel consulentes sortilegos qua pœna [illegible] afficiendi. CAP. X.

QVoniam ex dæmonum consultationibus [illegible] prædicere, vel præsentia, aut præterita [illegible] quæ naturali ratione cognosci non possunt [illegible] diaboli suggestione interpretari, seu alia sortilegia [illegible]ercere, quoddam idololatriæ genus est, diuinitatis [illegible] creaturis attribuendo, rectè à Patribus in cōcilio [illegible]thensi constitutum est[b], vt clerici siue laici [illegible] auguriis, & qui sub nomine fictę religionis per [illegible] sanctorum Patrum sortes vocant, diuinationis [illegible]

b cap. 42. et c. aliquanti. 26. q. 5.

nobientur; aut quarumcumque scripturarū inspectio-nibus nra promittunt, vel qui hos consulere audent, ab ecclesia habeantur extranei. Cui consonat & illud con-cilij Aurelianensis 1 [a]: Si quis clericus, monachus, vel secularis diuinationes, vel auguria crediderit obseruan-da, vel sortes (quas mentiuntur esse sanctorum) quibus-cumque putauerint imitādas, cum his, qui cū eis credi-derint, ab ecclesiæ cōmunione pellantur. Et in cōcilio 4. Carthaginensi [b]: auguriis, & incantationibus seruiēs, similiter Iudaicis superstitionibus, vel feriis inhærens, à cœtu ecclesiæ separādus præcipitur [c]. Deinde D. Au-gustinus, referente Gratiano [d], voluit, vt fideles sacer-dotes admonerent populos suos, quò nossent magicas aut incantationes, quibuslibet infirmitatibus homi-nibus remedij posse cōferre: non animalibus lāguen-tibus, claudicantibusue, vel etiā moribundis quicquam nocere; sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis; quibus ille perfidus genus humanū decipere nititur. Et si quis hoc exercuerit; clericus degradetur; laicus ana-thematizetur. D. verò Gregorius huiusmodi idolorum cultores, aruspices, atque sortilegos si se emendare à ta-libus nollent, si serui essent, verberibus castigari voluit: si verò liberi, inclusione dignos, districtamq; in pœnā dampnandos censuit [e]. In concilio verò Aquirensi [f] man-datum est Episcopis, eorumq; ministris, vt omnibus mo-dis laborare studeāt, quo pernicioſam, & à diabolo in-ventā sortilegam & magicā artem ex parœciis suis pe-nitus eradicent, & si aliquē huiusmodi sceleris sectato-rem inuenirent, turpiter dehonestatum de parœciis suis expellerent: subuersi enim sunt, & à diabolo captiui tenen-tur, qui relicto creatore suo diaboli suffragia quærunt: & ideo à tali peste dicebant sanctam ecclesiam debere purgari. In concilio verò Lateranensi sub Leone 10. nouiter statuitur [g], quod clerici, qui inuenti fuerint culpabiles in sortilegiis, arbitrio Superiorū infamia no-tentur: si verò non destiterint, deponantur, atque in monasterium ad tempus arbitrio Superiorum præfi-niendum detrudantur, beneficiis, & officiis ecclesiasti-cis priuentur. Iure verò ciuili sortilegorum, tanquam communis salutis hostium, pœna mors est [h].

Si quis

a cap. 32. & c. si quis clericus. 26. q. 5.

b cap. 89.

c cap. auguriis. 26. q. 5.

d in ca. admo-neant. 26. q. 7.

e epist. 66. lib. 7. & c. contra. 26. q. 5.

f c. episcopi. 26. q. 5.

g in 9. sessio. vt refert Diaz, in pract. criminal. cano. cap. 100.

h l. nullus. l. nemo. l. multi. l. etsi. & l. fin. C. de malef. & mathem.

Quæstio.

Si quis verò interroget, anne liceat sortilegium [illegible]cere ad recuperandum, quæ nobis furto ablata vel perdita sunt. Huic respondendum videtur, in concilio Toletano 4 statutum esse [a]: Si quis Episcopus, aut presbyter, vel diaconus, vel quilibet de ordinibus [illegible]rum, aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut [illegible]res, vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicæ, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse [illegible] deprehensus, ab honore dignitatis suæ suspensus [illegible]sterij curam suscipiat, ibique pœnitentiæ perpetuo [illegible]ditus, scelus admissum sacrilegij soluat. Non [illegible] autem præmissis c. 1. & 2. de sortilegiis, in [illegible] longè mitior pœna sortilegis statuta videtur. [illegible] c. 1. quod pro sortilegiis ad inueniendum furtum [illegible] tantùm pœnitentiam quadraginta dierum; [illegible] interpretum intelligendum venit in foro pœnitentiæ [illegible] quandoquidem, vt illius inscriptio habet, ex [illegible]tiali Theodori desumptum est. Ad. c. 2. respondetur pœnam per illud impositam non esse ordinariam [illegible] munem pro omnibus sortilegis, sed ex dispensatione clementia, atque misericordia Pontificis intelligi [illegible] esse. Nam cùm papa intellexisset presbyterum, [illegible] ibi fit mētio, cum quodam infami ad priuatum [illegible] accessisse, non ea intentione, vt vocaret dæmonem [illegible] ex bono zelo, & simplicitate, vt inspectione [illegible] furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari: [illegible] non obstante, declarat Pontifex grauissimum [illegible] lud, quod fecisset, & nō modicā inde maculam [illegible] contraxisse; mandādo idcirco Patriarchæ seu [illegible] prædicti presbyteri, quatenus pro expiatione [illegible]licti talem pœnitentiam ei imponat, vt per annos [illegible] amplius, si eidem visum foret, presbyterū ab [illegible]ministerio præciperet abstinere: & ex tunc liberum esset sacerdotis officium exercere. Quinimò Pa[illegible]tanus ex d. c. 2. colligit; quod sacerdos consulens [illegible]tilegos grauissimè puniri possit secundum [illegible] delicti, & eius intentionem; sic vt potuisset [illegible] sacerdos priuari beneficio & officio; sed dig[illegible] misericordia, quia ex simplicitate & bono zelo [illegible] intuitu ecclesiæ fecisset. Et idcirco in pœna [illegible]

Responsio.

a cap. 28. & c. si quis Episcopus. 26. q. 5. Diaz in pract. crim. can. cap. 101.

Obiectio.

Solutio.

b glos. & Panor. & alij in d. c. 1. de sortil.

sortilegis, vel eos consulentibus debere animaduerti ad qualitatem, & quantitatem delicti, & ad animum delinquentis: & secundum hoc pœnã imponere, quandoque acerrimam, quandoque grauem, quandoque leuem[a]. Et quod vltra pœnas in iure pontificio positas, possit Episcopus tales sortilegos dehonestare, mitram scilicet illis imponendo, vel ad scalas cum vituperio constituendo, eosque extra diœcesim eiiciendo[b]. Si quis autem scire desideret, quomodo succurrendum, & opitulandum sit hominibus, qui à diabolo obsidentur, vel quorum corpora, aut pecora à sortilegis per maleficia, & incantationes afflliguntur: vel ædes maligni spiritus infestatione redduntur incommodæ & formidabiles, vel à mortuorũ (vt putant) spiritibus vexantur, & tentantur; legat is B. Athanasium de vita S. Antonij exorcismos D. Basilij, & Chrysostomi, & insignem tractatum à R^mo D. nostro Martino Rhytouio Episcopo Iprensi aduersus infestationes dæmonum, & incantationum maleficia editum.

a arg. l. hodie, & l. aut facta. ff. de pœ. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa.

b Panor. ca. 1. de sortileg. Io. Monthol. in prõpt. vtr. iur. ad verb. diuinare.

De rebus ecclesiæ non alienandis. CAP. XI.

QVi verò suprædictis negotiis secularibus, & aliis, clericis prohibitis sese immiscent, illi plerũque rebus ecclesiæ alienandis operam nauare solẽt. Quocirca, vt illi, & alij cognoscant, rerum ecclesiæ alienationem non modò ipsis inhonestam, verumetiam illicitam, & interdictam esse, quid de ea ius pontificiũ statuerit, paucis subiiciemus. Symmachus Papa in Synodo Romana 3. ad Laurentium Episcopum Mediolanensem verba faciens[c]: Breue, inquit, fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta, sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda, definiuit, & ad iustitiæ cumulum peruenit, dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo maximè de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, quos propterea schismata fecisse apud vos constitit, quibus misericordiam exhibere, quam Deus mandat vniuersis impendi, non negamus, si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnam, dum contemnunt oblata remedia. Et postea Synodo loquens

c cap. 1.

a *cap. 3. 4. 5. et 7. & 8. & ca. non liceat. 12. q. 2. & c. si quis. de reb. eccl. non alien.*

loquens dixit[a]: Quoniam in aliquibus aliena pos[illegible] tibus vitiorum mater auaritia, repudiatis honestatis [illegible] pagulis, totum putat expedire quodlibet, & ita [illegible] prædæ inhiat, patientia supernæ pietatis abutitur, [illegible] ctantibus correctionem, cælo moderãte, iudiciis [illegible] stimant nõ teneri, cùm clarum sit, quod apud cer[illegible] occasionem rapiendi procedat diuinæ mora sent[illegible] His ergo perpensis sancimus, vt nulli Apostolicæ [illegible] Præsuli liceat prædium rusticum ecclesiæ, quam[illegible] que fuerit, vel magnitudinis, vel exiguitatis, [illegible] aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsu [illegible] ctum rura aliquibus dare liceat, nec data retinere [illegible] tantùm domos in quibuslibet vrbibus constitutas [illegible] non modica impensa sustentantur; acceptis, si [illegible] contigerit, sub iusta æstimatione reditibus, & [illegible] timore iudicij commutentur. Si quis vero presbyte[illegible] rum, diaconorũ, seu defensorum alienanti prædium [illegible] clesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas per[illegible] anathemate feriatur, nisi fortè & alienator, & [illegible] ceperit, celeri restitutione sibi prospexerint. Qu[illegible] minore animæ suæ cura remedium oblatum neg[illegible] rint, præter pœnam super hoc asscriptam, confe[illegible] exinde documentum viribus (quamuis ab initio [illegible] las habuerit) vacuetur. Sed etiam licet quibuscum[illegible] ecclesiasticis personis vocem cõtradictionis offert[illegible] & cum fructibus possint alienata reposcere, & eccle[illegible] stica auctoritate fulciri[b].

b *c. si quis. de reb. eccles. non alien.*

Alienationis verbo quæ cõprehendantur.

Alienationis autem verbum continet conditio[illegible] donationem, vẽditionem, permutationem, & em[illegible] teuticum perpetuum contractum. Et non solum [illegible] bitum est, alienare rem immobilem ecclesiæ, ve[illegible] etiã specialis hypothecæ titulo obligare. Vnde [illegible] sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant, [illegible] timentes, quas Leonina cõstitutio minatur[c] qua [illegible] tur & statuitur[d], vt qui ecclesiastica prædia dona[illegible] vel emptionis, seu commutationis, vel cuiuscu[illegible] contractus alterius nomine acquirere, vel habere [illegible] tarit, omnem huiusmodi fructum propriæ temer[illegible] amittat; & pretia quidem, & munera, quæ eius re[illegible] tia data fuerint quibuscumque personis, ecclesiæ [illegible]

c *c nulli. de reb. eccles. non alien. & ibid. glo. & DD.*

d *in l. iubemus. C. de sacros. eccles.*

commodis acquirantur. Prædia autem, & in his omnia constitura, ab ipsis clericis, & temporalibus œconomis, cum fructibus, seu pensionibus, & accessionibus totius medij temporis vindicentur, vt tanquam penitus à nullo empta, vel vendita teneantur. Quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt. Œconomus autem qui hoc fecerit, imò fieri passus fuerit, vel in quacumque alienatione consenserit, commissa sibi administratione priuetur; deque eius bonis, quodcumque exinde incommodum ecclesiæ contigerit, reformetur: hæredesque eius, ac successores, & posteri per hoc facto siue cõsensu, competenti ab ecclesia actione pulsentur. Tabelliones, seu Notarij, qui huiusmodi cõtractuum vetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere, irreuocabilis exilij animaduersione plectendi sunt: Iudices verò, vel ius habentes ad iudicandum huiusmodi gesta alienationum, dignitate propriæ, & bonorum omnium spoliatione dãnandum.

Quæ contra leges fiũt pro infectis habenda sunt.

Episcopus verò, vel sacerdos propter huiusmodi alienationem iuxta Leonis Papæ III. constitutionem [a], canonicam subire debet vltionẽ, & quod ecclesiæ iniuste ablatum est, reddere cõpellitur, ita vt deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel possidendum habere possit. Ea enim quæ ad ecclesiæ iura pertinẽt, tanquam ipsam sacrosanctam, & religiosam ecclesiam, inuiolata conuenit venerabiliter custodiri, vt sicut ipsa religiosa, & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium augiter seruetur illæsum [b]. Hinc introducta, & indubitate videtur consuetudo, quod in admissione ad possessionẽ beneficiorum, prouisi de illis iurent; Quod priuilegia, iura, & bona ecclesiæ ac beneficij sui non seruabunt, sed cõseruabunt, & alienata indebitè, quantum in ipsis erit, reuocare, atque recuperare conabuntur, vel aliud quid simile [c]. Iurans autem non alienare bona ecclesiæ, non potest alienare ea, quæ de bonis Prælati, vel Capituli sunt [d]. Ea autem de bonis esse dicuntur, quorum proprietas, & vtilitas ad Ecclesiam pertinet, longissimisque temporibus in illius bonis fuerunt, & deseruiunt vtilitatibus & neces-

[a] *in cap. monemus. 12. q. 2.*

Ecclesia religionis, & fidei mater est perpetua.

[b] *d. l. iubemus.*

[c] *arg. c. vt super. & ibi glos. ad verb. sacramento. et Pan. & alij de reb. eccle. non alien. & c. fin. et ibi glos. Io. And. et Panor. de eccle. ædific.*

[d] *c. vt super. et c. possessiones. d. tit. de reb. eccl. non alien.*

simum, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possunt, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Per præsentes autem literas derogatum non esse, nec intelligi volumus in parte, vel toto primis, & secundis cedulis motu proprio confectis, & in fauorem dictæ fabricæ super bonis ecclesiæ alienatis, nisi tantum quoad dictos integros fructus, & facultatem percipiendi fructus vnius anni, vt præfertur. In omnibus verò aliis & singulis in dictis cedulis & literis concessis omnimodum, & esse intelligantur firma, & in suo robore valida, ac si præsentes à nobis non essent emanatæ. Insuper quoque statuimus vt earundem præsentium tenoris manu Secretarii, & sigillo dictæ fabricæ subscriptis & munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, assignationis, concessionis, elargitionis, inhibitionis, decreti, mandati, derogationis, voluntatis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, septuagesimo, Kalen. Febr. Pontificatus nostri anno sexto.

Decimis Ecclesiarum, aliisq; bonis elocandis, & conseruandis. CAP. XIII.

QVoniam ex prædicta Pauli Papæ constitutione manifestũ est, locationem, & conductionẽ vltra triennũ fieri non posse, profectò euidenter consequitur, quod locare in perpetuum decimas, prædia, & alia bona ecclesiæ, vel beneficiorum Canonicis, seu aliis eorundem possessoribus, permissum non sit. Prohibitus enim alienare, non potest in perpetuũ locare[a]. Quinimo Canonicus, seu alius beneficiatus vltra tempus vitæ suæ non potest locare bona beneficij sui: & si locauerit ad certum tempus, moriaturque ante finitã locationẽ,

[a] *c. ad audientiam. et ibi Panor. de reb. eccl. non alien. glos. in clem. 1. eo. tit.*

expirat locatio, nisi Superioris interuenerit auctoritas[a]. Deinde quoque non sunt ferendi, qui variis bus decimas ecclesiis obuenientes subtrahere [illegible]tur[b], aut qui ab aliis soluendas, temerè occupant, [illegible] rem suam vertunt; cum decimarum solutio debita [illegible] Deo[c]: & qui eas dare noluerint, aut dantes impedi[illegible] res alienas inuadunt. Præcepit igitur sancta Triden[illegible] Synodus[d] omnibus, cuiuscumque gradus, & condi[illegible]nis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt [illegible] quas de iure tenentur, in posterum cathedrali, [illegible] buscumque aliis ecclesiis, vel personis, quibus [illegible]mè debentur integrè persoluant. Qui verò eas [illegible]trahunt, aut impediunt, excommunicentur[e], [illegible] hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolu[illegible]

Magnam ecclesiis perniciē adferre solet, cum [illegible] bona repræsentata pecunia in successorum [illegible] aliis locantur. Sanxit igitur sancta Tridentina [illegible]dus[f], vt omnes hæ locationes, si anticipatis solu[illegible]bus fiant, nullatenus in præiudicium successorum [illegible]dæ intelligantur[g]: quocumque indulto, aut priuilegio non obstāte: nec huiusmodi locationes in Romana [illegible]ria, vel extra eam confirmentur. Non licet etiam [illegible]dictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, [illegible] deputandi vicarios in spiritualibus, locare, nec [illegible]ctoribus per se aut alios ea exercere: aliterque [illegible]siones, etiam à Sede Apostolica factæ surreptitiæ [illegible]seantur. Locationes verò rerum ecclesiasticarum, [illegible] auctoritate Apostolica confirmatas sancta Syno[illegible] irritas decernit, quas à triginta annis citra ad longum tempus, seu, vt in nonnullis partibus, ad viginti [illegible] seu bis viginti nouem annos vocant factas; Syno[illegible] prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum ecc[illegible] & contra canonicas sanctiones contractas fuisse [illegible]cabunt.

Quare Synodus prouincialis Mechliniensis[h], [illegible]gens hoc decretum Tridentini concilij in executio[illegible] mittere, & bona ecclesiæ conseruare, statuit quoque [illegible] ordinauit: vt elocationes bonorum ecclesiasticorum [illegible] quæ anticipatis solutionibus fiunt, nullatenus [illegible]cessores obligent, quocumque priuilegio, vel in[illegible]

a *Panor. in d. c. ad audientiā. & in cap. fin. ne præla. vic. suas. arg. l. si domus. ff locat.*

b *c. ad hæc. c. quamuis. cap. prohibemus. c. tua. c. dudum. c. in aliquibus. c. cum non sit. de decimis. c. 1. & seq. 16. q. 7. Pœna non soluentiū decimas*

Locationes in præiudiciū successorum prohibitæ sunt.

c *c. tua nobis. c. cum non sit. de decimis. ca. omnes. ca. decimas Deo. 16. q. 7. Iuo 3. part. decret. c. 199. c. nā qui. c. admonemus. 16. q. 2.*

d *sess. 25. de refor. cap. 12.*

Aliæ locationes prohibitæ.

Locationes ad longum tempus prohibitæ.

e *c. peruenit. c. nūtios. c. de terris. c. in aliquibus. de decimis c. omnes. 16. q. 7. d. c. nā qui.*

f *d. sess. 25. c. 11.*

g *c. 2. de preca. c. de precariis. 10. q. 2.*

h *tit. de eloc. et conduct. et conseru. bon. eccles. cap. 1. 2. & 3.*

liantur. Nullæ quoque locationes rerũ ecclesiasticarum fiant vltra nouẽ annos, sine obseruatione solennitatum, quæ de iure requirũtur in alienatione bonorum ecclesiæ[a]. Locationes autem infra tempus currentis arrendæ, non prius renouentur, quàm vno anno, quo ad decimas; & quo ad alia bona ad summum triennio ante finem currentis arrendæ, quodque pro renouatione dictæ arrendæ, possessores beneficiorum non recipiant suo nomine vltra sex florenos. Collegia verò nihil exigant supra consuetas pitantias, saluo in omnibus Episcopi moderamine. Locationes autem quæ ad longum tempus factæ sunt, & per Sedem Apostolicam, vel Ordinarium confirmatæ, examinentur per Episcopum cum aliquo de Capitulo per Episcopũ assumẽdo.

Quamuis lõgo rerum vsu apud omnes receptum sit, neminem ad possessionem alicuius beneficij admitti, nisi iureiurando promittat, bona sui beneficij fideliter conseruare, & alienata pro virili recuperare: attamen multorum à suis beneficiis absentia, aut negligentia, magna quotidie deperdi, aut obscurari experimur: hinc eadem Synodus prouincialis omnibus & singulis beneficiatis mandat[b]; vt bonorum & redituum ad beneficia per eos possessa spectantium specificationem in libros Superiori ecclesiastico, aut pastori cuiusque ecclesiæ seu loci in quo beneficia fundata sunt, infra tribus post publicationem præsentium, sub pœna duorum florenorum exhibeant. Et Superior ex dictis specificationibus, addita etiam specificatione bonorum singulorum beneficij, vnum registrum in archiuis ecclesiæ conseruandum fideliter conficiat, atque ipsius copiam authenticam Episcopo tradat. Literas verò originales, scripturas, & alia quæcumque munimenta, quæ vetustate corrumpuntur, curent eidem beneficiorum rectores intra præfixum tempus in authenticam formam transsumpta, eaque transsumpta, in qualibet ecclesia respectiuè in loco tuto & fideli custodia trium clauium (quarũ vnam habeat senior ecclesiasticus, aliam senior rector fabricæ, & tertiam senior rector mensæ sancti Spiritus habeat) cum aliis munimentis, conseruentur. Et si quid ex prædictis munimentis, pro creditorum assecutione leuari

Vvv neces-

a *de quibus vide Rebuff. in compen. alien. rer. eccles.*

b *d. tit. de locatio. & conseru. bon. ec. ca. 4. §. 6. Ad conseruandum ecclesiæ bona. Vide cõcil. Mediolan. celebr. 1566. tit. Quæ pertinẽt ad bonor. & iur. eccles. conseruã. rect. admi. & dispẽsationem.*

necessum sit; Rectoribus beneficiorum non aliter tra-
datur, quàm sub recepisse, & promissione de restitu-
do. Si verò aliqua munimenta ex prædictis apud pos-
sessores beneficiorum, aut hæredes, aut executores
rum existant, infra dictum tempus trium mensium ad
dictam custodiam deferant, & in ea recludi curent.
Quod si neglexerint, & eorum culpa, vel negligentia
aliquid deperditum inuentatur, damnum omne re-
cient, & grauiter punientur. Quapropter mandamus
Synodus Archipresbyteris, seu Decanus Christianis-
tum, vt diligenter huius statuti executioni inuigilent
literas, manualia, & quæcumque beneficiorum mu-
menta, quæ in domibus mortuariis inuenerint, fi-
ter seruari, & ad custodiã prædictã transportari curent.

Hæc autem statuta, si vnquam aliàs nũc maxime
hanc ecclesiarum omnium spolationem, profanationem
& multorum munimentorum earundem depe-
nem in executionem mittenda, & obseruandis
dentur in omnibus ecclesiis, non solùm parochialibus
verumetiã cathedralibus, & collegiatis; si forte
in integrum restitui possint, quia alia similis supe-
re poterit rursum calamitas. Si quis autem de
documenta, quibus ecclesiæ possessio firma tenetur
supprimere, aut negare, aut auertere, aut aduersariis
tasse tradere, damnabili, & puniẽda obstinatione
sumpserit: quicquid per absentiã documẽtorum
ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus
Et quia frequenter bona ecclesiarum, beneficiorum
aliorum piorum locorum pereunt, aut obscu-
continuata possessione longissimi temporis, in
demque familia, sine vllo arrendæ renouata
mento; eadem Synodus prouincialis Mechlin-
volens etiam huic malo prouidere, mandat omnibus
Prelatis, Capitulis, pastoribus, & quorumcũque
ciorum, & locorum piorum rectoribus, vt
suprà statuto arrendas bonorum suorum in
nouent, cum expressa specificatione limitum,
nus fieri potest, quodque arrendas antiquas in
prædictis, postquam plenariam solutionem
fuerint, deponant.

Pœna clericorum qui ecclesiæ munimẽta supprimũt, vel aduersariis tradunt.

a *c. si quis de clericis. 12. q. 2.*

b *tit. de cloc. et conseru. bon. eccle. cap. 7*

Continuata locatio scriptis semper renouanda est.

Vt autē Canonici, & alij beneficiati noſtræ præſertim eccleſiæ, & diœceſis ſupradicta ſtatuta libentius & diligentius in obſeruationem deducant, non pigebit & hic labiicere, quæ in eandem ſententiam à R^mo noſtro D. Epiſcopo Iprenſi in Synodo ſua diœceſana ſtatuta fuerunt his verbis[a]: Semper reprobatæ fuerunt, atque tum à concilio Tridentino, tum Mechlinienſi reprobatæ ſunt, & præſenti ſtatuto reprobatas declaramus elocationes, quæ fiunt anticipatis ſolutionibus: necnon ſolutiones, quæ aliquando fiunt, licet ex legitima elocatione, tamen antequam fructus collecti ſunt, aut annus exſtit. Atque ideo, ſi (reprobatione huiuſmodi non obſtante) tales anticipationes, aut ſolutiones ab aliquibus tentari contigerit, dicimus per eas ſucceſſoribus beneficiis nullum præiudicium generari, quin liberum ſit eis (huiuſmodi ſolutionibus non obſtantibus) ab ipſis colonis ſolutionem, pro tempore ſuæ poſſeſſionis, ſeu deſeruituræ beneficij debitam exigere, & percipere; ſicuti, ſi nulla ſolutio præceſſiſſet. Nec minora incommoda adfert ſucceſſoribus ad lōgum tempus ſæpius facta elocatio. Quocirca etiam hæc iuſta ratione reprobatur per concilium prouinciale; niſi illa fuerit ſeruata ſolennitate, quæ de iure in alienationibus requiritur. Et quia reprobatione huiuſmodi non obſtante poſſeſſores beneficiorum ſæpius ad longum tempus fructus elocant, & ſucceſſoribus (cauſam ſuam præbendo) multum incommodent; ſtatuimus, quod deinceps omnes beneficiati, antequam ad poſſeſſionem beneficiorum (de quibus prouiſi ſunt) admittantur, iuramento ſe obligare debeant, quod ſuorum beneficiorum fructus vltra terminum nouem annorum non elocabunt, aut in emphyteoſin dimittent, abſque venia auctoritate, & conſenſu. Qui verò nunc ad poſſeſſionem recepti ſunt, ab huiuſmodi elocatione abſtinere in pœnam ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto (ſi contrauenerint) incurrendæ.

Licet etiam diuino officio, & ſucceſſoribus in beneficio multum damnoſa eſſe fructuum, & decimarum elocatio; ſæpe infra nimis longum tempus durantis prioris elocationis facta. Cui malo vtiliter per

Suprapoſita ſtatuta de locatione et cōductione à R. Epiſcopo Iprenſi approbata & renouata ſunt.

[a] *tit. de preſbyteris, et bon. eccleſ. cap. 4. 5. & 6.*

per concilium prouinciale Mechliniense prouisum est, & statutum, quod renouationes elocationum quoad decimas, non prius quàm vno anno, & quoad alia bona, ad summum triennio, ante finem currentis arendæ fieri debeant. Quam constitutionem concilii prouincialis ab omnibus nostris subditis obseruari mandamus in pœnam viginti librarum Turonensium, quoties contrauenerint, & damnorum ac interesse, sive inde diuinum officium, aut in beneficio successore patiantur. Illud igitur laudis nostræ ecclesiæ Capitulo tribuēdum putamus, quod iam multos annos ante prædictorum statutorū editionem, nullas decimarū elocationes renouarit, nisi tertij anni decimis omnino collectis.

Deinde & in prædicta Synodo Iprensi hoc quoque statutum legitur[a]: Frequens experiētia nos docet, quod quorundam beneficiatorum negligentia, & aliorum longa à suis beneficiis absentia, fructus, terras, & [illegible] beneficiorum, tam simplicium, quàm curatorum, [illegible] deperdi, aut ita obscurari contingit, vt vix aliquando rum habeatur notitia. Cui incommodo Synodus prouincialis occurrere volēs, ordinauit, ac mandauit omnibus, & singulis beneficiatis, qui nunc in suorum beneficiorum sunt possessione, vt bonorum & reditum ad beneficia per eos possessa spectantium claram [illegible] ficationem, & veram declarationem scripto [illegible] rent: sicuti etiam nos aliquoties in præcedentibus Synodis nostris faciendum publicauimus. Verum [illegible] hactenus huiusmodi statuti executio, quanquam [illegible] mè necessaria sit, tamen à plerisque neglecta fuit. [illegible] ipsum in præsenti Synodo innouantes mandamus [illegible] omnes beneficiati nostræ diœcesis, curati, & non [illegible] ti, tam non residentes in suis beneficiis, quàm in [illegible] dentes, intra trimestre à conclusione præsentis Synodi nobis, seu Collectori nostro dictam declarationem [illegible] rè, & distinctè conscriptam exhibeant, & tradant [illegible] effectu: in pœnam decem coronatorum, si vltra [illegible] stre exhibere distulerint. Vlterius statuentes, [illegible] inceps semper, quicumque alicuius beneficij [illegible] nem obtinuerit, teneatur intra annum post [illegible] pacificam possessionem sui beneficij, similiter [illegible]

a cap. 8. d. tit.

tionem, & declarationem fructuum eiusdem sui beneficij exhibere, in pœnam suspensionis à perceptione eorundem fructuum; donec iuxta præmissa satisfecerit. Caterum licet prædicta statuta tam prouincialia, quàm synodalia potissimum facta videantur pro ecclesiis parochialibus; sententia tamen, & institutum eorundem optimè, & conuenientissimè cathedralibus, & collegiatis ecclesiis accommodari poterunt paucis mutatis, præsertim illis, in quibus Canonici, & alij beneficiati fructus, & prouentus suorum beneficiorum distinctos, & separatos habent.

Verò, quia ecclesiarum multarum res quàm plurimæ destitutæ defensoribus, aut etiam ab iis, quibus earum procuratio credita erat, proditæ, ita iam periere, vt monumentis vel interceptis, vel perditis, nulla fere iam reliqua videatur, illas in ius suum vindicandi: ne deinceps accidat, néve quisquam, quod in Christi patrimonio negligentior sit, quàm in suo, meritò reprehendi possit, non pigebit huc etiam adferre, quæ in concilio Mediolanensi an. D. 1566. hac de re statuta leguntᵃ. Episcopi & Capitula tam Cathedraliũ, quàm collegiatarum ecclesiarum, hospitalium etiam, ac quorumcumque piorum locorum gubernatores, seu administratores, & alij quicumque beneficia ecclesiastica quæcumque cum cura, vel sine cura, quocumque nomine nuncupentur, etiam commendata, nunc obtinent, ab huius decreti editione; qui verò in futurum quomodocunque obtinuerint, ab adeptę possessionis die, quisque intra spatium sex mẽsium, edictis etiam interim publicis propositis, omnium & singulorum bonorum mobilium & immobilium, iurium, actionum, annuorum reditum, siue redituum, nominúmve debitorum, & eorum quorumcumque ad eorum ecclesias, vel eorum administrationi commissas, monasteria, vel beneficia, eorúmve mensas quocumque iure pertinentium, rationem diligentissimè conquirendam, & eorum omnium inuentarium, in quo locorum etiam fines, conditiones que omnes sigillatim describantur, per publicum notarium diligenter conficiendum curent; Episcopus quidẽ, adhibitis duobus, à Capitulo cathedralis ecclesiæ delectis;

ᵃ tit. *Quæ pertinent ad bona, & iur. eccles. conseruã.*

delectis; capitulum coram Episcopo, aut alijs praefectis ab eo, alij verò coram fide dignis testibus. Ex commentario exẽpla duo, notarij publici auctoritate adhibita eorum fidem munita, conficiantur; quorum alterum Episcopi & Capitula ecclesiarum cathedralium archiuio, quod vtrisque commune sit, asseruent; alterum ad Metropolitanum mittant. Praefecti verò & Capitula ecclesiarum, quae collegiatae sunt, alterum exemplum in communi eorum archiuio retineant; alterum archiuio cathedralis ecclesiae intra cuius fines [illegible] asseruandum tradant. At verò in quibus ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis archiuium eiusmodi non sit, ab Episcopo instituatur. Cæteri autem singuli, qui beneficia quaecumque ecclesiastica quouis titulo obtinent, exemplis item duobus eodem modo confectis, vnum in ecclesia sua diligenter custodiant; alterum cathedralem ecclesiam perpetuò conseruandum mittant: vnde, si vsus postulabit, exemplum sumere liceat gratis. Archiuia singula duabus clauibus obsita dantur in ecclesiis cathedralibus, earum vnam Episcopus, alteram capitulum custodiat: in collegiatis, alteram praefectus, alteram Capitulum seruet. Praeterea in visitationibus, eiusmodi inuentaria Episcopi secum adferant: & cum iis, quae seruant ij, qui visitandi sunt, sigillatim conferant; perspiciantque diligenter, ne quid eorum, quae ibi descripta fuerint, desit, quod ecclesiae vel minimo detrimento esse possit; & si qua bona perierunt, ecclesiae restitui; omniaque eius damna resarciri studeant. Ipsa quoque inuentaria, si eis videbitur, renouari iubeant. Et vtique quaecumque accessio aut immutatio facta sit, ea quotannis in inuentaria referatur. Qui in his vel negligentia, vel connuentia, vel fraude peccauerint; si capitula, & alij beneficia ecclesiastica obtinentes, Episcopi arbitrio; si Episcopus, primae prouincialis cuiusque Synodi animaduersionem dabit. Si quae laicis concessa bona ecclesiastica aliquo modo caduca facta sint; caueant Episcopi, & quicumque beneficia ecclesiastica obtinent, ne poenam caducitatis remittant; nisi seruatis iis, quae in hoc genere iura praescribunt. Si secus fecerit

Epis-

Episcopi in Synodo prouinciali pœnas dabunt; cæteri ab Episcopo plectantur. Qui bona ecclesiæ feudi nomine obtinent, à successoribus in ea inuestituram intra tempus à iure præstitutum renouandam curent; eidemque fidelitatis iusiurandum dabunt. Pari etiam ratione hæredes eorum & inuestituram postulent, & iurent iis, qui ecclesiæ profuerint. Ne autem res ecclesiasticæ cum aliis confundantur; mandamus, vt feudatarij omnes in eiusmodi renouationibus omnia bona, eorumque fines sigillatim & nominatim publico instrumento describant. Hanc veram præcipuam Ordinariorum esse volumus, vt eos cogant hæc omnia exequi, propositis pœnis arbitratu. Nemini beneficiorum ecclesiasticorum bona suis intra tertium gradum in emphyteusim, aut ad cuiusvis temporis spatium, etiam per suppositas personas locare liceat; nisi euidens & magna ecclesiæ vtilitas, iudicio Episcopi, præter alias iuris requisita, aliud postulare videatur. Si aliter factum fuerit, nulla sit locatio; & qui locarit, ab Ordinario puniatur. Ex auctoritate sacri concilij Tridentini[a] negotium damus Episcopis prouinciæ nostræ, vt singuli vnà cum Canonico à Capitulo, & alterno de clero, ab ipsis deligendo, recognoscant, quam ex officio, quascumque locationes bonorum ecclesiasticorum, ad longum tempus à triginta annis factas, & si eas in damnum ecclesiæ & contra canonicas sanctiones contractas fuisse adiudicauerint, irritas & nullas declarent. Nolumus cedentibus, aut decedentibus iis, qui ecclesiastica obtinent beneficia, illorum fructibus fraudari successores, aut saltem eorum recuperationem litibus, & controuersiis difficiliorem reddi: quare fit, vt interim ecclesia debitis muneribus & officiis destituatur. Idcirco sancimus, ne ecclesiarum rectores, aut quicumque beneficia ecclesiastica obtinentes, sine Ordinarij licentia scripto perlata, pendentes beneficiorum fructus quouis prætextu, vel causa alienent; nisi venditionis vel locationis nomine, & tunc dilata in id tempus pretij vel mercedis solutione, quo fructus erunt à solo separati.

[a] *sess. 25. de reform. cap. 11.*

Quod

Quod si secus factum fuerit, contractus irritus sit & nullus; & qui fecerit, arbitrio Ordinarij poena afficiatur. Quam etiam sustineat is, qui eo in suam rem vti voluerit. Ne per inscitiam, aut obliuionem id peccatum committatur, vt decimæ iis, quibus legitimè debentur, vel omnino non soluantur, vel ex parte tantùm, idem mandamus parochis, vt inter missam; & prædicandibus, in concione, primo quoque Dominico die Adventus & Quadragesimæ doceant populum, quid obligatione decimarum sacrum Tridentinum concilium statuerit; vehementerque hortentur, ac moneant, vt debitas decimas integrè persoluant, ne propositas eiusdem Tridentina Synodo excommunicationis pœnas subire cogantur. Quibus etiam diebus eiusdem Tridentini concilij decretum contra occupantes quosdam fructus, bona, & iura ecclesiarum, & aliorum pro locorum, communi lingua recitent. Omnes vero ecclesiasticas personas & eorum bona, libertatem commoda, & iura omnia Principibus summopere commendamus, admonentes ecclesiasticam immunitatem ad hominum vitam, siue ad bonorum possessionem fructusque pertineat, Dei ordinatione, summorum Pontificum decretis, & sanctorum conciliorum auctoritate tributam, nulla ratione violandam esse. Neque enim Principes & Magistratus res ecclesiasticas attentare, neque sacros & religiosos homines ad suum iudicium potestatemque reuocare; neque Deo addictis bonis onus iniicere, aut vllum onus imponere debent. Sed verò meminisse oportet, quas à Deo facultates accepti sunt, eas ad ipsius Dei gloriam, & honorem, ac minumque sacrorum salutem & incolumitatem conferendas esse; qui pro eorum quiete ac felicitate preces assiduè faciunt. Cuius officij cùm maximè intelligentes fore confidamus, in primis catholicum eundemque potentissimum Hispaniarum Regem, & reliquos deinceps prouinciæ Principes; dubitamus possumus, quin re ipsa efficiant, vt eorum magistratus & communitates nihil aduersus immunitatem libertatem ecclesiasticam vllo vnquã tempore moliantur. Quod ita vt fiat, Episcopi pro sui officij

rare & eniti debebunt. Atque hactenus Concilium Mediolanense.

Cæterum quãuis supra positæ rationes & modi conseruandi bona ecclesiæ vtiles sint, tamen ad istam conseruationem felicius præstandam, & diutius retinendã, non parum adiumenti attulerit, si Episcopi, Canonici & alij omnes ecclesiastici piè, sanctè & honestè vixerint, & diuina officia, propter quæ ipsis data sunt beneficia, per se, & non per substitutos vicarios, reuerenter, distinctè & deuotè persoluerint. Deinde, si quæcunque in hac vniuersa, quæ ad vitam & honestatem clericorum pertinet, parte, variis titulis expressa continentur, ab omnibus, ad quos spectant, diligenter & sanctè obseruentur. Qui verò, cuiúsvis etiam gradus ordinis, dignitatis, in aliqua re iis non obtemperauerit aut salutari pœnitentia, aut pecunia, aut suspensione ab ordinum munere, & beneficiorum administratione, aut ipsis etiam beneficiis, aut carcere, aut exilio, aut pluribus simul ex iis pœnis, aut etiam grauioribus pro modo culpæ Episcopi seu Superioris sui grauiùs mulctetur. Qui iterum in eadem re peccarit; duplicata is pœna pro ratione criminis ab eodẽ plectatur. Vbi enim disciplinæ obseruatur rigor, ibi religionis & fidei vigor est. Atque hoc modo non solũ temporalia hæc bona conseruabimus ad necessariam vitæ præsentis huius sustentationem, sed etiam aterna, cælestia & nunquam interitura, nec hæreticorum rapacitati subiicienda consequemur.

a *Concil. Mediolan. par. 2. tit. de negot. secul. à cler. fugiend.*

Quæ pœnæ afficiendi sint bona ecclesiastica inuadentes & occupantes. CAP. XIIII.

QUem verò clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius ecclesiæ, seu cuiúsvis sæcularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, fructus etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obuentiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent, per

se, vel alios vi, vel timore incusso, seu etiam per sup-
positas personas clericorum, aut laicorum, seu quam-
que arte, aut quocumque quæsito colore in proprium
vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit, seu
impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur [a]; is secundum SS. concilij Tridentini decretum
anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu iurisdictionem,
bona, res, iura, fructus, & reditus, quos occupauerit,
vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione
suppositæ personæ peruenerint, ecclesiæ, eiusque ad-
ministratori, siue beneficiato integrè restituerit [b] ac
de à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod
si eiusdem ecclesiæ patronus fuerit, etiam iure pro-
natus vltra prædictas pœnas eo ipso priuatus [illegible]
Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vsurpationis
huiusmodi fabricator seu consentiens fuerit, eisdem
pœnis subiaceat; necnon quibuscumque beneficiis pri-
uatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilitatus
ciatur, & à suorum ordinum executione, etiam
integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordi-
rij arbitrio suspendatur.

Indignè enim, vt Symmachus Papa declaratur [c],
altare Domini properare permittitur, qui res ecclesi-
sticas audet inuadere, aut iniustè possidere; aut in-
vel iniusta defensione in eis perdurare: de quibus
esse tanta prouisio, vt vindictam admonitio pra-
& res vsurpatas iniustè qui abstulit, aut iniustè
qui retinet; æquitate patrocinante, legibus re-
Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, de-
prędonē sacerdotalis districtio maturata percellat,
de enim iniquum, & ingens sacrilegium est, [illegible]
cumque vel pro remedio peccatorum, vel pro sa-
requie animarū suarum vnusquisque venerabili
contulerit, aut certè reliquerit; ab his, quibus [illegible]
seruari conuenit, id est, Christianis, & Deum [illegible]
bus hominibus, in aliud transferri, vel conuerti [illegible]
tatur. Propterea qui hæc nō prouiderit, & aliter
scriptum est prædia ecclesiæ tradita petierit, vel
rit, aut possederit; nisi se citò correxerit, quo [illegible]
animas percutit anathemate feriatur, sitque ac-

a *c. res ecclesiæ cū 2. sequē. 12. q. 1. c. 1. 2. 3. c. monemus, cum multis sequēt. 12. q. 2. c. quia & 2. sequent. 16. q. 1. c. ratio. c. sicut. 17 q. 4.*

b *sess. 22. de reform. cap. 11.*

c *c. nulli liceat, & c. quicumque. c. prædia. & 5. sequen. c. de viro. c. indigne. c. de rebus. ca. diaconi & pluribus aliis sequen. 12. q. 2. c. omnes. c. nullus. & aliis diuersis sequē. 16. q 7. c. statuimus & 3. seq. 16. q. 1. c. 1. c. sacrilegiū, cum 2. sequen. c. miror. c. attendendum. c. si forte. cum 2. sequen. c. quisquis 17. q. 4.*

Ingens sacrilegium est bona ecclesiæ in aliū vsum quā relicta sunt conuerti.

d *in 6. Synod. Rom. & in c. indigne. 12. q. 2.*

vel donanti, vel possidenti anathema, & institutę pœnæ contubernium assiduum; nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua veratis consideratione dispergit. Vnde & in canonibus in Gangrensi concilio Apostolica auctoritate constitis, defructuum oblationibus, quæ ministris ecclesiæ debentur, & de his, quæ in vsus pauperum conferũtur scriptum habetur [a]: Si quis oblationes ecclesiæ accipere, vel dare voluerit, præter Episcopi conscientiam, vel eius, cuius huiusmodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit [b]. Similiter & hoc, inquit Symmachus Papa [c], ad omniũ ecclesiarum notitiam vestra, cæterorumque exhortatione, & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri (quia res Episcoporum esse ecclesiæ non dubitantur) si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruasores rerum memoratarum, prædicta canonum districtione feriantur; vt qui moribus proprio, ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur, saltem ecclesiasticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.

a *Concil Gangren. cap. 7.*

b *c. in canonibus. 16. q. 1.*

c *in d. 6. Syn. Rom. & in c. similiter 16. q. 1 Res Episcoporũ non dubitantur esse ecclesiæ.*

Generaliter verò quicumque res ecclesiæ confiscare, aut competere, vel peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit, similiter & hi, qui res ecclesiæ, iussu, vel largitione Principum, vel quorundam potentium, aut quadam inuasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filiis, vel hæredibus suis (vt quibusdam iam factum audiuimus) quasi hæreditarias reliquerint; nisi citò res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, vt ipsius custodes chartarum, quàm defensores rerum ecclesiarum, vt præceptum est, iudicemur. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longius execrandus animis morbus inserpat, & præcidendum id est, quod velut puro, sanoque nimium corpori vulnus extitit; ne cùm tardius abstergitur, in ipsis pœnæ visceribus huius mali non haurienda sentina perdidit. Ferro enim abscindenda sunt vulnera,

Hæc in Belgio diuersis in locis facta esse ipsius incolis notũ est.

Serò medicina paratur cũ mala per lõgas inualuere moras.

quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi eorum debēt fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non
a 1. Corinth. 5. corriguntur, dicente Domino[a]: Auferte malum ex vobis. Vniuersa Synodus surgens acclamauit: Vt vita rogamus, ista seruentur precamur, vt in perpetuū maneant, & vestra auctoritate firmentur: Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita sit[b].

b in d. 6. Syn. Rom. & in d. c. in canonibus. §. generaliter. 16. q. 1.

Decretis etiam Anacleti[c], & Stephani[d] Pontificum martyrum, qui Christi pecunias, & ecclesiæ auferri, dat, & rapit, vt homicida in conspectu iudicis dā bitur. Ex sententiis verò Pij[e], & Eusebij[f] Pontificum martyrum prædia diuinis vsibus tradita, ecclesiast oblationes, & quod Deo consecratum est, si quis humanis vsibus applicauerit, sibi vsurpauerit, aut vel consenserit facientibus, vt sacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonicam teat. D. verò Gregorius inuasores rerum ecclesiast rum, secundum seculi leges, propter violatam nitatem, & præsumptionem, & sacrilegium, tanquam nequissimos prædones, & membra diaboli, atque filios nequam puniri voluit[g].

c epist. 1. c. 1 et c. qui abstulerit. 12. q. 2.
d vt refert Gratia. in inscriptione cap. qui Christi 12. q. 2.
e epist. 2. & c. prædia. 12. q. 2.
f epist. 2. & c. in legibus. 12. q. 2
g epist. 33. li. 4. & c. cum deuotissimam, et sequen. 12. q. 2. Inuasoribus rerum ecclesiasticarum quę pœnitentia sit. iniungenda

Nicolaus verò Papa primus hanc pœnitentiam iniungendam præscripsit[h]; nimirum, vt vno anno tra ecclesiam Dei consistant: secundo verò anno fores ecclesiæ sine communione maneant: tertio anno ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes astent, sine oblatione; non manducantes carnem, que bibentes vinum, præter Natiuitatis, & resurrectis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si hoc labor) communioni fidelium restituantur, toto cordis intentione spondentes talia se vlterius nunquam cturos, corpus & sanguinem Domini suscipere reantur: & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine vsu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes.

h in c. de viro. 12. q. 2.

A quibus autē, & quomodo ecclesię, quæ horrendo calamitosissimo, & deploratissimo tempore prophanatæ, spoliatæ, & destructæ fuerunt, restitui, reparari, refici debeant, pulcherrimè, & doctissimè per

clarissimus Iurisconsultus Petrus Peckius in libro suo de sacrosanctis & catholicis Christi ecclesiis reparādis, & reficiendis anno 1573. edito, ad cuius diligentem lectionem omnes hortor; in quo inter alia tradit; quod ecclesia habeat tacitam hypothecam in bonis eius, qui eam læsit, destruxit, vel spoliauit, pro restitutione rerum ablatarum, damnoque illato [a]: quicumque etiam illorum & bonorū postea possessores hāt; adeo vt etiāsi remissio, seu abolitio delicti à Principe impetretur, iuri tamen quæsito, & hypothecæ ecclesiæ nullum inde præiudicium generetur [b]. Deinde quod magistratus, quidreptionem ecclesiarum non impediuit, dum potuit, ad reparationem, & restitutionem eiusdem tenetur [c]: Quia negligere, cùm quis potest perturbare puerlos, nihil aliud est, quàm fauere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare [d]. De hac quoque reparatione, & restauratione nonnihil in alio nostro tractatu; De malorum horum temporum causis, & remediis, deque diuinis officiis rectè peragendis, diximus [e].

a cap. 4. alleg. Salic. Bald. & alios DD ad l. furti. C. de furtis. & c. parochiarum. de sepult.

b cap. 6. alleg. Bald. ad l. ex facti ff. de vulg. et pupill. substi. Bart. et Iason. ad l. gallus. ff. de postlimin. Egid. Bellamera decis. 743.

c cap. 7. alleg. Rebuff. in prælat. ad l. vnicā. de sent. quæ pro eo quod int. d c. negligere. 2. q. 7.

e lib. 5. cap. 5. 6. & 7.

Rebus de causis, & quomodo interdum res ecclesiæ alienari possint. CAP. XV.

LEo Papa vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis legem super alienatione rerum ecclesiæ præscribens [f]: Sine exceptione, inquit, decernimus, ne quis Episcopus de rebus ecclesiæ suæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi fortè aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & cum totius cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ. Episcopus rebus ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur. Irrita enim Episcoporum venditio, & cōmutatio res ecclesiasticæ erit absque omnium * conniuentia, & subscriptione clericorum domus vrbium, vel castrorū, quæ ecclesiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, licet rectoribus ecclesiarum vendere, vel commutare. Ex qua epistola vim legis habente, & pro iure seruanda [g], constat: res ecclesiæ regulariter, & generatim alienari non posse, sicut suprà demonstratum

f in c. sine exceptione. 12 q. 2.

* fortè legendū conuenientia.

g arg. l. 1. de constit. Princ. l. item veniunt ff. de petit. hær. §. sed & quod. institu. de iur. natu. Alexan. consil. 97. lib. 3.

est: Interdum tamen certis, & legitimis de causis, certoque modo & forma obseruatis, earundem alienationem posse fieri, de quibus nunc dicemus. Primo igitur, vt alienatio fiat, requiritur ecclesiæ necessitas[a]. Tum eiusdem vtilitas, vel saltem ne quid fiat in ecclesiæ læsionem seu damnum; vel si res alienanda, ecclesiæ sit magis damnosa, quàm vtilis[b]: aut si ecclesiæ sit commoda, & minus vtilis sit[c]. Tertiò, causa pietatis, vt cùm res ecclesiæ alienantur ad subueniendum pauperibus, ad redimendum captiuos, ad ædificãdum ecclesiam, vel cœmiterium emendandum, seu amplificandum, vel ad sepulchra Christianorum defunctorum facienda[d]. Et de his causis, vel aliqua earũ, cuius intuitu fieret alienatio, cõstare debet per publicũ instrumentũ[e].

Præterea ad alienationem huiusmodi faciendam requiritur tractatus Capituli. Debet enim Capituli conuocari, seu congregari ad hoc per sonum campanæ, vel aliter, vt moris est: Et cùm omnes simul conuenerint, proponet Prælatus, vel Superior, aut antiquior eorum qui conuenerunt, causam conuocationis: petetque à singulis suffragiũ super re alienanda, vel non alienanda. An scilicet ecclesiæ prouideri non possit non faciendo alienationem, vtputa ex fructibus locationũ rerum ecclesiæ habitis. Et si non de fructibus, ánne prouideri possit de rebus mobilibus: si non de mobilibus, ánne magis expediret eidem prouideri de quibusdam rebus minus fructuosis, quàm aliis, instar alienationis bonorum pupillorum[f]. Hisce autem propositis, monet Præses, seu proponẽs, vt omni humano affectu, amore, fauore, odio, inuidia, & aliis similibus sepositis, Deo & ecclesiæ suæ tanquam matris necessitatem, & vtilitatem, atque statum præ oculis habentes, maturè, & quiuiter deliberent; an & quid alienare expediat. Tum singulis poscet seu petet suffragium desuper, & quod pluribus, atque sanioribus fratribus visum fuerit, inuiolanter debet obseruari; nisi à paucioribus & infirmioribus aliquid rationabiliter obiectũ, & ostensum fuerit, quia tunc negotiũ differendum est, donec cognitio per illo sumpta sit. Habito autem omnium, vel saltem maioris, & sanioris partis Capituli super negotio

a cap. non habenti. c placuit. 12. q. 2.
b c. tua. de his quæ fi. à Præl. & ibid. glos. et DD. c. nõ liceat Papæ & d ca. fine. 12. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius. 10. q. 2.
c c. ad aures. c. vt super. de re. eccle. non alien. c. terrulas. & sequen. 12. q. 2.
d c. Apostolicos. & 3. sequẽ. & c. aurum c. gloria. c. si Episcopus. 12. q. 2. l. sancimus. C. de sacros. eccle.
e Prepos. in d. c. nõ liceat Papæ. Rebuff. in tract. de alien. rer. eccles. Alphõs. Aluarez in Thesauro Christ. religio. cap. 24.
f l. magis puto. ff. de rebus eorum. Socyn. cõsil. 29. volu. 1. et cõs. 235. vol. 2
g c. 1. et ibi gl. Panor. et alij. de his quæ fi. à ma. par. cap. l. nominationũ. C. de d. curion. l. plane. et l. nulli ff. quod cuius. vniuer. nom. Rebuff. in d. tract. de alien. rer. eccles.

posito consensu in communi congregatione dato [a], (nam extra illam & sigillatim verbis, vel literis consensus datus non valet [b]) priusquam conuentus dissoluatur per Præsidem Capituli, concludatur & pronũtietur alienationem ob causas allegatas, & probatas, esse faciendam. Istius autem tractatus, deliberationis, & conclusionis fiat instrumentum, quo narretur, quod Prælatus seu Superior ecclesiæ N conuocatis, & congregatis per sonum campanæ, vel aliàs, vt moris est, in Capitulo eiusdem ecclesiæ Canonicis, seu fratribus (singulorũ nomina exprimendo) proposuerit, an ob hanc vel illam causam (quæ exprimi omnino debet) talis ecclesiæ res, tali loco sita (quæ quoque nominanda sunt) alienanda sit, & pretium, seu pecunia in dictam causam conuertenda, credẽtes hoc ipsi ecclesiæ vtilius esse, & expedire: Atque hunc tractatum, & conclusionem sic factam approbarunt, & confirmarunt [c]. Deinde requiritur, vt Canonici seu fratres huic instrumento subscribant, vel eorum nomine Secretarius, vel Notarius iuxta ecclesiæ seu loci consuetudinem [d].

Ad hunc autem supradictum alienationis tractatum vocandi tantùm sunt Canonici, qui ecclesiæ illi deseruiunt, cuius bona alienantur: alij verò absentes, seu nõ deseruientes prædictæ ecclesiæ vocari non debent [e]. Atque hic tractatus semper adhiberi debet, & præmitti, priusquam alienatio fiat, quando res alienanda est de bonis cõmunibus, quæ habẽt Prælatus, & Capitulũ: vel quæ spectant tantũ ad Prælati mensam, vel ad Capituli mensam [f]. Cæterũ priusquã propositio, vel tractatus fiat de re certa alienãda, tractabitur, ánne alia via, modo, & ratione prouideri ecclesiæ possit, prout suprà diximus.

Præterea requiritur authoritas, siue licentia & consensus Episcopi illius præsertim ecclesię seu diœcesis, in qua estis, qui alienat. Tum etiam pro tutiore, requiretur consensus illius Episcopi, in cuius diœcesi res alienanda sita est. Cæterum hæc authoritas præstari non debet, sine causæ cognitione, quæ si neglecta, vel omissa fuerit, non valebit authoritas Episcopi præstita [g], nec

a arg. ca. in genesi. de elect. et d. c. sine exceptione. et ibi Prepos. et Archid. & ca. obeuntibus. dist. 33.

b Bald. in authẽ. hoc ius porrectũ. C. de sacr. eccl. Archid. et Præpos. in d. c. sine exceptione.

c Specul. in tit. de locat. §. sequitur Bart. in l. 1. ff. de albo scri. Io. And. et Imol. in c. quãto. de his quæ fi. à Præl. Rebuff. in d. tract. de alien. re. eccl.

d glos. in prag. sanct. tit. de auct. sacr. cõcil. et tit. de nu. et qual. Card. & tit. de subl. cler. lit. Socin. in cõsil. 15 in 1. volu.

e c. ea enim. §. hoc ius. 10 q. 2. gl. in c. quãuis, in verb. euocãdi de offic. ordi. in 6. authẽ. hoc ius porrectum. & ibi Bald. C. de sacros. eccles.

f gl. in clem. 2. de reb. eccl. non alien. Imola. in c. 1. de his quæ fi. à præl. Rebuf. in d. tract.

g d. c. ea enim. §. hoc ius. Inno. in c. pastoralis. de priuileg. Felin. in c. dilect. 2. de rescrip. glos. in cap. 9. A. alleg. l. si prædium. C. de præd. mino. Rom. cõsil. 250 gl. in c. nulli. de re. ecc. non alien. vendition. 17.

nec valet consuetudo cognitionem causę in alienatione non requirens, vel admittens [a]. Consuetudo vero disponens, quod Prælatus irrequisito Capitulo alienet, vel Capitulum irrequisito Prælato, etiam non valet. Verùm si Prælatus sit exemptus, requiritur authoritas Papæ [c]. Si verò ecclesia iuris sit patronatus, etiam patroni consensus requiritur [d]. Si verò Papa alienationi suam interponat authoritatem, & ab eo impetretur licentia alienandi, tunc non requiritur consensus superioris, nec Capituli [e].

Sunt tamen certi casus, in quibus supradictæ solennitates necessariò non requiruntur: vt quando alienantur res parui momenti, seu vtilitatis, de quibus supra dictum est. Deinde quando alienantur res, quæ seruando conseruari non possunt [f]. Tertiò quando alienantur ad Ecclesiæ ad modicum tempus; vtpote triennium, vel ad summum non excedens annos nouem. Nam si vltra illud tempus fiat, vel ad vitam, adhiberi debent supradictæ solennitates [g]. Quartò, quando alienatio fit tantum in vtilitatem ecclesiæ. Nam vbi in aliquo actu interuenire debet solennitas habito respectu ad certum finem, tunc obtento illo fine, & effectu, propter quem introducitur solēnitas, licet ea non interuenerit, actus tamen valebit, poteritque illa postea adhiberi [h].

Præmissis autem peropportunè asscribenda videtur constitutio Pauli papæ II. super alienationibus rerum ecclesiasticarum edita his verbis: Cùm in omnibus iudiciis sit rectitudo iustitiæ, & conscientiæ puritas obseruanda, id multò magis in commissionibus alienationum rerum ecclesiasticarum conuenit obseruari; in quibus de Christi patrimonio, & dispensatione pauperum, non de proprio cuiusq; peculio agitur & tractatur. Quapropter oportet, vt in examinandis huiusmodi alienationum causis, quæ à sede Apostolica forma: si in euidentem vtilitatem cedant, onera ecclesiasticorum iudicum conscientiis delegantur, nullo fauor vsurpet; nihil timor extorqueat; nulla expectatio præmij iustitiam cōscientiamque subuertat. Monemus igitur & interminatione diuini iudicij omnibus commissariis & delegatis huiusmodi districtè præcipiendo

a gl. in cle. vlt. de re. ec. nō alie. Bald. in d. authē. hoc ius porrectum Gemi. cōs. 48. Rebuf. in d. cōp. alien.
b Archid. in c. in vēdit. 17. q. 4. gl. in clem. 2. de reb. ecc. nō alien. c. cū causa. de re. iud. Host. et Inno in d. c. 1 debēt quę fi. à ma par. capit.
c gl. in cle. 1 de re. ecc. nō alien.
d 16. And. in addit. ad Spec. tit. de empt. gl. in c. cōst. 16. q. 1.
e gl. et DD. in c. potuit. de loc. Dec. cōsil. 142.
f gl. in fin. 12. q. 2. et c. 1 de re. ecc. nō alie. in 6.
g gl. et DD in d. ca. 1. de reb. eccle. non alien. in 6. et c. 1. eod. tit. in extrau. com. Alex. cōsil 17. in 4. vol. Quę obseruāda sint in examinatione cōmissionū super alienatione rerū ecclesię impetrat.
h arg. c. cū nos. debēt quæ fi. à præl. Bald. in l. contra iuris. ff. de pact. & l. quicumq;. C. de bonis quæ libe ris. Rebuff. in d. cōpen. alien. rer. eccles.

r cautè, & diligenter attendant causas in literis Apostolicis per supplicantes expressas, illasque solicitè examinent, atque discutiant: testes & probationes super narratorum veritate recipiant; & solum Deum præ oculis habentes, omni timore aut fauore deposito, ecclesiarum indemnitatibus consulant; nec in læsionem, aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem Commissarius aut Delegatus conscientiæ suæ prodigus in grauamen, aut detrimentum ecclesiæ per gratiam, timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat; Episcopus verò aut Superior ab exercitione officij per annum nouerit se suspensum; ad reparationem detrimenti ecclesiæ illati nihilominus condemnandus, sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se in diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet, à quo non nisi per summum Pontificem poterit liberari. Is verò, qui dolo, vel fraude, aut aliter in detrimẽtum ecclesiarum alienationem fieri procurauerit, aut per sordes vel impressionem alienationis decretũ extorserit, simili sententiam excõmunicationis incurrat, à qua non nisi per Rom. Pontificem possit absolui: ad restitutionem nihilominus rerũ alienarum cum fructibus, quandocumque de præmissis constiterit, condemnandus. Volumus autem quod delegati & commissarij prædicti de pœnis constitutionis nostræ specificè moneantur: & in quibuscũque literis commissionum huiusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ monitionis, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1464. quinto Idus Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Hinc verò Papa V. volens indemnitati ecclesiarum, locorumque piorum locorum consulere ac prouidere, ne illorum bona sine sua, aut successoris sui scientia &

licentia alienarentur, aut perpetuò, vel ad longum tempus, aut vnam vel plures, illa cõducere volentibus locarentur, aut de his alio titulo disponeretur, ad 1568. die 17. Augusti, sua constitutione, omnes singulas facultates & licentias concedendi commissiones alienationum, vel permutationum, aut affrancationum (vt vocant) aut illarum confirmationum quorumcumque bonorum ecclesiasticorum, aut locorum piorum cuiuscumque valoris existentium, etiam summam auri quinque ducatorum auri de camera non excedentium aut alterius minoris valoris in forma, quæ dicitur in cuidentem, Camerario & cameræ Apostolicæ eorum collegio per antecessores suos pontifices, etiam motu proprio, ex certa scientia, & ex quauis causa vrgentissima cum quibusvis clausulis, ac decretis non irritantibus, & in vim contractus concessas, confirmatas, & innouatas, perpetuò reuocauit, cassauit, & nullauit. Interdicens & expressè prohibens ne alicui turum licentiæ, & facultates ac commissiones alienationum huiusmodi sub quouis prætextu concederentur & concessas contra voluntatem, ordinationem & decretum suum, nullas, invalidas & irritas esse decernens & declarauit: sicut latius constat ex prædicta ipsius constitutione.

a *c. inquirendum. de pecul. cleric.*
b *c. 1. 2. 3. & ibid. Panor. et in c. si quis. de pecul. cler. cap. placuit. 12. q. 3. c. presbyter. 12. q. 4. & ibid. c. sacerdotes.*
c *l. fin. C. de sacros. eccl. & ibid. om. DD. l. 1. C. de donat. Bart. in quæst. suis. quæst. 13. Tiraquel. in tract. de priuil. piæ cau. priuil. 107. Paul. Paris. cõs. 77. volu. 1. & Sarment. in tract. de vedit. eccles. par. 3. cap. 2.*

De *peculio, testamentis, & vltimis voluntatibus clericorum beneficiatorum.* CAP. XVI.

EX nimia autem secularium negotiorum pertractione, & familiaritate, eò plurimi ecclesiastici, proh dolor, deuenerunt, vt de reditibus ecclesiasticis, oblationibus, & votis fidelium non solùm suis, verum etiam alieno nomine res comparent, fraudemque facultatibus ecclesiasticis faciãt, licet hoc sacrilegium & par crimini ludæ furis (qui sacras oblationes furabatur, & furabatur,) & iure pontificio expressè prohibitum [a]. Quicquid enim clericus promotus ad ecclesiasticum beneficium, & nihil patrimonij habens ecclesiæ efficitur [b], in quam ipso iure transit dominium etiamsi traditio rei emptæ nondũ facta sit: quia ipsa ecclesia priuilegiata est, vt sine traditione in eam transferatur dominium; eiúque solus titulus sufficiat [c].

verò clericorum agella, vel vineolas in terra ecclesiæ sibi fecisse probabitur sustentandæ vitæ causa, vsque ad eiem obitus sui possideat: verùm post suum decessum ecclesiæ restituat, nec testamentario, aut successorio iure cuiquam hæredum, prohæredúmve relinquat, nisi forsan cui Episcopus pro seruitiis ecclesiæ præstitis largiri voluerit [a].

Quare cùm hodie portio pauperum, & fabricæ non compareat, euidens est conturbatam esse dictam diuisionem: quo fit, vt non minus portio pauperibus debeatur, ac si separata inueniretur. Nam si vinũ meum, vt granum cum tuo misceatur, si non nostra voluntate commixtio fiat, non efficit quin retineatur dominium propriæ portione cuiuslibet [b]. Deinde cùm cura harum portionum ad ecclesiæ Prælatos pertinuerit, verisimile est eos cum parte sua eas coniunxisse; vel inter eos, & eorum diuisas fuisse. Atque hac ratione culpa Prælatorum, & clericorum, fabricam, & pauperes his portionibus priuatos esse. Ergo ex rigore iustitiæ, etiamsi confusio talis effecerit, vt horum pars incorporata cum ipsorum portionibus propria effecta videatur, excusari tamen non possunt, quin si non totam portionem restituãt, saltem id quod supereſt ipsis, in fabricis, & pauperibus sustinendis impendant. Licet enim prædecessorum suorum culpa hoc euenerit, tamen quatenus culpa, vel delicto suorum prædecessorum est aucta eorum portio, & sic quatenus ad eos peruenit, ipsi etiam ex facto prædecessorum tenentur [c]. Hinc rectè in concilio Colonien. à VVilchboldo Archiepiscopo cõstitutum fuit: Præcipimus, vt sacerdotes denuntient suis subditis, quod omnes, quibus à iure inhibitum non est, liberum testamenti condendi habeant facultatem. Et clerici bona maximè immobilia, & quæ per ecclesiam sunt adepti

b arg. l. arbor. ff. com. diuidũ. §. quodsi. frumentum. lib. 2. inſti. tit. de rer. diuiſio.

c l. ſi & rem. l. vtrum autẽ. l. ſed etſi. ff. de petit. hered. l. de eo. ff. ad. exhibẽd. l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad leg. Aquil. l. prætor. §. hoc interdictũ. ff. denoui oper.

d cap. 5.

adepti siue per modum testamenti, siue aliàs non transferant ad filios, vel nepotes, aut ad alios suos consanguineos; sed relinquant ea ecclesiæ, à qua sunt profecta. Sed intuitu eleëmosynæ pauperibus religiosis, & pio locis, & illis, qui ipsis seruierunt, siue cõsanguineis, siue alij, aliqua iuxta seruitij meritum de mobilibus dare possunt. De aliis verò bonis, quæ ex hæreditate, artificio, vel doctrina, vel aliàs non ex bonis ecclesiasticis ad clericos peruenerint, clerici possunt disponere pro suo arbitrio. Excommunicamus, & excommunicatos denuntiamus omnes clericos, qui bona mobilia ecclesiarum filiis suis, nepotibus, vel consanguineis, seu aliis conferunt, vel in ipsos transferunt, & ab ecclesia alienant sua propria voluntate, & sine consensu nostro.

Ad iuris verò fabricæ augmentum vel aliqualem compensationem & conseruationem, iure pontificio constitutum videtur [a]; vt quicũque beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta ecclesiæ restauranda vel ipsas ecclesias emendandas omninò adiuuent; alioqui cogi debent, cùm opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius ecclesiæ. Alexander III. rescripsit [b], si eis supersint, conferre, vt eorum exemplo cæteri inuitentur. Hinc eximius ille iuris pontificij in academia Louaniensi plurimos annos professor ordinarius Petrus Peckius, in tractatu, quem de sacrosanctis, & catholicis Christi ecclesiis reparandis edidit [c]: Ex sacris, inquit, canonibus apparet omnes reditus, & prouentus ecclesiæ olim in quatuor partes fuisse distributos: quarum vna cedebat episcopo; altera clericis; tertia erogationi pauperum, & sustentationi peregrinorum; quarta verò fabricæ, & ecclesiis reparandis. Inter hos verò reditus, ac prouentus etiam decimas esse comprehensas non est obscurum [d]. Et quamuis hodie distributio illa antiqui iuris in omnibus non seruetur [e]; illud tamẽ & iure, & consuetudine receptum est, vt hoc onus prædictis redditibus, prouentibus, & decimis annexum eum sequatur, qui eorum vsum, fruitionem, perceptionem, & commoditatem habet [f]. Nam cùm res transeat cum suo onere ad quemcumque possessorẽ [g], vtique prouentus

a c. 1. de eccle. ædifi.

b in c. de his. d. tit. de ædific.

c cap. 14. & per iura ab eo. ibi alleg.

d Rebuff. in tract. de decimis. quæst. 2. nu. 4.

e Steph. Aufrer. decis. capel. Tholo. 499

f Fran. Rip. c. 14. tit. de leg. et lon. consue. glo. & DD. ad c. vnio. 10. q. 3.

g l. si me & Titium. ff. si cert. petat.

...ditus, & decimæ huiusmodi cum onere reparationis ad eum, qui percipit, & fruitur, transire debet [a]. Rursus idem alibi [b]: Si decimæ, inquit, & fructus ecclesiæ, eaque portio quæ vel de iure, vel de consuetudine ad reparationem ecclesiæ deputata est, sola, deductis necessariis alimentis Prælati, seu eius, qui illam percipit, non sufficit, vtique & Episcopus, & Canonici, & Rector, & omnes alij clerici beneficiati ad refectionem huiusmodi pro rata suorum fructuum, & beneficiorum conferre debent. In cuius probationem præter alia [c] allegat dictum c. 1. vbi dicit [d], omnes interpretes in eo conuenire; quod cessante consuetudine, statuto, seu dispositione speciali, reparatio ecclesiæ ex ea portione, quæ iure ad fabricam deputata est, fieri debeat. Vnde & Innocentius III. Papa Archiepiscopo scribens Rothomagensi [e]: Ex parte, inquit, tua nobis fuit, frater Archiepiscope, intimatum, quod ad restaurandam fabricam Rothomagensis ecclesiæ tractatum communiter habuistis, te postulante, vt quilibet Canonicorum tuum pariter aliquam suorũ redituũ portionẽ operi tam pio, & necessario deputaret. Statuimus, vt si quis vestrum, tuis, frater Archiepiscope, & maioris, & sanioris partis Capituli statutis super hoc duxerit resistendum, obtineat sententia plurimorum. Atque hoc Innocentij pōtifico in ius pontificiũ relato euidẽter probatur, quod fabrica in necessitatem adducta, possit Episcopus cum maiori Capituli parte, etiã minori repugnante, & contradicẽte, è portione capitulari applicare fabricæ, quod conuenit. Ex quo constat, inquiũt Nauarrus [f], & Sarmentus [g], Episcopos, & Canonicos per prædictas diuisiones bonorũ ecclesiæ nõ fuisse effectos dominos integros suarũ portionũ & redituũ, sed solùm administratores eorũ: ita vt se honestè sustentatis, quod superesset, operibus impenderent piis. Quoniam cùm aliquid est ita multorum commune, vt singulorum vnicuique propria contingat portio, tanquam Domino integro; nec maior pars minori non posset præiudicare [h]. Quale satis apparet illa bona eius esse naturæ, & ad dictos vsus videri destinata, ad quos socius inuito socio potest vti; alioquin si non essent talis naturæ, potior

a c. priscis, & sequen. 10. q. 3.
b in d. tract. cap. 20.
c Alex. consil. 106. volu. 2. Ripa. cap. 22. de rescri. Fred. cons. 21. Host. in sum. de eccle. ædifi.
d in d. tract. cap. 14. de quo vide etiã omnino Sylucst. in sum. in verb. eccles. 2. vers. 4.
e in c. fin. de his quæ fi. à ma. par. capit. An Prælatus cũ maiore parte capituli, contradicente minore, fabricam reparare possit eorũ impensis.
f in d. tract. de redit. benef. eccles. quæst. 1. nu. 40.
g in d. tract. de redit. eccl. par. 3. cap. 3.
h arg. l. per fundum ff. de seruit. rust. præ. l. Sabinus. ff. com. diui. Pan. Felin. & Deci. in c. cum omnes de constitu. & Pano. in d. c. fi.

potior esset conditio cuiuslibet contradicentis, si sua interesset [a].

Ex quibus & aliis suprà positis manifestum iam fatis esse arbitramur, beneficiatis nō licere de reditibus suorum beneficiorum in vsus prophanos testari: quia priuata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem canonis immutare [b]: nec ipsorum cōsanguineos posse in illis ab intestato succedere præterea consuetudinis, quantumuis inueteratæ, propterea quòd rationi ac iuri naturali diuinoque repugnet. Onus enim dandi seu relinquendi superflua ecclesiæ & pauperibus adeò annexum est beneficiorum reditibus, vt ecclesiastici, qui de illis vel luxuriosè vixerint, vel cognatos suos non indigentes iis ditauerint, mortaliter peccent, & hi restitutionem facere teneantur, quantumlibet per quorundam locorum consuetudinem, & municipalia statuta, conueniri & cogi non possint ad huiusmodi restitutionem faciēdam. Quinimò illorum in prophanos vsus testamenta, & cognatorum ab intestato successiones talibus statutis & consuetudinibus hodie, prò dolor, in publicis iudiciis defenduntur; & legitima testamenta in pios vsus facta rescinduntur in Flandria. An autem Episcopi huiusmodi laicorum consuetudines ac statuta approbare, vel ordinationes capitulares, aut diocesanas facere possint, & statuere, vt executioni mandentur extrema voluntas morientium (qui secundum statuta laicorum testamenta fecerūt) & creditoribus, si qui sunt, prouideatur, & quæ reliqua sunt hæredibus sine fraude conseruentur post mortem Canonici aut Sacellani, ac statim à Capitulo deputentur duo, qui cum Secretario omnia & singula defuncti bona describant, & ad vsus prædictos diligenter conseruari curent, aliis Iurisconsultis me doctioribus & prudentioribus discutiendum relinquo. Panormitanus, cuius non est parua in iudicio allegata authoritas, asserit [c] Papam non posse concedere facultatem testandi clericis de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, sine iusta causa, propterea quòd illorum bonorum dominium sit penes Deum [d], & quòd fideles qui sua bona obtulerunt ecclesiæ, respectum habuerint ad Deum, & ad hunc primò & præcipuè intentionem

a l. si priuatus. ff. qui & à quib. manumis. libe. non fi. l. si autem plures ff. de aqua. plu. arcen. cap. quod omnes, et ibi glos. et Dynus de reg. iur. in 6. c. cum omnes. et ibi Panor. Felin. & Decius. de constitut

b c. requisisti. §. sed considerandum. de testam.

c in c. cum esses. nu. 30. de testam.

d tex. opt. in c. cum ex eo. de elect. in 6. c. tua nobis. de decim. & oblat. c. qui Christi. ca. qui abstulerit. 12. q. 2.

ram direxerint[a]. Cumque nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter Domini voluntatem[b], & quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non possit, consequi efficaciter videtur, Papam non posse clericis concedere præfatam testandi facultatem. Licet enim Christi Vicarius sit, non tamē ex officio isto suo licentiam peccandi, sed necessitatem benè viuendi, & fideliter ac legitimè Dei bona administrandi, & dispensandi consecutus est[c]. Quibus datis & concessis, apparet Episcopos nullo modo posse capitulari seu dioecesano statuto permittere Canonicis & aliis beneficiatis, vt bona intuitu ecclesiæ acquisita, testamento hæredibus non sanguineis relinquant, & pro sua voluntate libere disponant. Nam si summo Pontifici id non licet concedere, nescio quo iure Episcopi sibi possint huiusmodi authoritatem arrogare. Si verò nec ab Episcopis potest & legitimè ista authoritas vsurpata dicatur, probo, quis fatebitur, inferiores Prælatos, & Capitula tam testādi facultatem suarum ecclesiarum canonicis & aliis beneficiatis largiri & concedere posse? Meminerint igitur Episcopi, & alij Prælati & Capitula, necnō seculares Magistratus seu Senatus, se & beneficiatos contra canonum sacrorum dispositionem testamenta facientes, vel legitimè & rectè facta rescindentes Dei iudicium non effugituros, & si suæ salutis periculum euitare velint, necessariò ipsis prædictas sacras iuris diuini & pontificij constitutiones obseruandas esse, non minus quàm leges & conditiones cōtractibus, seu quasi contractibus appositæ, cuilibet in foro iudiciali obseruandæ, & implendæ sunt[d]. Nam illarum neglectus videtur etiam fuisse vna causarum, cur Deus iusto suo iudicio permiserit, vt non tātùm bona ecclesiasticorum, sed etiam multorum laicorum, qui illa, huiusmodi illegitima ratione, occupauerant, in rapinam venerint. Quamque vulgo solet, bona ecclesiasticorum prædicto modo à laicis acquisita vix vnquam ipsis feliciter cedere, vel certè ad tertiam non peruenire generationem, & sæpe non solùm inutiliter, verumetiam malè, dedecorosè ac impiè à beneficiatorum consanguineis & non hæredibus consumi, ac dissipari, sicut in diuersis

a *c. nulli liceat. 12. q. 2. cap. res ecclesiæ. 12. q. 1. c. municipia. c. iniustū. de rer. permut.*

b *d. c. tua nobis.*

c *Panor. in d. c. cum esses.*

d *arg. c. verū, & ibi glos. & DD. de condit. appos. & l. 2. C. de his quæ sub mod. vel condit. l. 1. 2. & 3. C. de donat. quę sub mod. l. 1. l. legatum. ff. de administra. rer. ad ciuit. perti.*

hoc vsu euenisse vidi & obseruaui. Quare omnes bene-
ficiatos, vt suæ & cognatorum suorum aliorumque sa-
luti consulant, obsecro, & suadeo, omnia bona ecclesiæ
intuitu acquisita, quibus commodè carere possunt, vt
secundum iuris diuini & pontificij leges, interea dum
sana ac prospera adhuc fruuntur valetudine, fideliter
atque iustè dispensent, & de residuo, iuxta sacrorum
canonum præcepta, testamentum faciant: non obstan-
tibus quibuscumque statutis & consuetudinibus illis
contrariis. Et propter hæc iam hæresum tempora omni
studio & diligentia caueant, ne quid in eos, qui ca-
tholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint, conferant[a]: alioquin in eos etiam post mortem anathema
seu excommunicatio dici, & pronũtiari poterit[b]. Pro-
rò Canonici, quorum singulis, & vnicuique certa est
attributa bonorum ecclesiæ portio in reditibus, [illegible]
& decimis, non idcirco illorum efficiuntur veri [illegible]
ni, vt pro suo arbitrio in quósvis vsus, etiã propriam
testamento vel donatione, aut alio modo distribuere
possint, vt suprà latè satis à nobis demonstratum esse
putamus. Nam cùm omnes clerici eorum sint successo-
res, de quibus dicitur[c]: Multitudinis credentium erat
cor vnum, & anima vna, illorum debent sequi vnum,
quorum in ecclesia gradum administrant: qui sibi nihil
tanquam proprium vendicabant, sed erant eis omnia
communia. Si ergo res ecclesiæ non quasi propriæ, sed
quasi communes habendæ sunt; nec quisquam de illis
rebus dicere potest, hoc est meum: certè nemo canonicorum de præbendæ suæ fructibus, reditibus, [illegible]
vel decimis dicere verè potest, hoc est meum. Sed [illegible]
mæua sanctorum Patrum & Maiorum nostrorum [illegible]
ritate in nobis resuscitata, piè & religiosè cuncta distri-
buẽda sunt, ita vt ex his vnusquisque quæ sibi pro præ-
benda assignata sunt, primùm sibi necessaria percipiat,
& si qua suis necessitatibus supersunt, in communem
ecclesiæ vel pauperum vsus expendat[d]. Quia si ea [illegible]
priuatim percipimus, & possidemus quod nobis [illegible]
ciat, non proprietatem illorũ nobis vsurpatione [illegible]
nabili vendicemus, quorum procurationem [illegible]
gerimus[e]. At licet beneficiatus de bonis ecclesiæ [illegible]

a tex. express. in ca. in eos. de hæret.
b c. si quis. de hæret. c. sanè. 24. q. 2.
c Act. 4. & c. illi. §. de rebus. 12. q. 1.
d c. nulli. 12. q. 1.
e c. fin. 12. q. 1.

non possit simpliciter, & generatim loquendo, si tamen tantundem de proprij patrimonij, vel quod aliàs ei suum sit, facultate, ecclesiæ contulerit, quantum ultra testamento alienare decreuit, poterit huiusmodi testamentum Panormitani sententia tolerari [a], secus autem si post alienationem testamēto suo factam, tantundem velit ecclesiæ conferre. Nam tunc videtur dare in fraudem, ne incurrat pœnam excommunicationis, suspensionis, & restitutionis, de qua in c. monemus. c. quisquis. c. non liceat, & c. indignè. c. statuimus. c. canoni. 12. q. 2. glos. not. in c. quod sicut. §. fin. de testam. & in c. si quis qualibet. 12. q. 2.

a *in repet. d. c. cum esses. de testam. alleg. c. si quis qualibet. 12. q. 2. & c. si Episcopus. 12. q. 5.*

Iuuat addere licebit quæ in cōcilio prouinciali Mediolanen. An. Dn. 1566. declarata & statuta sunt his verbis. Sacrorum canonum decretis statutum est, & sanctissimorum Patrum testimoniis celebratum, quæ bonorum fidelium pietas Deo consecrauit, ea vel illorum necessitatibus honestè subleuandis, qui diuinis dicati obsequijs, Christi ministri & dispensatores mysteriorum Dei effecti essent, vel ecclesiis reficiendis, earumque ornamētis ad diuinum cultum necessarijs comparandis, vel pauperibus sustentandis addicta esse. Siquidem vbi primum ecclesiæ bona esse cœperunt, eam naturam, & conditionem consecuta sunt, vt in alium, quam in sacrum & pium vsum eorum fructus consumi non esset. Quare cauendū est, ne cupiditate prolapsi, quæ radix est omnium malorum, dum vel propriis, vel consanguineorum, vel familiarium diuitiis & honoribus consulimus, quæ Deo dicata sunt bona, & ecclesiæ debita, & pauperum gemitu, & bonorum offensione ad aliorum vsum cōuertamus. Itaque nos sacrorum canonum & sanctorum Patrum auctoritate innixi, atque adducti, quæ sacra Tridentina Synodus de officio administrandi bona ecclesiastica significauit, eos omnes, qui ea obtinent, vehementer monemus, vt muneris sui memores, hæc, quæ sequuntur diligentissimè præstent. Episcopi, Abbates, Præpositi, Parochi ac alij omnes cuiuscumque dignitatis, & gradus ecclesiæ etiam eorum administrationi commissas, ac quæcunque beneficia ecclesiastica, etiā simplicia, quomo-

b *tit. Qui per. ad bonor. & iur. eccles. cōserua. rect. administ. & dispens.*

documque, etiam commẽdata, in prouincia nostra ob-
tinentes, omni diligentia cognoscere studeant, quibus
oneribus eorum ecclesiæ & beneficia ex bonorum ec-
clesiasticorum natura, vel ex eorũ, quæ obtinent, pro-
pria institutione, vel ex conditione Apostolici in-
in prouisione dictorum beneficiorum eis præscripta,
vel alia quacumque eius generis ratione subiacent,
illisque integrè satisfaciant. Quod si facere omitten-
sed eos fructus sibi vindicare, vel ad alios transfe-
ausi fuerint, vel in quem debent vsum, non impe-
rint: se ex sacris canonibus, & sanctorum Patrum
tentia, sacrilegij reos esse intelligant, & eorũ omnium
necessaria restitutione teneri; neque vlla omnino
tiam immemorabili cõsuetudine excusari. Atque
si Metropolitanus tale commiserit, antiquior
ganeus de eo ad synodum, & synodus ad sanctã
N. Romanum Pontificem deferat: si Episcopus, a
ab Archiepiscopo, vel eo abiente ab antiquiore
ganeo monitus, plenè non satisfecerit, ad Synodum
prouincialem, primo quoque tempore celebrandam,
per eundem deferatur; vbi & restituere cogatur, &
pœnas subeat Synodi arbitratu. Si verò inferior
du sit, quàm Episcopus, quicumque is sit, si ab Ordi-
rio loci monitus non satisfecerit, præter restitutionem
eorum, quibus pia opera defraudauit, per sex mens
administratione bonorum ecclesiasticorum prohibe-
tur. Quodsi iterum in eo peccarit, grauioribus etiam
pœnis plectatur. Quo in genere tanto etiam gra-
animaduertendum erit in eos, qui beneficia eccle-
stica obtinent commendata, quãto magis ex indu-
peccasse videbuntur, si literis Apostolicis præscriptam
legem propositam ante oculos habentes violarint
veriti fuerint.

Nouerint etiam ij, ad quos scientes huiusmodi
ctus, vel aliquod ex illis commodum quouis modo
peruenerit, se eadem restitutionis lege teneri, ne
qui ecclesias & beneficia ecclesiastica quæcumque ob-
tinent, quorum fructus ad eos tanquam diuinorum
sequiorum ministros honestè sustendandos pro
sunt attributi, si vberiores sint, quàm ad tuendam

conditionisque suæ rationem requiratur; dubitare non debent, ad eum finem hanc copiã illis esse attributam, vt præterea, quæ ad victum & cultum eorum satis essent, suppeterent etiam quibus diuini cultus ornatus & splendor conseruaretur, & pauperum inopia, & indigentia subleuaretur. Quemadmodum etiam Deus plerosque diuitiis cumulat, vt amicos sibi faciant, à quibus cùm defecerint, in æterna tabernacula recipiantur. Quamobrem per viscera misericordiæ Iesu Christi obtestamur, atque monemus, vt meminerint ea bona non esse sibi credita ad luxum, neque ad augendos consanguineos, sed ad vitam honestè, vt fidelem Dei ministrum, & pietatis Christianæ magistrum decet, traducendam. Ex eo verò quod supererit, si necessaria pauperibus alimenta denegarint, intelligant se, quos non pauerint, occidisse; atque ob violatam sanctissimæ charitatis legem mortale peccatum commisisse, quo sibi iram in die iræ thesaurizauerunt. Modum autem & rationem, qua metiri se pro cõditione & gradu vnumquemque oporteat ad vitam suam fructibus ecclesiasticis honestè ducendam, eam esse omnes debent intelligere, quæ ab iis non discrepet, quæ in sacris canonibus, & præsertim in his nostris constitutionibus de clericali frugalitate & modestia statuta sunt. Quæ verò de fructibus ecclesiasticis dicta sunt, eadem etiam de supellectili omni, cæterisque rebus, quæ iisdẽ fructibus comparatæ sunt, dicta esse intelligantur; ne quæ de domestico ecclesiasticorum hominum cultu & ornatu per eos in hac Synodo decreta sunt, aut ad propriam auaritiam, aut ad propinquorum splendorem statuta esse videantur.

Nec est quod quis miretur, aut calumnietur in tam graue damnum & præiudicium hæreticorum à iure pontificio promanasse constitutiones; quandoquidem iure ciuili ne parentibus quidem permissum est, filios suos hæreticos, seu schismaticos hæredes bonorum suorum instituere: sicut constat euidenter ex nouella Iuliniani Imperatoris cõstitutione [a], vbi inter alia hæc habentur verba: Si quis ex memoratis parentibus, cùm ipse orthodoxus sit, sentiat filium suum, aut filios non

a *Tit. vt cùm de Apell. cog. const. 115. l. cognouimus, & Authen. Idem est de Nestorianis. C. de hæret. & Mani.*

esse catholicæ fidei, neque in sacrosancta Ecclesia communicare, in qua omnes beatiss. Patriarchæ vna mente ratione & concordia rectam fidem prædicant, & sancta quatuor concilia, Nicenũ, Constantinopolitanũ, primũ, Chalcedonense, amplecti seu recipere cuscuntur, tales q; liberi in ea infidelitate permanentes mus eorũ parentibus licẽtiam, vt hac maximè de ingratos eos & exhæredes in suo testamẽto de Atque hoc quidẽ de causa ingratitudinis dispo Enimuero generalem prouidentiã orthodoxis acco modãtes liberis, iubemus, vt saluis legibus, quæ aliis prolatę sunt hęreticis, eadẽ & circa Nestorian Acephalos custodiãtur: & si quando parẽtes depre dãtur vel Iudaicæ Nestorij vesaniæ dediti, vel Arrio lorũ amplexati dementiã, & propterea à cõmun catholicæ Ecclesiæ separati: ne iis liceat alios filios des instituere, quã orthodoxos liberos, & cũ cathol Ecclesia communionẽ habentes, aut liberis nõ exhe tibus, masculini fœminini ve sexus cognatos, qui vi licet orthodoxi sint. Sin verò (vt licet cõijcere ex filii alij othodoxi sint, & cum catholica Ecclesia cõmu nem habeant; alij ab hac separati sint: vt omnes paren tum facultates ad filios catholicos, & eos solos perue niant, sancimus: etsi huiusmodi personæ nouissimi voluntates conficiant, contra tenorẽ huius nostræ co stitutionis aliquid disponentes. At si fratres, qui ab E clesia separati sunt, postea ad eam reuertãtur: cõpete illis portio ea forma, qua inuenta fuerit restitutio tẽpore, his præbeatur: vt nullã de fructibus aut reru medij temporis administratione inquietudinẽ aut mo lestiã sustineant catholici, qui prius memoratas res tinuerant: quia quemadmodũ earum rerũ, quæ ex pa non communicantium fratrũ orthodoxi possessio nacti sunt, alienationẽ prohibemus; ita & præteritor temporum fructus & administrationẽ neutiquã ab qui earum cõpotes fuerũt, exigi retractarive iubemus Quod si ad finem vsque vitæ suæ in eodẽ errore ha non communicant, perseuerauerint: tunc orthodoxi fratres aut hæredes, eorũ plenissimo iure dominio dem res possidere sancimus. Sin verò omnes liberi

Nunc per constitutionẽ Frederici 2 Imperatoris de hæret. et cãsuet. et authen. Gazaros. C. de hæreticis, omnia bona hæreticorũ confiscãtur; ita vt filij eorum ad successionem parentum peruenire non possint.

uersæ opinionis, & à communione catholicæ Ecclesiæ alieni inueniantur, alij autē qui genere proximi vel per masculinū, vel per fœmininū sunt sexum, orthodoxam fidē colere, & cū Ecclesia communionē habere approbētur: hi hæreticis præferantur liberis, & eorū hæreditatē successionis ordine suscipiāt. At verò si & liberi & genere proximi agnati seu cognati ab orthodoxæ fidei communione peregrini existant: tunc siquidē parentes eorū inter clericos ordinē aliquē obtinuerint: vt res eorum ad ecclesiā ciuitatis, vbi domiciliū habuerunt, perueniant, volumus; ita tamen, vt si Ecclesiastici intra tale spatiū huiusmodi personarū res vēdicare neglexerint, earum dominiū nostro vindicetur ærario. Si laici uerò sine aliqua distinctione facultates eorū consimiliter ad sacras res nostras priuatas perueniāt. Quæ obtinere sancimus & cū sine testamento tales personę moriātur. Omnibus quæ tū contra reliquos hæreticos, tum etiā contra Nestorianos & Acephalos, & omnes alios, qui cū catholica Ecclesia cōmunionem nō habēt, in qua præfecta quatuor sancta concilia & reliqua, neq; nō Patriarchæ referuntur, in cōstitutionibus dispositā sunt, similiter & cōtra hæredes eorū obseruādis. Nā si pro mundanis causis tam anxiè sumus solliciti: quāto maiore cū prouidētia cura adhibēda est pro salute animarū.

Porrò si quis miretur Imperatorem hac sua constitutione moriētibus quidē genitoribus liberis prouidisse; uiuentibus autem nullam reliquisse prouidentiam, audiat, quid idem Imperator alibi de huiusmodi parentibus anxerit[a]: Necessitatē (ait) imponimus talibus generibus orthodoxos liberos secundū sui patrimonij ratione quantitatē, & omnia his præstare, quæ ad quotidianæ vitæ conuersationē sufficiant: sed & dotes pro filiabus & neptibus dare, & ante nuptias donationes pro filiis vel nepotibus præscribere: in omni casu secundum res patrimonij huiusmodi liberalitatibus æstimādis: ne propter diuini amoris electionē paterna vel materna in liberi prouisione defraudati. omnibus videlicet, quę nostræ cōstitutiones de pœnis Paganorū & Manichęorum, cæterorumq; hæreticorum iam constituerunt, ex hac nostra lege confirmandis & in perpetuū valituris.

[a] *d. l. cognouimus.*

Beneficiati superflua sua in quos vsus pios erogare possint. CAP. XX.

VErùm licet clerici beneficiati superflua in pios vsus debeant dispensare, tamen non astringuntur, vt magis in hos, vel in illos vsus dispensent, nec potius in fabricam, quàm in hospitalitatem peregrinorum vel pauperum, vel in captiuorum redemptionem, vel alia similia pia opera; sed ex illorum hoc pendet arbitrio, vt D. Thomas inquit [a]. Cumque per dictam diuisionem vna portio bonorum specialiter destinata sit clericis, vt ex illa sustentarentur, eorum petitioni nihil detrahendum videbatur, nisi auditis omnibus, quorum interesset, & causa cognita, eos abundare, & fabricam indigere ostenderetur. At huius cognitionem, & decisionem non solius Archiepiscopi, sed ipsius, & maioris, ac sanioris partis Capituli iudicio, & sententiæ Pontifex cōmisit [b]. Cùm ergo aqui competat pauperibus in bonis ecclesiasticis, quàm fabricæ, eadem ratione, & lege etiam iustitiæ beneficiati tenentur, aut si recusent, cogi poterunt ad corporalem refectionem, & sustentationem pauperum. Vis maior, iustior, & vrgentior est causa pauperum, quàm fabricæ, cùm omnia ecclesiarum bona ipso iure egestium animarum censeantur esse tributa [c], & pauperum patrimonia [d], & in vsus pauperum collata sunt, debentque per Episcopum, & clericos illis dispensari [e]. Inquit & D. Ambrosius [f]: Aurum, inquit, ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatem. Quid est opus custodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo Domini Assyrij sustulerunt? Nónne melius conflat sacerdos pro alimonia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quàm si sacrilegus contaminat, & asportat hostis? Nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes tam amari? Certè habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa conflarentur sacrilegi, quàm metallorum. His non potuentium seruares, quàm metallorum. His non potuentium seruares, quàm metallorum. His non potuentium seruares

non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacrorum, redemptio captiuorum est. Et vere illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Nemo potest dicere; cur pauper viuit? Nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei est ædificatum. Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum mortuis defunctorum est. In his tribus generibus vasa ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est vt de ecclesia mystici poculi forma non tollatur; nec ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo primùm intra ecclesiam quæsita sunt ista, quæ initiata non essent, deinde comminuta: postremò conflata per minutas erogationes dispensata egentibus, captiuorumque pretiis profecerunt. Quodsi quæ sunt noua, & quæ nequaquam initiata videantur, & huiusmodi quos suprà dixi, vsus omnia arbitror piè posse conuerti. Huc pertinet & illud D. Hieronymi [a]: Gloria Episcopi est, pauperum opibus prævidere: ignominia sacerdotis est, propriis studere diuitiis. Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & hordeario pane rugientem ventrem saturare poteram, nunc similam, & mella fastidio. Multi ædificant parietes, & columnas ecclesiæ subtrahunt; marmora nitent, tecta laquearia splendent, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla est electio. Neque verò mihi aliquis opponat diues in Iudæa templum, mēsam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cuncta ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à Domino: quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguine pecudum erat remissio peccatorum: quanquam & hæc omnia præcesserint in figura. Scriptum est autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt. Nunc ergo cùm paupertatem domus suæ pauper dominus dedicauit, portemus crucem, & delicias lutum putemus. Amico rapere quippiam furtum est: ecclesiam spoliare sacrilegiū est. Accepisse pauperibus erogandū,

Ornatus sacrorum redemptio captiuorum est.

Quibus casibus sacra vasa ecclesiæ alienare liceat.

[a] *in epist. ad Nepotia. & in cap. gloria. 12. q. 2.*

Gloria Episcopi.

Ignominia sacerdotis.

& esurientibus plurimis, illud reseruare vel caute re-
timidum est: aut quod apertissimi sceleris est, omni-
aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelissi-
superat. Crates[a] ille Thebanus homo quondam ho-
simus cùm ad philosophādum Athenas pergeret, ma-
gnum auri pondus abiecit; neque putauit se posse
virtutes, & diuitias simul possidere. Nos sustinen-
auro Christum pauperē sequimur, & sub præcepto
mosynæ pristinis opibus incubantes, quomodo pos-
mus aliena fideliter distribuere, qui nostra timide
seruamus? Plenus venter facilè de ieiunis disputat.
Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene viuen-
dandum est. Item largitate etiam Episcopi stipendia
de rebus ecclesiæ clericis dare licet: cuius profectò
precariæ nomine fieri debet. Quocirca & ipsum
pontificium singularem suam erga pauperes mu-
strans curam, & beneuolum affectum, inhibendi omni
testamenti factionem, illis duntaxat permittendo, q
in ægritudine sua eleëmosynas pauperibus, & religio-
sis locis, & illis, qui ipsis seruierāt, iuxta seruitij mo-
erogarent, & conferrent. Atq; hanc suā erga pau-
beneuolentiam & solicitudinem SS. quoque
Tridentina demonstrauit[c], vt supra à nobis dictum
ostensum est. Nec minorem hac sua cōstitutione mi-
rauit Pius quintus Papa erga pauperes beneuolen-

a *Crates Thebanus.*

b *in c. adhæc. & c relatum. de testam.*

c *sess. 25. de reform. cap. 1.*

Facultatum testandi, & disponendi de rebus ecclesiasticis illegitimos Pij Papæ V. reuocatio.

CAP. XXI.

QVæ ordini ecclesiastico noxia esse, & scandalo obijcere perhibentur, necesse est è medio tol-
uere. Quod nos pro nostri muneris officio
alia incommoda, quæ in oculos nostros incurrun-
Christi peculio, ne ab indignis & reiectis ignomi-
cōsumatur, néve illorum causa ecclesiis, & pauper-
præripiatur, curam præcipuā habere volentes, ac
attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & a
mus omnia, & quæcumq; priuilegia, licentias, fa-
sationes, & indulta faciendi testamenta, donatio-
ue inter viuos, siue causa mortis, legata, & quæ-

Cauendum ne Christi peculiū ab indignis ignominiosè consumatur.

nes dispositiones, de dominiis, terris, castris, domibus, & quibuslibet aliis bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & se mouentibus; necnon pecuniis, iuribus & actionibus ex beneficiis, fructibus, pensionibus, & aliis rebus ecclesiasticis qualibuscumque cõfectis, acquisitis, & aliàs quomodocumque prouenientibus, necnon de peculio, & aliis etiã sola industria, labore, muneribus, aut quocumque alio modo partis, cuiuscumque qualitatis, quãtitatis, speciei, naturæ, & valoris existentibus, & quoscumq; illegitimos siue suos, siue extraneos etiã legitimatos, eosdemque ex toto, vel in parte hæredes instituendi, & substituẽdi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant, cæterasque huiusmodi facultates, & remissiones, ac etiã habilitationes, & capacitates succedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteuticis, ab ecclesiis, monasteriis, & piis locis profectis, quibuscumque personis secularibus, & quorumcumque ordinum, necnõ militiarum, & hospitaliũ, regularibus, & Romanæ curiæ officialibus, & aliis curialibus, curiãque ipsam sequentibus, & etiã vrbis Romæ ciuibus, ac domibus, ædes, cẽsus, aliaque bona in ea eiusque districtu habentibus, nostris quoque & aliorũ Romanorum Pontificum familiaribus, ecclesiarum Prælatis, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & aliis cuiuscumque dignitatis, ordinis, & cõditionis existentibus, illorumque & aliis ecclesiis, Capitulis, conuentibus, ordinibus, militiis, hospitalibus, collegiis, officiis, & locis, ac præsertim Vrbi, aliisq; ciuitatibus, prouinciis, & dominiis, eorumque dominis, populis, ciuibus, & incolis, tam per felic. recor. Sixtũ 4. Innocentiũ 8. Alexandrũ 6. Iuliũ 2. Leonẽ 10. Clementẽ 7. Paulũ 3. Iuliũ 3. Paulũ 4. Piũ 4. quàm ante illos fuerũt, alios quoscumq; Romanos Põtifices, ac nos, & Sedẽ Apostolicã, eiusq; legatos etiã de latere, nũtios, notarios, comites, collegia, officia, & loca per modũ statuti perpetui, generalis legis, initi & stipulati cõtractus, seu quasi, & aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibúsvis restitutiuis, conseruatiuis, mẽtis attestatiuis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu

Peculium & alia quocũque modo parta illegitimis relinqui nõ possunt.

motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, ac prædictorũ Cardinalium consilio & matura deliberatione in consistorio habita, necnon sideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, eorum remunerationem laborum, & obsequiorum nobis & dictæ Sedi impensorum, refectionem damnorũ, impensationem iurium cessorum, vel ablatorum, militiæ contra hæreticos, & infideles, seu pro pulchro Vrbis ornatu, & frequentatione, ac quibuscumq; vsibus, ac etiam necessariis, & piis causis concessa multiplicatis vicibus confirmata, innouata, & moderata, & quantocumque tempore pacifice seruata, quoad eam partẽ, quæ illegitimos tangit duntaxat, etiam si illa contineant, quod curiales curiã sequentes, & alij siue ecclesiastici Cardinales, siue mundani, qui palatia, domos, dia vrbana, vel rustica ædificauerint, aut bona acquisiuerint, aut aliàs acquisita habuerint dicta Vrbe, & circum eam ad milliaria decem, ex seu fructibus ecclesiasticis, hi tales de illis, ribus, & iurisdictionibus, omnibus, in fauorem morum, ac quomodolibet inhabilium, & siue inter viuos, siue causa mortis disponere, redes, & successores vniuersales, vel particulares tuere, & substituere, & si intestati decesserint, gitimi, & incapaces in illis succedere possint, que per quascumque reuocationes, derogationes alias contrarias dispositiones, illis quorum præiudicari nequeat, & si vllo vnquam tempore iudicatum, aut derogatum quoquo modo apparuerit ius quæsitum ablatum, & literæ reuocationum, rogationum huiusmodi iuris quæsiti ablatiue tur. Sicque per quoscumque iudices iudicari etiam diffiniri.

Adimitur legatis & aliis potestas concedendi facultatem testandi illegitimis.

Ac pariter tollimus, & abrogamus omnes, cumque facultates similia concedendi, Legatis, tiis, Notariis, Comitibus, Collegiis, Officiis, supradictis, quorum omnium tenores, ac si ad inserererentur, habemus præsentibus pro expressis

priuilegiorum, dispensationum, facultatum, habilitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum supradictorum sic reuocatorum, aut etiam literarum, legitimationis prætextu, nullus omnino de huiusmodi bonis, rebus, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus in commodum, & fauorem illegitimorum, vtriusvis sexus, siue eorum filiorum, siue consanguineorum, affinium ve, siue extraneorum, etiam in statu laicali procreatorum, ac legitimitati quacumque auctoritate donatorum, & ad huiusmodi res, & bona, tamque successionē, testato, vel intestato idoneorum, & capacium effectorum, siue testamento, siue donatione, siue legato, siue eleēmosyna, siue alio quocumque modo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni forma, conuentione, seu compositione cessante hospitibus expositorum, & orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato, siue protinus, siue per interpositas personas, ac quomodocumque succedere, aut illa aliàs ad eos etiam per quemcumque circuitum multiplicatarū in alios capaces successionum, vllo tempore deuenire possint.

Irritantur testamenta, legata & aliæ dispositiones pro illegitimis facta, quorū testatores adhuc viuunt.

Adhæc nulla esse, & pro infectis haberi volumus omnia, & quæcumque facta hucusque testamenta, legata, donationes, & alia dispositia huiusmodi, quæ viuentibus adhuc testatoribus, aut aliàs locum non habuerunt; ac pariter ab intestato successiones, non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectū sortitæ.

Nullis personis illegitimorum intuitu & respectu aliquid relinqui potest.

Deinde verò districtius prohibemus, ne talia siue in prædictos illegitimos vtriuslibet sexus, siue in illorum coniuges, siue ipsorum parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, siue viuentibus, siue defunctis ipsis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuscumque pij operis intuitu fiant; nēve ipsi vnquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus prædictis, siue totis, siue in parte succedant, aut illa ad ipsos quávis dispensatione forsitan etiam per prædictum circuitum deueniant, neve de eis vlla in alium seu alios concessio, donatio, traslatio, aliáve dispositio fiat, vt alia bona similia, vel dissimilia illegitimis, aut aliis supradictis cōcedantur.

Quodsi

Pœna transgressoris huius constitutionis.

Quodsi prædictorum quisquam fuerit præsentium violator, testamentum, donatio, legatum, & dispositio omnino non teneat, nec etiam quoad alios [illegible], & res alias valeat, sicque disponens priuilegio, dispensatione, facultate, & indulto prædicto, eiusque [illegible] commodo, etiam in cæteris omnibus ipso sit iure [illegible]uatus. Nemo quãtúmvis capax, illius prætextu fructus, res, pecunias, aut prorsus alia bona sua faciat, [illegible] detinens vlla præscriptione, aut vllo alio iuris [illegible]dio adiuuetur; sed ad integram illorum restitutionem, quocumque temporis lapsu non obstante, debeat [illegible]ceri. Ita vt omnes in ecclesiis, monasteriis, & [illegible] successores, tam coniunctim, quàm diuisim, [illegible] videlicet pro rata parte sua, illa omni tempore [illegible]rare possint, & qui primus, cæteris ab eo [illegible] negligentibus, iudicium intenderit, ei soli res [illegible]ritò vendicetur. Nullis verò huiusmodi successoribus pro prædictis insistentibus, ac etiam de peculio [illegible] quàm ex rebus ecclesiasticis confecto, locorum [illegible]rij tam concessorum, & relictorum illegitimis, [illegible]ve causa, quàm quorumcumque aliorum bonorum immobilium, mobilium, & se mouentium, [illegible] pecuniarum, fructuum, rerum, & iurium, aliàs [illegible]ctis testamentis, donationibus, legatis, & dispositionibus comprehensorum, corporalẽ possessionem [illegible]tis inde & expulsis quibuscũque detentoribus, [illegible] capacibus, siue capacibus, per se vel alium, [illegible] liberè apprehendant, & apprehensam huius Sedis [illegible]mine custodiant, donec ipsa Sedes de illis, vti [illegible]lerit piorum operum necessitas, duxerit prouidẽ[illegible]

Cõceditur successoribus in beneficiis authoritas & facultas reuocandi omnia quæ à prædecessore suo relicta sunt pro illegitimis.

Beneficiatis sine legitimo hærede decedentibus, ad quem eorum deuoluantur bona.

Bona verò, res, & iura feudalia, vel emphiteu[illegible] (aliis legitimis ad ea fortè vocatis non existentibus) ipso deuoluta, & iuri ac proprietati suarũ ecclesiarum & locorum restituta, & cum reliquis eorum bonis [illegible] solidata esse declaramus[a]. Decernentes irritum [illegible] inane quicquid secus per quoscumque scienter vel [illegible]ranter contigerit attentari. Non obstantibus [illegible]tionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis [illegible] consuetudinibus ecclesiarum, Capitulorum, [illegible]tuum, ordinum, militiarum, hospitalium, [illegible]

a c. 1. de successio. ab intestato.

nouinciarum, collegiorum, etiam Cardinalium, & officiorum prædictorum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quávis firmitate alia communitis, & in consistorio prædicto seu conclaui habitis, aliisq; priuilegiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus, illis eorumque & aliis, quibuscumque personis, cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam suspectis sortioribus, ac etiã disponentibus, quod præfata per quascumque literas nũquam, aut sine consensu eorum, quorum interest reuocata, aut sublata inuigentur, & aliàs cuiuscumque tenoris existant, per nas præsentibus non expressa, aut omnino non inserta ctus earum impediri valeat quomodolibet, vel diffi, & de quibus, quorumque totis tenoribus ad verbabenda esset nostris literis mentio specialis, quæ ntia quatenus prædictis aduersentur, illorúmve execonem disturbare possint, viribus prorsus, & effectu ssere decernimus, ceterisque contrariis quibuscũque. Qua verò difficile nimis esset præsentes quocumque us opus erit, perferre, volumus vt earum exempla ium impressa, Notarij publici manu, & personæ in itate ecclesiastica constitutæ, eiúsve curiæ sigillo gnata, eandem illam prorsus fidem, in iudicio, & ra illud, vbique gẽtium faciant, quam ipsæmet præntes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli go omnino hominum liceat, &c.

SPE-

SPECVLI

CANONICORVM, ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, IN CLERO PER RE-

ctam disciplinam reparanda, & pristino suo ... restituenda, atque ritè conseruanda,

LIBER SEXTVS.

De reducenda & restituenda in clerum honestate; & ad quos illud præcipuè pertineat.

CAPVT I.

HActenus multas virtutes, quibus ... randa, & conseruanda sit à clericis ... nestas conspiciendas, & contemplan... das proposuimus: Ex virtutibus ... proficiscuntur honestæ volũtates, ... tentiæ, & actiones [a]. Si ipsam honesta... tem vndique perfectam, & absolutam rem vnam ... clarissimam omnium, maximeque laudandam ... videremus, quo gaudio, inquit Cicero [b], compleremus ... cùm tantopere eius adumbrata opinione lętemur ... rum virtutes illę magna ex parte nunc à clero ex... vel à vitiis ipsis contrariis pessundatæ iacent, vel ... illucque ab illis propelluntur, quorum præcipua ... que capita suprà recensuimus: ita vt maior iam, ... dolor, in clero inhonestas quàm honestas relucea... vt plerique ethnicis deteriores facti videantur, ... illi, vt Tullius testatur [c], illud honestum, quod ...

a *Cicer. 4. Tusc. quæst.*

b *5. de finib.*

c *1. offic.*

...nebant, ipsos mouebat; atque, in quo id inesse vide-
...tur, amicos faciebat. Omnis enim virtus illos ad se
...iciebat, faciebatque vt eos diligerent, in quibus ipsa
...esse conspiciebatur, nihilque tam dissimile homini
...stimabant, quàm non moueri & offensione turpi-
...dinis, & comprobatione honestatis[a]. Siquidem na-
...ra se studiosissimos, appetentissimosque honestatis
...ofitebantur, cuius si quasi lumen aliquod aspexissent,
...hil erat, quod vt eo potirentur, non parati essent &
...re, & perpeti[b]; eosque quorum vita perspecta erat
...ibus honestis, & bene de republica sentiebant, ali-
...honore & imperio affectos obseruare & colere so-
...[c]. Quicquid verò præter id quod honestũ erat,
...endum esse quispiam ducebat, in bonisque nume-
...t, honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxisse,
...tutem penitus euertisse censebatur[d]. Quia si non
...honesto mouebantur, vt viri boni essent, sed vtili-
...aliqua, atque fructu, callidi esse, non boni diceban-
...Nam illud honestum esse aiebant, quod detracta
...vtilitate, sine vllis præmiis, fructibusve per se
...iure posset laudari[e], etiãsi à nemine laudaretur:
...d, si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret
...ntiæ[f]. Nam quid faciet is in tenebris, qui nihil ti-
...nisi testem vel iudicem? Quid in deserto loco,
...us quem multo auro spoliare possit imbecillum,
...que solum[g].

D. verò Ambrosius maiorem honestati tribuẽs effi-
...[h]: Sicut, inquit, exortus sol, lunæ globum, &
...stellarum abscondit lumina: ita fulgor honesta-
...; ibi verò & incorrupto vibrat decore, cætera quæ
...ntur bona secundum voluptatem corporis, aut se-
...dum seculum clara, & illustria obumbrat. Atque
...hac (Christianorum scilicet) honestate vitam bea-
...positam esse minimè dubitamus, quam scriptura
...pellat vitam æternam. Sed neque populares opinio-
...pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio
...et, & quo minus sequitur gloriam, eò magis super
...eminet. Nam qui hic gloriam requirunt, his iam
...ces præsentium vmbra futurorum est, quæ impedit
...am æternam.

Clerici in quibus ethnicis deteriores facti videantur.

a *Cic. lib. 5. de finib. bonor.*

b *Cic. 2. Tuscu.*

c *Cice. 1. offic.*

d *Cic. 3. de fini.*

Honestũ quid ethnicis fuerit.

e *Cic. 2. de fini.*

f *Idẽ. 1. l. offic.*

g *Idẽ 1. de leg.*

h *lib. 2. offic. cap. 1.*

Vita beata, & æterna in honestate Christianorum posita est.

Anne igitur deploranda res eit, plurimos ad illam proruisse cæcitatis, ne dicam impietatis voraginem, & abyssum, vt si quos clericorum singulari vitæ, ac morum honestate præditos videant, illos deridant, subsannent, & calumnientur? illos quasi suo ordine indignos reputantes, & contemnentes eorum familiaritatem, & amicitiam, Iesuitas appellant. Profecto ut ingenuè fatear; malim cum hisce haberi, & esse leuem insigni vitæ, ac morum honestate præditus, quam cum illis irregularis, & indisciplinatus Canonicus, mutuaque peccatis, ac vitiis totum ordinem clericalem longe natura sua dignissimum, & præstantissimum dehonestantibus fulgere. Quare cùm hæc sola, vt D. Chrysostomus ait[a], nos arceāt à virtutibus ex quibus honestæ voluntates, & actiones proficiscuntur, & non solùm honestas, verumetiam vita beata, & æterna comparatur: quærendi nunc nobis sunt, quibus cura, opera, & solicitudo incumbat euertendi istiusmodi malorum vitiorum fontes. Quibus euersis sublatisque, facile erit ipsius omnis inhonestatis radices euellere, & tum virtutes quascumque ipsius honestatis semina in clero serere. Etenim si infœcundæ arboris superiora duntaxat circuncidantur, eadem nouos edente ramusculos, nihil videbitur. radicibus altètendentibus, effectum esse. Vnde & Boëtius: Qui serere ingenuum volet agrum, liberat prius arua fruticibus falce, rubos, filicemque, [illegible]cat, vt noua fruge grauis Ceres eat. Nam qui [illegible] singula vti exigua paruipendere consuescet, [illegible] omniū patietur iacturam. Peccatorū siquidem [illegible] vt D. Chrysostomus ait, & neglecta facinora vitia induxere, & vrbiū mœnia solo æquarunt. Hinc D. Bernardus Eugenio Pontifici scribens[c]: Impunitas, [illegible] incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix, & beatus si omni satagat [illegible] malorum omnium primam parētem cauere incuriam.

Cùm igitur propriè Episcoporū munus sit subditorū omniū vitia redarguere, vt sancta Tridentina Synodus docet[d]: hoc illis præcipuè cauendum est, ne clerici, [illegible] sertim ad animarū curam cōstituti criminosi [illegible] inhonestā vitā, ipsis conniuentibus, ducant. Nam [illegible]

Clerici honestè nunc viuentes Iesuitæ irrisoriè, prō dolor, appellantur.

a in hom. 5. de laudi. D. Paul. Honestæ actiones vnde proficiscantur.

b Chrysost. ser. 1. de mal. à nob. euert.

Incuria, & negligētia peccatorum vitia induxerunt.

c lib. 3. de cōsiderat.

Impunitas quorum malorum causa.

Episcoporum munus.

d sess. 14. de refor. in proëm.

[illegible]uis & corruptis moribus esse permittant, quo pacto [illegible]cos de ipsorũ vitiis redarguent [a], qui vno ab eis ser[illegible]one conuinci possent, quod clericos ipsis patiãtur esse [illegible]teriores? Qua etiam libertate laicos corripere pote[illegible]nt sacerdotes; cùm tacitè sibi ipsi respõdeant, eadem [illegible] admisisse, quæ corripiunt [b]? Monebunt propterea E[illegible]scopi suos clericos, in quocumque ordine fuerint, vt [illegible]uersatione, sermone, & scientia commisso sibi Dei [illegible]pulo præeant, memores eius quod scriptum est [c]: [illegible]ncti estote, quia & ego sanctus sum. Et iuxta Apo[illegible]ti vocem [d], nemini dent vilam offensionem, vt non [illegible]petetur ministerium eorum, sed in omnibus exhi[illegible]ant se sicut ministros Dei: ne illud Prophetæ dictũ [e] [illegible]atur in eis: Sacerdotes Dei contaminant sancta, [illegible] reprobant legem.

Quomodo ab Episcopis in clerum sit reducenda honestas.

CAPVT II.

VT autem Episcopi in commissis sibi ecclesiis eò libentius resideant, quò facilius, & commodius sibi subiectos regere, & in vitæ, ac morum ho[illegible]ge continere possint; illud quoque eadem sancta [illegible]dus suos admonẽdos censuit [f]; vt se pastores non [illegible]tores esse meminerint [g], atq. ita præesse sibi sub[illegible] oportere, vt non in eis dominentur [h], sed illos [illegible] filios, & fratres diligant, elaborentq. vt hortan[illegible] & monendo ab illicitis deterreant [i]; ne vbi deliquerint, delictis eos pœnis coercere cogantur; quos tamẽ si [illegible] per humanam fragilitatẽ peccare contigerit, illa [illegible] est ab eis seruãda præceptio [k], vt illos arguãt, [illegible], increpẽt, in omni bonitate, & patientia: cùm [illegible] plus erga corigendos agat beneuolentia, quàm [illegible]ritas, plus exhortatio, quàm comminatio; plus [illegible]ritas, quàm potestas [l]. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mãsuetudine rigor, [illegible] misericordia iudicium, cum lenitate seueritas ad[illegible]da est [m]; vt sine asperitate disciplina populis salu[illegible] ac necessaria conseruetur; & qui correcti fuerint, [illegible]dentur; aut si resipiscere noluerint, cæteri salu[illegible] eos animaduersionis exemplo à vitiis deterrean[illegible], cùm sit diligentis, & pij simul pastoris officium

a *cap. quid autem 8. q. 1. Laicorum de vitiis excusatio*
b *c. final. dist. 25. cap. si uti. §. necesse. dist. 47 c. in sacerdotibus. dist. 61. c. proposuisti. dist. 81. Clerici nemini dẽt vilam offensionem.*
c *Leu. 11. 19. 20*
d *2. Corint. 6.*
e *Ezech. 22. Sophon. 3.*
f *sess. 13. de refor. cap. 1.*
g *Tit. 1. 1. Timo. 3. c. 1. & c. episcopũ. c. cum beatus dist. 45. cap. 1. & 2. de cleri. percusso. cap. duæ sunt. dist. 45.*
h *1. Petri 5. c. duæ sunt. §. fi. dist. 45. c. fin. dist. 94. c. placuit. cap. quia cognouimus. 10. q. 3.*
i *c. licet 1. & 2. c. disciplinæ. c. sunt nãque. cũ 2. seq. dist. 45*
k *2. Tim. 3. c. sit rector. dist. 43. ca. quid autem dist. 45.*
l *c. licet plerũq. c. licet nonnunquam. c. recedite. dist. 45.*
m *c. disciplina. c. sunt namque c. vera. dist. 4.*

morbis ouium leuia primùm adhibere fomenta; pòst vbi morbi grauitas ita postulet, ad acriora, & grauiora remedia descēdere; sin autem ne ea quidem proficiant illis submouendis; cæteras saltem oues à contagionis periculo liberare[a].

Cùm itaque rei criminum plerumque ad euitandas pœnas, & Episcoporum subterfugienda iudicia, querelas, & grauamina simulent, & appellationis diffugio iudicis processum impediant; ne remedio ad inconstantiæ præsidium instituto[b], ad iniquitatis defensionem abutantur, atque vt huiusmodi eorum calliditas & tergiuersationi occurratur, Synodus Tridētina hanc & decreuit[c]; In causis visitationis, & correctionis, seu habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali ante definitiuam sententiam, ab interlocutoria vel alio quocumque grauamine non appelletur; nec Episcopus seu Vicarius appellationi huiusmodi, tanquam [illegible] deferre teneatur; sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnon omni stylo, & consuetudine etiam immemorabili contraria non obstante, ad vlteriora valeat procedere; nisi grauatus huiusmodi per definitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiua appellari non possit[d]; quibus casibus sacrorum & antiquorum canonum statuta illibata persistant.

A sententia verò Episcopi, vel ipsius in spiritualibus vicarij generalis, si appellatum fuerit: in criminalibus appellationis causa, vbi appellationi locus fuerit, Apostolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali, aut si ille aliqua de causa suspectus foret, vel vltra duas legales dietas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, vni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum vicariis, aut inferioribus iudicibus committatur. Reus verò ab Episcopo, aut eius Vicario in spiritualibus generali, in criminali causa appellans, coram iudice ad quem appellauit, acta primæ instantiæ omnino producat: & iudex, nisi illis visis, ad eius absolutionem minimè procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit

a c. tam sacerdotes. ca. resecandæ. c. corripiantur c. ecce. 24. q. 3.

b ca. cum speciali. §. porro, de appellat.

In causis visitationis et correctionis appellari non potest.

c sess. 13. de refor. cap. 1.

d ca. vt debitus de appell.

Apellatio quomodo sit committenda.

e d sess. 13. c. 2. Reo in causa appellationis quod faciendū.

tra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat: alioqui absque illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit, terminetur [a].

a D. sess. 13. cap. 3.

Quomodo clerici ob scelera sua curiæ seculari iam sint tradendi. CAP. III.

CVm verò tam grauia nonnunquam sint delicta ab ecclesiasticis commissa personis, vt ob eorum atrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ seculari; in quo secundum sacros canones [b], certus Episcoporũ numerus requiritur: quos omnes adhibere difficile esset, debita iuris executio eluderetur: si quãdo autem interuenire possent, eorum absentia intermitteretur, propterea sancta Trident. synodus statuit, & decreuit [c], Episcopo per se, seu illius vicarium in spiritualibus generalem contra clericum in sacris etiã presbyteratus ordinibus constitutũ, cum ad illius condemnationem, necnon verbalem degradationem, & per se ipsum etiam ad actualem, at solennem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia in numero à canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, vsum mitræ, & baculi ex priuilegio Apostolico habentibus, si in ciuitate, aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint; alioquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac vitæ scientia commendabiles existant [d].

b *Concil. Carthag. 2. can. 10. c. Suggero. 3. q. 8. c. Felix. & omnibus aliis. 15. q. 7. c. degradatio. de pœnis in 6. Degradatio sacris initiatorũ quomodo iam fieri debeat.*

c *d. sess. 13. cap. 4.*

d *Cõc. Triden. sess. 13. de refor. cap. 4.*

Quæ Episcopo ad exercendam disciplinam à Synodo Tridentina permissa & concessa sint. CAP. IIII.

ET quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli eiusmodi gratias extorqueant per quas pœnæ illis Episcoporum iusta seueritate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur; cùm non ferẽdum sit, vt mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum impunitum sit, verumetiã alterius delicti

Mendacium valde Deo displicet. Exod. 23. Leuit 19. Prouerb. 6. 8. 10. 12. 19. psal. 5. Apoca. 22.

veniam impetret mentienti; idcirco sancta Tridentina Synodus statuit, & decreuit [a]: Episcopus apostolicæ sedis Apostolicæ Delegatus etiam summariè cognoscat; ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitimè constiterit, non admittat [b].

Quoniam verò subditi Episcopo, tametsi iure reprehendi fuerint, magnopere tamen cum odisse [c], & quam iniuria affecti sint, falsa illi crimina obijcere solent; vt quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant, cuius vexationis timor plerumque illum ad improbanda, & punienda eorum delicta segniorem reddit, ne eo ne is magno suo, & ecclesiæ incommodo gregi sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita eadem Tridentina Synodus statuit, & decreuit [d]: Episcopus nisi ob causas ex qua deponendus, siue priuandus veniret, etiamsi officio, aut per inquisitionem, seu denuntiationem, vel accusationem, siue alio quóvis modo procedatur, non personaliter compareat, nequaquam citetur, vel molestetur. Testes in causa ciminali ad informationem iudicia, seu alias in causa principali contra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur; & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, grauibus pœnis mulctentur [e]. Causæ Episcoporum cum pro crimine obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipsum terminentur [f].

Cæterũ hæc cura, & solicitudo regendi, & cõtinendi clericos in vitæ, ac morum honestate non soluũ Episcopis incumbit, verumetiam alij ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessus prudenter ac diligenter intendere debent, & nemo sæculares ullus cuiúsvis priuilegij prætextu tutus certe, saltem minus, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam

a d. sess. cap. 5. *Ad quem pertineat cognoscere super absolutione criminis à reo impetrata.*
b c. *super literis. c cum dilecta. de rescript. c c. sunt nonnulli. 2. q. 7. Malitia subditorum correptorum aduersus Episcopũ suum*
d d. sess. cap. 6. *Quid Prælatos segnes reddat in puniendis subditorum delictis. Quas ob causas Episcopus citari vel moneri possit.*
e c. accusatio. 1. et 2 c testes. 2. q. 7. c. vl. 2. q. 5. *Testes cõtra Episcopũ quales esse debeant.*
f d. sess. cap. 7. g d. sess. 13 c. 8. *Causæ Episcoporum à Pontifice cognosci & terminari debent.*
Inferiores Prælati ad corrigẽdum suorum subditorũ excessus etiã diligenter & prudenter intendere debent.

hoc à Sede Apostolica Delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat [a]; vt mox infra latius dicetur.

a *Concil. Trid. sess. 6. de refor. cap. 3.*

An priuilegio exemptionis Canonici & alij clerici disciplinam à se diutius arcere possint.

CAP. V.

QVoniam priuilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque concedũtur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur [b], statuit, & decreuit SS. Tridentina Synodus [c], vt omnes ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent [d], & à quibus nullus clericus per huius sanctæ Synodi statuta, cuiusvis priuilegij prætextu tutus cẽsetur, quò minus iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit, si ecclesiis suis resederint, quoscumque seculares clericos, qualitercumq. exemptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquam ad hoc Apostolicæ Sedis Delegati, corrigendi, & castigandi facultatem habeant, quibuscumque exẽptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores, ipsis clericis, ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuslibet ipsorũ exemptorum contemplatione, quomodolibet minimè suffragantibus.

Exemptionum vtilitas.

b *concil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 11.*

c *sess. 14. de refor. cap. 4.*

Nullus clericus à Prælati sui iurisdictione exemptus censendus est.

d *c. irrefragabili. de officio ordina.*

Capitula autem cathedralium, & aliarum maiorum ecclesiarum, illorumque personæ nullis quoque exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & aliis maioribus Prælatis per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur, adiunctis, iuxta canonicas sanctiones toties quoties opus erit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica possint & valeant [d].

Capitula cathedralium à suis Episcopis visitari & corrigi possunt.

d *Concil. Trid. sess. 6. de refor. cap. 4.*

Quando Episcopus in correctione, Capituli consilium adhibere debeat: & quis illis tribuendus sit ab hoc honor & locus. CAP VI.

a sess. 25. de refor. cap. 6.

STatuit autem eadem sancta Tridētina Synodus[a], vt in omnibus ecclesiis cathedralibus, & collegiatis hoc præcedēs decretum obseruetur: non solùm quādo Episcopus visitauerit, sed & quoties ex officio vel ad petitionem alicuius contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat: ita tamen, vt cum ea visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant; videlicet vt Capitulum initio cuiuslibet anni deligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius tam in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus vsque ad finem causæ inclusiuè, coram Notario tamen ipsius Episcopi & in eius domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Veniat autem tantùm sit vtriusque vocatus possitque alter Episcopo accedere. Quodsi ambo Episcopi discordes in aliquo actu, seu interlocutoria vel definitiua sententia fuerint; tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant: Et si in electione tertij etiam discordent, ad vicinioris Episcopum electio deuoluatur; & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus in quo erat discordia terminetur: aliàs processus, & inde secuta nulla & nullosque producant iuris effectus. In criminibus tamen ex incontinētia prouenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, vbi de hoc agitur, ne iudicium eludatur, & ideo opus sit personali detētione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem & necessariam detentionem procedere: seruato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur.

Canonici duo Episcopo adhiberi à Capitulo debent ad procedendum in quibusdam causis.

Quando & in quibus causis Episcopus sine Canonicis de putatis possit procedere.

Delinquētes in loco decenti custodiendi sunt.

Quis Episcopus tribuendus sit honor & locus in choro et Capitulo, atque aliis actibus.

Episcopis præterea vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est: eisque in choro & in Capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis & priuatis sedes, & locus, quē ipsi elegerint, & præcipua omnia

rum agendarum auctoritas. Qui si aliquid Canonicis ad deliberandum proponāt; nec de re ad suum vel eorum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi Capitulum conuocent, vota exquirant, & iuxta ea consultant. Absente verò Episcopo, omnino hoc ab iis de Capitulo, ad quos hoc de iure, vel consuetudine spectat, perficiatur; nec ad id vicarius Episcopi admittatur.

Capituli iurisdictio, potestas & bonorū administratio salua ipsi relinquitur.

Cæteris autem in rebus Capituli iurisdictio, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio tota, & intacta omnino relinquatur. Qui verò non tenent dignitates, nec sunt de Capitulo, ij omnes in cathedralibus ecclesiasticis Episcopo subijciantur: non obstantibus quo ad supradicta, priuilegiis etiam ex fundatione competentibus, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, sententiis, iuramentis, concordiis, quæ earum suos obligent auctores: saluis tamen in omnibus priuilegiis, quæ vniuersitatibus studiorum generalium, seu earum personis sint concessa. Hæc autem omnia singula in iis ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarij ex constitutionibus, priuilegiis, aut consuetudinibus, siue concordiis, quibuscumque alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem ac iurisdictionem, quàm præsenti decreto comprehensum: quibus sancta Synodus derogare non intendit.

Priuilegiis vniuersitatum à Concilio Tridentino nihil derogatum est.

In quibus causis cesset exemptionis priuilegium.

CAP. VII.

PRæterea in exemptorum causis ex decreto sanctæ Tridentinæ Synodi[a] seruanda est Innocentij IIII. constitutio, quæ incipit: volentes[b]: quam eadem Synodus innouandam censuit, & innouauit; addendo insuper, quod in ciuilibus causis mercedum, & miserarum personarum clerici seculares, aut regulares, extra monasterium degentes, quomodolibet exempti, eorum si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant; in aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam à hoc ab ipsa Sede delegatis, conueniri, & iure medio

a *sess. 7. de reform. cap. 14.*
b *ca. 1. de priuil. in 6.*

In causis mercedum & miserabilium personarum derogatū est exemptioni.

ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint priuilegiis, exemptionibus, Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris.

Exempti quibus caſibus coram Ordinario conueniri poſſint.

Innocentius verò Papa IIII. prædicta ſua conſtitutione declarauit & definiuit; quod quantumcumque exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti ſiue contractus, aut rei de qua contra ipſos agitur, ritè poſſunt coram locorum Ordinariis conueniri, & illi quoad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionem (prout ius exigit) exercere. Nunquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? Non vtique. Quia nec coram Ordinariis ipſis, dūmodo ſit in loco exempto contractus initus aut res litigioſa, nec vbi domicilium habent, ſi alibi contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conueniri poſſunt aliquatenus ſuper iſtis: nec domiciliorum prætextu locorum dioeceſani (ſi vbi conuenerunt, aut res ipſa conſiſtit, illic conueniantur) intendi eos illuc, vel ipſis, vt illic reſpondeant iungendi habeant aliquam poteſtatem: ſaluis nihilominus caſibus aliis, in quibus eos Epiſcoporum iurisdictioni ſubeſſe Canonica præcipiunt inſtituta. Ideo ipſum decreuit circa illos, quibus, vt non niſi ſub certo iudice teneantur de ſe conquerentibus reſpondere, Apoſtolico priuilegio eſt conceſſum.

Literæ conſeruatoriæ ad quid impetrari ſoleant.

Inſuper cùm nonnulli, qui ſub prætextu, quaſi per bonis, & rebus, ac iuribus ſuis diuerſæ eis iniuriæ ac moleſtiæ inferantur, certos iudices per literas conſeruatorias deputari obtinent[a], qui illos à moleſtiis iniuriis huiuſmodi tueantur ac defendant, & in poſſeſſione ſeu quaſi bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manuteneant, & conſeruent: nec ſuper illis eos moleſtari permittant: eiuſmodi literas in pleriſque contra concedentis mentem in reprobum ſenſum interqueant. Idcirco ſancta quoque Tridentina Synodus decreuit, & ſtatuit[b]: vt nemini omnino cuiuſcumque dignitatis, & conditionis ſit, etiamſi Cardinalum fuerit; conſeruatoriæ literæ cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis, quorumcumque iudicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu

a *c. 1. et c. vlt. de offic. delega.*

b *Seſſ. 14. de reformat. ca. 5.*

[illegible] concessæ, suffragentur ad hoc, vt coram suo Epi-
[illegible]po, siue alio Superiore Ordinario, in criminalibus,
[illegible] mistis causis accusari, & conueniri, & contra eum
[illegible]quiri, & procedi non possit: aut quo minus, si qua
[illegible] ei excessione competierint, super illis libere va-
[illegible] apud iudicem ordinarium conueniri. In ciuilibus
[illegible] causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud
[illegible] Conseruatores iudices in iudicium trahere mini-
[illegible] liceat. Quodsi in his causis, in quibus ipse reus
[illegible], contigerit, vt electus ab eo Conseruator ab
[illegible] suspectus esse dicatur; aut si qua inter ipsos
[illegible], Conseruatorem & Ordinarium controuersia
[illegible] competentia iurisdictionis orta fuerit: nequa-
[illegible] in causa procedatur, donec per arbitros in for-
[illegible] electos super suspicione, aut iurisdictionis
[illegible]petentia fuerit iudicatum. Familiaribus verò eius,
[illegible] huiusmodi literis conseruatoriis tueri se solent, ni-
[illegible] illæ prosint, præterquam duobus duntaxat: si ta-
[illegible] illi propriis eius sumptibus vixerint. Nemo etiam
[illegible] literarum beneficio vltra quinquēnium gau-
[illegible] possit. Non liceat quoque Conseruatoribus iudi-
[illegible] vllum habere tribunal erectum. In causis verò
[illegible]cedum, aut miserabilium personarum huius sanctæ
Synodi super hoc decretum [a] in suo robore permaneat.
Vniuersitates autem generales, ac collegia doctorum,
[illegible] scholarium, & regularia loca, necnon hospitalia
[illegible] hospitalitatem seruantia, ac vniuersitatum, col-
[illegible]orum, locorum, & hospitaliū huiusmodi personæ
[illegible] præsenti canone minimè comprehensæ, sed exem-
[illegible] omnino sint, & esse intelligantur.

Decreuit quoque sancta Tridentina Synodus [b]; vt si
[illegible]ando iustis, grauibus, & ferè necessariis suadentibus
[illegible] aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Aco-
[illegible]tus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut aliis
[illegible]modi in Romana curia, vel extra insignibus deco-
[illegible]dos esse placuerit; necnō alios, cuicumq. monasterio
[illegible]lato vel quomodocumque addictos, aut sub nomine
[illegible]entiū militiis, seu monasteriis, hospitalibus, colle-
[illegible], aut quocūque alio titulo assumi; nihil ex iis priuile-
[illegible] detractū esse Ordinariis intelligatur; quo minus ij,
quibus

In quibus causis derogatum sit à Concilio Tridentino literis conseruatoriis.

Literæ conseruatoriæ vltra quinquēnium non durant.

a *sess. 7. de reform. cap. 14. A literis conseruatoriis qui censeantur esse exempti.*

b *sess. 24. de refor. cap. 11.*

Restrictio priuilegiorū quæ certis quibusdam personis à papa concedi solent.

quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis tanquam Apostolicæ Sedis delegatis plenè in omnibus; & quo ad Capellanos Regios iuxta constitutionem Innocentij III. quæ incipit, Cùm capella[a], subiecti existant: exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu seruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia viuunt; siue iis, qui legitimè, & secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de quo Ordinario cōstare debeat: non obstantibus priuilegiis quibuscumque, etiam religionis sancti Ioannis Hierosolymtiani, & aliarum militiarum. Quæ verò priuilegia residentibus in curia Romana vigore Eugeniani constitutionis[b], aut familiaritatis Cardinalium competere solent; ea in iis, qui beneficia ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permaneant; non obstantibus quibuscumque inhibitionibus.

Constitutio autem Innocentij III. cuius supra in decreto Synodi Tridentinæ fit mentio, hæc est[c]: Cum capella Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonicorum eiusdem Capellæ suspensionis, vel excommunicationis, aut interdicti sententiam audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ Canonici, qui paroeciales ecclesias à te tenent, occasione priuilegij prælibati, in his etiam quarum iurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, vt quantumcumque grauiter interdum excedant, tuæ correctioni non sant, & sententiæ subiacere. Quocirca mandamus tibi tenus in quantum exempti sunt eiusdem rationem Capellæ Apostolicis priuilegiis, deferas reuerenter: ita quantum ratione paroecialium ecclesiarum, vel aliarum iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officij debitum in eosdem liberè prosequaris.

Eugeniana verò constitutio, cuius prędictum Synodi Tridentinæ decretum quoque meminit, hæc est: Diuina in eminenti Sedis Apostolicæ speculi dominente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ Sedis obsequiis ea

a tit. de priuileg. & excessibus priuilegiat.

Restrictio priuilegiorū, quæ residentibus in curia Rom. cōpetere solent.

b quæ est c. 3. de priuilegiis in extrauagāt. commu.

c c. 16. de priuileg. & excess. priuileg.

Exempti ratione certæ rei vel loci, non cōsentur exempti respectu alterius rei vel loci.

d vt annotarunt Io. Soteal. Theol. & Horat. Lucius I. C. ad d. 11. c. sess. 24. c. 3. de priuileg. in extrauag. com.

nam veluti fidelium omnium matrem pro animarum
salute quærenda, & iustitia prosequenda, de diuersis
mundi partibus confluit multitudo) tutius, & quietius
& promptiores valeant exhibere; Hinc est, quod nos
ex certis rationabilibus causis moti, etiam nonnullo-
rum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes,
districtius inhibemus locorum Ordinariis, necnon
commissariis, & delegatis eorum cæterisque, vniuersis
& singulis, quacũque potestate & authoritate præfulgeant, cuiuscumque dignitatis, gradus, vel præeminen-
tiæ fuerint, ne contra officiales præfatos, quocumque
nomine nuncupentur, in nostris, & dictæ Sedis obse-
quiis, nunc & pro tempore existentes, necnon quos-
cunque alios, pro suis & eorũ causis vel negotiis pro-
sequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea du-
rante negotiorum, & causarum huiusmodi prosecutio-
ne moram trahentes, & recedentes ab eadem, proce-
dere, aut in eos excommunicationis, suspensionis, vel
interdicti, aut priuationis officiorũ, aut beneficiorum,
& quamvis aliam sentẽtiam promulgare præsumant.
Nos enim omnes & singulos processus, & sententias
contrariorum & mentem nostræ inhibitionis huius-
modi latas, & habitas, & in posterum habendas, ac
eam promulgandas, & quæcumque inde secuta de-
cernimus nulla, irrita, & inania, nulliúsque exti-
tisse vel existere robotis, vel momenti. Necnon quicquid
in contrarium à quoquam quávis authoritate scienter,
vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in
posterum contigerit attentari, etiam decernimus irri-
tum & inane. Et nihilominus in omnes, & singulos
Ordinarios, & officiales, commissarios, & delegatos
eorum, qui se de dignitatibus ac beneficiis ecclesiasti-
cis quibuscumque officialium, aut negotia huiusmodi
quod dictam Sedem prosequentium prædictorum, eos
illa forsan priuando, atque priuatos decernendo, seu
declarando, vel cuiuscumque priuationis prætextu illa
personis aliis conferendo, seu de illis in eos quomodo-
libet se intromittendo, tam in dãtes, quàm in accipien-
tes excommunicationis, suspẽsionis & interdicti latas
sententias promulgamus, quas volumus eos ipso facto
incur-

Ordinarij non possunt ferre censuras in suos subditos Romã euntes, nec illos beneficiis priuare.

Irritantur omnia quę ab Ordinariis contra hoc priuilegiũ Papæ fiunt.

Pœna contra huius priuilegij transgressores.

Huius priuilegij violatores à nullo quàm à Papa absolui possunt.

incurrere. Aqua quidem excommunicationis sententia absolui nequeant nisi à nobis, vel per nos deputato, præterquam in mortis articulo cõstituti. Præmittentem à die affixionis præsentiũ ad valuas Basilicæ principis Apostolorum de vrbe, ex certa scientia quoscunque ligare volumus, & arctare. Non obstantibus Apostolicis & quibuscumque generalibus, aut prouincialibus, aut synodalibus conciliis, editis, cõstitutionibus, ordinationibus, & Apostolicis priuilegiis, per quæ effectus præsentiũ impediri posset quomodolibet, vel differri: etiã si de illis eorumque totis tenoribus habenda esset in præsentibus mentio specialis: & quæ præsentibus volumus haberi pro sufficiẽter expressis, cæterisque cõtrariis quibuscũque. Nulli ergo omnino hominũ liceat

Porrò vt Canonici & alij ecclesiastici, præsertim concilij Tridentini decreta in exemptionis suæ derogationem edita ad reducẽdam, & restituendam vitæ per debitam disciplinam, vitæ ac morum honestatem atque pietatem, æquiori, & benigniori ferant animo cogitent eandem ob causam contra laicorũ exemptionem, quibus tamen liberior & laxior viuendi ratio permittendus videbatur, quàm clericis, hoc tempore a Synodo promanauisse decretum a: Episcopi, vt quem regunt populum possint in officio, atq. obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad visitationem, a morum correctionem subditorum suorũ spectant, ius & potestatẽ habeant, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, ea ordinandi, moderãdi, puniendi & corrigendi iuxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac dioceseos vtilitate necessaria videbuntur. Nec in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptis vlla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ his mãdata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat.

a *sess. 24. de refor. cap. 10.*

In quibus causis populo contra Ordinarios suos adepta est exemptio.

Quid Capitula ad reducendam honestatem præstare debeant. CAP. VIII.

Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum Capitula, quibus iurisdictio in eos, qui de Capitulo

rum sunt, competit, omnē quoque nauare debent a *Concil. Trid. sess. 25. de refor. cap. 6.*
nam, vt malos mores, atque excessus, & abusus omnes extirpent, ac profligent: Et si qui nunc eueniant
lectus, & vitia, diligenter, ac prudēter statim corrigant, atque in suos subditos vitæ, ac morū honestatem
am citissimè reuocent, & diligentissimè conseruent.
am ea quæ præclarè in sacro concilio Tridentino de
nectione delinquentiū (sine qua disciplina consistere
nō potest) statuta sunt, districtissimè obseruari Syn-
us nostra prouincialis Mechlinienſis mandauit: & *Disciplina cōsistere nō potest sine correctione delinquētium.*
nstam necessaria moras pateretur, si de iurisdictio-
, aut per quos correctio fieri deberet, suboriretur
ubio; vt litium & discordiæ occasio præcideretur,
hunc per modū prouisionis, vt Capitula cathedra-
m, & aliarum ecclesiarum; tam quoad Canonicos, b *tit. de correct. cleric. Quomodo & in quos Capitulorum iurisdictio salua relicta sit in prouincia Mechliniensi.*
in dignitate existentes, quam quo ad Capellanos,
icarios, & alios ecclesiarum habituatos, retinerēt iu-
dictionem, & cognitionem tam in criminalibus,
quam ciuilibus per præuentionem: hoc est, vt possint
Capitula Episcopum, dolo, & collusione sublatis, præ-
rent: iis tamen tantùm casibus, quibus hactenus iu-
dictionem habuerunt. Quam quidē præuentionem
uctoritate Episcopi citatio etiam sine scitu deputato-
m facta excludet.

In Canonicos verò collegiatarum ecclesiarū, etiam-
si in dignitate existant, necnon capellanos, vicarios,
& alios quoscumque ecclesiarum cathedralium, seu
collegiatarum beneficiatos, Episcopi in criminali-
bus & ciuilibus causis iurisdictionem & correptio-
nem sine deputatis Capitulorum (quos Synodus Tri-
dentina singulis annis eligi voluit c) exercere po-
terunt, nisi a Capitulis præuenti fuerint, vt dictum
est. Sic tamen quod Capitula in illis casibus, in qui-
bus conceditur eis punitio, sequantur decreta concilij
Tridentini: Alioquin eorū correctione non obstante,
poterunt delinquentes per Episcopos iteratò puniri d.
Si inter Episcopos, & Capitula huius prouinciæ di-
ligenter & acriter de præueniendo in prauorum mo-
rum, excessuum, & abusuum correctione, & emen-
datione laboratum & certatum fuisset, omnia decreta, & sta-

c *sess. 25. de reform. cap. 6.*
d *Concil. Mechl. d. tit. ca. 2. Capitula ecclesiarū collegiatarum in correctione sequi debent decreta Concilij Trid. Quid negligētiæ formationis mali in hac prouincia pepererit.*

& statuta SS. concilij Tridentini & huius prouinciæ accuratissimè obseruata, & ecclesiastica disciplina, atque honestas pristino suo vigori restituta esset, & verisimile omnino est, quod ecclesiæ non sic prouinciæ, spoliatæ, & destructæ fuissent; nec Episcopi capitulo alij ecclesiastici rebus omnibus, & bonis priuatissima inopia, & egestate pressi, exulare debuissent, ignimo si clerus vel nunc tandem resipisceret, & vitia moresque suos prauos vltrò, & sua sponte emendaret, vel saltem à Superioribus suis debitè reformandis sperarem Deum, nobis, sicuti videmus, & sentimus vehementer iratum, statim placatum iri. Quatenus hactenus negligentia, & conniuentia peccatum est, hoc omni nunc & deinceps diligentia, cura, & studio resarciendum, & recompensandum est; habeantur Superiores omnes, ad quos correctio pertinet, perpetuo in memoria hoc Innocentij III. dictum [a]: Ecclesiarum Prælati ad corrigēdum subditorum excessus, maximè clericorum, & reformandos mores, prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. Et cùm sit indubitatum magis expedire, vt nihil statuatur, quàm vt bene ordinata obseruentur, rectè & districtè præcepit Synodus prouincialis Mechliniēsis [b], Louanij celebrata anno 1[illegible] Episcopis, & aliis Prælatis, ad quos pertinet extitit, vt eo studio, eaque vigilantia incumbant in exactionem omnium decretorum prouincialis cōcilij Mechliniensis (à quo omnia, & singula decreta sanctæ Synodi Tridentinæ recepta sunt, & mandata obseruari) quam calamitosus ecclesiæ status requirit; & vt de diligentia à se præstita in proxima quaque Synodo Prouinciali bonam rationem reddere possint.

Quid ex vitæ morūmque nostrorum emendatione sperandum sit.

a *c. irrefragabili. de offic. Ordin.*

b *tit. de visitat. cap. 2.*

Vtinā hoc statutum diligenter & perpetuò obseruaretur.

Ob neglectam disciplinam, & fraternam correptionem a mala proueniant. CAP. IX.

D. Augustinus de causis correptionum, propter quas boni, & mali pariter flagellantur, [illegible] bens [c]: Quis tandem, inquit, reperitur, qui [illegible] dem ipsos, propter quorum horrendam superbiam, luxuriam, & auaritiam atque execrabiles iniquitates

c *lib. 1. de ciuita. Dei ca. 9.*

impietates Deus, sicut minando prædixit, conterit
eras, sic habeat, vt habendi sunt; sic cum eis viuat, vt
um talibus viuendum est? Plerumque enim ab eis do-
endis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, &
rripiendis male dissimulatur; vel cùm laboris piget,
el cum eorum os coràm verecundamur offendere; vel
um inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant
ultis temporalibus rebus: siue quas adipisci adhuc
speret nostra cupiditas, siue quas amittere formidat
firmitas: ita vt quamuis bonis vita malorum displi-
eat, & ideo cum illis non incidāt in illam damnatio-
nem, quæ post hanc vitam talibus præparatur; tamen
propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt:
non eos in suis licet leuibus, & venialibus metuunt)
ne cum eis temporaliter flagellentur, quamuis in
æternum minimè puniantur. Iure istam vitam, quan-
do diuinitus affliguntur, cum eis amarā sentiunt, cuius
contemptu dulcedinem, peccantibus eis amari esse noluc-
runt. Nam si propterea quisque obiurgandis, & corri-
piendis malè agentibus parcit, quia opportunius tem-
pus metuit, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex
correctionibus fiant, vel ad bonam vitam, & piam studien-
da impediant infirmos alios, & premant atque auer-
tant a fide, nō videtur esse cupiditatis occasio, sed con-
sultum charitatis.

Cur boni cum malis à Deo plerumque flagellentur.

Quatenus correptio omitti possit.

Quod est culpabile, quod hi, qui dissimiliter viuunt,
a malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis
eorum, quæ dedocere, & obiurgare deberent, dum eo-
rum offensiones cauent, ne sibi noceant in his rebus,
quæ licitè boni, atque innocentes vtuntur, sed cupi-
unt, quam oportebat eos, qui in hoc mundo peregri-
nantur, & ipsem supernæ patriæ præ se gerunt. Deinde
cum hi, qui superiorem vitæ gradum tenent, & victu
suo ac tegumento vtuntur, plerumque suæ famæ ac
rei consulentes, dum insidias atque impetus malo-
rum timent, ab eorum reprehensione sese abstinent. Et
quamuis non in tantum eos metuant, vt ad similia per-
petranda quibuslibet eorum terroribus, atque impro-
perijs cedant: ea ipsa tamen, quę cum eis non per-
mittāt, nolunt plerumq. corripere, cum fortasse possint

Quorū à correptione culpabilis sit excusatio.

Quæ à correctione malorũ nos deterreant.

aliquos corripiendo corrigere: ne, si non potuerint, sua salus ac fama in periculum exitiumque peruenirent. Nec ea consideratione, qua suam famam, ac salutem vident esse necessariam vtilitati erudiendorum hominum, sed ea potius infirmitate, qua delectat [illegible] blandiens, & humanus dies, & reformidatur vulgi iudicium, & carnis excruciatio, vel peremptio, [illegible] propter quædam cupiditatis vincula, non propter [illegible]cia charitatis.

Cur cum malis flagellentur boni.

Non mihi itaque videtur hæc parua esse causa, [illegible] cum malis flagellentur & boni, quãdo Deo placet [illegible]ditos mores etiam temporalium pœnarum [illegible] punire. Flagellantur enim simul, non quia simul [illegible] malam vitã, sed quia simul amant temporalem [illegible] Non quidem æqualiter, sed tamen simul; quam [illegible] contẽnere deberent; vt illi correpti atque correcti [illegible] sequerentur æternam: ad quam consequendam, [illegible] lent esse socij, ferrentur & diligerentur inimici; [illegible] donec viuunt, semper incertum est, vtrum voluntate [illegible] sint in melius mutaturi. Qua in re non vtique [illegible] sed longè grauiorem habent causam, quibus [illegible] phetam dicitur [a]: Ille quidem in suo peccato [illegible] sanguinem autem eius de manu speculatoris [illegible] Ad hoc enim speculatores, id est Præpositi [illegible] sunt in ecclesiis, vt non parcant obiurgando [illegible] Nec ideo tamen ab huiuscemodi culpa penitus [illegible] est, qui licet Præpositus non sit, in iis tamen, [illegible] vitæ huius necessitate coniunguntur, multa [illegible] vel arguenda nouit, & negligit, deuitans [illegible] fensiones propter illa, quibus in hac vita non [illegible] vtitur, sed plus quàm debuit delectatur.

a Ezech. 3. & 33.

Prælati magis obligantur ad correptionem quàm alij.

Hinc idẽ D. Augustinus alibi [b]: Fratres, inquit, [illegible] quisque Christianus in membris Christi Zelo [illegible] Dei comedatur. Quis comeditur Zelo domus [illegible] Qui omnia, quæ fortè ibi videt peruersa, satagit [illegible] dare; cupit corrigere; non quiescit. Si emendare [illegible] potest, tolerat, gemit. Vides alios currere, & [illegible] velle; prohibe quos potes, tene quos potes, [illegible] potes, quibus potes, blandire; noli tamen [illegible] quicquid potes pro persona, quam portas, & [illegible]

b in euang. Io. tract. 10.

Vnusquisque Christianus Zelo domus Dei comedi, & incendi debet.

Ipsus domus tuæ comedit me. Si autē fueris frigidus, [illegible]cidus, ad te solum spectans, & quasi tibi sufficiens, [illegible] dicens in corde tuo: quid mihi est curare aliena pec[illegible] sufficit mihi anima mea; ipsam integram seruem [illegible]. Eia, non tibi venit in mentem seruus ille, qui ab[illegible]dit talentum, & noluit erogare? Nunquid enim [illegible]usatus est, quia perdidit? & non quia sine lucro ser[illegible]? Nolite ergo fratres mei quiescere lucrari Chri[illegible], qui lucrati estis à Christo. Audis blasphemantes, & [illegible]enter fers Christiane quod Rex Nabuchodonosor [illegible]gena non potuit sustinere dicens [a]: Si quis dixerit [illegible]emiam in Deum Misach, Sidrach, & Abdenago, [illegible]ritum erit. Vides frequentare spectacula, & non [illegible]as? Vides luxuriantes, & non verberas? Sed dum [illegible] non fiūt, & his moribus deprauatis malè nutriun[illegible], qui isto mundo vtuntur, labefit mundus, nec im[illegible] ait Propheta [b]: Defluxit terra, & omnes habi[illegible] in ea.

Excusatio quorundam à correctione fraterna.

a *Daniel. 3.*

Mala, quę proueniunt ex neglectu fraternę correctionis.

b *Isa. 24.*

Non quiescunt vsque nunc murmurare homines, [illegible] tempora præterita. Magna erant tempora pa[illegible] nostrorum dicunt. O quàm bona habuerunt [illegible]pora patres nostri? Sed videte quid fecerint pa[illegible] nostri? Phinees sacrificantem virum idolis ma[illegible] propria peremit [c], vt placaret iram Dei. Moy[illegible] populum oberrantem, vitulumque fusilem ado[illegible]tem, ita certa emendatione coërcuit, vt vnam tri[illegible] ex duodecim ad se vocans, quæ sequi voluit Deū, [illegible]eum eis daret, vt acceptis gladiis in manibus [illegible], filij percuterent parentes, & parentes occiderent [illegible]: nullus ergo reuocauit affectus; nullus huma[illegible] reseruatus est locus, quia timor, & amor Dei [illegible] omni desideriorum carnalium amore fereba[illegible]. Dum noluimus pacem ciuitatis turbari peruer[illegible], pacem, quam desideramus, non accipimus re[illegible]. Contemnimus pacem seruare bonorum mo[illegible], & periit pax temporum nostrorum. Discite [illegible] nunc dilectissimi, quid cui rei præponere debea[illegible]. Nolite diligere vitia in amicis, in seruis, in [illegible]nibus notis: præponatur singularis potestas om[illegible] potestati. Honorem exhibeamus Cæsari tanquam

Murmuratio hominum propter tempora, quæ nunc sunt, & olim erant.

c *Numer. 25.*

d *Exo. 32.*

Cæsari, timorem autem Deo, præferatur creator cre-
turæ; diligamus Deum, quia diligit nos, & in hoc quod
nos flagellat, diligit. Redite filij, redite, redite pœna-
ricatores ad cor: facite gaudium ex conuersione ve-
stra, corrigantur corda vestra, displiceant vobis opera
vestra[a].

Rursum idem D. Augustinus explicans illa verba
Domini[b]: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum
inter te, & ipsum solum. Peccauit, inquit, in te frater
tuus: si tu solus nosti, tunc vere in te solum peccauit.
Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, ut illos
peccauit, quos testes suæ iniquitatis effecit. Quando
me audiēte fratri meo quisquam iniuriam facit, aliud
vt à me iniuriam illam alienam putem. Prorsus si mi-
hi fecit, imò & mihi plus fecit, cui putauit placere,
quod fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus,
quæ peccantur coram omnibus; ipsa verò corripienda
sunt secretius, quæ peccantur secretius: sic agamus,
sic agendum est, non solùm quādo in nos peccatur,
quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur. In
secreto debemus corripere, in secreto arguere, ne pe-
lentes publicè arguere prodamus hominem: vbi con-
tigit malum, ibi moriatur malum.

a *August. in tract. de temp. barbar. to. 9.*

b *in tract. de verb. Dom ser. 16. ca. si peccauit. & c. si peccauerit. 1. q. 1.*

Explicatio illius: si peccauerit in te frater tuus, &c.

Ad fraternam correctionem quantopere omnes Christiani teneantur. CAP. X.

DIuus Ioannes Chrysostomus[c] exemplo Iacob
docens quantopere ad proximi correptionem
teneamur; Quid enim, inquit, quis iusta
benignitate sat dignum attulerit, qui neque filiabus
parcere voluit, vt seruaret hospitibus honorem? Ali-
beraret eos à peruersitate Zodomitarum? Et ipsos
dem filias suas prostituit, vt hospites viatores omnes
ignotos eriperet ab impiorum contumelia: nos autem
videntes sæpe fratres nostros in ipsum impietatis
fundum, & quasi dicerem in fauces diaboli cadentes,
que sermone eos dignamur neque consulere, neque
bis admonere, & eripere à malitia, & ad virtutem
nu ducere. Qualem igitur habebimus defensionem
iustus neque filiabus parcit, vt hospitum seruet

c *in cap. 14. Genes. hom. 43. Quantopere ad proximi correctionem teneamur omnes.*

os autem ita immisericorditer erga fratres nostros efficimur, & sepe tam frigida & absurditatis plena verba proferimus? Quid enim, inquis, mihi cum illo commune? mihi non est curæ, nihil mihi negotij cum eo. Quid dicis homo? Nihil tibi commune cum eo? Frater tuus est, eiusdem tecum naturæ, sub eodem estis Domino, sæpe etiam eiusdem participes mensæ, spirituales illius, inquam, & terribilis; & dicis: nihil commune habeo cum eo, & immisericorditer præteris, & non porgis iacenti manū. Et Iudæis quidē lex imperabat, vt inimicorum lapsa iumenta negligerent: tu autem fratrem tuum à diabolo sæpè saucium, & iacētem non super terram, sed super peccati barathrum videns, tua exhortatione non reuellis, non admonitionem tuam adhibes, non alios in auxilium vocas, vt à fauce bestiæ membrum tuum eruere valeas, & ad suam reducere nobilitatem; vt & ipse, si quando ceciderīs, quod absit, in laqueos mali dæmonis illius, possis habere alios, qui te iuuent, & liberent à manibus diaboli? Sic & Paulus excitare volens Galatas, vt suis prouiderent membris, inquit[a]: Considerans temetipsum, ne & tu tenteris: quasi diceret: si absque compassione, & misericordia fratrem præteris, fortè & te si ceciderīs, alius similiter præteribit. Si igitur vis non despici, si nihil labaris, ne ipse despexeris alium; sed magnam præ te fer benignitatem, & thesaurū crede maximum, si serues fratrem. Nihil enim huic vnquam par fieri poterit de virtute sermo est. Nam si solùm mente cogitauerīs, quod ille, quem despicis, & præteris, à Domino tanto in honore habitus est, vt propter ipsum non refugerit & sanguinē effundere, sicut & Paulus dicit[b]; & perit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est, quomodo non præ pudore sub terra te abscondis? Si igitur propter illum Christus sanguinem effudit, quid magnū facis, si tuam in eum declares beneuolentiam & exhortatione verborum iacentem erigas, & animam mersam fortè & submersam teseras ex profundo malitiæ, & facis vt videat veritatis lucem, ac non recurrat ad vitiorum caligines? imitemur igitur, obsecro iustum illum; & si periclitan-

A fraterna correctione excusatio.

Inimicorum lapsa iumenta negligenda non sunt.

a *Galat. 6.*

Thesaurus est maximus seruare fratrem.

b 1. *Corint. 8.*

dum etiam fuerit pro salute proximi non hoc subter-
fugiamus. Nam tale periculum nobis salutis fuerit oc-
casio, multamque conciliabit fiduciam.

Rursum idem Chrysostomus alibi de cura & corre-
ctione fraterna verba faciens[a]: Oportet, inquit, [illegible]
saluus es, ad alterius medicinā dicere, quod salutis [illegible]
ueniat: At si verbis tuis non obediat, interim [illegible]
intuere quò pergit, & contine à maligno [illegible]
Fortassis enim reuerebitur. Et quid, inquis, [illegible]
quando propter me magis illud efficiet, & quia [illegible]
volui retinere? Interim noli scrupulosus esse in [illegible]
quocumque facto retine illum ab actibus malis, & [illegible]
uoca. Assuescat non ire ad illum tartarum, siue pro-
pter te, siue propter aliud aliquid. Et cùm assuesce-
feceris eum illuc non pergere, tunc poteris paulatim
respirantem docere meliora. Et quia oportet propter
Deum hoc obseruare, & non propter hominem, [illegible]
velis in eo subitò cuncta corrigere, alioqui minus [illegible]
poteris: sed paulatim gere, ne repentina correctio
prægrauetur. Si videris aliquem ad conuiuia [illegible]
tionis & ebrietatis plena pergentem, etiam [illegible]
liter age, & ipsum iterum cohortare, vt si quod [illegible]
vitium viderit, adiuuet, & corrigat, & admonea[illegible]
enim & in se ipso correctionem tuam patiētissime [illegible]
lerabit, cùm viderit te opus habentem correctione, [illegible]
non veluti perfectum in omnibus, neque veluti [illegible]
rem, sed veluti amicum, & fratrem auxilium [illegible]
tem, & dic ad eum: Ego te adiuui, in mentem [illegible]
ducens, quæ tibi prodesse valebunt, te quoque [illegible]
vt quicquid in me inspexeris vitiosum, reprehen[illegible]
& corrigas. Si verò iracundum videris, si [illegible]
liga illum tua admonitione, hoc enim est [illegible]
Sic frater à fratre adiutus, sicut ciuitas fortis [illegible]
Non enim manducare, & bibere facit amicitiam [illegible]
lem namque & latrones habent, & homicidæ) [illegible]
amici sumus, si verè inuicem pro nobis curam [illegible]
mus, in his nobis inuicem conferamus, hæc ad [illegible]
tiam nos adducant, quæ nobis vtilia sint. Prohi[illegible]
mus illa fieri, quæ ad gehennam ducunt, &, ne qui [illegible]
ripitur, indignetur. Homines quippe sumus, [illegible]

[a] in 12. cap. ad Hebr. hom. 30.

Paulatim correctio facienda est.

Ad captādam corrigendi beneuolentiam et patientiam.

Quibus verbis in fraterna correctione vtendum sit.

vtilis non sumus alieni. Neque qui corripit, sicut qui pronuntiat, aut prædicat, hoc faciat, & divulgans magis, quàm monens, sed remotum cum lenitate multa. Multa quippe lenitate opus habet, qui corripit, vt qui corripitur, æquanimiter toleret sectionem. Non videtis medicos, quando vrunt, vel secant aliquos, cum quanta lenitate opus curationis exercent? multo amplius corripientes oportet hoc agere. Etenim correptio, & igne, & ferro vehementius operatur, & resilire facit eos, quibus offertur. Hæc circa ægrum etiam medici primùm student, quatenus possint ægrum facere sectionem æquanimiter tolerare: & quantum possunt leniter agunt, & aliquantulum aquiescentes ægrum faciunt recreari. Sic enim oportet correptiones efficere, vt & qui corripiuntur, non resiliant; at si eos iniuriari proueniat, at si percuti, non debent abhorrere; enimvero illi, qui secantur, aduersus eos, à quibus secantur, multa reclamant; sed illi nihil impediuntur, sed tantum ægrotantium consulunt sospitati: sic etiam hæc cuncta gerenda sunt. Omnia namque qui corripit ad illius [illegible] vtilitatem & tolerare debet & facere, respiciens ad meritum, quæ tali voluntati reposita reseruatur. Inuicem, inquit [a], onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sic igitur & corripientes inuicem, & tolerantes ædificationē mutuam poterimus implere.

Correptio fraterna seorsum & cum lenitate fiat.

Quanta sit vis correptionis.

Quæ correptionis fraternæ debeat esse intentio, & finis.

a *Galat. 6.*

D. verò Prosper natura, & iustitia nos ad fraternam correctionē obligatos esse demonstrans [b]: Ex iustitia, inquit, manat & æquitas, quæ nos facit, vt omnium necessitates hominum nostras esse dicamus; nec nobis tantùm, sed etiam generi humano nos natos esse credamus: & quicquid cuilibet hominū nocere potest, tanquā si nobis noceat euitemus: quia qui homines sumus nihil humani à nobis alienū putare debemus. Siquidē beluarum est sibi viuere, nec suas vtilitates in cōmune conferre. Deinde si inuicē persequi, lacerare, & perdere ferarū est proprium; quis dubitet excellentiæ humanæ competere, vt se alterutrum iuuent, instruant, ædificent, & vtilitatem communem tanquam propriam curent.

b *lib. 3. de vita contempl. cap. 22. & 23. Natura, & iustitia ad correctionem fraternā obligamur.*

curent. Si peccantem video, & non solùm non argu-
sed etiam ei peccanti cōsentio, participem me dam-
tionis eius efficio; & in omnibus peccantibus pra-
quando eos, quos scio peccasse, siue peccare, quam
crudelis animi malignitate non increpo. Nec vel-
diendi sunt illi, qui se dicunt propterea delinquen-
obiurgare non posse, ne eos qui se emendare nolunt
sibi faciant inimicos. Qui dum parcunt eorum vo-
tati, saluti non parcunt. At si non ex iactantia, sed
misericordia, & cum quadam pietate cōpatientia
mi castigemus, & illi nos sentiant non minus pe-
suis moueri, quàm nostris; aut in bonum statum
formati nobiscum Deo gratias agunt; aut si eos in pe-
cato tenet adhuc peccandi dulcedo, & salutem suam
nobis curæ esse cernētes malum reddere pro bono vo-
luerint; magis malle debemus eorum inimicitias, qui
noluerunt emendari, contrahere, quàm Dei offensam
cùm peccantes palpamus, incurrere. Nam si te (vt D.
Clemens, inquit, se à D. Petro audiuisse, & doctum
esse [a]) multi e fratribus propter rigorem iustitiæ, odio
habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex huiusmodi
modi odiis amor tibi conciliabitur Dei. [illegible]
magis, & refuge, ne laudes ab iniquis, & ne a pro-
mè agentibus diligaris, sed potius propter iustitiæ di-
spensationē, & æquissimam regulā disciplinæ à Christo
collaudari merearis. D. verò Bernardus [b] fratribus no-
stris, inter quos viuimus, dicit nos esse, ipso iure frater-
nitatis, & societatis humanæ, consilij & auxilij debito-
res. Nullū autem consiliū ipse melius arbitratur, quam
si quis exemplo suo fratrem docere studeat, quæ opor-
teat, quæ nō oporteat fieri, prouocās eum ad melius
& consulens ei non solū verbo atque lingua, sed etiam
opere & veritate: An verò vtilius, aut efficacius au-
lium aliquod est, quàm vt ores deuotè pro eo; vt non
dissimules redarguere culpas eius; vt nō modò nullum
ei offendiculum ponas, sed & solicitus sis quantū pro-
uales, tanquam angelus pacis, de regno Dei scandala
tollere, & occasiones scandalorum penitus dimitte-
re? Si talem te fratri auxiliarium, & consiliarium ex-
hibes, reddis ei quod debes, nec habet vnde causetur

Friuola excusatio de correctione fraterna.

Præstabilius est corripiendi inimicitiā incurrere, quàm Dei offensam.

a *epist. 1. ad Iaco. frat. Dom.*

b *in serm. 3. de aduen. Dom. Iure fraternitatis obligamur ad correctionem fraternam.*

Dei

De obedientia ad redeuendam honestatem Canonicis, & alus ecclesiasticis necessaria.

CAP. XI.

CVm tantopere ad fraternam correctionem omnes obligemur, eaque hoc deploratissimo seculo gratior & vtilior videatur quàm Superiorum, quorum monita & præcepta non solùm à malis, verumetiam ab aliis multis, qui honestę vitæ & conuersationis esse apparent, in gratiam tamen & fauorem, vel saltem meiu odij, vel irrisionis prauorum plane negliguntur, & vilipenduntur: hi rem optimam, & Deo gratissimam, & ecclesiæ vtilissimā suæque saluti conuenientissimam facturi sunt, si confratrum suorum vitia rumpere, & arguere omnino velint; vt illos ad summorum Pontificum constitutiones, & SS. concilij Tridentini, aliorumque decreta, & statuta obseruanda, & ad Superiorum suorum obedientiā verbo, & facto suo, atque exemplo hortentur, & inducant. Hæc enim, vt D. Augustinus, inquit [a], in creatura rationali mater est quodammodo omnium, custosque virtutum. Hæc si ita sit, nec Præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit: quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur [b]. Hæc virtutes cæteras menti inserit, insertasque custodit, hæc victimis iure præponitur; quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur [c]. Cæteris quidem virtutibus dæmones impugnamus; per obedientiam vincimus: victores ergo sunt, qui obediunt: quia dum voluntatem suam aliis perfectè subijciunt, ipsi lapsis angelis per obedientiam dominantur [d]. Per alias virtutes nostra Deo impendimus, per obediētiam nosmetipsos exhibemus. Omnia bona opera postponēda sunt his bonis: quæ iubentur. Quia longè altioris meriti est propriam voluntatem alienæ semper volūtati subijcere, quā magnis ieiuniis corpus atterere; aut per compunctionem se in secretiori sacrificio mactare: Quia qui perfectè voluntatem præceptoris sui implere didicit, in cælesti regno, & abstinentibus, & flentibus excellit [e]. Vnde in formula viuendi Canonicorum edita

a *lib. 14. de ciuita. Dei. cap. 12.*

Honesti inhonestos ad statutorū obseruantiam & Superiorum obedientiam hortari et inducere debēt.

Obedientia mater et custos est omniū virtutū.

b *Greg. in 1. li. Reg. lib. 2. c. 4.*

Obedientia victimis præponitur.

c *Greg. lib. 35. moral. cap. 12. & c. sciedum. 8. q. 1.*

d *Greg. in 1. li. Reg. lib. 4. c. 5.*

Omnia bona opera postponenda sunt his quę iubentur.

e *Greg. in 1. li. Reg. lib. 6. c. 2.*

a in cap. 2. 3. 4. & 5.

Verus obediēs vix potest peccare.

in concilio Hildemensi legitur[a]; quod verus obediens vix potest peccare: ex quo per oppositum concluditur quod qui non vult obedire vix potest bene facere.

Obediētia Canonicis ingrata & inuisa.

Iam quæso reflectite hæc super statum vestrum canonicalem. Quid est, quod quidam ita vitare solent sicut obediētiam? Nónne hæc est quotidiana vox obedientiarū Canonicorū, paucis exceptis: Nos liberi sumus, nemo nobis præcipere habet; nos cùm Dominis sumus, nolumus vt præcipiatur nobis; sed ipsi aliis præcipere debemus. Nūquid serui sumus? Ah malè liberi est qui diaboli seruus est. Nónne vulgariter dicitur: quanto stirps nobilior, tanto ceruix flexibilior? Quid ista generositate tales gloriantur; quando nec diuinis, nec humano iudicio vlla in eis ingenuitatis indicia reperiuntur. Iam dictum est, quod nobilitas vera, siue secularis, siue spiritualis cum promptitudine obediendi soleat agnosci. Quodsi verus obediens facilius potest vitare peccatum, è contra, qui non vult obedire, facilius potest peccatum vitare. Imò penitus non potest, quia diabolus eum ad omne malum impellit, quem nullo disciplinæ frœno alligatū cernit. Prona est namque omnis ætas ad malum.

Canonicorum contra obedientiam excusatio.

Nobilitas vera, promptitudine obediendi solet agnosci.

Inobediens cur peccatum vitare non possit.

Venerabiles igitur Domini si vultis seriò vestram salutem procurare, cauete ab hac mala libertate, quæ & à falsis, & imperitis magistris. Per hæc duo penitus totum mundum diabolus post se trahit. Tollantur enim dio ista duo, scilicet pertinacia obediendi, & falsitas aroneorum magistrorū, quid vlterius periculi tenebit in orbe terrarum? Si cūcti magistri bene docerent, si cuncti discipuli bene obedirent, nónne reformatus esset mūdus? Hìc tota difficultas, hìc totius vitæ Christianæ perfectio latet. Sed absit hoc, dicit libertas, la, vt sic me alteri subdam, quod nihil mihi refert, viuit Dominus, ego pariter conciliabor, ego quod cet faciam, alienum non audiā, nisi forte illum, qui quitur mihi placētia. O periculum periculorum, super omnes filios Adam effusum, quod vtique paucissimi effugiunt. Sic miser homo decipitur, purans suam impleat voluntatē, & nescit quod diaboli impulsibus ad omne malū. Hęc sunt stipēdia mali

Duo quibus diabolus totum mundū perdit.

Inobedientium verba.

Inobediens diaboli seruit impulsibus.

nis, quando scilicet vnusquisq. facilè delectatur, quod sibi propria voluntas suadet, quod cõmuniter diabolus quodam quasi hereditario iure facile sibi seruire cogit.

Propriam adimplere voluntatem homini perniciosum est a concil. Hildem. in d. for. viuen. Can. c. 2.

Ecce quod homo summè appetit, & diligit, hoc sibi summè pernicioſum est, propriam scilicet adimplere voluntatem, vt nemo ei dicere possit; cur sic facis; aut, ab illis abstineto: quia hac libertate omnibus vitiis exponitur[a]. Vnde Apostolus ait [b]: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Vbi sic dicit B. Augustinus: Ille secundum carnem viuit, qui secundum seipsum viuit, id est, pergit quò vult; dormit, quando vult, & quamdiu vult; loquitur quicquid vult; manducat & bibit quando vult: & quantum vult; ridet, iocatur, otiatur quant vult; occupatur quando vult, & in quibus vult; quicquid naribus suaue est, quærit; quicquid auribus iucundum; quicquid oculis delectabile; quicquid corpori suo iucundum, exercet & prosequitur: delectatur in vestimentis curiosis, & epulis splendidis. Quid multa? Omnia desideria carnis suæ exquirit, & perficit sicut vult, & quando vult. Qui sic viui, tabsque omni dubio a morte morietur, vbi nunquam quicquam habebit ex his, quæ vult. Quàm insensati sunt, qui hic de falsa libertate gloriantur, non volentes submittere collum suum iugo Christi, qui dixit[c]: Discite à me quia mitis sum & humilis corde: tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris [d].

Roman. 8. Quis secũdum carnem viuat.

c Matth. 11.

d concil. Hildemẽ. in d. for. viu. Can. cap. 3. Quid pensandum Canonicis quotidie fit.

Pensate igitur diligenter statum conscientiæ vestræ, quomodo vixistis, & quomodo quotidie viuatis, & quales sint cum quibus cõuersamini. Cum Deo, & spiritualibus viris erit conuersatio vestra, si rectè viuere velitis: verùm non sufficit qualitercumque viuere, sed esse Canonicus: Canon autem Latinè dicitur regula; inde Canonicus, id est, regularis. Regula verò dicitur, quia regit, & secundum quam aliquis regulatur, ac dirigitur[e]. Igitur qui non vult regi, nec etiam dirigi, iste non est Canonicus: Si autem non est Canonicus, nec coram Deo potest leuare fructus præbendæ, quam titulum falso nomine possidet. Quodsi leuauerit, peccat, & ad restitutionem coram Deo tenetur. Et si restituere non valet, tunc diuina iustitia ipsum æternæ

e Concil. Hildem. d. loco cap. 4. Canonicus, qui non vult regi, fructus præbendæ suæ percipere non potest.

æternæ seruituti adiudicabit, si in hac vita, dum adhuc tempus habet, condignam pœnitentiam non egerit.

Sacra scriptura nos docet [b], quod obedientia melior sit, quàm victimæ; & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Ex quo D. Gregorius infert [c], quod sola est, quæ fidei meritum possidet, obedientia, sine qua nullus infidelis esse conuincitur, etiamsi fidelis esse victimæ. Et idem alibi [d] præfatum scripturæ locum explicans, tunc, inquit, obedientia melior est, cùm holocaustum, & victima, mala non est. Quasi superbientes inobedientesque ad tanti boni considerationem reducens dicat: Etsi nil à vobis per præsumptionem fieret, obedientiæ virtus operibus, quæ eligitis, melior esset. Liquet ergo quo sita sit culmine, quam diuinis oblationibus propheta vidit altiorem ac meliorem. Quæ longè altioris meriti est propriam voluntatem aliam semper voluntati subijcere, quàm magnis ieiuniis corpus atterere, aut per compunctionem se in secretum sacrificio mactare. Quia qui perfectè voluntatem conceptoris sui implere didicit, in cælesti regno, & [illegible]nentibus, & flentibus excellit. Etsi pro excellentia virtutum gloria excellens bonum quæratur, bonum tamen obedientiæ quod excellentibus etiam excellit, eligi potius debet. Qui autem Prælatorum imperiis repugnant, ideo vtique repugnant, quia diuinam voluntatem se scire melius æstimant. Quasi ergo peccatum ariolandi est, repugnare: quia velut contemptu diuino altari, ad aras dæmonum responsa percipiunt, dum cordis sui præstigiosis, ac superbis adinuentionibus credunt, & salubribus Prælatorum consiliis, contraria sentiendo, refragantur. Nolle autem acquiescere, idololatriæ sceleri simile dicitur; quia nimirum inobedientiæ suę obstinatione nemo persisteret, si propositi sui figmẽtum in corde quasi idolum non gestaret. Dum enim agenda in corde concipit, quasi idolum facit: Et dum conceptum mentis propositũ se adiuuare deliberat, quasi ad adorãdum simulachrum se inclinat. Quasi ergo scelus idololatriæ est, nolle acquiescere.

a concil Hildemen. d. loco. c. 5.
b 1. Reg. 15. cap. c. illud. de maior. et obed. Nolle obedire, scelus idololatriæ est. Inobediens infidelis est.
c in c. sciendũ. 8. q. 1.
d in 1. Reg. li. 6. expositio. cap. 2.

quia quisquis in propria deliberatione obstinatus est, idcirco foris in maiorem contemptum erigitur: quia nimis eis quæ fingendo statuit propositi sui simulacris incurvatur. Deinde nolle acquiescere, quid est nisi & sanctæ obedientiæ repugnare, & in eiusdem repugnationis obstinatione persistere? Non enim acquiescunt, qui in cordis sui proposito inuincibiles sunt, & quæ decernunt agere, nullius authoritate prætermittunt. Quia ergo qui huiusmodi sunt, rationibus non vincuntur, qua pœna cohibeantur propheta intulit, dicēs: Pro eo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis Rex. Quasi dicat: Quia cuncta tuis consilia respuis, pro culpa pertinaciæ non debes tibi vlterius corrigi, sed abiectionis pœna damnari. Quantum itaque timeri debeat inobedientiæ culpa, attenditur, si hoc attentè cōsideretur; quia propter hanc etiam reges deponuntur. Hactenus D. Gregorius loco allegato, vbi plura alia habet lectu dignissima ab illis, qui nunc in reformationis negotio, neque Deo neque matri suæ matri Ecclesiæ per œcumenicam Synodum representatæ, neque Christi in terris Vicario Pontifici Romano, obedire voluerunt, sed illorum præceptis, ac decretis repugnarunt, nec iuris acquiescere voluerunt. Item D. Clemens Papa martyr ad Iacobum fratrem Domini scribens[a]: Si, inquit, vobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri, & reliqui clerici, omnésque principes tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi; non solùm infames, verumetiā extorres regno Dei, & consortio fidelium, & à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. D. verò Ambrosius[b]: Si quis, inquit, non obediat Episcopo, sese extollere, atque efferare desiderans, quærens etiam obumbrare merita Episcopi simulata affectione doctrinę, aut humilitatis, aut misericordiæ; is à vero deuius superbit: quoniam veritatis ea regula est, vt nihil facias cōmendandi tui causa, quo minor alius fiat: neque si quid boni operis laboras, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerceas. Non defendas improbum, & sancta indigno committenda non arbitreris. Neque iterum arguas, & impugnes cuius crimen non deprehenderis.

a *epist. 1. & in c. si autem. 11. q. 3. & c. omnes. de maiorit. & obed. Omnes Episcopis obedire debent.*

b *lib. 2. offic. c. 24. et c. si quis. vero. 11. q. 3.*

Anterus

Inobediens à dæmonibus discerpetur.

Anterus verò Papa inobedientem dæmonũ ore discerpendum pronuntiauit his verbis [a]: Absit vt quicquam sinistrũ de his arbitremur, qui Apostolico gradu decedentes Christi corpus sacro ore conficiunt; per nos Christiani sumus; qui claues regni cęlorum habentes, ante iudicij diem iudicant. In veteri quidem lege habetur: Quicumque sacerdotibus non obtemperabit, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione [illegible]catur, aut eiectus de ecclesia rabido ore dæmonum discerpitur.

a in epist. ad Episc. Hisp. & in c. absit. 11. q. 3.

Præpositorum vita à subditis discutienda non est.

CAP. XII.

b hom. 34. in c. vlt. ad Hebr.

DVerò Ioannes Chrysostomus explicans illud Pauli [b]: Obedite Præpositis vestris, & subditi estote illis, scientes, quoniam ipsi vigilant pro animabus vestris, quasi rationẽ reddituri, vt cum gaudio hoc faciant non gemẽtes; hoc enim expedit vobis. Quid ergo, inquit, si dicat aliquis dum Præpositus malignus est, non obaudiemus? Malignum quaeritis? Siquidem est in causa fidei, fuge illum, & euita, non solùm si homo fuerit, sed etiã si angelus de cælo descenderit. Si verò in voto, & moribus malignũ dicit, nolo scrutari: Et hæc non ex me ipso dico, sed ex scriptura diuina. Audi enim Christũ dicentem: Super cathedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisæi. Et primò dicens [illegible] his multa mala, tunc dixit [c]: Sederunt super cathedram Moysi: omnia, inquit, quæ dixerint vobis facite: quæ autem fecerint, facere nolite. Habent dignitatẽ, licet vitæ sint perditæ: veruntamen non ad vitam eorum, sed ad sermones attendite. Quantum enim ad mores attinet, nullus poterit lædi. Qua ratione hoc? quia quæ facit, manifesta sunt omnibus, & neque ipse, etsi ad cacumen iniquitatis perueniat, poterit alios mala docere. Cùm autem fidei causa vertitur, neque manifestum est omnibus quod dicitur, neque malignus dubitauit docere contraria: Nam quod dictum est: nolite iudicare ne iudicemini, de vita dictum est, non de fide. Qui

Quatenus malignis Præpositis obaudiendum sit, et non sit.

c Matth. 23.

nim infertur, hoc manifestat. Quid enim, inquit[a], vides stipulam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Omnia ergo quæ vobis dixerint, inquit, vt faciatis, facite. Facere autem operis est, non dicti. Rursum idem alibi[b]: Etiamsi qui præsunt improbi forent, innumerisque scaterent malis, ne sic quidem fas esset discipulo dictis non audientem esse. Dominus si de Iudæorum Doctoribus dictum est, quorum super cathedram Moysi sedebant, eos esse dignos, qui à discipulis audirentur, quanquam operibus essent tam malis, vt Dominus præceperit, ne illa imitemur, qua venia digni erunt, qui ecclesiæ Præsides ingratiam Dei modestè viuentes conspuunt, & contemnant?

a *Matth. 7.*

b *in epist. ad Galat. cap. 1. Improbis et malis Præpositis obediendum est.*

Huc pertinet & illud, quod idem alibi prædictum iam explicans: obedite Præpositis vestris, &c. haberi: Nam dic, inquit, oro, ipse tanto periculo tui gratia subditus est, tu illi obtemperare detrectes in his, quæ tibi vtilia sunt? Etsi enim ille sua omnia ritè dispenset, quamdiu tu minus rectè vales, angoris vacuus esse non potest: cùm duplex ab eo ratio sit exigenda. Tam verò considera quantum periculi sit per singulos subditorum discussi, rationemque pro omnibus reddere. Quantumvis illi honoris impendas, quantumlibet obsequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam etsi animam ponas, ipse hoc pro te iugiter facit. Et si id minus hac in vita facit, quòd persecutionis non adsit tempus, eam tamen periculo æternæ mortis exponit. Tu contrà neque ad verba vsque illi subiici vis. Hoc nempe est malorum omnium causa; quod rectorum authoritas periit. Nulla illis reuerentia habetur, nullus honor, nullus metus. Obaudite, inquit, Præpositis vestris, & subditi estote illis: At nunc peruersa & confusa sunt omnia. Neque istud Præpositorum gratia. Quid enim illi de nostro honore lucrantur, nisi in quantum obtemperantes habebunt, idque pro vtilitate nostra? Hi enim licet honorentur, nihil de eo honore in futurum lucrantur, maioremque damnationem inde suscipiunt. Etsi patiantur iniurias, nihil ex iis detrimenti in futurum acquirunt: imò

c *in epist. 2. ad Timoth. cap. 1. homil. 2.*

Causa omnium malorum est, quod Superiorum authoritas periit.

Iniuriæ, quas Præpositi patiuntur, cedunt illis in meritis, & defensionē.

imò & meritorum illis accedit cumulus, atque defensio. Nostri denique causa cuncta illi faciunt. Nam [illegible] honorantur à subditis, & hoc illis fieri iubet [illegible] quemadmodū dicebat Heli[a]: Assumpsi te de domo patris tui: Siue iniuriis afficiantur; hoc in se Deus [illegible] perpetitur: sicut ad Samuelem ait[b]: Non te spernunt, sed me. Itaque illis contumelia lucrum; honor [illegible] onus est. Non ergo hæc illorum gratia, sed vestra [illegible] sa dico.

Qui honorat sacerdotem, Deum quoque honorat: qui verò sacerdotem spernit, ad id sensim prolabitur, vt in Deum ipsum aliquando contumeliosus [illegible]. Qui vos, inquit[b], suscipit, me suscipit; & sacerdotes, ait[c], eius in honore habete. Hinc Iudæi Deum [illegible] nere didicerunt, quia Moysen contempserunt; quia [illegible] dibus eum impetebant. Nam qui pie sacerdoti [illegible] tur, longè maiori pietate Deum reuerebitur. Etsi enim malus fuerit sacerdos quispiam, attendit Deus [illegible] sui gratia illum etiam qui dignus honore non est, [illegible] sequiis foues, ipseque tibi præmia exoluet. Si enim [illegible] prophetam in nomine prophetæ suscipit, [illegible] prophetæ accipiet: profectò & qui cedit, & [illegible] rat sacerdoti, mercede sua non destituetur. Nam [illegible] de hospitalitate agitur tantū, vbi quem suscipit [illegible] ras, tantum præmiorum accipis; si ei subditus [illegible] Deus imperat, non multo magis mercede donabit? An ignoras quid sit sacerdos? Angelus vtique Domini est, non ex se ipso loquitur: si despicis, non [illegible] despicis, sed Deum, qui illum ordinauit. Quid enim non agit Deus salutis nostræ causa? quid non loquitur per quem non operatur? Si enim per Iudam operatus est, & per prophetas quibus dicturus est: non nouit [illegible] discedite à me, qui operamini iniquitatem; per quem [illegible] qui dæmones in nomine suo eiecerunt: non magis [illegible] sacerdotes diuino ministerio famulantes operabitur?

Namque si Præpositorum vitas discutere [illegible] mus, ipsi doctores nostros ordinare contendimus [illegible] uersoque ordine naturali, quæ supra sunt, infra esse [illegible] lumus, vt superius pedes, inferius verò sit caput, [illegible] quid Paulus dicat[d]: mihi autem pro minimo est [illegible]

a 1. Reg. 8. *Iniuriam, qua afficitur Præpositus, Deus patitur.*

Honos Præpositorū onus est.

b 1. Reg. 8. *Honorans sacerdotē Deum quoq. honorat.*

b *Matth.* 10. *Mar.* 9. *Luc.* 10.

c *Eccles.* 7. *Gratum Deo est, malum sacerdotem honorari.*

Sacerdos quid sit.

Præpositorum vitæ à subditis discutiendæ non sunt.

d 1. *Corint.* 4.

[illegible]bis iudicer, aut humano die. Et iterum [a]: Tu quid [illegible]dicas fratrem tuum? Si fratrem iudicare non expe[illegible], quanto minus magistrũ? Nam si hoc statuit Deus, [illegible] facis; peccasque ni facias. Sin verò cõtraria præ[illegible], noli præsumere, neque ea coneris, quæ super te [illegible]. Insurrexerunt aduersus Aaron post vituli forma[illegible] effigiem Core, Dathan, & Abiron. Quid ergo? [illegible] illi periere? Quilibet quæ ad se pertinent solici[illegible] caret. Nam si quidem fidei dogma peruertat, etiam [illegible]angelus sit, obaudire noli: sin verò recta docet, noli [illegible], sed verbis intendere. Habes Paulum verbis te o[illegible]que moderantem. Non distribuit pauperibus, [illegible]; non bene dispensat ecclesiæ res. Vnde tibi id [illegible]? Noli illum culpare antequam discas reatum: [illegible], plurima quippe ex simplici suspicione iudicãtur. [illegible] Deum tuum, audi ipsum dicentem [b]: Descen[illegible] videbo, si secundum clamorem suum consum[illegible]: Sin autem vt sciam. Quod etsi didicisti, & [illegible]minasti, & vidisti, iudicem sustine. Noli præripere [illegible] ordinem; illius est munus ista discutere, non [illegible]. Quis ipse es, pastorem noli curiosè discutere, [illegible] quoque criminis reus tenearis, quod illum ac[illegible] præsumis. Et quomodo, inquies, id mihi dicit, [illegible] ipse non facit? Non tibi ipse dicit, nam si illi ob[illegible]peras, mercede priuaris. Christus hæc admonet. [illegible] agitur aliena iudicemus; sua quisque discutiat, vi[illegible] diiudicet suam.

At debet ille, inquies, melior esse, quàm ego. Cur [illegible]? Quia sacerdos est. Et quid habet ille amplius [illegible]? Non labores, non angores, non ærumnas? [illegible] esse te melior? Quid ergo? Nisi sit melior, te[illegible] perdis, ac perimis? Sunt verba ista plena arro[illegible]. Vnde enim nosti illum te non esse meliorem? [illegible], inquies, & sacrilegus est. Vnde hæc nosti? [illegible] ipsum per præcipitia impellis? Nempe si quis [illegible], ille purpuram habet, quamuis id scias, aurem [illegible]; etsi arguere possis, protinus resilis, teque scire [illegible]mulas, nolens gratis subire peccatum. Quid ergo [illegible] loco periculum minimè necessarium suscipis? [illegible] carent reatu hæc verba. Audi quid dixerit Chri-

a *Roma. 2. 14. Iacob. 4.*

b *Genes. 18.*

Vitam quisque diiudicet suã.

a *Matth. 12.*

ſtus [a] : Dico autem vobis, quod omne verbũ otioſum, quodcumq. locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Cur te ipſum quouis arbitraris eſſe meliorẽ? Cur non ingemiſcis magis, ac pectus [illegible], atque in humũ reſpicis, imitando felicẽ publicani [illegible] enim melior ſis, hac exiſtimatione tua cũcta perdidiſti. Melior es? tace, & perſiſtas eſſe melior: quod ſi loquaris, omnia exinaniſti. Si te putas eſſe, deſiiſti: ſi non putas, multũ ſanè profeciſti. Si enim qui peccator aduenit, vbi confeſſus eſt, iuſtificatus deſcendere meruit: qui peccator non eſt, & eſſe ſe putat, quid oro lucratur? quantum ea humilitate ſuis adijciet commodis? Tantam tuam diligentius diſcute. Fur non es, at rapis, at violas, at innumera huiuſmodi perpetras: Neque ut furtum probem dixerim; abſit: imò illud valde execror, & eum qui eſt huiuſmodi, defleo; nam dici non poteſt, quam ſit ſacrilegium malum.

Ex malitia ſacerdotis ſeu paſtoris nullum ſolatium capit ſubditus.

Nunquid enim ſi ſacerdos malus ſit, inde ſolatiũ capiet ſubditus? Nihil minus. Cæterum dabit ille quidem ſcelerum ſuorum debitas pœnas: dabis autem & tuorum criminum pœnas. Patrem qui habet, etſi [illegible] le patiatur incommoda, omnia patris reuerentia [illegible] teget. Noli enim, inquit [b], gloriari in ignominia patris tui; neque enim tibi tam gloria, quam [illegible] eſt. Etſi ſenſum amiſerit, veniam habet. Longe [illegible] magis in patre ſpiritali dicenda ſunt. Reuerere illum, quod tibi diebus ſingulis diuina miniſtrat, [illegible] pturas relegi facit; tui gratia exornat domum; propter te vigilat; propter te vota perſoluit; pro te Deum precaturus aſtat; tui cauſa preces exoluit; pro te [illegible] illum religio, cultusque & obſequium eſt; pro te [illegible] omnia. Reuerere hæc ergo atque conſidera, [illegible] ea ſumma cum reuerentia. At malus ille eſt: & [illegible] te quid? Nunquid enim qui malus non eſt, [illegible] magna iſta & diuina largitur? Abſit. Fides enim [illegible] omnia valet, neque iuſtus quiſpiam proderit, [illegible] fidelis ſis: neque nocebit malus, ſi fueris ipſe [illegible]

b *Eccleſ. 3.*

Quare Præpoſiti honorandi ſint.

Eſtote factores verbi diuini, et non auditores tantùm.

Verùm vos ea ſeruate, quæ diximus: nam ſi [illegible] audimus, & nunquam audita perficimus, nihil [illegible] quæ dicuntur emolumenti percipimus. Attendimus [illegible]

ergo nobis ipsis quesò diligenter, & quæ dicta sunt magno studio implere curemus. Describamus ea mentis nostræ tabulis, conscientiæque affixa teneamus.

In quibus & quomodo Superioribus ad consequendam, & conseruandam honestatem obediendum sit.

CAP. XIII.

OBedientia quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur[a]. Quicquid igitur vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quàm si præcipiat Deus. Quid enim interest, vtrum per se, an per suos ministros, siue homines, siue angelos hominibus innotescat suum placitũ? Sed homines, inquis, facilè fallunt in Dei voluntate de rebus dubiis percipienda, & in præcipienda fallere possunt. Sed enim quid hoc refert tua, qui conscius non es, præsertim cùm teneas de scriptis[b], quia labia sacerdotis custodiunt scientiam; & legem ex ore eius requirunt; quia angelus Domini exercituum est. Requirunt, dixerim, legem: non quam vel authentica vlla scriptura tradiderit, vel ratio manifesta probauerit. De huiusmodi quippe nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultandus est: sed quod ita latere, aut obscurum esse cognoscitur, vt in dubium venire possit, vtrum Deus sic, aut aliter fortè velit, si non de labiis custodientibus scientiam, & ex ore angeli Domini exercituum certum reddatur. A quo denique diuina potius consilia requiruntur, quam ab illo, cui credita est dispensatio mysteriorum Dei? Quem proinde quem pro Deo habemus, tanquã Deum audiri, quæ apertè non sunt contra Deum, audire debemus. Imperfecti cordis & infirmæ prorsus voluntatis indicium est, statuta seniorũ studiosius discutere; hærere singula quę iniunguntur, exigere de quibusq. rationem, & male suspicari de omni præcepto, cuius causa latuerit, nec vnquam libenter obedire, nisi cùm audierit contigerit, quod fortè libuerit, aut quod non aliter fieri, seu expedire monstrauerit vel aperta ratio, vel probabilis authoritas. Delicata satis, imò nimis mollis via est huiusmodi obedientia.

Obedientia quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur.

a *D. Bernardus in tract. de præcept. & dispens.*

b *Mala. 2.*

Cuiusmodi lex ex ore sacerdotis requirenda sit.

In quibus obediendũ sit Superioribus.

Statuta Superiorum discutienda nõ sunt.

Delicata & molesta obedientia.

Rursum idem alibi de virtute obediētiæ sermonem faciens: Inter summè, inquit, mala, & summè bona, quædam media sunt, & boni maliq. nomen assumunt. Media sunt, ambulare, sedere, loqui, tacere, comedere, ieiunare, vigilare, dormire, & si qua sunt similia, quæ si pastoris licentia fiant, summam expectant retributionem. In his igitur mediis subditi esse, & obedientes debemus ad nutum Præpositorum, nihil interrogantes propter conscientiam: quia in his nullum præfixit opus Deus; sed Prælatorum reliquit imperio disponenda. Non autem te moueat magister imperitus, indiscreta potestas; sed memēto quia non est potestas nisi à Deo: & qui resistit potestati, resistit Dei ordinationi [a]. Hæc est propria hominis obedientia, quam homini debemus, qui homini subditi sumus. Communis est etiam ista inter Deum, & hominem; quia quicquid obedientiæ Prælatis exhibetur, ei exhibetur, qui dicit [b]: qui vos audit, me audit. Cum magna igitur cautela hoc tramite dicimus incedēdum, quia & multi gradus ibidem delitescunt, quorum qui vnum reliquerit, cæteros sine retributione tenebit.

In mediis, quæ neque ex se bona, neque mala sunt Præpositis obediēdum est.

Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

a c qui resistit. 1. q. 3.

b Lucæ 10.

1. Primus gradus obedientiæ est, obedire libenter, nec est libenter obedire, Prælatorum voluntatem voluntariè adimplere. Secundus obediētiæ gradus est, obtemperare simpliciter. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Multos videmus post præcipientis imperium multas facere quæstiones, cur, quare, quamobrem, sæpius interrogare, crebras ingeminare querelas, quærere quare hoc præcipit, vnde hoc venit, quis hoc adinuenit consiliū. Inde murmuratio; inde verba murmurationem, & indignationem sonantia, & redolentia amaritudinem. Inde frequens excusatio, simulatio impossibilitatis, aduocatio amicorum. Tertius gradus est, hilariter obedire: Hilarem enim datorem diligit Deus [c]. Non ex tristitia, inquit Apostolus [d], aut ex necessitate. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus multum colorant obedientiam obsequentis. Quartus gradus est, obsecundare velociter. Fidelis obedientia [illegible] scit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præcipit præcipientem, parat oculos visui, aures [illegible]

Obedientiæ gradus.

Quæstiones, seu querelæ obedire nolentium.

c Eccles. 35. 2. Corinth. 9.

d 2. Corint. 9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

loquam voci, manus operi, itineri pedes, totum se colligat, vt imperantis colligat voluntatem. Quintus gradus est, adimplere velociter. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino[a]. Sextus gradus est, humiliter obedire. Septimus gradus est, indesinenter obtemperare. Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit saluus erit[b]. Incipere multorum est, perseuerare paucorū. Perseuerātia singularis est filia summi Regis, virtutum fructus, earumque consummatio, totius boni repositorium, virtus sine qua nemo videbit Deum, nec à Deo videbitur. Sola est, quæ amatorem obedientię ad Regis cubiculum introducit, vt eum videat in decoro suo, in quē desiderant angeli prospicere. Quid verò mirum si peccator homo obedientiæ in præsentis vitæ breuitate se subiicit, quando hanc mediator Dei, & hominum tenuit, & tenendam præcepit, vt D. Gregorius inquit[c], & cùm obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum tamen est nunquam per obedientiam malum fieri: aliquando autem per obedientiam debet bonum quod agitur intermitti. Neque cum in paradiso arbor mala extitit, quam Deus homini, ne contingeret interdixit: sed vt melius per obedientiæ meritū homo bene conditus crescceret, dignum fuerat, vt etiam à bono prohiberetur: quatenus tanto verius, hoc quod ageret virtus esset, quanto & à bono cessans auctori suo se subditum, & humilem exhiberet. Redde igitur reuerentiam Prælato, & obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis est. Nec enim sufficit exterius obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis[d]. Vnde D. Gregorius dici voluit clericis[e], ne Præpositorum suorum vitā temerè iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne vnde mala rectè redarguūt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Et ne, cùm culpam suorum Præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant; sed sic eorum praua apud semetipsos diiudicent, vt tamen diuino timore constricti, sub eis iugum ferre reuerentiæ non recusent. Quia Præpositorum facta oris gladio ferienda non sunt, etiam cùm rectè reprehendenda

5.

a *Psalm.* 30. 6. 7.

b *Matth.* 10. & 24. *Perseuerantia, virtutum est consummatio, sine qua nemo videbit Deum.*

c *in c. quid ergo.* 11. q. 3. *Per obedientiā nunquam malum debet fieri, sed potest bonum quod fit, intermitti.*

Reuerentia, et obedientia quomodo reddenda Prælato.

d *Bernard. in ser.* 3. *de aduen.*

e *lib.* 3. *de cura past. cap.* 5. *et in concil. Aquisgran.* 1. *c.* 103. *Cur Præpositorum vita à clericis diiudicanda non sit.*

iudicantur. Atque hanc sententiam secutus D. Bernardus [a]: Etsi, inquit, tam manifestè innotuerit indigna Prælati alicuius vita, vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis admittat, propter eum tamen, quem est omnis potestas, ipsum, quem modo talem nominus, excelsum reputare debemus, non præsentibus personæ meritis, sed ordinationi diuinæ & dignitati ipsius officij deferentes.

a in d. serm. 3. de aduen.

Cæterum si is, qui præest fecerit, aut cuiquam quod à Domino prohibitũ est, facere iusserit, vel quod præceptum est præterierit, aut præterire mandauerit, vel prohibuerit, sancti Pauli Apostoli [b], sicut B. Isidorus scribit [c], sententia ei ingerenda est, dicentis: Etiamsi nos, aut angelus de cælo euangelizauerit vobis præterquam quod euangelizamus, anathema sit; & execrabilis omnibus, qui diligunt eum. Item si is, qui præest, præter voluntatem, vel præter quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat, tanquã falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur. Cui sententiæ accedens D. Bernardus [d]: Siue Deus, siue homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reuerentia deferẽdum: vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Quod si contigerit, pergendum indubitanter consulo in sententiã Petri [e]: quia obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Atque hoc ipsum prius à D. Hieronymo dictum fuit, qui explicans illud Pauli [f]: Serui obedite dominis. Si Dominus, inquit, ea iubet, quæ non sunt aduersa sanctis scripturis, subiciatur Domino seruus: si verò contraria præcipit, magis obediat spiritus, quàm corporis Domino. Si bonum est, quod præcipit Imperator, iubentis exequatur voluntatem: si malum, responde: Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Hoc ipsum & de seruis apud dominos, & de filiis apud patres: quòd in illis tantum debeant dominis, & parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandata non sunt [g].

In quibus Præpositi obediendum non sit.
b Galat. 1.
c in c. si is qui præest. 11. q. 3.
d in tract. de præcept. & dispensat.
e Act. 5. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.
Serui quatenus dominis suis obedire debeant.
f in epist. ad Ephes. cap. 6.
g c. si dominus 11. q. 3.

Iulianus Imperator, vt narrant D. Ambrosius [h], & Augustinus [i], quamuis esset apostata, & idololatra habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cùm dicebat,

h in ca. Iulianus. 11. q. 3.
i in c. imperatores. 11. q. 3.

cebat: producite aciem pro defensione reipublicæ, vel ite contra illam gentem, statim obtemperabāt, & obediebant ei. Cùm autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscebant Imperatorem cæli. Quando volebat, vt idola colerent, & thurificarent, præponebant illi Deum: & sic distinguebāt dominum æternum à domino temporali. Non vtique contemnebant potestatem; sciebant enim, quòd qui resisteret potestati, Dei ordinationi resisteret; sed eligebāt maioni seruire. Maior enim potestas Deus, quàm Imperator. Hic carcerem; ille verò gehennam minatur[a].

Milites quatenus Imperatori, vel Duci obedire debeant.

Quanquā omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, monicis regulis teneantur astricti, expedibile tamen visum fuit concilio Toletano[b], vt promissionis suæ rata sub cautione sponderent, quos ad probationis gradus ecclesiastica probare disciplina. Solet enim plus teneri, quod singulariter promissum est, quàm quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est ascensurus, non ante honoris cōsecrationem accipiat, quàm placiti sui annotatione promittat, vt fidem catholicā sincera cordis contritione ac deuotione custodiens, iustè, & pi[illegible]ere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque vt debitam per omnia honorē, atque obsequij reuerentiam, præeminēti sibi vnusquisq. dependat, iuxta illud Papæ Leonis edictum: Qui se scit aliquibus esse Prepositum, non molestè ferat aliquem sibi esse Prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiā ipse depēdat. Pœna tamen iuxta ecclesiasticę consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab his, qui trangressores fuerint, persoluenda. Qui autem rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat, magis, vt B. Clemens inquit[c], diaboli, quàm Christi membrū esse osteditur, & potiùs infidelis, quàm fidelis monstratur. Quocirca & in veteri testamento à Deo constitutum legitur[d]: Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.

Ordinādus inter alia promittit, canonicis regulis nō contradicere, & Superiori suo obedire.

a *Augustī. de verb. dom. ser. 6. et c. qui resistit. 11. q. 3.*

b *11. cap. 10. et c. quanquam. dist. 23.*

c *epist. 3. & in c. fin. dist. 38.*

d *Deut. 17. c. Inobediens sacerdoti, quomodo in veteri testamento puniri soleat.*

An honestas clericorum alia nunc debeat esse, quàm olim fuit. CAP. XIIII.

QVocirca SS. Tridentina Synodus animadvertens obedientiã Prælatis debitam in clero [illegible]lare, eamque tamen omnibus ad salutem necessariam publico decreto declarauit, & statuit [illegible] honestius, ac tutius sit subiecto debitã Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deferre, quàm cum Præpositorum scandalo, graduum [illegible]rum appetere dignitatem. Dolẽdum, & deplorandum profectò est, quod si quæ à Prælatis seu Superioribus ex SS. concilio Tridentino obseruanda proponantur, & præcipiantur, statim in excusationem adferamus, dicamus ea iam factu esse impossibilia, & ecclesiasticæque clericorum honestatem nũc aliud requirere, quàm olim. Verùm, vt D. Prosper inquit[b], non ea quæ nolumus obseruare, impossibilitas nobis dura facit, sed nouitas. In vsum veniant, & neminem frequentia conturbabunt. Dura quidem sunt, sed obseruare nolentibus. Cæterum si faciant ista, quæ difficilia non facientibus sunt, statim facientibus facilia fiunt. Obedientia enim, vt B. Leo ait[c], mollit imperium, [illegible] dura ibi necessitate seruitur, vbi diligitur quod [illegible].

Quod autem dicant, ecclesię, & clericorum honestatem aliud iam requirere, quàm olim: hæc excusatio, vt D. Richelius, de vita ecclesiasticorum scribens [illegible]quit, incorrigibiles multos efficit, sed vtinam [illegible] verè perpẽdant, quid ad veram pertineat honestatem, ad eorum decentiam, & ornatum. Etenim quicquid contrariatur virtuti, contrariatur veræ honestati. Bonum namque honestum secundum philosophos [illegible] theologos appellatur, quod propria bonitate, & [illegible]licit appetitum, tanquam per se appetendum. Honestum B. Isidorus, quod honestum dicitur, quasi status honoris. Honor autem debetur sapientiæ, & virtuti, in [illegible] dignitati, quæ sapientia ac virtutibus est ornanda. [illegible] quicquid cõtrariatur sapientiæ, ac virtuti, inhonestum est reputandum, nec verè honestum censetur. [illegible] honestas ministrorum ecclesiæ sita est in vera, & [illegible] humilitate, in forti patientia, in mansuetudine, [illegible]

a *sess. 14. de refor. cap. 1.*

Obiectiones duæ.

b *de vita contempl. l. 2. c. 10.*

Solutio prioris

c *serm. 4.*

Obediẽtia mollit imperium.

Solutio posterioris.

d *art. 21.*

An ecclesiæ honestas nunc aliud, quã olim, requirat.

Quicquid contrariatur virtuti, contrariatur honestati.

Inhonestum quid.

Honestas clericorum in quibus consistat.

obedientia, charitate, in omni castitate, maturitate, sobrietate, iustitia, misericordia, liberalitate, terrenorum contemptu, contemplatione, ac desiderio superorum, cæterisque virtutibus, donis, & gratiis Spiritus sancti. His prælucere, ac ornatus esse debet sacerdos, Canonicus, & quilibet ecclesiæ minister, aliisque conspicuus apparere, qui ipsius exemplo prouocentur ad dictarum virtutum desiderium, amorem, & imitationem. Facilè fatebimur hæc esse verissima, atque in iam dictis virtutibus consistere veram honestatem, si veram, & conuersationem Domini nostri IESV Christi (quæ haud dubiè est omnis honestatis ac veri ornatus exemplar absolutissimum) seriò contemplemur: a quo quisque propius accedit, eò in omni vera honestate est absolutior: fallunturque proinde grauiter, qui honestatem, & decentiam ecclesiasticorum hodie postulant putant contra Christi, & sanctorum patrum doctrinam, & exemplum, in superflua pompa vestium, aut mensis opiparis, & delicatis, multiplici ferculorum apparatu farcitis, aut in domorum superba magnificentia supellectilis nitida multiplicitate, familiariúmque non necessaria, qua stipati incedant, multitudine, aut etiam opum affluentia: Non in his consistit ecclesiastici viri verum decus, & ornamentum apud Deum & suos probos (licet hæc mundus plurimum valere existimet) sed in virtutum præscriptarum, ac aliarum id genus, exercitio. In quo qui sedulò versabitur iam præsentem sæculi vanitatem facilè declinabit, seque intus, & exterius eo ornatu conteget, quo non modò in conspectu Dei, verumetiam omnium veræ honestatis ornatorũ apparebit clarus, & fulgidus: atque hunc vigorem positum (quantùm ad externa quidem bona attinet) in honesta mediocritate, eiusque recto vsu non modò Apostoli, & discipuli Christi, exẽplo magistri sui obseruarunt, verumetiam quàm plurimi alij temporibus posterioribus Episcopi vna cum suis clericis, etiam dum ecclesia pace, & quiete, ac rerũ affluentia potiretur. Quare vanè se excusare quidam hodie conantur, quærentes excusationem in peccatis, ac dicentes, nunc alia esse tempora, quàm olim. Non enim

In quibus falsò putatur honestas clericorũ consistere.

In virtutũ exercitio clericorũ honestas consistit.

An alia nunc sint tempora, quàm olim.

temporis conditio est, quæ nunc aliud, quàm olim ne-
quirat, sed hominum maior vanitas, curiositas, ac ela-
tio hanc producunt, ipsi Domino Christo, ac sanctis
patribus omnibus inuisam, & sæpe per eos prohibitam
superfluitatem, luxum, & dissolutionem à vera hone-
state, & decentia, veraque honesta mediocritate (quam
pro cuiusque statu & conditione neutiquam impu-
mus) nimium recedentem; quod vtinam intelligerent
filij hominum ij, qui diligunt vanitatem, & quærunt
mendacium.

Porrò ad pleniorem suprà positarum obiectionum
solutionem, & nostri instituti clariorem ac firmiorem
demõstrationem ac probationem; non importune hoc
adferenda, & asscribenda videntur, quæ de illustrissimo
ac reuerendiss. Domini D. Caroli Borrhomæi Cardi-
nalis, Archiepiscopi Mediolanensis vita & honestate
quidam ipsius Sacellanus, qui in sua familia bienniuæ
vixit, eique in omnibus adfuit, suggessit cuidam amico
meo Romæ. Primùm, in mensa simplicissimo vitæ
herbarum & olerum ac communium ciborum con-
tentus est. In quadragesima fere iusculo pisarum pro-
xtis alliis vescitur, nec valde multa fercula, aut [illegible]
condimenta apponuntur, & ipse parum admodum in-
de comedit. Tria tantum & ea perparua vitra vini di-
luta aqua in prandio ebibit. In cœna nihil fere [illegible]
cibi. Nullum vas argenteum, præter cochlearia & fur-
culas, in mensa eius adhibetur; reliqua omnia [illegible]
ctilia, vt orbes, scutellæ, salinum, malluuium, & vinum
bibit. Quater singulis hebdomadis à carnibus abstinet,
feria secunda, quarta, sexta & Sabbato, nisi quando
quando propter aduentum hospitum, si forte [illegible]
gnates, feria secunda carnes comedat. Et feria octa-
per totum annum ipse cum omni familia ieiunat. Ve-
speri pro collatione decem vel duodecim nucleos ma-
lorum pineorum edit, & vitrum vnum vini, pro [illegible]
dia parte dilutum aqua, bibit. Quinque solum [illegible]
nocte dormit. Dum prandet semper auditur [illegible]
ctio, modò latinè, modò italicè, pro capitulo [illegible]
illi assident: nec vnquam à principio vsque ad [illegible]
interrumpitur præsentibus hospitibus. Mulieres [illegible]
ipse

De vita et honestate Dn. Cardinalis Borrhomæi, Archiepiscopi Mediolanensis.

De mensæ illius frugalitate.

De abstinẽtia.

De ieiunio.

De somno.

De sacra, dum prandet, lectione.

Mulieres ad mensam non admittit.

ipse ad mensam suam admittit. Post finem prandij, si
eis ita postulat, confabulatur cum hospitibus, sed pau-
cis. Mox in musæolum suum se recipit, vbi meditatur,
aut legit, aut scribit. Nunquam se recreat, vel domum
expatiãdi causa egreditur post cibũ. Tantũ semel visus
est cum duobus Episcopis Gallis exiuisse, vt eis mo-
dum & rationẽ seminarij sui, & Canonicis ostenderet.
Singulis diebus rem diuinam facit, & antea confite-
tur. Semel autem in anno generalem facit cõfessionem
peccatorum suorum. Sæpe, etiam plusquã mille com-
municantibus vno die sacramentum eucharistiæ pro-
pris manibus administrauit. Diebus festis & Domi-
nicis peracto sacro in oratorio suo, confert se statim in
Metropolitanam ecclesiam, vbi cõtinuò audit tertiam,
sextam, nonam & concionem. Interest quoque proces-
sioni & summo sacro vsque ad finem. Mox à prandio
audiens audit vesperas, completorium, & concionem
secundam. Deinde reuersus domum, tertiæ concioni,
vno sacellano faciente, adest; nisi fortè in præcipuis
festis longitudo officij tam multas conciones fieri non
vetuerit. In itinere si fortè sacerdotem videat deferen-
tem eucharistiam ad ægrotos, primùm flexis genibus
adorat, postea comitatur eam domum vsque, etiamsi
longius diuertat ab itinere suo. In sacello suo curat om-
nia esse nitidissima, calicem habet totum aureum, can-
delabra, crucem, instrumentum pacis, & reliqua om-
nia argentea. Casulam & alia indumenta sacerdotalia
splendidissima. Quod idem exigit à suis parochis, vt
in ecclesiis eius ditioni subditis summa sit mundities;
quibus non solùm formã & rationem, sed certã men-
suram & quantitatem omnium, quæ ad altare perti-
nent, solet præscribere. Et cùm vestes sacras maximo-
pere curet, suas tamen, potissimum interiores, negli-
gere: ita vt aliquando vix habere putetur præter vnum
sacrum, & vnum par caligarum. Aulæa cubiculi sui
hyeme ex panno rudi sunt: in æstate ex corio confi-
ciuntur; in quadragesima nulla habet præter nudos pa-
ries: frigoris est patientissimus; perrarò in frigidissi-
ma hyeme ad ignem accedit. Cùm equitat tempore
hyemali nullis vtitur chirothecis. De liberalitate in
paupe-

Post prãdium quid agat.

De celebratione & confessione.

De diuini officij frequentatione.

De eucharistiæ veneratione.

De ornamentorũ altarium cura.

De vestitus sui neglectu.

De aulæis.

De frigoris patientia.

De liberalitate

pauperes, & in pios vsus, aut fuit aliquando vnus ex œconomo domus eius, quod diceret, se existimare illum maximam partem redituum Episcopatus sui in egenos conferre. Pretiosissima quædam ornamenta & vasa sacra donauit ecclesiæ cathedrali. Flere vsus est sæpissimè, maximè autem vbi sacrificium peregit, & gratias Deo agit: ridere verò nunquam; qui nec verbus ridiculis vnquam loquitur, aut alios loquentes audit. Cùm Romam venit, dicitur simulato habitu in hospitalia se conferre, ibiq. humilitatis causa foras de excremēta illorū, qui ibi sunt, propriis manibus ferre. Nullus ex tota familia sua aut indusiarum plicatur, aut gladios vel arma gestat. Omnes quoque sui nobiles in vestitu clericali incedunt, videlicet pileis quadratis, & togis vsq. ad talos demissis. Nullos aliquos vasos, aut qui nihil omnino agant: sed plerunque vnus duobus officiis fungitur, nec recusare audet, quicquid ei amplius imponitur. Quarum rerum scilicet domesticarū cura summa est penes œconomum: cui Dn. Cardinalis in hac parte omnia tribuit: ita vt de eo alij famuli conquerantur, nihil proficiant. Quod huiusmodi querimonias non dignatur respondere verbum: Siue quia non multum fere loqui soleat, siue quia eius, qui domum suam administrat, authoritatem imminuere nolit. Semel omnes singulis mensibus confitentur & communicant à minimo vsque ad maximum: feriis quartis per totum annum à carnibus abstinent, & feriis sextis ieiunant; pro collatione ... na, aut duas vncias panis, aut vnum tantummodo pomum, aut pauca amigdala decorticata cū potu ... A Dominica post festum beati Martini vsque ad ... uitatē Christi omnes vescuntur piscibus. Dum accumbunt mensæ omnes ex vna parte sedent, sed primo loco Vicarij tam criminales, quàm ciuiles; tum sacerdotes, post hos Diaconi, vltimo loco laici. Omnes ... vicibus in mensa legunt, præter sacerdotes. Singuli habent suas portiones separatim, circiter tria, vel quatuor fercula. Diebus festis ac Dominicis Dn. Cardinalis Archiepiscopus in eodem loco cum famulis suis prandet; cui in eadem mensa Vicarij generales tam criminales,

De fletu et risu.

De humilitate.

Quam in familia sua seruet disciplinā.

De domesticorum suorū confessione communione, ieiunio, & abstinētia.

De abstinentia ante Natalem Domini

De accubitu in mensa.

Quando cum domesticis suis ipse prandeat.

ales, quàm ciuiles assident. Eadem hora & seruitorio maiorum famulorum ex altera parte prandent; qui ad vno scamno omnes sedent, & non singuli suas portiones sibi accipiunt, sed bini ac bini simul comedunt, & cum Dominis simul de mensa surgunt, quorum semper aliquis sua vice & aliis in illa mensa prælegit. Post prandium lotis manibus ad sacellũ se conferunt, vbi vnus ex senioribus sacerdotibus, vel ipse Dn. Cardinalis si cum eis pransus est, & ibi adsit, litanias legit. Ante cœnam per tres quartas horæ omnes iterum redeunt ad sacellum, vbi recitata vna spirituali meditatione à sacellano, singuli eorũ qui possunt hac se meditatione exercent, aut per semihoram legunt rosarium. Quibus finitis cantatur Salue regina. Et Dn. Cardinalis orando præit, vel, eo absente, senior sacerdos. Neque vnquam hoc tam pium opus intermittitur. Deinde, cœna sumpta, omnes famuli in cubiculũ quoddam magnum ascendunt, vbi in hyeme se calefaciunt ad ignem; & simul duo sacellani eos in catechismo & rudimentis fidei ac pietatis erudiunt. Quod si ex his aliquis sine legitima causa absint, vel memoriter ista nõ recitetur, vel semel in hebdomada de his interrogati non respondeant, cõtumaces habẽtur. Nullus lusus vel aleæ corum etiam nobilibus cõceditur, sed aut in cubiculis suis studeant, aut inter se de rebus seriis cõferunt.

Post prandium quid domestici faciant.

Ad cœnã quomodo se præparent.

Post cœnam quid faciant.

Qualis domesticis permittatur recreatio.

Totam suam reformauit ecclesiam Mediolanensem, quæ ante sua tempora dissolutissima erat; licet inuiti quidam & armati se opponerent; ipse tamen accepta pugnis manibus cruce ingressus est loca quædam armatis hominibus obsessa. Monasterium humiliatorum iam reformare vellet, atque id illi ægrè ferrent, submissus est vnus eorum, qui militari veste indutus tormentum in eum disploderet, cùm sub noctem orationem faceret: Sed diuina prouidentia, tametsi eum attigisset, non est læsus. Paulò post cùm quidam secretò inquisset quisnam esset, qui hoc facinus fecisset, & quo in loco latitaret, noluit eum prodere, quoad à Pio V. renouata constitutione quadã Bonifacij 8. contra persecutores Cardinalium Rom. eccles. & eorum cõscios auctus est ille, qui Dn. Cardinali dixerat, in publicum proferre.

Quantam in reformatione adhibuerit diligentiam.

Illius in reformatione Dei protectio.

Illius in facinorosos iustitia et animaduersio.

proferre. In monasterium quoddam fœminarum cum duo nobilissimi iuuenes in vestibus monialium mentito sexu intrassent, eo prætextu, vt singuli eorum sororem suam, quæ in eo monasterio professa erat, inuiserent; re autem vera ex condicto, vt alter alterius sororē sacrilegè constupraret; vbi semel in processione illos ex fenestra cubiculi vnius sororum prospicere Abbatissa vidisset; atque acceptis à monialibus singulis clauibus, in hoc cubiculum intrasset, eosque deuenisset, re relata ad Dn. Cardinalem, vterque eorum paulò post, capitis supplicio affectus est. Nihil illis aut sua, aut parentum suorum nobilitate suffragatur.

Quas ad se mulieres admittat

Qualis mulierum in ecclesiā debeat esse ingressus.

Mulierū à viris in ecclesia separatio.

Mulieres nullas ipse Dn. Cardinalis in præsentiam suam admittit, nisi quæ fortè supplices adueniant. Tum maximè prouidet ne tēpla sine velo ingrediantur, ita vt quosdam constituerit ad vestibula templorum, qui illas, quæ se non velarent arceant. Confessarios etiam indixit, vt tales à confessione repellant. Diebus stationum, cùm maximus est concursus populi, dum sunt ostia, per quorum vnum fœminæ, per alterum intrent viri, qui interiecta cortina a se inuicem separantur, ne mutuò se aspiciant. Sæpè viginti exploratores siue exploratores nocte mittit, qui inquirant quos sacerdotes domi suæ faciant, & sicubi deprehendantur vel cum mulieribus impudicis, vel aleis male tempus terere, præter alias pœnas grauiores multantur pœnia, quæ in seminarium, aut alios pios vsus conferunt. Quod si aliquantulum plus nummorum in arculis suis retineant, quàm sit necesse pro eorum statu, illud quoque coguntur pauperibus erogare. Sæpe ipse ecclesias suæ diœcesis visitat, & tum bis, vel ter, vel quarto hebdomada concionatur. Aliquando per tres menses in huiusmodi visitatione manet, quo tempore visitat loca montosa & inaccessa, ita vt interdum necesse habeat baculo inniti ac manibus & pedibus repere. Nullos ex famulis suis præmittit, qui ei hospitium ac cibos præparent; ex quo fit, vt interdum nec lectus, nec cibum inueniat. Denique neminem patitur suorum vel nobilium, qui sunt in eius comitatu, gladium aut arma secum ferre, tantùm crucē vnus ante eum gestat.

Illius ad reformationem vigilantia & studia.

De visitatione.

Vt autem ecclesia Mediolanensis idoneos semper ministros haberet, instituit amplissimum seminarium, vbi in literis ac pietate iuuenes educarentur. In quo eis tam philosophia, quàm Theologia à doctissimis professoribus prælegitur. Sed quia omnes philosophię non sunt capaces, instaurauit aliud collegium, quod Canonicam vocauit, vbi indocti pastores, & sacerdotes per annum, aut alterum annum in casibus conscientię, & similibus, quæ ad officium suum spectant instruuntur, ac rerum ad curas suas remittũtur. Ex seminario autem illo contigit egregium quendam adolescentem, qui in studiis literarum optimè profecerat, ad officium Præsulturæ vocari: quem vbi Dn. Cardinalis intellexisset cum domicellis quibusdam cõsuetudinem habere, primùm paternè admonuit, vt vitam emendaret, post ob admonitionem suam nihil apud eum valuisse sensit, in ipso penè delicto comprehẽsum primùm conijci in carcerem iussit, postea ad triremes mittendum adiudicauit. Qui cùm duceretur, interea temporis multi ex nobilissimis ciuibus Mediolanensibus apud D. Cardinalem pro eo intercesserunt, vt mitior in eum pœna fauderetur. Quorum precibus victus, tametsi ægrè, non quidem pœnam sustulit, sed in aliam aliquantò leuiorem mutauit. Nullus iam ex toto clero eius aut plicas in indusiis suis, aut galeros byssinos, aut annulos in digitis, aut caligas inflatas gestare audet. Ob defensionem iurium ecclesiasticorum, bis vel ter Gubernatores Mediolanenses excommunicauit; licet ei quotãnis à Rege Catholico Philippo amplissima pensio pecuniaria soluatur; ex qua magna ex parte viuit. Nam cętera omnia beneficia sua, excepto Archiepiscopatu, & si quid fortè à Pontifice nomine Cardinalatus sui habeat, iampridem resignauit. Plura quæ fecit ad reducendam in clerum veram honestatem sacris canonibus & Concilio Trident. consentaneam ac consentientem, licet videre & colligere ex constitutionibus illius prouincialibus & synodalibus. Hinc Pius V. in confirmatione concilij illius Prouincialis celebrati anno Dn. 1566. inquit: Inter omnes Apostolicæ seruitutis nobis iniunctæ solicitudines, quæ mentem nostram

Duorum Seminariorum erectio.

Familiaritatẽ clerici cũ muliere, quàm grauiter puniuerit.

Cleri in habitu reformatio.

Immunitatis ecclesiasticæ defensor magnus.

Philippi Regis Catholici in eũ beneficentia.

De abdicata illius beneficiorũ pluralitate.

Pij V. Papæ de illius statutis censura.

nostram incessanter exercent, illa frequentior occurrit, vt ordinationes & statuta, quæ circa iamdudum labescentis, & penè convulsæ disciplinæ ecclesiasticæ institutionem prudenter edita fuisse cognoscimus ab omnibus ipsius ecclesiæ ministris obedienter recipi, & indifferenter obseruari procuremus. Cùm itaque hoc accepimus nuper in prouinciali Synodo Mediolanensi, dilecto filio nostro Carolo tit. 5. Praxedis presbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato, qui ecclesiæ Mediolanensi ex concessione & dispensatione Apostolica præesse dignoscitur, illi præsidente, quamplura liberrima statuta, & decreta, ad mores dilectorum filiorum Cleri secularis totius prouinciæ Mediolanensis reformandos pertinentia, & præsertim honestatem, decorum, reuerentiam, ornamenta ecclesiarum, necnon locum, tempus, modum, aliasque circumstantias in ecclesiarum sacramentorum administratione, Missarumque celebratione obseruanda, ac sepulturas, funeralia, processiones, verbi Dei conciones seu prædicationes, repræsentationes, & picturarum decentias, vitæ honestatem, frugalitatem, morum correctionem, & moderationem, archiuia, & alia ad scripturarum iurium, & aliorum bonorum ecclesiasticorum obseruationem, necnon fructuum, redituum, & prouentuum ecclesiasticorum dispēsationem pertinentia, non minus religiosè, quàm sapienter ordinata fuerint. Quæ cùm non solum licita, & honesta, sed etiam Ecclesiæ Dei plurimū vtilia, & apprimè laudabilia existant, ab omnibus Dei ministris æqualiter expedit obseruari.

De inobedientia omni cura, & solicitudine ad restituendam in clero honestatem, tollenda.

CAP. XV.

ETsi ex præmissis euidenter satis constet, quantopere obedientia nunc in clero sit necessaria ad ecclesiæ honestatem, concordiam, pacem, & tranquillitatem reparandam, & restituendam; veruntamen quia vitium illi oppositum videlicet inobedientia adhuc inoleuit, vt, tantum abest quod vituperetur, imo audetur maximè, qui præ cęteris superioribus suis inobedientia

dens est. Quodsi illius originem, & finem omnes diligenter perpenderent, certè ad illam explodendā plus operæ impendere deberent. D. Gregorius illam de inani gloria, prima superbiæ sobole, & exercitus vitiorum omnium duce ortam scribit [a]. D. verò Bernardus [b] ipsam superbiam illi matrem tribuit, & à primis parentibus nostris Adamo & Eua initiū sumpsit. Quos cùm Dominus sub obedientia viuere voluisset, præcepit vt ex omni ligno paradisi comederent; de ligno autem scientiæ boni & mali ne comederent, alioquin fortè morerentur. Quod præceptum dum sua inobedientia transgressi sunt, eos de paradiso expulit, mortique & suis innumeris ęrumnis, atque miseriis cum tota ipsorum posteritate subiecit [c]. Hinc & Tobias filium suum obseruens [d]: Anima, inquit, quæ per superbiam aliquid ministerit, siue sit ille ciuis, siue peregrinus, quoniam aduersus Dominū rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

Inobedientiæ origo.

a *lib. 31. moral. cap. 31.*

b *in tract. de ord. vitæ.*

c *Genes. 3. cap.*

d *cap. 4.*

Quam grauiter autem Deus inobedientiam filiorum Israel frequenter puniuerit, ipsa sacra diuersis in locis testatur scriptura. Siquidem illis dictum erat [e]: Peribitis si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri. Vnde & D. Paulus sciens hoc vitium Deo ingratissimum, paratum se offerebat vlcisci omnem inobedientiam. Huius doctrinam secutus Innocentius III. Papa, Decano & Capitulo Senonensi scribens [g]: Nos, inquit, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci, Episcopi. N. inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset; cum iuxta canonicas sanctiones quædam sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, postulationem huiusmodi propter postulatam personam repulimus, vt indignam. Quem locum explicās Panormitanus [h], dicit: quod Prælatus promptus esse debet in vlciscendo seu puniendo inobedientiam subditorum; quodque

e *Deut. 8. cap.*

f *2. Corint. 10. cap. & c. 1. 23. q. 6.*

g *in c. 1. de postulat. Prælat.*

h *in d. c. 1. de postul. Prælat.*

peccatum est, non subsistente causa rationabili, parere inobedientibus. Iustum enim est, vti Calixtus Papa martyr rescripsit[a]; vt qui diuina contemnunt [illegible]ta, & inobedientes paternis existunt iussionibus, [illegible]rioribus corrigantur vindictis; quatenus caeteri committere timeant; & omnes gaudeãt fraterna concordia; & cũcti sumant seueritatis, & bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) ecclesiasticam subordinem, vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profectò nocebitur. Siquidem D. Clemens rebelliter viuentem, & bona [illegible] recusantem magis diaboli, quàm Christi membrum, & potius infidelem, quàm fidelem esse declarauit[b]. Quocirca Pius Papa martyr sanxit[c], vt si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut si ei insidias parauerit, aut contumeliam aut calumniam, aut cõuitia intulerit, & cõuinci poterit, mox depositus curiæ tradatur, & recipiat quod [illegible]què gessit. Verùm nunc, vt Antherus Papa rescripsit, inobediens spirituali animaduersione truncatur, [illegible]iectus de ecclesia, rabido ore dæmonum discerpitur[d].

Quàm autẽ perniciosa in subditis sit inobedientia, pulchrè ostendit D. Ioãnes Chrysostomus, cuius verba suprà retulimus[f]. Præterea, vt D. Bernardus [illegible] volũtas propria ex liberi arbitrij præsumptione [illegible]dens, obstinatis, & inobedientibus ipsa bona, quæ facere videntur, in peccatum conuertit. Itaque vir bonus cum bonis suis omnibus habere obedientiam [illegible]. Scriptum quippe est[h]: Melior est obedientia, quàm victimæ; & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. [illegible] quantum & quale sit inobedientiæ malum, quod idololatriæ, magicisque comparatur artibus. Adolescentes, qui tali repleti sunt malo, subdi senioribus [illegible]gnantur; facta verò eorum, aut dicta tumida & [illegible] ceruice non obseruant, sed diiudicant; non venerantur, exaltant, sed spernendo subsannant. Sed non [illegible] Inde enim euidenter deficiunt; vnde miseri [illegible] debuerunt. Hoc autem vult Deus, vt homo [illegible]

a *in c. iustum est. 23. q. 3.*

b *epist. 3. et in c. fin. dist. 38.*

c *in ca. si quis sacerdotum. 11. q. 1.*

d *in c. absit. 11. q. 3.*

e *arg. c. audi. & cap. omnis Christianus. 11. q. 3.*

f *in cap. de obedientia.*

g *in tract. de ord. vitæ.*

Inobedientibus bona quæ facere videntur, in peccatum conuertuntur.

h 1. Reg. 15.

Adolescentes inobedientes.

hominem doceatur; & minor maiori subiiciatur. Si enim angelus angelo imperat, & inter iubentem & obedientem summa semper manet concordia, videat ille, quam grauiter peccet, qui debitam exhibere suis maioribus reuerētiam non curat. De interitione namque illorum, qui non obedientes sunt, & suos seniores, suosque patronos despiciūt, multa dici potuissent, nisi breuitatis memor illa studiosè præterirem. At quid plura? Vna enim sententia obedientibus, & inobedientibus sufficere potest, quam per se veritas ipsa loquitur, dicens[a]: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Inde illi gaudeant gaudio magno, qui seniores suos venerationi, & honori habent.

Angelus angelo imperat, & obedit.

a *Lucæ 10.*

Sed quia nonnunquam nobis huius mundi prospera, nonnunquam iubentur aduersa, sciendum summopere est[b], quòd obedientia aliquando si de suo aliquid habuerit, nulla est: aliquando si de suo aliquid non habuerit, minima est. Nam cùm huius mundi successus præcipitur, cùm locus superior imperatur; is, qui ad percipiēda hæc obedit, obedientię sibi virtutē euacuat, [illegible] cunhelat. Neq. enim se sub obedientia dirigit, qui ad percipiendas huius vitę prospera, libidinem propriæ ambitionis seruit. Rursus cum mundi despectus præcipitur, cùm probra adipisci, & contumeliæ toleranda iubentur; nisi ex semetipso animus appetat, obedientiæ sibi meritū minuit: quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, inuitus nolensque descēdit. Obedientia victimis non præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiā verò propria voluntas mactatur, quod cōtra * ariolandi peccatum inobedientia esse monstratur. Ex diuerso ergo melios ostenditur quid de eius laude sentiat. Si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere: sola est, quæ sibi meritum possidet obedientia, sine qua quisque fidelis conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Incautis mentibus virtus semper obedientiæ iungitur, Dominо testante, qui ait[c]: Oues meæ me audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Redemptorem igitur suo non obedit, qui innocens non est, & innocens esse non potest, qui obedire contemnit.

b *in ca. sciendum. 8. q. 1. In prosperis percipiendis quomodo obediendum.*

Obedētia cur victimis præponatur.
* *videtur legendum: quocirca.*

Sine obedētia quisque infidelis esse conuincitur.
c *Ioan. 10.*

Quo affectu, et animo obedientia fieri debeat.

Sed necesse est, vt ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu fiat, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ. Nulla quippe innocentia, nulla vera obedientia est, nisi in eis charitas fulgeat, quæ virtutes omnes transcendit. Sæpe enim falsa obedientia sub tenui specie palliatur. Igitur si videris iuuenculum delicatum ad obediendum, & velocem ad loquendum, & dandum quare? non dubites eum variis animi passionibus (præsertim superbiæ peste) laborare. Inobedientia enim sequitur superbiam matrem suam. Terreat [illegible] rum exemplum, qui aduersus Moysen rebellauerunt, quorum alios cælestis flamma combussit, alios autem infernus viuentes suscepit.

Inobedientiæ et superbiæ signũ in adolescente.

Moysi inobedientes quomodo perierint.

Is debet esse terminus obedientiæ, qui et vitæ. a in tract. de præcept. et disp.

Rursum idem D. Bernardus alibi[a]: Est, inquit, obedientiæ limes secundum tempus, ipsa temporis extremitas, vt is sit terminus obedientiæ, qui & vitæ Hunc nobis maximè vnigeniti Dei commendat exemplum, qui factus est patri obediens vsque ad mortem. Hic ergo quoties interrumpitur, inobedientia dicitur & peccatum & transgressio, seu præuaricatio. Sed [illegible] est sanè qua causa, quo affectu, qua intentione [illegible] præcipiente, vel in quo præcepto malum hoc [illegible] tatur. Et quidem nullam prorsus inobedientiam [illegible] parui ducendam; non tamen omnem pari [illegible] periculo. Enimverò mandatum Dei est: non [illegible] Fac ergo duos homicidas, vnum quidem spoliandi cupiditate; alterum verò necessitate sese defendendi [illegible] nus perpetrasse: Nunquidnam simili pensandum [illegible] iudicio, quod tam dissimili factum constabit [illegible] Iam verò de illo, qui præcipit, & item de eo quod [illegible] cipitur eiusmodi aduertenda erit secundum [illegible] distinctio, vt cuius inter præceptores reuerentior [illegible] imminebit authoritas, eius grauior formidetur [illegible] sio, ac maioris cuiusque mandati transgressio [illegible] bilior æstimetur. Melius siquidem est obedire [illegible] quàm hominibus, & ipsis melius magistris quàm [illegible] discipulis. Porrò in magistris melius nostris, quàm [illegible] traneis. Quibus autem melius constat obedire, [illegible] proculdubio & non obedire detestabilius est. [illegible] mãdatis similiter, Maioribus quippe maior, [illegible]

Nulla inobedientia parui ducenda est.

Inter præcipientem, & præceptum aduertenda est distinctio.

Melius est obedire nostris, quàm extraneis magistris.

minor opera nostra, & cura debetur. De quorum etiam contemptu iuxta eandem considerationem grauior, leuiorve offensa contrahitur. Porrò maiora, minoraque mandata dixerim, secundum quod maius minúsve velle constiterit ipsum qui præcipit siue hominem, siue Deum. Sed in mandatis hominum rara æqualitas inuenitur, cùm pro variis necessitatibus, vel vtilitatibus agendorum iniungentium affectio varietur, quodque putauerint rectius, vel commodius, hoc amplius capiant, & exigant obseruari. Tam ergo qualitas præceptorum, quam authoritas præcipientium, & obedientiæ præfigit metam, & inobedientiæ terminat culpam: quando in Prælatis quibusque grauioris authoritatis, & eorum mandatis quibusque grauioris vtilitatis, quo diligentior debetur obsequendi cura, eo & culpa grauior incurritur de contemptu. His itaque distinctionibus animaduersis & obedientiæ modus, & inobedientiæ pondus facilè reperitur.

Vnde æstimanda mãdati magnitudo, vel paruitas.

Bonus quidem obedientiæ gradus est, si iuxta magistri nostri sententiam, propter metum gehennæ quispiam obedierit; melior tamen cùm ex Dei amore obedit. Illa quippe obedientia necessitatis est; ista charitatis: Illum autem optimum dixerim obedientiæ gradum, cùm eo animo iniunctum opus recipitur, quo & præcipitur. Cùm enim ex voluntate iubentis pendet intentio exequentis, fit, vt nec maius minoribus, nec minus maioribus cõfusè, ad implendum quod iniungitur subiecti studium impendatur: sed moderãte animo quæque pro sua dignitate imperia, modum sciat vbique seruare tam in obseruando videlicet iussa, quàm in cauendo prohibita. Et sit hæc generalis regula vniuersorum; quæ per se, aut propter se nec bona, nec mala sunt, aut diuina institutione aut propria cuiusque professione fixa non sunt, vt non iussa quidem licitè verumlibet, vel admittantur, vel omittantur: Iussa verò sine culpa non negligantur; sine crimine non contemnantur. Vbique enim & culpabilis neglectus, & contemptus damnabilis est. Differunt autem quod neglectus quidem, languor inertiæ est, contemptus verò superbiæ tumor. Porrò contemptus in omni specie man-

Melior est obedientia quę fit Dei amore, quàm metu gehennæ.

Generalis obedientiæ regula.

datorum pari pondere grauis, & communiter damnabilis est: Neglectus autem in fixis grauior, damnabilior in mobilibus mandatis. Sed non contenti aliquid præterimus, perimus; præsertim cum vox

a 1. Ioan. 2. scriptura consoletur a: Si quis peccauerit, inquit, aduocatum habemus Christum Iesvm iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Denique pro-

b Isa. 53. pheta de ipso testatur b, quòd pro transgressoribus rogauerit, vt non perirent. Vbi sanè notandum, quòd etsi pro transgressoribus, non tamen pro contemptoribus legitur supplicasse. Elatio quippe contemptus, atque impœnitentis obstinatio in minimis quoque mandatis culpam fecit non minimam, & conuertit in crimen grauis rebellionis næuum satis leuem simplicis transgressionis.

In quo inobedientiæ crimen absque dubio sit.

Denique in quo inobedientiæ crimen absque dubio sit apud Samuëlem aduertite: Quasi, inquit, peccatum ariolàdi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Nō ait; non acquiescere; sed nolle acquiescere; vt non iussionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superba contemptio scelus idololatriæ reputetur. Non est enim idipsum nolle obedire, & non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, nunquam & infirmitatis: Illud verò aut odiosæ pertinaciæ, aut contumaciæ non ferendæ. Quod & quia repugnare est, & resistere Spiritui sancto; & si ad mortem vsque perdurauerit, blasphemia est non remittenda siue in hoc seculo, siue in futuro. Non ergo quicumque mandati præteritio criminalem facit inobedientiam, sed repugnare, sed nolle obedire. Quorum quanti absque illa pessima, & rebelli voluntate non obediunt? Quomodo itaque clerico crimen insidiet inobedientiæ, si toties sine crimine transgreditur, quoties in transgressione defuerit huiusmodi recalcitratio, & contentiosa voluntas? Arbitror id fieri, quod superiore causam requirente peccati, vt peccator ad penitentiam prouocetur, ipse mavult cor suum declinare in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, nec sui misertus culpam propriam fatetur, & sanetur; cùm tamen facilè, vt creditur, indulgeatur

Mandato Superioris repugnare, vel nolle obedire criminale peccatum est.

Quomodo multi qui non videntur rebelles in crimen inobedientiæ labantur.

eo

consequeretur, dummodo confessio, & non defensio peccati sequeretur, neque tantũ noceret simplicis actionis (quamuis ex deliberatione) transgressio, quantum adiunctæ excusationis cũ præmeditatione obstinatio[a].

Etsi enim omnis inobediẽtia inexcusabiliter sit culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, nisi quam remedium pœnitentiæ non sanat. Nulla est læthaliter criminalis, nisi quæ contemptum superbiæ non euitat. Sed exẽplis clarius elucescet, quod dicimus: Si iubente seniore, vt sileam, verbum mihi fortè per obliuionem elabitur, reum me fateor inobedientiæ, sed venialiter. Si ex contemptu sciens, & deliberans spontè in verba prorupero, & rupero silentij legem, præuaricatorem me constituo, & criminaliter: & si impœnitens perseuero vsque ad mortem, peccaui & damnabiliter. De malè quoque viuentibus Prælatis Dei præceptum est: Quæ dicunt, inquit, facite. Igitur qui non facit, apertè, non in hominem tantum, sed & in Deum præuaricator existit. Itáne ergo nullus mandata perfectè exequitur sui magistri? Quamobrem putatis? Quia nolumus, aut quia non possumus: sed si volumus, & non possumus, securi sumus. Si possumus, & nolumus, superbi sumus. Porrò ad euuendam superbiam illam, verè annuerim necessariam esse cautelam, quam dicitis; ne fortè incurratur inobedientiæ crimen. Quod si impossibile vos putatis, vt non videlicet imperiis Prælatorum per contemptum interdum superbiæ resistatur; scitote non paucos, sed innumeros aliter omnino sentire, nec aliud, quàm quod proprio didicerunt experimento. Si autem non impossibile quidem, sed tamen difficile esse sentitis magistros non contemnere, & dum ideo consentitis, quoniam grauamini non superbè sapere, murmuratis aduersus obedientiæ legem, affirmantes periculosum promittere, quod iam laboriosum est obseruare. Ad hoc ego respondeo: Imò non ego, sed Dominus: qui potest, inquit[b], capere, capiat. Hoc quippe est imputandum non datæ legi, aut danti legem, sed improuidè profitenti statum clericalem, & impiè præuaricanti. Mandatum quidem sanctum & iustum: sed tu te noris esse carnalem,

a Greg. lib. 22. moral. cap. 13. & 14. et vide omnino eũdem in 1. Reg. lib. 6. exposit. c. 2.

Quæ inobediẽtia æternaliter damnabilis.

Malis Prælatis obediendum est.

Quando mandata Prælatorum non exequi peccatũ sit, vel non sit.

Clericis, quibus nunc difficile videtur obedire, quid dicendum sit.

b Matth. 19.

venundatum sub peccato. Verùm hoc antè præuidisse debueras, priusquam ædificium inchoares, an haberes sumptus ad perficiendum. Nunc autem quid restat, nisi vt aut correctus obedias Superioribus, aut omnibus audias ab illusoribus: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare[a]. Itaque aut non temerè aut perfice[b].

a Luc. 14.
b Bernar. in d. tract. de præc. & dispens.

De superbia, omnium malorum, quæ nunc in clerum irrepsere, fonte, & origine. CAP. XVI.

POrrò ad veram inducendam obedientiam & honestatem, in clerum, imprimis necessum est, vt eorum cordibus euellatur omnis superbia, & illius loco inseratur humilitas. Omnia enim vitia, quæ in clerum irrepserunt, ex superbia potissimum prodierunt. Nam vt D. Ioānes Chrysostomus testatur, maxima mala, & quæ toti orbi intulere perniciem de illa exorta sunt. Quandoquidem ille angelus Lucifer per illam factus est diabolus, qui talis ante non fuerat, & primus ille homo Adam à tanta illa paradisi sede ejectus est, per eandem. Nam cùm diabolus hujus peccati naturam vimque intelligeret, quòd ex [illegible] cælo posset creaturā deijcere, hanc viam contra Adam ad eum deturbādum è sua gloria aggressus est. Cæteraque postea hinc ad impietatis præcipitia deuiauit. Ideo circo Sapiens principium eam peccati, id est, radicem, fontem, matrem, & arcem omnis nequitiæ appellauit[d]. Nihil tam alienum à diuino amore hominē reddit; nihil tam facilè in gehennam intrudit, quàm superbiæ insania, sub qua omnis nostra vita immunda est, quamuis pudicitia, virginitate, ieiunio, orationibus, eleëmosyna, quamuis omni denique virtute præstemus. Immundus, inquit, apud Deū omnis superbus.

c in 5. c. Matt. hom. 15. & in 1. cap. Io hom. 8 & in hom. 75. ad pop.

Superbia est principium peccati, radix, fons, mater & arx omnis nequitiæ.
d Eccles. 10.

Mala quædam ex superbia proueniunt.

Ex superbia nascitur pauperum despectus, peccatorum concupiscentia, amor principatus, multæ gloriæ desiderium. Elatus nec à maioribus, nedum ab inferioribus contumeliam pati sustinet: qui verò cōtumelia non tolerat affici, neque malè pati sustinebit. Videsque quomodo peccati principium elatio, quomodo verò superbiæ principium nescire Dominum. Qui nāque Dom-

Superbiæ principium.

Dominum nouit, sicut oportet intelligere, quod scilicet Dei filius se tãtum humiliauit, non extollitur. Qui autem hæc ignorat, extollitur. Elatio verò præparat ad insolentiam. Dic etenim mihi, vnde isti impugnãtes Ecclesiam Deum ignorare dicuntur? Nónne ex insolentia? Ecce, Dominum ignorare, in quod eos præcipitium proiecit. Nam si Deus contritum diligit spiritum, è contra superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. Nullum itaque malum par elatione. Hominem reddit dæmonem, contumeliatorẽ, blasphemum, periurum, cædes facit, & homicidia cupere. Elatus semper in doloribus viuit, semper indignatur, semper mœret. Nihil est, quod eius possit explere libidinẽ; creuit enim in eo morbus: morbus enim est; morbus autem finem nescit; sed cum habentem occiderit, tum demum sistit.

Superbia hominem reddit dæmonem.

Quomodo igitur superbiam extinguere possumus? Si Deum agnoscamus. Si ex ignorantia Dei nascitur, cum ipsum agnouerimus expellitur omnis insolentia. Cogita gehennam, cogita multos meliores te; cogita quod Deo pœnas debeas: Si talia cogitaueris, otius mentem contraxeris, otius eam compresseris. Sed non potes ista facere; cogita præsentia; ipsam naturam humanam; quàm nihil sit homo. Cùm videris in foro mortuum efferri, orphanos sequentes filios, vxorem miseram plangentem, amicos mœrentes; præsentium rerum vilitatem cogita, & quod ab vmbra, somniisque nihil differunt. Nónne nostra rotæ cuidam similantur? Lege si velis, & quæ sunt apud nos, & exteros. Nam & illa sunt his exemplis referta. Si nostra contemnis, & hoc ex insolentia: si philosophica miseris, & his accede. Illi quoque te docebunt antiquas recensentes ærumnas, & poëtæ & oratores, atque sophistæ, sermonũque scriptores vniuersi. Exempla si velis, vbique reperies. Si verò nihil horũ velis; ipsam pensa naturam nostram, ex quibus constat, & quò desinit. Cogita cùm dormis quo sis dignus. Nónne vel minima bestia te posset interimere? Multis enim à tecto frequenter illata breuis bestiola vel oculum eruit, vel alius alterius periculi causam attulit. Hæc igitur pote-

Superbia quomodo extinguenda.

runt nos à tali periculo abstrahere[a]. Coërceamus igitur hanc animi elationē, hunc fastum penitus tollamus, ut mundi esse apud Deum velimus, & laudabilē in Christo IESV ducere vitā, & eo, quod diabolo paratū est, supplicio liberari. Superbus enim eodem quo diabolus cruciatu damnatur. Audi D. Paulū[b] non Neophytum, inquit, in iudiciū incidat, & in laqueū diaboli. Quid in iudicium? quem in laqueum? in ipsam dānationem, & in ipsum supplicium. Quōnam igitur pacto hoc discrimen poteris? Si tecum eius naturam, multitudinē scelerum, tormentorum magnitudinem, horum, quæ in hac vita pulchra videntur, fluxum, vanitatemque (vt modò dictum est) nihil à somnio differentem, & vernis floribus languidiorem reputabis. Si hæ frequenter animo insederint cogitationes, & horum qui rectè vixerint, meminerimus, nullo nos conatu, nullis viribus diabolus inflare poterit, neque occasionem vllā, aut causam qua nos oppugnet, inueniet.

Aliud contra superbiam remedium.

Hinc & D. Augustinus[d]: Timeo, inquit, ne propterea exierit anima à Deo, quia superba erat, immo non dubito. Scriptum est enim[e]: Initium omnis peccati superbia. Et initium superbiæ hominis apostatare à Deo. Scriptum est, firmum est, verum est. Denique quid de superbo dicitur mortali, accincto pannis, prægrauato pondere corporis corruptibilis, & humen extollenti se, & obliuiscenti qua pelle vestitus sit? Quid ei dicit scriptura[f]? Quid superbit terra, & cinis? Caput omnium morborum superbia; quia caput omnium peccatorum superbia. Medicus omnem ægritudinem discutit, si curet quod per aliquam causam factum est, & ipsam causam per quam factum est, si non curet, ad tempus videtur mederi, causa manente morbus repetitur. Verbi gratia, vt apertius hoc dicam; vides hominem, qui fuit vlcerosus, & scabiosus, sanatum: sed quia humor ille non ejectus est, vnde scabies & vlcus oriebatur, rursus ad vlcus redit. Cognoscens hoc medicus purgat humorem, detrahit causam, & nulla erunt vlcera. Vnde ergo omnium iniquitas? Per superbiam. Cura superbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo causa omnium

a *Chryso. hom. 43. ad pop.*

b 1. *Timo. 3.*

c *Chrys. hom. 8. in Ioan.*

d *in 6. cap. Io. tract. 25.*

e *Eccles. 10.*

f *Eccles. 10. Caput omnium morborum, & peccatorum superbia.*

rum curaretur, id est superbia, descendit, & humilis factus est filius Dei. Quid superbis homo? Filius Dei propter te humilis factus est. Puderet te fortasse, imitari humilem hominem; saltem imitare humilem Deum. Præcipitur tibi, vt sis humilis; non tibi præcipitur, vt ex homine fias pecus. Ille Deus factus est homo, tu cognosce quia es homo. Tota humilitas tua est, vt cognoscas te. Ergo quia humilitatem docet Deus, dixit [a]: Non veni facere voluntatem meam, sed eius voluntatem, qui misit me. Hæc enim commendatio humilitatis est. Superbia quippe facit voluntatem suam; humilitas facit voluntatem Dei. Ideo, inquit [b], qui ad me venerit, non eijciam foras.

Quid superbis homo?

a *Ioan. 5. & 6.*

b *Ioan. 6.*

D. verò Prosper Augustini discipulus, explicans illud Sapientis [c]: Initium omnis peccati superbia: Quid potuit, inquit, apertiùs, quid probabiliùs dici? Initium, ait, non alicuius, sed omnis peccati, superbia, vt cui clarior ostenderet, quòd ipsa sit peccatorum omnium causa: quoniam nō solùm peccatum est ipsa, sed etiam omnium peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa. Quidenim? nihil aliud omne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo eius præcepta calcantur. Quem contemptum Dei nulla res alia persuadet hominibus, nisi superbia, quæ etiam in ipso diabolo, vt diabolus ex angelo fieret, æternæ perditionis extitit causa. Deiecit & ipse sciens se per superbiam de cœlestibus corruisse, & in hunc caliginosi aëris carcerem truſum, omnium subuertendo, quem Deus fecerat sine vllo peccato, vitium persuasit serpentina calliditate superbiæ. Serpens quòd recepta superbia, quę est malorū omnium radix, facilè iam peccata omnia, quæ non nisi superbo concipiuntur animo, perpetraret.

c *de vita contemplat. lib. 3. cap. 2. Explicatio illius: Initium omnis peccati superbia. Ecclesiastici. 10. c. Omne peccatū est Dei cōtemptus.*

Superbia omnium malorū causa.

Sivtcumque iam patuit qualiter intelligatur, quod Scriptura dicit: Initiū omnis peccati superbia; hoc etiam discamus, quod sanctus Apostolus dicit [d]: Radix omniū malorū est cupiditas, cū Spiritussanctus, qui locutus est in prophetā, per Apostolum quoq. locutus sit, nec sibi possit esse diuersus. Solicitè considerare debemus, quæ ille initiū peccati superbiā; hic radicem omnium malo-

d 1. *Timot. 6. Explicatio illius: Radix omnium malorū cupiditas.*

a Idem Prof. lib. 3. de vit. cont. cap. 4.

malorum cupiditatem nominari voluerit. Ansarie sermonem propheticum Paulus Apostolus, vt solet, exposuit; quandoquidem siue initium omnis peccati, siue radicem omnium malorum dicas, vnum idemque significas. Porrò cupiditas, atque superbia inuenit vnum malum, vt nec superbus sine cupiditate, neque superbia cupidus possit inueniri. Siquidem & diabolus, in quo tenet superbia principatum, propriæ vanitatis ac perditionis humanæ cupidus fuit, vt ipse hominem per appetitum arboris interdictæ, ac diuinæ similitudinis affectationem morbosæ affectum cupiditatis ostendit. De superbia namque nascuntur hæreses, schismata, detractiones, inuidia, verbositas, iactantia, contentiones, animositates, ambitio, elatio, præsumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, periurium, & contra eiusmodi. Sed hæc quis dubitet ex cupiditate quoque procedere, cùm omnes, qui fuerint illis omnibus morbis, quos nominaui, corrupti, habeãtur & cupiditatem cùm gulosos, intemperantes, ebriosos, auidos, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incestos, fugitiosos cupiditas reddat, quando possunt sine superbia tales fieri? Sine qua omnino non possunt Dei præcepta contemni, quibus prohibentur illa omnia mala, quæ superius comprehendi. Ideoque si volumus consummare nostri certaminis cursum, caueamus in primis cupiditatem, atque superbiam, non duo mala, sed vnum, à quo trahant omnes mali actus initium. Nam in superbia, quæ possunt saltem inchoari peccata cùm dicuntur: Initium omnis peccati superbia? Aut sine cupiditate, quæ est malorum omnium radix, quæ possunt fieri mala, cùm sine radice omnia, aut nulla depurata, aut mortua? Deinde si quodlibet peccatum perpetrare non possum, nisi malæ delectationi consentiam, quod cupiditatis est propriũ: & Dei præcepta contemnam, quod est superbiæ malum, quomodo non ex cupiditate, quæ est radix malorum omnium, & ex superbia, quæ initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum?

Omnis superbus est cupidus, & è contrario: Omnis cupidus est superbus.

Peccata, quæ ex superbia nascuntur.

Cupiditas & superbia vnum est malum, non duo.

Superbia quibus indiciis cognoscatur.

CAP. XVII.

IAm videamus, quibus indiciis possit superbia deprehendi, vt sicut in superioribus claruit, nullum peccatum sine illa committi posse, ita hic signa eius eluceant, quibus cauenda posset ostendi. De quibus D. Prosper scribens [a]: Omitto, inquit, illos, quos etiam ipse habitus, & incessus superbos ostendit, quorum erecta ceruix, facies torua, truces oculi, & sermo terribilis nudam superbiam clamant. Qui libidine dominādi possessi, quos possunt, violēter sibi subiiciunt, humana iura, diuinaque confundunt, honoribus intumescunt, passim cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, & se ipsos superbiæ corrupti morbo non capiunt. Ios ergo, inquit, prætereo in quibus superbia tam apertè regnat, vt nec dignetur se occultare, nec valeat. Illos tantùm dolendos ostendo, atque eorum exempla cauenda denuntio, quos iam conuersos, & aliquantulum proficientes superbia occultè captiuat, quos in profundum malorum fraudulēta dominatione præcipitat, & ne inde vnquam possint emergere, iugiter calcat. Ipsa in cordibus talium locum diabolo facit: ipsa et aduenienti immunitum pectus familiariter pandit. Ipsa introeuntem suscipit: Ipsa captis ius perditè viuendi constituit. Ipsa omnes virtutibus exarmat, quos semel inuaserit. Ipsa quicquid in eis remanserit, quod vitiis posset obniti, ne contra se fortè conualescat, interimit. Inde est, quod hi, quos superbæ mentis tabes pudenta corruperit, seniorum suorum non obseruant imperata, sed iudicant: de suis negligentiis obiurgati, aut rebellant insolenter, aut murmurant; de loco superiori disceptant: præferri se etiam melioribus impudenter affectant: simplicitatem spiritualium fratrum irridenter exagitant; suas sententias procaciter iactant, obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quærūt: natales moribus anteponunt; iuniores suos elati despiciunt; conferri sibi aliquos posse non credunt; æquali senioribus dedignantur; super eos se solo animi tumore constituunt. Non seruant in obsequio reuerentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam.

Habent

Quibus indicijs possit superbia deprehēdi.

a lib. 3. de vita. cont. cap. 8.

Superbia quos inuaserit, virtutibus exarmat.

Insignis superborum descriptio.

Habent in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione iactantiam: in humilitate fallaces, in iocatione mordaces: in odio pertinaces; subiectionis impatientes: potentiæ sectatores; omnibus [illegible] odibiles; ad opus bonum pigri; ad communionem [illegible] ad obsequium duri; ad loquendũ quod nesciunt [illegible]pti; ad supplantandum parati; ad omnia, quibus [illegible]stit fraterna societas, inhumani: temerarij in [illegible]do, clamosi in loquẽdo, fastidiosi in videndo, [illegible]ptuosi in docendo, efferati deformiter in cachinno, [illegible]nerosi amicis, infesti quietis, ingrati beneficiis, [illegible] obsequiis, & imperiosi subiectis. Hæc sunt superbiæ grassantis indicia, quibus Deus offenditur, & [illegible] ac superba corda destituit. His malis diabolus [illegible] exultat, inuitatur vt veniat; superbas mentes [illegible] teneat; erigit, vt elidat; fouet, vt perdat, qui [illegible]biliter de ipsa perditorum captiuitate tripudiat, [illegible]ptiuos suos, quos superbiæ viribus sibi subiecit, [illegible] possideat, & omnia illa mala, quæ superius [illegible]hendi, per illos exerceat. Meritò igitur per [illegible] Dei iudicium deseruntur huiusmodi occulto [illegible]nati supplicio; quoniam no[illegible]lẽter addicti, [illegible]tè cedunt superbiæ decipientis imperio, cui vtique [illegible]sunt, si voluerint repugnare liberæ voluntatis [illegible] liberati per donum Spiritussancti, & muniti. [illegible]tamen etiam tales, si ad recipiendam salutem [illegible]tus animati, spem resipiscendi concipiant, nec [illegible] peccatis suis desperando contẽnant, poterunt [illegible]sæ satisfactionis medicamento sanari; & superbiã, [illegible] eos à Deo suo tumefactos excusserat, fundatæ [illegible]tatis assumptione damnantes, vinculis æternæ [illegible]tionis absolui.

Superbi à Deo deseruntur occulto condemnati supplicio.

Si vnquam aliàs nunc peropportunè, & verè [illegible] poterit, quod D. Gregorius cuidã Episcopo Constantinopolitano scripsit his verbis[a]: Certè olim clamabatur per Apostolum Ioannem[b]: Filioli, nouissima hora est, secundum quod Christus prædixit[c]. Pestilentia, & gladius per mundum sæuit, gentes insurgunt gentibus, terra concutitur: orbis cum habitatoribus suis terra dehiscente sorbetur, Omnia enim quæ prædicta sunt, [illegible]

a *epist.* 38. *l.* 4.
b *in epist.* 1. *cap.* 2.
c *Mar.* 14. *Lucæ* 21.

Rex superbiæ prope est: & (quod dici nefas est) sacerdotum est præparatus exitus, quia ceruici militant elationis: qui ad hoc positi fuerant, vt ducatum præberent humilitatis. Sed hac in re etiãsi nostra lingua minimè contradicat, illius virtus contra elationem in vltionem erigitur, qui superbiæ vitio per semetipsum specialiter aduersatur. Hinc enim scriptum est [a]: Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. Immundus est apud Deum, qui exaltat cor. Hinc cõtra superbientem hominem scriptum est [b]: Quid superbis terra, & cinis? Hinc per semetipsam veritas dicit [c]: Omnis, qui se exaltat humiliabitur. Vnde vitium superbiæ ab ipsa mox radice secandum est: vt cùm latenter oritur, tunc vigilanter abscindatur, ne prouectu vigeat, ne vsu roboretur. Difficilè enim in se quisque inueteratam superbiam deprehendit, quia nimirum hoc vitiũ, quanto magis patimur, tanto minus videmus. Nec quippe in mente superbia, sicut in oculis caligo generatur. Quo se hæc latius dilatat, eo vehementius lumen angustat. Quisquis ergo elatio in præcordiis crescit, cùm & se nescius extenderit, oppressæ mentis oculum funditus claudit, vt captiuus animus typum elationis & pati possit, & tamen id quod patitur videri non possit [d].

Clericorum superbiæ militantium præparatus est interitus.

a 1. *Pet.* 5. *Iacob.* 4.

b *Eccles.* 10.

c *Luc.* 14. & 18.

Superbia statim in initio auferenda est.

Quanto magis superbiam patimur, tãto minus videmus.

d *Gregor. lib.* 24. *moral. cap.* 28.

Varij superbiæ & inanis gloriæ effectus. CAP. XVIII.

IPsa autem vitiorum regina superbia cùm deuictum plenè cor ceperit, mox illud septem principalibus vitiis, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex ipsa procul dubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus, si ipsos duces, atque exercitum specialiter, vt possumus, enarrando proferamus. Radix quippe cuncti mali superbia est. De qua scriptura attestante dicitur [e]: Initium omnis peccati est superbia. Prima autem eius soboles septem nimirum principalia vitia de hac virulenta radice proferuntur, videlicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Nam quia his septem superbiæ vitiis nos captos doluit, idcirco Redemptor noster ad spirituale liberationis prælium spiritu septiformis gratiæ plenus

Radix cuncti mali superbia est.

e *Eccles.* 10. *Superbiæ soboles et exercitus sui duces.*

plenus venit. Sed habent contra[illegible]os hæc singula exercitum suum. Nam de inani gloria, inobedientia, iactantia, hypocrisis, cōtentiones, pertinaciæ, distantiæ, & nouitatum præsumptiones oriuntur[a].

Mala de inani gloria orta.

a *Greg. lib. 31. moral. cap. 17.*

Inanis gloria vitiorum anima, eiúsque varij effectus.

b *lib. 3. de vita cont. cap. 10.*

De hac inani gloria D. Prosper scribēs, dicit[b] quod sit anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dulcis miseria, amara perfectis, periculosa dubiis, imperiosa subiectis, infirma fundatis, facilè captiuat, captiuatos oblectat, ambitiosos vexat, angustos inflat, inflatos humiliat: cui seruiunt tumidi, sub qua iacent elati, quā inuenitur perditi, ad quam currunt lapsuri, in qua sibi videntur stare iam lapsi. Vacuos, ac nullis fultos virtutibus tentat, & ipsos fastu ruinosæ ambitionis inflatos in occulta dedecora, quadam publicè furendi delectatione præcipitat: se de operibus, quorum sibi conscij non sunt, turpiter iactant, qui se ab omnibus prædicari per nefas affectant, qui sanctos viros sui comparatione deprimiant, qui vitio auræ popularis elati, nihil sibi deesse perfectionis existimant, occurrentium salutationibus gaudent; suis adulatoribus fauent; voluptatibus [illegible] omnibus turpibus placent; gestiunt docere, quod nesciunt; credi de se sublimia volūt, delectabilia gratiis anteponunt, execrantur verbo, quod animo concupiscunt; appellationes virtutum vitiis suis imponunt, & ipsos fallunt; fauentes sibi decipiunt; in promissione honesta veloces, in exhibitione mendaces, à bono mutabiles, mali tenaces: in verbo graues, in animo turpes, vbique fallaces, læti ad prospera, fragiles ad aduersa; inflati ad obsequia, anxij ad opprobria, immoderati ad gaudia, faciles ad humana, difficiles semper ad honesta. His ergo & similibus delinitos vanitas premit, nec eos aut suum morbum sentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid est ad medicum venire? [illegible] infirmum suas infirmitates agnoscere, nec placere [illegible] sed de factis, quæ illi videbantur gloriosa, confundi? Quod certè illi non faciunt, qui desiderio comparandæ opinionis incensi, eis tantum operibus, quibus [illegible]tur fauor humanus, inseruiunt; & morum bona [illegible]temnunt, tantumque eos amor humanæ laudis [illegible]

Inani gloria inflatorum descriptio.

Inflati inani gloria difficiles semper sunt ad honesta.

nat, vt laboriosa opera, quæ populus admiretur, & quibus fama diffunditur, sine labore suscipiant, & libenter exerceant.

D. verò Ioannes Chrysostomus vanam gloriã malorum omnium causam esse inquit[a], & clericos, qui terrena se abiecisse professi sunt, ea tamen auidè inquirant, grauius laicis accusandos esse; nam cùm seculari gloria fidei rectitudinem mutarint; & Deum, vt ipsi audentur, contempserint, dic, quæso, quo damno, qua infamia afficiuntur? Alij animæ affectus, etsi magno ut homini nocumento, aliquam saltem adferunt voluptatem, quamuis temporalem, atque breui duraturam: quos verò hic morbus irretiuerit, hi semper omni priuati voluptate vitam viuunt quàm miserrimam. Neque enim quod tantopere exquirunt, multitudinis gloriam assequuntur, sed cùm ea frui videantur, ea tamen omnino carent, cùm id nulli prorsus gloriæ sit annumerandum. Ideoque non gloria, sed inanis gloriæ species appellatur, nihil in se habēs neque clarum, neque gloriosum[b]. Vana verò idcirco dicitur, quia euanida est, & nihil habet stabile neque firmum, sed solùm est quædam deceptio, & priusquam appareat, auolat[c]. Vnde igitur tam temeraria? tam insanus absque vlla voluptate affectus? Non aliunde sanè, quàm à vili abiectoque animo. Neque enim fieri potest, vt qui gloriæ dulcedine capitur, magnum aliquid, & egregium spiret, sed ignominia ilico illum notari necesse est, & animi abiecti, infamis, atque exigui existimari. Qui enim nihil propter virtutem, sed vt hominibus placeat operatur, quive in omni re fallacem hominum, atque erroris plenam exquirit sententiam, quem is gloriam mereri? Gloriæ cupiditas omnia commiscuit, auaritiam, inuidiam, calumniam, insidias peperit, & qui nulla affecti sunt iniuria, in illos, qui nihil de ipsis malè meriti sunt, & armat, & efferat: Hæc amicitiæ & consuetudinis obliuiscitur. Nihil se pudet, sed omni abiecta virtute, omnibus bellum indicit, semper incõstans, semper inuisa: & sanè ira, & violentus, & intolerabilis morbus est, non tamen semper nocumento esse solet, sed duntaxat cùm irritatur. Inanis verò gloria

a *hom. 22. in Gene.*

Vana gloria omnium malorum causa.

Cur inanis & vana gloria dicatur.

b *hom. 2. in Ioann.*

c *Idem Chrysost. in d. hom. 22. in Gen.*

Gloriæ cupiditas omnia commiscuit.

Inanis gloria semper pestifera.

omni tempore pestifera est. Nunquam cessat, nunquam remittitur, nisi ratione & cohibeatur, & sedetur semper præsto est, non solùm peccandi se hortatricem exhibens, verumetiam si quid rectè faciamus, ut inanibus summa vi eripere contendit, vel nihil rectè nobis inchoari perficique permittit. Quodsi auaritiam Paulus idolorum seruitutem appellat[a], eius matrem radix, fons, hoc est, inanis gloria, quo nomine merito appellari? Nullum quidem, si rectè eius malitiam contemplabimur, dignum inueniemus. Abstineamus ergo dilectissimi, & perniciosum hoc exuamus vestimentum, quo descisso, & procul abiecto fiamus aliquando liberi, veram induti libertatem, & veræ nobilitatis, quæ à Deo nobis elargita est, cognitionem non negligamus[b].

a *Galat. 5. Ephes. 5.*

Inanis gloria auaritiæ mater

b *Chrysost. in d. homil. 2. in Ioan.*

Sed vt ad D. Gregorium dicentem[c]: superbiam nascem esse omnium vitiorum, reuertamur; De inania (quam inter alia numerauit) odium inquit, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi; afflictio autem in prosperis nascitur. De ira rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemiæ proferuntur. De tristitia, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De auaritia, proditio, fraus, falsitas, periuria, inquietudo, violentiæ, & contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluuie, inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectio præsentis sæculi, horror autem vel desperatio futuri generantur. Quia ergo septem principalia vitia primæ superbiæ soboles, tantam de se vitiorum multitudinem proferunt, cùm ad cor veniunt, quasi subsequentis exercitus cateruas trahunt. Ex quibus videlicet septem quinque spiritalia, duoque carnalia sunt. Sed unumquodque eorum tanta sibi cognatione iungitur, vt non nisi vnum de altero proferatur.

Mala ex inuidia superbiæ sobole nascentia.

Mala ex ira prodeuntia.

Tristitiæ mala.

c *d. lib. 31. moral. cap. 31.*

Auaritiæ mala.

Gulæ mala.

Luxuriæ mala.

Septem principalia & mortalia vitia sunt primæ superbiæ soboles.

Vitiorum maxima est connexio.

Alia vitia eas solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur[d], vt videlicet ira patientiam

d *Greg. li. 34. mor. cap. 17.*

castimonia, abstinentiam; libido continentiam expugnet. Superbia autem (quam vitiorum radicem diximus) nequaquam vnius virtutis extinctione cõtenta, contra cuncta animæ membra se erigit, & quasi generalis, ac pestifer morbus corpus omne corrumpit, vt quicquid illa inuidente agitur, etiãsi esse virtus ostendatur, non per hoc Deo, sed soli vanæ gloriæ seruiatur. Quisquis eius in se tyrannidem captiua mente susceperit, hoc primum damnum patitur, quod clauso cordis oculo, iudicij æquitatem perdit. Nam cuncta, quæ ab alijs bene geruntur, displicent, & sola ei, quæ ipse vel prauè egerit, placent; semper aliena opera despicit; semper miratur, quæ ipse facit: quia & quicquid egerit, quasi se singulariter credit; atque in eo, quod exhibet per gloriæ cupiditatem, sibimetipsi fauet per cogitationem, & se cùm in cunctis transcendere cæteros æstimat per lata cogitationum spatia secum deambulans, laudes suas tacitus clamat. Nonnunquam verò ad tantam elationem mens ducitur, vt in eo, quod tumet, etiam per ostentationem locutionis effrænetur. Sed tanto facilius ruina sequitur, quãto apud se quisque impudentius exaltatur. Hinc enim scriptum est [a]: Ante ruinam exaltatur cor.

In quo superbia alia vitia vincat sua malitia.

Primum malũ superbi.

a *Prouerb. 16. cap.*

Prælati & subditi quomodo superbia tententur. CAP. XIX.

SCiendũ quoque est, vt D. Gregorius inquit [b], quod aliter Præpositos, atque aliter subditos superbia tentet. Prælato in cogitationibus suggerit, quia solæ vitæ merito super cæteros excreuit, & si qua ab eo bene aliquando gesta sunt, hæc importunè eius animo obijcit; & cùm hũc Deo singulariter placuisse insinuat, quo facilius suggesta persuadeat, ipsam ad testimoniũ potestatis traditæ, retributionẽ vocat, dicens; quia nisi omnipotẽs Deus te his omnibus meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine nõ dedisset: eiusque mox mentẽ erigit: viles atque inutiles eos, qui subiecti sunt, ostendit, ita vt nullum iam quasi dignum respiciat, cui æquanimiter loquatur. Vnde & mox mẽtis tranquillitas in irã vertitur; quia dum cũctos despicit, dũ sensum,

b *d. lib. 34. ca. 18. & 19. Quomodo superbia tentet Prælatos.*

vitamque omnium sine moderamine reprehendit, tanto effrænatius se in iracundiam dilatat, quanto eos, qui sibi commissi sunt, esse sibimet indignos putat.

Quomodo superbia tentet subditos.

At cōtrà cùm subiectorum cor superbia infligat, hoc summopere nititur agere, vt sua acta consideratione diuinitus negligant, & semper tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiant, qui dum in illo quid reprehendere debeant, importunè respiciunt, in semetipsis quod corrigant, nunquam vident. Vnde & tanto atrocius peccant, quanto à se oculos auertunt; quia in huius vitæ itinere offendentes corruunt, dum alibi intendunt. Et quidem peccatores se asserunt, nec tamen tantum, vt tam noxiæ in regimine personæ traderentur. Et cum eius facta despiciunt, dum præcepta contemnunt, ad tantam vsque insaniam deuoluuntur, vt Deum res humanas curare non æstiment, quia ei, qui quasi iure reprehenditur, esse se commissos dolent. Sicq. dum contra rectorem superbiunt, etiam contra iudicia conditoris intumescunt, vt dum pastoris sui vitam diiudicant, ipsam quoque sapientiam omnia disponentis impugnant. Sæpe etiam rectoris sui dictis protetus [illegible], & eandem vocis superbiam libertatē vocant. Sæpe elatio se quasi pro libertatis rectitudine obiicit, sicut sæpe se & timor pro humilitate supponit. Nec sicut plerique reticent ex timore, & tacere se [illegible] ex humilitate: Ita nonnulli loquūtur per impatientiam elationis, & tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Aliquando autem subditi protetus, quæ sentiunt, nequaquam produnt, & horum quoque loquacitas vix compescitur. Nonnunquam ex sola [illegible] ritudine intimi rancoris obmutescunt, qui per [illegible] rem mentis procacitatis suæ verba subtrahentes, [illegible] malè loqui soleant, peius tacent: quia cùm peccatores aliquid de correctione audiunt, indignantes etiam responsionis verba suspendunt. Cum his quando [illegible] asperè, sæpe ad querelæ vocem de hac ipsa asperitate prosiliunt. Cùm verò eos magistri sui blandè [illegible] niunt, de hac ipsa humilitate, qua præuenti sunt, [illegible] uius indignantur, & tanto eorum mens vastius [illegible] ditur, quanto consideratius infirmari iudicantur. [illegible]

Canonicorum libertas.

nimirum, quia humilitatem, quæ virtutum mater est, nesciunt, vsum laboris sui perdunt, etiamsi quæ bona sunt, quæ operari videantur. Quos bene ab intimis prodimus, si paucis exterioribus ostendamus.

Humilitas virtutum mater.

Cunctis namque superba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate; furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad ingerendas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ad obediẽdum pigra, ad lacessendos verò alios importuna, ad ea, quæ facere & debet, & prævalet, ignaua, ad ea autem quæ facere nõ debet, nec prevalet, parata. Hæc in eo quod sponte non appetit, nulla exhortatione flectitur: ad hoc autem quod latenter desiderat, quærit vt cogatur, quia dum metuit ex desiderio suo vilescere, optat vim in ipsa sua voluntate tolerare.

Signa quibus superbi dignoscantur.

De humilitate, primo & præcipuo honestatis à clero recuperandæ fundamento. CAP. XX.

QVoniam differi non possumus clericos sua inobedientia, & superbia sese suumque ordinem & statum, atque etiam catholicam religionem & ecclesiam ad hanc, quam in his videmus prouinciis, deplorãdam perduxisse ruinam, & calamitatem; nónne omnium nunc cura, cogitatio, studium, diligentia, & solicitudo intendi, & impendi debet, vt cuncta collapsa, seu destructa in integrum restituantur? Quod vt commodius & facilius fieri possit, necessariò requiri diximus, vt inobedientia, & superbia funditus ex eorum cordibus extirpatis, & profligatis, animis eorundem humilitas inseratur. Nam sicut illa omnium vitiorum, & criminum est origo, atque ruina omnium virtutum: ita hæc omnium bonorum fons, & mater est, atque omnium virtutum caput, custos, & propugnaculũ est [a]. Hæc sola officij sacerdotalis est erectio [b]. Et vt ipsa veritas contra superbiæ pestem remedium nobis daret [c], & nos ad viam vitæ per humilitatem reduceret, in semetipsa dignata est quod nos admonet monstrare, dicens [d]: Discite à me quia mitis sum, &

a *Chrysost. ho. 3. 15. 39. 49. 66. in matth. & ho. 32. in Ioan. item hom. 38. ad pop. & Ber. in tract. de meditat. deuotiss. cap. 41. et epist. 42. & serm. 1. de nata. Dom.*
b *Greg. epist. 54. lib. 2. & hom. 7.*
c *Greg. lib. 34. mor. cap. 20.*
d *Matth. 11.*

humilis corde. Ad hoc namque, vt D. Gregorius scribit, & testatur [a], vnigenitus Dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc inuisibilis non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, illusionum opprobria, passionumque tormenta tolerauit, vt superbũ non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta igitur humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem mortis factus est paruus. Quia enim originem perditionis nostræ se præbuit superbia diaboli, instrumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei. Hostis quippe noster inter omnia conditus, videri supra omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus. Quid ergo nos Episcopi, & clerici dicimus, qui honoris locum ex Redemptoris nostri humilitate suscepimus, & tamen superbiam hostis ipsius imitamur? Ecce nouimus creatorem nostrum de sua celsitudinis culmine, vt humano generi daret gloriam, descendisse. Humiliauit se vsque ad nostrum pulueres Deus, & in cælo os suum ponit, & super terram super pertransit puluis humanus, & non erubescit, non tetuit extolli homo, putredo, & filius hominis verus. Reducamus ad animum hoc quod per sapientissimum Salomonem dicitur [b]: Ante tonitruum præibit conscatio, & ante ruinam exaltabitur cor. Vbi è diuersa subiũgitur: Ante gloriam humiliabitur. Humiliemur ergo mente, si ad solidam conamur venire celsitudinem: nequaquam per elationis fumum oculi cordis obscurentur: qui quanto magis excreuerit, tanto celerius euanescit. Pensemus quid nos præcepta admonetur Redemptoris nostri dicentis [c]: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hinc etiam per prophetam dicit [d]: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Certè cùm Dominus ad humilitatis viam adhuc infirmãtia discipulorum corda reducere dixit [e]: Si quis vult inter vos primus esse, erit omnium minimus. Qua in re apertè cognoscitur, quoniam se veracit

a *in epist. 38. lib. 4. ad Epis. Constant. & lib. 34. moral. cap. 31.*

b *Eccles. 32.*

c *Matth. 5.*

d *Esa. 66. cap.*

e *Matth. 10. Mar. 10.*

veraciter sublimis est, qui in suis cogitationibus humiliatur. Caueatur ergo malorũ praua suggestio, fugiatur omnis instigatio diaboli. Oportet quidem vt veniant scandala, verumtamẽ væ homini illi, per quẽ scandalum venit. Ecce ex hoc nefandæ elationis vocabulo ecclesia scinditur, fratrum omnium corda ad scandalũ prouocantur: Per humilitatẽ autem cunctorũ fratrũ concordia, & sanctę vniuersalis ecclesię vnitas valet custodiri.

Humilitate custoditur fratrũ concordia, & eccl. fiæ vnitas.

Contra morem ecclesiasticum est, si non patientissimè toleratur etiam iniusta correctio[a]. Seruorum Dei humilitas in afflictionis tempore debet apparere. Qui verò se contra Præpositos suos erigũt, profectò ostendunt, quia serui Dei esse contemnunt. Et quidem ab illo hoc quod factum est minimè fieri debuit, à te tamen omnino debuit diligenter suscipi, & rursum cùm gratiam reddebat, ad eum cũm gratiarum actione debuit occurri. Quod quia ita à te factum non est, adhuc cognosco quia nobis omnino lachrimarũ opus est. Nos enim cuius vitæ sumus, qui humiles esse etiã patribus nolumus[b]? Optauimus iam annos aliquot clero tranquillitatẽ, & pacẽ à Deo concedi, sed quia in illo debita humilitas non fuit, ideo eandem nõdum obtinuerunt. Nam vt D. Gregorius Patriarchę Constantinopolitano scribit[c], eundem ad pacem, & vnitatẽ ecclesiæ exhortans: In pacis, inquit, vos decet dilectione persistere, & locũ præbere discordiæ nullo modo debetis. Sed quia in radice ipsius viuere aliter nõ valemus, nisi mente, & actu humilitatẽ, quam ipse author pacis docuit, teneamus, cum ea charitate, qua dignũ est suademus, vt profanã elationẽ, quæ animabus semper aduersa est, cordis pede calcantes, peruersi superbiq. vocabuli scandalum, ecclesię auferre de medio festinetis, ne pacis nostræ societate diuisi inueniri possitis, sed vnus in vobis spiritus, vna mẽs, vna charitas, vna in Christo, qui sua membra esse nos voluit, sit cõpago concordię. Nam quàm durũ, quàm indecẽs, quàm crudele, quamq. à sacerdotali proposito sit extraneũ, pacem, illum, quàm aliis prædicat, nõ habere, sanctitas vestra cõsideret, & suos de superbia fratres scãdalizare non præsumat. Sed hæc magis studeat, vt vanę, aut superfluę elationis autorẽ humilitatis

a *Greg. epist. 54. lib. 2. & c. Cõtra. dist. 100. Correctio etiã iniusta patienter toleranda est.*

b *Greg. epist. 24. lib. 2. Quia in clero non est debita humilitas, ideo illi nunc nõ datur à Deo pax, & tranquillitas.*

Humilitas pacis est radix.

c *epist. 45. lib. 11.*

queat ense prosternere, quatenus eiusmodi victoria suum vos habitaculum sancti Spiritus gratia sibi vendicet: & apertè impleatur in vobis quod scriptum est: Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Vnde D. Ioannes Chrysostomus [b]: Qui humilis est, & gratiosus omnibus, & iucundus, & perpetuæ pacis fons, nullam bellorum habet materiam. Quippe tacitus omnia æquo animo perfert, & incredibili in omnes pax vtitur. Præceptorum namque Dei cum hominibus pax est: omnis autem vita sic nobis præscribitur, vt pacem ad inuicem habeamus. Sed nihil tam admirabilem Christianum, quàm humilitas efficit.

a 1. Corint 3.

b hom. 1. in epist. 1. ad Corinth.

Nihil tam admirabilē Christianum efficit, quàm humilitas.

Quàm necessaria sit in ecclesia humilitas.

CAP. XXI.

QVàm autem pulchra, & necessaria in ecclesia sit humilitas, eleganter his verbis demonstrat Leo Papa [c]: Agnoscat, inquit, catholica fides in humilitate Domini gloriam suam, & de salutis suæ sacramentis gaudeat ecclesia, quæ corpus est Christi. Quid enim sanandis ægris, illuminandis cæcis, viuificandis mortuis aptius fuit, quàm vt superbiæ vulneris humilitatis remediis curarentur? Adam præceptum negligens peccati induxit damnationem; Iesus vsque ad sub lege reddidit iustitiæ libertatem. Ille diabolo obtemperans vsque ad præuaricationem, meruit vt in ipso omnes morerentur; hic patri obediens vsque ad crucem, fecit vt in ipso omnes viuificarentur. Ille cupidus honoris angelici, naturæ suæ perdidit dignitatem; hic infirmitatis nostræ suscipiens conditionem, propter quos ad inferna descendit, eosdem in cælestibus collocauit. Postremò illi per elationem lapso dictum est [d]: Terra es, & in terrā ibis. Huic per subiectionem exaltato dictum est [e]: Sede à dexteris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hæc Domini nostri opera non solùm sacramento nobis vtilia sunt, sed etiā imitationis exemplo, si in disciplinam ipsa remedia transferantur, quodque impēsum est mysteriis, prosit & moribus, vt meminerimus nobis in humilitate, & mansuetudine redemptoris nostri est viuendum.

c serm. 5. de natiuit. Dom.

Adę inobedientia et superbia, Christi obedientia & humilitate reparata est.

d Genes. 3.

e Psalm. 109.

Christi opera vtilia nobis sunt imitationis exemplo.

In humilitate, & mansuetudine Christi nobis est viuendum.

viuendum. Quoniam, sicut ait Apostolus [a], si compatimur, & conregnabimus. Frustra enim appellamur Christiani, si imitatores non sumus Christi, qui ideo se viam dixit [b] esse, vt cõuersatio magistri forma esset discipuli, vt illam humilitatem eligeret seruus, quam sectatus est Dominus. Itaque D. Cyprianus de humilitate sermonem faciens [c]: Hic ait, est primus religionis introitus, sicut in mundum primus Christi ingressus, vt quicumque vult piè viuere, humiliter de se sentiat; neque supra se in mirabilibus ambulare præsumat. Fundamentum sanctitatis semper fuit humilitas; nec in cælo stare potuit superba sublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noster paruulus attulit, & à cunabulis nos sibi cõformes teneri voluit in vita, quod exhibuit in persona, ac proinde humilitas nobis in omnibus tenenda est [d].

D. verò Hieronymus nos docẽs quomodo formandus sit animus noster [e]: In omni, inquit, actu, atque verbo quieta mens, & placida feruetur, semperque cogitationi tuæ Dei præsentia occurrat; sit humilis animus, ac mitis, & aduersus sola vitia erectus. Nunquam illum aut superbia extollat, aut auaritia inflectat, aut ira præcipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet, quæ in Dei habitaculum præparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata virtutibus. Ideo & templum Dei sanctorum corda dicuntur, affirmante Apostolo, qui ait [f]: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nihil habeas humilitate præstantius, nihil amabilius. Hæc est enim præcipua conseruatrix, & quasi custos quædam virtutum omnium; nihilque est, quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat, quã si vitæ merito magni, humilitate infimi simus. Propter quod scriptura dicit [g]: quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Et Dominus loquitur, per prophetam [h]: Super quem alium requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea? Verumtamen humilitatem sequere, non quæ ostenditur

Eee v atque

a Roman. 8.

Christianus debet esse imitator Christi.

b Ioann. 14.

c *in ser. de natiuit. Christi.*

Humilitas primus religionis introitus

Humilitas est fundamentum sanctitatis.

d *Cypr. aduer. Iud. in lib. 3. cap. 5.*

e *in epist. ad Celan.*

f 1. *Corint. 3.*

Nihil præstantius humilitate, quæ est conseruatrix omnium virtutum.

g *Eccles. 3.*

h *Isa. 66.*

Quæ humilitas sequenda non sit.

atque simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborum, sed quę puro affectu cordis exprimitur. Aliud est enim virtutem habere, aliud virtutis similitudinem: aliud est rerum vmbram sequi, aliud veritatem. Multo deformior est illa superbia, quæ sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo tumida sunt vitia, quæ virtutum specie celantur. Nullam quam de generis nobilitate præponas, neque obscuriores quosque & humiliore loco natos te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum seuum, & nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilius Petro, qui piscator, & pauper fuit? Sed illi piscatori & pauperi cælestis regni claues creduntur claues. Elegit enim Deus ignobilia & contemptibilia huius mundi, vt potentes, ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Nam & alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cùm vniuersi paris honoris, & eiusdem apud Deum pretij, qui vno Christi sanguine sunt redempti: nec interest, qua quis conditione natus sit, cùm omnes in Christo æqualiter renascamur. Nam etsi obliuiscimur, quia ex vno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia per vnum omnes regenerati.

Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus.

D. Ioannes Chrysostomus[a], nos ad scripturarum lectionem exhortans, & virtutis imaginem complectendam proponēs, in qua non infimum humilitatis locum: Audiamus, inquit, audiamus, quicunque scripturarum lectionē negligimus, quātum damni, quantam inopiam patiamur. Quando enim bona virtutis opera faciemus, qui etiā præcepta, & instituta ipsis quibus viuendum est, ignoramus? Et opulenti quidem cupiditate pecuniarum insaniūt, assiduè vestes suas tineis corrodantur excutiunt: tu verò cùm obliuionibus tineis peior, ac maior pestis animā tuā deuores, non accedes ad libros, non excuties tineas, non animam tuā, non aspicies cōtinuò imaginem virtutis, nec mēbra eius & caput cōsiderabis? Habet enim

[a] *hom. 48. in Matth.*

Imago virtutis.

caput, & membra omni muliere formosa multo venustiora ac pulchriora. Quod igitur caput virtutis est? Humilitas certè. Quapropter ab ipsa incipit Christus dicens[a]: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorum. Qui sunt pauperes spiritu? Humiles scilicet mẽte, atque cõtrito spiritu. Spiritũ enim hic posuit pro anima, & voluntate. Siquidẽ illos hic humiles memorat, qui Dei præcepta metuunt, atq. etiã contremiscunt[b]. Hoc caput, etsi nec cæsariẽ, nec crines habeat, sic tamen pulchrũ est, vt Deũ ad se ipsum attrahat. Super quem, inquit per Esaiam prophetam[c], requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Et[d]: Oculi mei super mites terræ. Et: Prope Dominus est tribulatis corde. Hoc caput pro crinibus, atque comis hostias offert Deo gratissimas: hoc aureum certè altare est: hæc ara spiritalis. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus[e]: hæc sapiẽtiæ mater est. Qui hoc habet, is mẽbra etiam consequetur. Perspexisti caput, quod nunquã vidisti. Vide nũc etiam faciẽ, ac primùm attende qualis color eius sit, quàm rubicundus, quàm floridus, quàm gratiosus, & disce vnde constat. Vnde igitur constat? Ab erubescẽtia certè, atque pudore. Propterea quidam dicebat[f]: Ante verecundum gratia procedit. Hæc & alia quoque membra magnam vim formositatis effundunt; nec si mille cõmisceas colores, talem speciem cõficias. Quodsi oculos quoque velis aspicere, considera modestiã, quanto decore, quãta diligentia depingantur, vnde non solùm speciosissimi, verumetiam tam acri acumine pollent, vt vel Dominũ ipsum aspiciant. Beati enim, inquit[g], mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Huic capiti os est sapientia, & intellectus, & spiritualium cantuum perpetua vox. Cor autem, magna scripturarũ peritia, veri dogmatis conseruatio, misericordia, & benignitas. Et quemadmodum non est possibile animal sine capite viuere, sic sine hoc capite salus haberi non potest. Hinc enim omnia bona originem trahunt. Pedes, ac manus habet, quibus recta opera ostendat animata; est pietatis, & rectæ fidei anima. Pectus aureum, ac adamante robustius, ipsi est fortitudo, per quam efficitur, ne vnquam

Humilitas caput virtutis.

a *Matth. 5.*

b *Chrysost. ho. 15. in Matth.*

c *Isa. 66.*

d *Psalm. 33.*

Humilitas aureum altare, et ara spiritalis est.

Sapientiæ mater humilitas.

e *Psalm. 50.*

Humilitas cõstat erubescentia & pudore.

f *Eccles. 32.*

Humilitati modestia inest.

g *Matth. 5.*

Humilitati inest sapientia, et intellectus.

Sine humilitate salus haberi non potest.

vnquam pectus hoc queat infringi. Spiritus autem qui animalium corda, & cerebrum continet, charitas est.

a Chrysost. in d. hom. 48.

Honor humilitate non tollitur. CAP. XXII.

QVare nullo pacto metuas, quasi tollatur honor tuus, si teipsum humiliaueris. Hinc enim vt ad cælos vsque gloria tua pertransi; hinc antiquior atque præstantior redditur: hinc regni ianua tibi aperitur. Caueamus igitur ne contrariam facientes viam, aduersus nos ipsos acerrima bella geramus. Si enim voluerimus magni, ac mirabiles videri, non mihi tales non erimus, verumetiam cæteris omnibus tolectiores futuri sumus. Sublimis quidem esse dicitur, aut proceritate corporis huius, aut quia in editioni loco sit collocatus: Humilis autem, qui huic contrarius est. Attende igitur & videbis, nihil humilitate altius, nihil arrogantia depressius. Nam arrogans quidem atque superbus maiorem se cæteris arbitratur, & nemo se esse dignum affirmat: Nec ita magno quisquam poterit honore ipsum afficere, quin cupiditate maiori agitatus, parum sibi collatum arbitretur. Cum ipse laudem ab hominibus quærat, spernit eos, atque contemnit. Quæ res adeò expers rationis est, vt ænigmatis millima sit. Quos enim despicit, ab his hominibus gloriam quasi debitā flagitat. Si ergo ita cæteros spernit, cur adulationibus laudem ab illis aucupatur? Age iam è contrario, qualis verè sublimis sit cōsideremus. Hic certè non ignorat quantum, & quid homo sit, hic certè intelligit magnum eum esse hominem, qui cum omnium minimus sit, minimum quoque se putat. Quocirca quantumcumque sibi honoris tribuerit, maximum arbitratur. Constans igitur est, atque sibi conueniens, nec modò hoc modo illud sequitur, sed quos excelsos putat, ab his etiam si parū honoris tanciscatur, summopere propter celsitudinem eorum honorari se putat. Humilis rursum à nulla ægritudine capitur, non perturbatur ira; nulla cupiditate gloriæ vexatur; non vincitur liuore. Quid igitur sublimius animo harum perturbationū experte? At vero arrogans, atque superbus, ceu vermis in stercore, sic his passi-

Nihil humilitate altius, nihil arrogantia depressius.

passionibus semper involuitur. Nam & inuidia, & ira, & inanis gloria vehementer animum eius exagitant[a]. Illud etiam abs te libenter quæram, quemnam arbitraris sublimiorem, sacrúmne virum, à quo grata Deo quotidie sacrificia offeruntur, an eum, qui nullam apud Deum fiduciam habeat? Et quas, inquies, hostias humilis offert? Dauid illum de hoc audias. Sacrificium, inquit[b], Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies[c].

a *Chrysost. ho. 66. in Matth.* *Humiles gratia quotidie Deo offerunt sacrificia.*

b *Psalm. 50.*
c *Chrysost. in d. ho. 66.*

Vidisti quàm mundus humilis sit, videas & insolentis, atque superbi impurissimas sordes. Impurus enim apud Deum est omnis immundus corde. Hic cum diabolo humi trahitur: Inflatus enim diaboli supplicia sustinet. Ne fortè inflatus, inquit Paulus[d], in iudicium incidat diaboli. Quodque mirabile est, contrarium semper, quàm optat, cum persequitur. Nam cùm cæteros contemnat, vt maiori dignus honore videatur, maximè omnium ipse contemnitur. Ridiculi enim & omnium inimici sunt, qui ira, & inuidia facilè capiuntur, quæ eius maximæ comites sunt. Quare nescio, quid peius excogitari possit: extremitas enim malorum certè hæc est. Humilibus verò quid iucundius? quid beatius? Qui cùm Deo gratissimi sint, non paruam etiam ab hominibus, quam non quærunt, gloriam reperire * solent. Nempe ab hominibus quasi parentes coluntur, quasi fratres amantur, quasi propria membra fouentur. Amplectamur igitur humilitatem, si sublimes fieri desideramus, præsertim cùm videamus à superbia deiici hominem. Nihil enim magis Deus, quàm arrogantiam auersatur. Quid enim non facit, vt hanc passionem destruat? Hac enim de causa mortales facti, in dolore, ac luctu viuimus. Ideo in continuo labore, atque sudore, & affligenti operatione constituti sumus. Hoc nempe superbiæ opus est, vt non modò nihil boni nobis afferat, sed etiam quæ habemus corrumpat. E contra verò humilitas facit: nam ea, quæ nobis adsunt, bona conseruat; & quæ non habemus, facilè adiicit. Hanc igitur admiremur, hanc sequamur, vt & in hac vita honorificè conuersemur, & futura gloria potiamur[e].

d *1. Timot. 3.*

Nihil beatius humilibus, qui Deo gratissimi sunt
* *fort. recipere.*

e *Chrysost. ho. 66. in Matth.*

Quia

Quia superbiam esse constat causam malorum & radicem, fontemque peccati, Christus contrarium ægritudini remedium docendo, conficiens quasi fundamentum quoddam forte, atque munitum, hæc primùm sententiam collocauit[a]: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Si quidem vnusquisque humilitate supposita, tutissimè cuncta alia superponit ædificans: hac verò subducta, etiamsi ad ipsum vsque cælum conuersationis sublimitate perueniat, simul omnia subtrahuntur, atque in finem pessimum relabuntur. Nam siue orationem, siue ieiunium, siue misericordiam, siue pudicitiam, siue aliud quid bonorum absque humilitate congreges, statim cuncta defluunt, cunctaque depereunt. Quod etiam Pharisæo legimus accidisse[b], qui cùm ad ipsam virtutis cacumen ascenderet, amittens simul vniuersa descendit, quia scilicet non habuit matrem bonorum. Sicut enim superbia omnium fons malorum est: ita humilitas cunctarum origo virtutum[c]. Quæ circa D. Gregorij sententiam & consilium sequentes[d], cùm bona agitis, semper ad memoriam mali acta reuocate, vt dum cautè culpa conspicitur, nunquam de bono opere incaute animus lætetur. Nec sancti viri, cùm agunt fortia, de semetipsis vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine operatione virtutis intumescunt? Sed etsi quæsita bona adsint opera, nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione tota eleuat, sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento puluerem portat; & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius secatur. In cunctis ergo quæ agitis radicem boni operis humilitatem tenete: nec quibus iam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspicite, vt dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

Verùm & cùm nos humiliauerimus, à dignitate nostra ne nos decidere putemus. Tunc enim, vt D. Chrysostomus inquit[e], magis exaltamur merito, maximæ tunc admirationi licet esse. Quod enim alios

a *Matth. 5.*

b *Lucæ 18.*

Humilitas bonorũ omnium mater, & cunctarum origo virtutum.

c *Chrysost. ho. 15. in Matt. & hom. 3. in Mat. & hom. 32. in Ioan. & hom. 2. in epist. ad Philom.*

d *in hom. 7. de aduen. & Basil. in hom. de humil.*

e *hom. 39. ad popu.*

Humilitas dignitatem non tollit.

seu elatus humilis est, humilis autem altus; sufficit quidem & hoc asserens Christi sententia [a]: veruntamen & ipsam rem indagemus. Quid est humiliari? Nónne vituperari? Non accusari? calumniam pati? Exaltari verò, honorari, laudari, glorificari? Sunt duo diuites, vtrique & honore multo præditi, & in sapientia, potentiaque, & aliis sæcularibus excellentiis altum sapientes, postmodum ille quidem & ab omnibus honores quærat, & non accipiens, irascatur, & plus quàm oportet, exigat, & semetipsum exaltet. Hic autem huiusmodi contemnat: in neminem propter hoc indignetur; & datum repellat honorem. Nónne hic priori longè sublimior? Gloriam enim aliter assequi non licet, nisi gloriam fugiendo. Nam donec quidem eam sectemur, nos fugit; cùm autem eam fugimus, nos ipsa sequitur. Si vis esse gloriosus, noli gloriam concupiscere: Si vis esse sublimis, ne te sublimem facias. Et alioqui quidem honores non quærentem omnes honorant; ambientem verò aspernantur. Solet enim humanum genus esse quodammodo contentiosum, & peruicax. Gloriam itaque contemnamus: sic enim humiles esse poterimus, vel potius alti.

a *Luc.* 18.

Gloria fugientem sequitur, fugitque sequentem.

Magnum est elationis malum, stultum quippe melius est esse, vt idem Chrysostomus ait [b], quàm insolentem, seu superbum. Illic enim stultitia tantum est, mentisque tarditas: hìc autem stultitia peior est, & fatuitas cum furore. Stultus sibimetipsi malum est: elatus & aliis pestis: ex amentia hoc vitium nascitur. Non potest esse superbus, qui fatuus non sit. Stultitia verò plenus est superbus. Audi quendam sapientem, qui dicit [c]: Vidi hominem apparentem esse prudentem apud se ipsum, spem autem habet magis insipiens eo. Vides quod non temerè dicebam esse malum fatuitate peius? Spem enim, inquit, habet magis insipiens eo. Propterea Paulus quoque dicebat [d]: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Humilitas verò virtus est, & sublimiorís philosophiæ mater est, atque origo [e]. Ne igitur altum sapiamus, nec inflemur, cùm terra sumus, & ci-

Melius est stultum esse quàm superbum.

b *ind. hom. 39. ad pop.*

Superbus fatuus est, et stultitia plenus.

c *Prouerb. 26.*

d *Roma. 12.*

e *Chrysost. ho. 39. in Matth.*

Humilitas sublimioris philosophiæ mater est, atque origo.

& cinis, fumus, & vmbra. Futurorum incertitudinem respice, nec altum sapias, sed time ne superbia virtutem diminuas. Verbum habes, & docendi gratiam: ne propterea putes te plus aliis aliquid habere. Propterea maximè debes humiliari, quòd pluribus donis præditus es, quòd alios prætergressus in te Deus inclinauit. Frequenter enim & hoc tibi perditionis causa fuerit, nisi vigilaueris. Humilitati nihil æquale. Hæc est bonorum mater, & radix, altrix & occasio, simul & vinculum. Hac semota abominabiles, & scelesti sumus. Quid dicis tum sapis quoniam per verba doces? Sed hoc facile, verbis medicari. Doce me per vitam tuam; hæc est optima doctrina. Nō enim disciplinæ tam a verbis, quam à factis animæ solent intromitti. Quoniam si non habueris opera, non tantùm loquens non profuisti, sed & potius læsisti[a].

Humilitas bonorum mater, altrix, occasio, & vinculum est.

Optima doctrina est per vitā docere.

a *Chrysost. ho. 38. ad popul.*

Vnde D. Gregorius[b]: Pensandum, inquit, prudenter & tota intentione cogitandum, quomodo sanctum humilitatis in se virtutem custodiant, cùm quædam mirabiliter sciunt, illud ante mentis oculos studeant retinere, quod nesciunt; vt dum ex parte alia infirmitatem suam considerant, ex ea parte quā perfecti sunt, rum se animus non extollat. Scientia etenim inflat, est. Humilitas etiam custos virtutis est. Refugio, vt in omni quod scit, sese mens deprimat: ne quod virtus scientiæ congregat, ventus elationis dissipet. Vnde igitur possit quis solidè in humilitate perstere? Si, vt Chrysostomus inquit[c], præceptum Domini semper animo verset, quo ait[d]: Cùm feceritis omnia, dicite: Serui inutiles sumus. Et rursus si nihil magistrum[e] dixisse meminerit, Ego non arbitretur se comprehendisse: ille solus humilitatem animi consecutus est, qui sibi ipsi persuasit, quantūlibet gerit, nihil se magnum gessisse, qui nec ad finem ueniisse se arbitratur. Si igitur humiles sumus, vt decet si mites ac mansueti, vt oportet; non sit nobis elamilitas, elationis occasio. Humilis es & cunctis abiectior, noli ideirco inflari, neque exprobres carnali, ne perdas gloriam tuam: ideo nempe te humiliat, vt arrogantiam fugias. Quodsi per hanc arrogantiam

Scientia nemo se extollere debet.

b *hom. 7. in 2dum. Dom. et Basil in hom. de humilit.*

c *hom. 2. ad Philem.*

d *Luc. 17.*

Quis humilitatē animi verè cōsecutus sit.

e *Philip. 3.*

cruas, melius fuerat non humiliari. Quoties tibi obrepit elata cogitatio, quod quasi humilitatis culmen occupaueris, considera vbinam, vnde descenderit Dominus tuus, & tunc desines te ipsum admirari, & laudare: imò te, & tua omnia videre cogeris, cùm ex collatione dominicæ humilitatis nihil te omnino profecisse cognoueris, debitorem te semper existimãs. Nam reuera omnia, quæ agimus nos, ac, si debitum Deo tenemur exoluere, qui nos ex nihilo condidit, & esse, qui ante nõ fuimus, fecit: qui postmodum proprio nos, ac pretiosissimo redemit sanguine, tantumque se deiecit nostri gratia, quantum nemo pro filiis charissimis faceret: qui de summa cæli arce, ac paternis sinibus ad nostra infima descendit; qui sanguinem effudit suum, vt nos iuris esse vult. Si igitur mille haberemus animas, easq. pro illo poneremus omnes, putásne dignum aliquid illius charitati retribuere possemus? Minimè id quidem. Cur quæso? Quia cùm ille nihil deberet nobis, hoc fecit ex gratia: nos autem ex hoc illi debitores sumus. Idcirco si ipsius gratia humiliari renuimus, premunt nos, & clades, potentiorumque metus vel inuitos humiliabunt.

Cùm obrepit elata cogitatio quid faciẽdum

Quomodo relicta superbia ad humilitatem descendendum sit.

CAP. XXIII.

DVerò Basilius in oratione sua de humilitate habita: Quonam, inquit, pacto ad salutarem hanc animi humilitatem perniciosa superbiæ elatione relicta descendemus? Si perpetuo studiũ modestiæ exerceamus, nec quicquam contemnamus, tanquam à quo nihil simus læsi. Vitæ namque studiis, & exercitiis assimulatur anima; & qualia facit, talis etiam formatur, & iisdem configuratur. Sit tibi & ornatus, & indumentum, & incessus, & cathedra, & certa, ac tranquilla alimonia, & lectus paratus, & domus, & vasa domestica, quorum omnium vsus sit ad frugalitatem, & sermo, & cantus, & proximi conuictus, & hæc ad mediocritatem magis, quàm ad fastum. Vide ne in sermone arrogantiam vsurpes sophisticam, neque in cantu ad voluptatem accommodatæ voces superiores

habeant, neque dictionem ostentes superbam, ac gra-
uem. Sed in omnibus splendori, ac magnificentiæ de-
trahas, comis erga amicum, mansuetus erga domesti-
cum, patiens erga temerarios, humanus erga humiles
patronus afflictis, inuisens in dolore constitutos in
summa neminem contemnens, suauis in appellatione,
alacer in responsione, dexter, & expositus vnicuique,
neque tua ipsius celebrans encomia, neque alios, qui
hoc faciant, subornans, neque inhonestam de proximo
famam admittens, & virtutes tuas ac prærogatiuas,
quantum fieri potest, obtegens, peccatorum vero gra-
tia te ipsum accusans, nec expectans, vt ab aliis repre-
hendare: vt idem facias quod iustus, qui in principio
sermonis se ipsum accusat: Et ne tantum studij im-
pendas, vt apud homines gloriosus habeare, quantum
impendunt alij, vt glorificentur: Abstulerunt enim, in-
quit Christus[a], mercedem suam. Itaque nolis tibi
nocere, apud homines conspicuus esse cupiens. Quan-
doquidem Deus magnus ille spectator est; illi placere
gestias; nam splendidè remunerat. Nemo prudens vel
de sua ipsius sapiētia, vel aliis prærogatiuis quicquam
gloriabitur, sed obtemperabit paræneſi B. Amb. & Prophetæ Hieremiæ, qui dicit[b]: Ne glorietur sapiens
in sapientia sua, nec glorietur robustus in robore suo,
nec diues in diuitiis suis.

a *Matth. 6.*

b *Hierem. 9.*

Quænam sit vera gloriatio.

Sed quænam est vera gloriatio? Dicit Apostolus[c]: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Vbi dixit: quod
Christus nobis factus sit à Deo sapientia, iustitia, san-
ctificatio, & redemptio, vt sicut scriptum est, qui glo-
riatur in Domino glorietur. Nam ea demum perfecta
& omnimoda gloriatio est in Deo, quando neque pro-
pter suam iustitiam extollitur, sed agnoscit se quidem
vera destitui iustitia, verùm sola in Christum fidei iu-
stificatum esse. Deus est, qui operatur in nobis & vel-
le, & perficere, pro bona voluntate. Deus item est,
qui sapiētiam suam prædefinitam ad nostram gloriam
per spiritum suum reuelat. Deus est, qui in laboribus
dat virtutem. Quid igitur te ipsum, dic quaso, extol-
lis, quasi propria habeas bona, cùm gratias pro omni-
agere debeas largitori? Quid enim habes, quod non
accepi-

c *1. Corint. 1.*

Deus est qui operatur in nobis velle et perficere.

acceperis? Si verò & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Tibi non innotuit Deus per tuam iustitiam, sed tu Deo per illius bonitatem. Cognoscētes, inquit Apostolus [a], Deum, imò magis cogniti à Deo. Ne sis iniquus tui ipsius iudex, neque ad gratiam teipsum examina; si boni quicquam habere te putaueris, illud in numerato tenens, eorum sponte oblitus, neque eorum gratia, quæ hodie rectè facis insolescas, eorum, quæ paulò ante, atque olim, malè designasti, veniam tibi ipsi largitus: sed si quando te præsens benefactum nonnihil elatum reddit, ad memoriam reuoces, quid olim mali feceris, & cessabit insensata illa animi inflatio. Et si quemquam impræsentiarum deinquere videris, ne hoc solum in illo spectes, sed cogita simul, quæ rectè vel feceris olim vel nunc quoque faciat, & deprehendes sæpenumero talem, si singula inquiueris, nec particulas quasdam duntaxat scrutatus fueris, te esse meliorem. Neque Deus enim hominem particulariter examinat: Nam ego, inquit, & opera & cogitationes ipsorum coniunctim productus venio.

[a] *Galat. 4.*

Si quis benefacto suo extollatur, quid faciendum.

Non tibi cleri gradus vllus animos in altum extollat, humiliet potius. Animi enim in virtute progressus, in humilitate progressus est: contraque in posteriorem relinqui, & inhonoratum esse, id non aliūde, quàm ex elatione progignitur. Quanto ad maiores sacerdotij gradus accedere tibi propinquius contigerit, eo animos tuos magis demittito, idq. territus exemplo filiorum Aaron. Pietatis enim cognitio, humilitatis, & mansuetudinis cognitio est: quādo se animo scire subiicere, Christum est scire imitari. Contra autem fastidio & arrogantia efferri, & insolentius se gerere est diabolo se similem facere. Christum tu imitare, non aduersarium Christi; Deum, non aduersarium Dei; Dominum, non seruum fugitiuum; clementem, non inclementem, humanum, nō inhumanum; eos, qui sunt thalami nuptialis, non eos qui tenebrārum. Noli in eo properare, vt fratribus præsis, ne alienorum peccatorum onere ceruices aggraues tuas. Magna res est alteri ministrare, eiusmodique, vt per eam

Gradus seu dignitas in clero potius nos humiliare, quàm extollere debet.

Pietatis cognitio, humilitatis et mansuetudinis cognitio est.

nobis ad cæleste regnum ascensus paretur. Siquidem ea virtutum omnium quædam quasi est sagena, quæ diuina in se præcepta omnia comprehendit, ipsamque primò virtutum omnium contentricem humilitatem complexa, quam bonorum sequitur copiosissimi veluti quoddam examen. Sunt quidem multi, qui ad honestæ vitæ genus sese conferunt, rarissimi autem qui ipsius iugum suscipiant. Violentorum tamen est regnum cælorum, & violenti rapiunt illud. Verba hæc euangelij sunt[a]. Violentiam appellauit assiduam, & acrem corporis in laboribus fatigationem, quod vallius impulsu, suapte sponte Christi discipuli faciunt. Quocirca si tibi in animo est rapere regnum Dei, violentiæ te dato, ceruices tuas Christi seruitutis iugo submittito, eius loris collũ tuum arctè circumquaque cohibeto: premat illud ceruicẽ tuam: labore illius virtutis atterito, teipsum omnibus subijciendo, plurimis assiduè decantãdo, orationibusque, & lachrymis operam dando; difficultates omnes tolerando, siue illa à dæmonibus, siue ab hominibus adferantur[b].

Humilitate omnes virtutes cõtinentur.

a *Matth. 11.*

b *Basil. in tra. de abdic. secu. rer.*

In omnibus autem, quæ rectè fiunt, causas cuiusque fiant Domino assignare animus debet: neque omnino esse quicquam existimare, quod suarum virium facultate assequi possit. Huiusmodi enim animi affectio natura suapte solet humilitatem in nobis generare. Verò humilitas tutissimus est virtutum omniũ thesaurus. In omnibus operibus tuis humilia te coram Domino. Quia non erit gratum Deo quicquid efficitur cum superbia. Quod autem fit humiliter, acceptum est. Fili præ omnibus humilitati stude, quod est omni virtute sublimius. Cùm iustæ institutiones non aliter nisi per humilitatem impleantur, & multorum temporum labores per superbiam in nihilum deputentur. Vt humilis Deo est similis, & in templo pectoris sui gebat eum. Superbus autem cùm sit Deo odibilis, diabolo similis est. Humilis verò, licet in habitu videatur vilissimus, gloriosus est in virtutibus. Superbus autem bonus, etsi decorus videatur aspectu, & clarus, sed tamen inutilem eum manifestant opera ipsius. Et per hoc inuersus, & motus dignoscitur eius superbia; & ex verbis eius

Bonarum actionum nostrarũ ratio Deo assignanda est.

Humilitas tutissimus est virtutũ omnium thesaurus.

Humilis et superbi collatio.

tius publicabitur leuitas ipsius. Cupit semper laudari ab hominibus, & virtutibus, quibus alienus, se prædicare gestit. Non se patitur cuiquam esse subiectum; sed semper primatum cupit, & ad maiorem gradum se conatur immergere. Et quod ex meritis obtinere nō potest, ambiendo festinat. Ambulat semper tumens, vt vter vacuus, & inanis. Et sicut nauis absq. gubernatore cum iactatur à fluctibus, ita & is circumfertur inter omnes actus suos. Humilis è cōtrario respuit omnem honorem terrenum, & vltimum se esse iudicat omnibus hominibus. Nam etsi mediocris appareat in vultu, eminens apud Dominum intuetur. Cùm consummauerit omnia mandata Domini, nihil se fecisse testatur, & omnes virtutes animæ suæ celare festinat. Sed diuulgat Dominus omnia opera ipsius, & profert in medium, & mirificat gesta ipsius, & exaltabit, & clarum faciet eum, & in tempore precum suarum, quod postulat impetrabit. Et tu fili cùm accesseris ad precandum Dominum, prosterne te humiliter in conspectu eius, ne postules quicquam quasi ex gratia meritorum tuorum, & si est tibi etiam conscientia boni operis alicua, cela illam, vt te silente multiplicetur, & restituatur à Deo, & peccata tua citò produc in mediū, vt deleat Dominus illa cùm confessus fueris ea. Nec velis te iustificare cùm ad orandum accesseris, ne sicut Pharisæus ille exeas condemnatus[a]. In tempore orationis omnem malitiam cordis proijce abs te, & remitte si quid habes aduersus proximum tuum [b].

Humilis respuit omnem honorem.

Cùm accesserit quis ad precandum Dominū quid faciendū.

a *Luc.18.*

b *Basil. in admonit. ad fil. spirit.*

Quibus modis acquirenda sit humilitas. CAP. XXIIII.

DVerò Bernardus Archiepiscopo Senonēsi scribens [c], in eo tres has virtutes debere esse demonstrat, castitatem, scilicet, charitatem, & humilitatem: cumque de duabus prioribus egisset, & de humilitate tractare aggrederetur. Iam, inquit, de tribus, quæ superius proposuimus, sola tractanda restat humilitas. Hæc duabus præmissis virtutibus in tantum est necessaria, vt absque ista illæ nec esse virtutes videantur. Nēpe vt castitas, seu charitas detur, humilitas

c *epist. 42.*

Humilitas castitati, et charitati dei eorum necessaria.

meretur : quoniam humilibus Deus dat gratiam. Seruat acceptas ; quia non requiescit spiritus Domini, nisi super quietum , & humilem . Seruatas consummat : nam virtus in infirmitate, id est, in humilitate perficitur. Inimicam omnis gratiæ, omnisque initium peccati debellat superbiam, & tam à se, quàm à cæteris virtutibus superbam illius propulsat tyrannidem. Siquidem cùm ex aliis quibusque bonis virium magis suarum capere soleat incrementum superbia, sola hęc omnium propugnaculum quoddam turrisque virtutum, eius lenititer resistit malitiæ, obuiat præsumptioni. Commodum autem reor indagare aliquid & de superbia, quatenus ex opposito sibi vitio virtutis decor manifestius appareat. Superbia est appetitus propriæ excellētiæ. Hæc in species duas diuiditur, in cæcam, & vanam superbiam. Cæca superbia, seu contumacia, est vitiū, quo se existimans aliquis, vel esse bonum, quod non est, vel à se esse, quod est in se, nō in Domino gloriatur. Vana superbia, seu vanitas , est vitium , quo quis tam de eo quod est, quàm de eo quod non est, suis magis, quàm Dei laudibus delectatur. His ita præmissis aptemus iam contraria humilitati , singula singulis opponentes.

Virtus perficitur in humilitate.

Humilitas omniū virtutum propugnaculū, & turris est.

Superbiæ definitio, et diuisio.

Humilitas est cōtemptus propriæ excellentiæ. Contemptus verò opponitur appetitui. Duabus quoque superbiæ speciebus , duæ nihilominus humilitatis opponuntur. Cōtra cæcam, vt quæ de se nouerit sentire humiliter: contra vanam, nec consentire aliter sentientibus . Nempe qui de seipso sentire humiliter nouit, in neutro ipsius de se iudiciū falli potest: videlicet, vt non maius aliquid putet se esse quàm sit, aut à se esse, quod sit. Et ideo patienter carens, quod sibi nouit deesse, humiliter de eo , quod certus est adesse , non in se, sed in Domino gloriatur. Porrò aduersus hoc, vt de se altius se aliquid sentiat, solet, ne insolescat, verus humilis illud sibi iugi meditatione reuoluere[a]: non alta sapientes , sed humilibus consentientes. Et illud[b]: Non ambulaui in magnis , neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam , sed exaltaui animam meam. Et item[c] : Qui se putat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit . Contra hoc autem , vt à se sentiat

Humilitatis definitio, & diuisio.

Ne quis altius de se aliquid sentiat.

a Roman. 12.
b Psalm. 130.
c Galat. 6.

esse, quod se sentit esse, solicitè se ipsum interrogat: Quid habes, quod non accepisti [a]? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Item, qui humanas laudes consueuit perfectè contemnere, cum se laudari percipit de eo quod in se nouit non esse, nullatenus acquiescens illud sibi commemorat [b]: Qui te beatificant, in errorem te mittunt. Sed & illius nihilominus veriloqui recordatur [c]: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiãt ipsi de vanitate in idipsum. Proinde solicitè studet imitari Apostolum, ita de se loquentem [d]: Parco autem: ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Cùm verò laudari se comperit de bono, quod se fortè habere cognoscit, nihilominus, quantum in se est, scuto veritatis curat a se iaculum fauoris repellere, dans gloriam Deo [e], & dicens [e]: Gratia Dei sum id quod sum. Et propulsans à se omnem suspicionem, ait Domino [f]: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Metuit nimirum, si aliter egerit, ne fortè audiat ab ipso [g]: Recepisti mercedem tuam. Et iterum [h]: Gloriam ab inuicem quæritis, & gloriam quæ à solo Deo est, non vultis. Refugiens ergo & de hoc ad consilium Apostoli [i], probet ipse opus suum, vt sic habeat in semetipso gloriam, & non in altero. Beati, qui in veritate dicere possunt [k]. Gloria nostra, hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Veruntamen delicta quis intelligit? Nam si possem dicere cum Paulo [l] (quod quidem longè est à me) nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc esse iustificatum, oporteret me glorificari. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Nescio quo pacto familiarius semper humilitati propinquare solet diuinitas: Denique illa se induit, vt appareret hominibus: Substãtiam, formam, habitumque gestauit humilem, ipsius nobis commendans virtutis excellentiam, quàm spectali sui voluerit honorari præsentia.

Neque à se putet esse, quod se sentit esse.

a 1. Corint. 4.

b Isaiæ 3.

c Psalm. 61.

d 2. Corin. 12.

Si quis audiat se laudari de bono quod habet.

e 1. Corint. 15.

f Psalm. 113.

g Matth. 6.

h Ioann. 5.

i Galat. 6.

k 1. Corinth. 1.

l 1. Corinth. 4.

Non qui seipsum commendat, ille probatus est.

Vobis autem, dilectissime Archiepiscope, vobis præcipuè tanto magis arbitror hanc esse necessariã, quanto maior noscitur materia competere superbiendi.

Cui magis necessaria humilitas.

Genus, ætas, scientia, cathedra, & quod maius est, primatus prærogatiua, cui non essent insolentiæ fomes, elationis occasio? Quanquam esse possint & humilitatis. Meditantibus quidem honores blandiuntur, sed onera pensantibus tædio sunt atque formidini. Non autem omnes capiunt hoc verbū. Multi enim nonnulla fiducia, & alacritate currerent ad honores, si eos sentirent & onera. Grauari profectò metuerent, nec cum tanto labore, atque periculo quarumlibet adirent infulas dignitatum. Nunc verò quia sola arripitur gloria, & non pœna, purum esse clericum eligitur in ecclesia, seque vites æstimant, & inglorios, qui quocumque eminentiori in loco non fuerint sublimati. Bona humilitas, quæ & impræsentiarum ab huiusmodi curis, & honoribus mentem facit esse quietam, & à minacibus pœnis in futurum securam reddit conscientiam.

Quibus honores tædio sint et formidini.

Humilitas sola potest saluare animas nostras.

Mater patientiæ humilitas.

Studete humilitati, quæ fundamentum est custosque virtutum, & ectamini illam, quæ sola potest saluare animas vestras[a]: Hæc custos pudicitiæ, & castitatis est patientiæ mater. Sine causa laborat, qui virtutes sine humilitate congregat. Vera autem patientia, nisi profundam humilitatem nec acquiritur, nec tenetur. Hanc verò quisquis veraciter habet, si ei aduersum aliquid acciderit, non contristatur; sed adhuc diligit Deum omnia cooperantur in bonum. Iste timet in prosperis, gaudet in aduersis. Amat, & adiuuat le persequentes, quia eum patientia, & benignitas comitantur, velut indiuiduæ comites[b]. Per continentiam autem castitas; per socialitatē charitas; per obedientiam verò humilitas acquiritur[c]. Nihil verò facilius est volenti, quàm humiliare semetipsum[d].

a *Bern. serm. in die natal. Dom.*

Obedientia humilitas acquiritur.

b *Idem Bern. in tract. de ord. vitæ.*

c *Bernard. in tract. de paru. serm. serm. 25.*

Sed ad hanc nobis humilitatem quibusdam erit gradibus ascendendum. Primò enim cor hominis, quod adhuc peccare delectat, nec miseram consuetudinem proposito meliore mutauit, ne sit gratiæ, & humilitatis capax, propriis vitiis præpeditur. Secundo quoque vbi corrigere mores, & priores nequitias decreuerit iterare proponit: ipsa tamen peccata præterita, licet iam amputata quodammodo videantur, dum in

Ad humilitatem quibusdā gradibus est ascendendum.

d *serm. 2. de quadrag.*

mem

manent, gratiam hanc non admittunt. Manent autem donec confessione lauentur, donec succedentibus dignis fructibus pœnitentiæ de medio tollantur. Sed væ quoque tibi, si forte vitiis, & peccatis pernicioſior ſucceſſerit ingratitudo, vt dum tepeſcimus proceſſu temporis à feruore conuerſationis noſtræ, paulatim refrigeſcit charitas, abundat iniquitas, vt conſummemur carne, quiſpiritu cœperamus. Inde enim eſt, vt minus ea ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, indeuoti pariter & ingrati. Si igitur gratiam cupimus inuenire, ſic decætero abſtineamus à vitiis, vt de præteritis quoque peccatis dignè pœniteamus. Nihilominus quoque ſoliciti ſimus & deuotos nos Deo & verè humiles exhibere, quo videlicet anima nec in peccandi conſuetudine, nec in conſcientia peccatorum; ſed nec in tepore, & torpore ingratitudinis, aut in elationis cęcitate perſiſtat[a].

Ingratitudo peccatis pernicioſior.

a Bernar. ſerm. 3. de annuntia. dom.

Deinde totius humilitatis ſumma in eo videtur conſiſtere, ſi voluntas noſtra diuinæ (vt dignum eſt) ſubiecta ſit voluntati, vt ſcilicet voluntariè ſacrificet Domino, & confiteatur nomini eius: non quia terribile & ſanctum; non quia omnipotens, ſed quia bonũ eſt, & hoc per triplicem voluntatis noſtræ ſubiectionem. Primo, vt quod certum eſt Deum velle, id nos velimus omnino; & quod certum eſt eum nolle, ſimiliter exercemur & nos. Quod autem incertum eſt vtrum velit, an nolit, neque velimus ex toto, neque penitus non velimus. Hic certè fratres in hoc medio totum periculum eſt Canonicorum & aliorum clericorum, dum inſidiãter blandimur nobis, & palpantes ſeducimus noſmetipſos. Huic accedit, vt diſſimulemus Domini quærere voluntatem, dum & noſtram facere, & aliquam de ignorantia habere volumus excuſationem. Quis enim eſt ille tam infelix, qui id nolle audeat, quod certus eſt Deum velle; aut quod certus eſt eum nolle, id velle præſumat? Sed in medio periculum eſt. Propterea rogo vos, diligenter attendite; vbi certa eſt Dei voluntas, omnino noſtra ſequatur; in his videlicet, de quibus certum aliquid in ſcripturis inuenimus, aut ipſe ſpiritus manifeſtè clamat in cordibus noſtris, quid ſentiendũ ſit, vt eſt charitas, humilitas, caſtitas, obediẽtia,

Humilitatis ſumma in quo conſiſtat.

Periculum, in quo verſantur Canonici etiam qui ſibi boni eſſe videntur.

Cùm certa eſt Dei voluntas, quomodo nos gerere debeamus.

& alia his similia: Hæc approbemus indubitanter, & appetamus, quæ placere Deo scimus indubitanter. Sed & ea omnimodis odisse debemus, de quibus certum est, quod oderit ea Deus, vt est superbia, fornicatio, iniquitas, impatientia, inobedientia, & similia. In his verò rebus, de quibus nihil certi possumus inuenire, nisi certum voluntas nostra definiat, pendeat inter vtrumque, aut saltem neutri parti nimis inhæreat, cogitans semper ne forte altera pars Deo magis placeat, & parati simus voluntatem eius sequi, in quamcumque partem eam cognouerimus inclinari. Nemo superbiæ, quæ certa sunt hæsitet. Nemo dubia pro certis admittat, nemo sibi in dubiis iudicium vendicet, præcipitive sententiam, & experiemur quod scriptum est[a]: Pax multa diligētibus legem tuam Domine, & non est illis scandalum. Vnde enim sunt scandala, vnde turbatio, nisi quod propriam sequimur voluntatem, & temeri quod volumus in corde nostro definientes, si quo modo id prohiberi contingat, aut impediri, cōtinuò etiam in impatientiam, in murmurationem, in scandalum proni sumus; non attendentes, quoniam omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti, & qui nobis casus videtur, sermo quidem Dei est, suam nobis indicans voluntatē? At quicumque nihil certum de huiusmodi in corde posuerit, in quamcumque partem postea conuertatur, scandalizari non poterit. Aut si quis facere cogitat vnde mādatum certum non habet, si voluntatem suam seu consensum suspenderit, donec Prælatum interroget, & ab eo quæ Domini voluntatem, cui vice ipsius obedit, non turbabitur, quicquid ei præcipiatur, quoniam, vt dictum est, pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non est illis scandalum[b].

Quando incerta est Dei voluntas, quomodo nos gerere debeamus.

a *Psalm.* 118.

b *Bernard. in serm. de subiectio. nost. voluntat*

Superbia in peccato prima, & postrema est.

Præterea sicut superbia est origo omnium criminum, ita est ruina omniū virtutum. Ipsa enim est in peccato prima: ipsa in cōflictu postrema. Ipsa autem in exordio mentem per peccatum prosternit, aut in fine de virtutibus deiicit. Idcirco est omnium peccatorum pessima, quia tam per virtutes, quàm per vitia humanam mentem exterminat. Cætera vitia solas illas virtutes imperant,

petunt, quibus illa destruuntur, vt luxuria pudicitiam, ira patientiam; sola verò superbia cõtra cunctas animi virtutes se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus omnes corrumpit. Idcirco nisi omnia opera nostra humilitas præcesserit, comitata, & consecuta fuerit, proposita, quã intueamur: apposita, cui adhęreamus: interposita, qua reprimamur, totũ de manu extorquet superbia. Quantalibet sit iustitia operis, apud æternũ iudicem nulla est, si hanc eleuat tumor mẽtis. Perit reuera omne quod agitur, si nõ solicitè in humilitate custodiatur [a].

Humilitas omnibus nostris operibus adesse debet.

D. verò Prosper [b] superbiæ, & humilitatis collationem faciens, vtriusque effectus pulchrè depingens, & vitia virtutibus cedere debere demonstrans: Si, inquit, superbia est initium omnis peccati, & concupiscentia pœna peccati, non potest aliter vinci concupiscentia vitiosa, nisi prius caueatur humilitatis virtute superbia, quæ eius est inimica. Superba voluntas facit Dei præcepta contemni; humilitas custodiri. Superbia ex angelis dæmones fecit: humilitas homines sanctis angelis similes reddit. Illa rebelles diabolo subditos facit; hæc humiles Christo coniungit. Superbi cupiunt in se, quod non faciũt prædicari: humiles refugiunt quicquid boni operantur agnosci. Illi vitia sua à se alienãdo peruersitatem suæ voluntatis excusant, & bona sua suis viribus deputando, semetipsos turpiter iactant: isti si qua peccata commiserint, voluntariè cõfitendo semetipsos accusant, & omnia bona sua diuino muneri deputãdo, Deum iugiter laudant. Quapropter si virtus non habitat in animo vitioso, superbia humilitatis cedit imperio: quia non potest mens regnum habere virtutum, nisi prius iugum excusserit vitiorum. Tunc enim vitia fideliter expulsa decedunt, si virtutibus cedant. Alioquin & subsidunt ad tempus eiecta, vel redeunt, nisi virtutes in locum vitiorum, quæ fuerint depulsa, successerint. Quapropter pietas in nobis crudelitati resistat: iram patientia fundata coërceat: pudicitia libidinẽ vincat: animositatẽ tranquillitas tollat; verbositatẽ taciturnitas moderata cõpescat; delectatio spiritualis desideria carnalia imminuat; abstinẽtię rigor aculeos carnis obtũdat; curiositati studium spirituale succedat; sobrie-

Superbia humilitate vincẽda.

Quo modo vitia virtutibus cedant.

a *Bernard. in medit. deuotiss.*
b *de vita contempl. li. 3. c. 3.*

sobrietati cedat ebrietas; mansuetudini succumbat immanitas; dominetur leuitati maturitas: Dei & proximi charitate crescente consumatur tota mundi cupiditas; excludat parcitas vera luxuriam; castiget indulta virtus ignauiam; reprimat humilitas profunda iactantiam; pellat simplicitas pura vecordiam; nō impetat varietas fucata constantiam; emendati mores augeat disciplinam; frangat clementia religiosa sæuitiam; & funditus eradicet bonitas acquisita malitiā, vt expulsione vitiorum celebretur introductio gloriosa virtutū. Humiliemus itaque Domino animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi diuinitus flentes cum Iudith Domino[a]:

a *Iudith cap. 6. & 8.*

Oratio humiliumopportunè nunc dicenda.

Domine Deus cæli, & terræ, intuere superbiam hæreticorum, & respice ad nostrā humilitatem, & facies sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te; & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias; & secundum voluntatem tuam sic facias nobiscum misericordiā tuam, vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiā de nostra humilitate gloriemur, & non vlciscamur nos pro his, quæ patimur, sed repulsores peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quasi serui qui corripimur ad emendationem & non ad perditionem nostram, euenisse credamus. Memores simus, quia tentati sunt patres, & probatores nostri, vt probarentur, si verè colerent Deum suum, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem, qui tentationem non susceperunt, cum timore Domini & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt, & perierunt.

Quomodo honestas per rectam disciplinam in clero sit restituenda. CAP. XXV.

QVodsi prædictis aliisve similibus diuinæ Scripturæ, summorum Pontificum, sacrorum conciliorum, & sanctorum patrum dictis, & auctoritatibus mali, & inhonesti clerici, à vitiis ad virtutes & in primis ad humilitatem, & obedientiam, [illegible]

honestatem à probis & honestis viris fraterna sua monitione seu correptione perduci non possint; tunc hi ne illorum peccatis consentire, eáve defendere videantur, vitia & excessus eorundem, illorum Superioribus denuntiabūt, iuxta Domini mandatum, & præceptum[a], quo Deus vnicuique mandauit de proximo suo[b]: Si peccauerit in te, hoc est, contra te, vel te sciente, vade & corripe illum inter te, & ipsum solum: Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, hoc est, animam, & salutem fratris tui, eum à peccatis retrahendo. Si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, qui scilicet commissum peccatum nouerunt, vel qui illi possint prodesse, & non obesse, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, & sic probari possit fraternam monitionem seu correptionem factam fuisse. Et si te non audierit, neque se correxerit, vitamque suam emendauerit, dic ecclesiæ, hoc est, denuntia Prælato seu Superiori, qui illius ecclesiæ (cui delinquens subest) caput est[c]. Siquidem tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione corrigantur à peccatis[d]. Debet enim homo, vt D. Augustinus inquit[e], diligere proximum suum, sicut seipsum, vt quem potuerit hominem beneficentia, consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coërtione adducat ad colendum Deum. Quisquis enim Christianus iniquum sic non persequitur, Christi est inimicus. Sed non debet persequi nisi vitia Christianæ contraria veritati[f]: Qui enim potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit; nihil est aliud quàm fauere impietati eorum, vt Anastasius & Damasus Papa rescripserunt[g]. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto factnori desinit obuiare. Qui verò consentit peccantibus, vt D. Isidorus inquit[h], maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seueriſſima: sciatque se cum illis simili modo culpabilem iudicandum. Cæterum si peccatum sit publicum, aut credatur monitio secreta, & fraterna nō profutura, aut Prælatus præceperit, maximè sub pœna excommunicationis, denuntiationē peccati sibi fieri non seruata forma

Denuntiatio quādo Superioribus fieri debeat.

a *Mat. 18. c. si peccauerit. 2. q. 1. c. monit. de iudiciis.*

b *Eccles. 17.*

c *Matt. 18. et ibid. Chrysost. Specul. lib. 3. ti. de denun. c. nouit. & ibi glos. & DD. de iudic. c. si peccauerit. 2. q. 1. Host. & Goffred. in sum. tit. de accus. inquisit. et denunt. c. diaconi. dist. 93.*

d *c. tam sacerdotes. 24. q. 3.*

e *in epist. 52. et in ca. debet. 23. q. 4.*

Malorum fautores qui sint.

f *ca. quisquis. 23. q. 4.*

g *in c. qui potest. 23. q. 3.*

Maledictus qui cōsentit peccantibus.

h *in c. qui consentit. 11. q. 3.*

Denuntiatio quādo fieri possit non præmissa fraterna monitione.

forma prędicta, poterit tunc fraterna correptio, & monitio prætermitti[a].

Prælati verò habita huiusmodi denuntiatione, vel alia ratione, via, aut modo subditorum peccata, & excessus ad eorum notitiam deuenerint; illa secundum iuris, & SS. concilij Tridentini dispositionē, corrigere, & emendare non different, sicut supra à nobis dictum, & demonstratum est. D. enim Gregorius crimina semel audita nullo modo indiscussa præteribat[b]. Iustum est enim, vt, qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes paternis existunt iussionibus, seueritatis corrigantur vindictis; quatenus cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia; & cuncti sumant seueritatis, atque bonitatis exemplum. Nam si ecclesiastica solicitudo vigorque negligitur, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profectò nocetur[c]. Non est innocentiæ, vt D. Augustinus inquit, parcendo sinere vt in malum grauius incidatur, sed pertinet ad innocentiæ officium non solum nemini malum inferre, verumetiam cohibere à peccato, vel punire peccatum: vt aut ipse qui prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Nā planè sociatur quis malis, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet, vt idem Augustinus ait[d]. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porrò, si addat tertium, vt non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iustus in misericordia, & arguat, vel etiam si eam personam gerit, & ratio cōseruandę pacis admittit, coram omnibus peccātes arguat, vt cæteri timeāt: Remoueat etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsa communione sacramentorum: & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi faciat: plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum castumque custodiunt, vt nec faciat malum, nec approbet factum.

Qui verò vitiis nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem, non tam est misericors, quàm qui non vult cultrū rapere puero, ne audiat plorantem,

a *Syluest. in sum. alleg. S. Thom. et Archid. in verb. denunciatio et in verb. correctio.*

b *c. 2. de collusio. detegen. Iustum est, vt inobediētes seuerioribus corrigantur vindictis.*

Desidia perdit disciplinā.

c *c. iustum est, 23. q. 3.*

Innocentiæ est cohibere à peccato, vel illud punire.

d *c. ita plane. 23. q. 4.*

Non est parcendum vitiis, ne peccantium contristetur volūtas.

rantem, & non timet, se vulneratum doleat, vel extinctum[a]. Non putes te tunc amare seruũ tuum, vt idem Augustinus inquit[b], quando eum non cædis; aut tunc amare filium tuum, quando ei non das disciplinã; aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad emendandum & corrigendũ; si sunt boni mores, delectent: si autem mali, emendentur. Nam qui emendat verbere in quem datur potestas, vel coërcet aliqua disciplina, vt idem alibi inquit[c], & tamen peccatũ eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, non solùm in eo quod dimittit ex corde, atque orat; verumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleëmosynam facit, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati, quia ipsi inueniuntur sibi inimici. Nam si leuitas, disciplinæ dormiat, repressa disciplina, sæuit impunitas; & vbi gubernaculum disciplinæ contemnitur, restat, vt religio naufragetur[d]. Quid ergo faciendum est? Corripiamus (inquit idem Augustinus alibi[e]) verbis, &, si opus est, verberibus: sed delictum dimittamus; ipsum de corde abiiciamus, vt super charitatem imponitur disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam pium, quàm medicus ferens ferramentum? Plorat secandus, & secatur; plorat vrendus, & vritur. Non est illa crudelitas, absit vt sæuitia medici dicatur. Sæuit in vulnus, vt homo sanetur, quia si vulnus palpatur, homo perdiatur. Sic ergo ista monuerim, vt fratres nostros, qui peccauerint, omnimodo diligamus, de corde nostro charitatem in eos non dimittamus, & disciplinã cùm opus est, demus; ne per solutionem disciplinæ crescat nequitia, & incipiamus apud Deum accusari, quia recitatum est nobis[f]: Peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri timorem habeant. Incutis pœnam, ingeris dolorem, sed quæris salutem. Multi amore, multi timore correcti sunt; sed per tremorẽ timoris ad amorem peruenerunt. Non enim sic quæritur innocẽtia, vt pereat disciplina. Scriptũ est[g]: Disciplinam qui abijcit infelix

a *c. qui vitiis, 23. q. 5. Non amat quis subditũ si peccantem nõ corripiat.*

b *in c. non putes. 23. q. 5.*

c *in c. & qui emendat. dist. 45. Qui remittit, et qui corripit, vterque miseretur.*

Repressa disciplina, sæuit impunitas.

d *Clem. fin. de relig. dom.*

e *de verb. Do. serm. 15.*

Per solutionẽ disciplinæ crescit nequitia.

f *1. Timo. 5. j*

g *Sapient. 3.*

Disciplinā qui abiicit infelix est, sed qui illā negat, crudelis est.

infelix est. Bene potest addi ad istam sententiam: Sicut disciplinam qui abijcit infelix est; sic disciplinam qui negat crudelis est. Teneo prorsus & ostendo quidam feriendo pium, parcendo crudelem. Pater quando filium ferit, amat, & non vult puer cædi, contemnit voluntatem, consulit ad vtilitatē. Quare? quia pater est, quia hæreditatem parat, quia successorem nutrit. Ecce feriendo pius est pater, feriendo misericors est. Sed si puer impunitus, & indisciplinatus sic viuat, vt pereat, & pater dissimulet, pater parcat, pater perditum filium disciplinæ asperitate offendere timeat, nónne parendo crudelis est? Erudimini ergo omnes, qui iudicatis terram, & bene iudicando non à terra præmium, sed ab illo expectate, qui fecit cælum, & terram[a].

a *Idem Augu. ser. 94. de tēpo.*

Deinde si quisquam inimicum suum, periculosis febribus, phreneticum factum currere videret in præcipitium, nónne tunc potius malum pro malo redderet, si sic eum ire permitteret, quàm si corrigendum, curandumque ligaret? & tamen tunc ei molestissimus, & aduersissimus videretur, quando vtilissimus, & misericordissimus extitisset: sed planè salute reparata tanto ei vberius gratias ageret, quanto minus se percisse sensisset. At quibusdam ista non prosunt. Nunquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum insanabilis est pestilentia? De talibus enim scriptū est[b]: Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Quid illud alterum genus morbi grauissimi rerum, qui quadam vetusta vecordia premebantur dicentes nobis: Verum quidem dicitis, non est quod respondeatur, sed durum est nobis traditionem parentum relinquere. Quàm multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes pristinum pondus pernitiosi sui operis accusant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tanquam mortifero somno, ita morbo veternosæ consuetudinis interirent. Non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm blanda oscula inimici[c]: melius est cum severitate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quā esurienti panis frāgitur, vt iniustitiæ sedulus acque-

b *Ierem. 2.*

Consuetudinis prætextu multi intercunt.

c *Prouerb. 27.*

acquiescat. Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas[a] patremfamilias dixisse seruis: quoscũque inueneritis cogite intrare; cùm legas & ipsum Paulum ad veritatem cognoscendam & tenendam magna violentia Christi cogentis esse cõpulsum[b]. Nam si nemo nec reprehendendus est à malo, nec retrahendus à malo ad bonum est; humanas & diuinas leges necesse est euacuari, vt Pelagius Papa rescripsit[c], quæ & malis pœnam, & bonis præmia iustitia suadente constituunt.

Mali ad iustitiam cogendi sunt.

a Matth. 22. Luc. 14.

b Act. 9. & D. August. epist. 48. & in c. nimium. 23. q. 4.

c in c. non vos. 23. q. 5.

Cæterum D. Gregorius Prælatos monens[d]: Summus, inquit, locus bene regitur, cùm is, qui præest, vitiis potius, quàm fratribus dominatur. Vitiis ergo se debent rectores erigere, quorum ex causa præferuntur; & cùm delinquentes corrigunt, solicitè attendant, vt per disciplinam culpas quidem iure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiã, æquales se ipsis fratribus, qui corriguntur agnoscant. Disciplina subditos tanto diuino iudicio liberiores reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Seruanda itaque est, & in corde humilitas, & in opere disciplina. Atque inter hæc solerter intuendum, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, soluantur iura regiminis. Et dum Prælatus quisque plus, quàm decet, se deiicit, subditorum vitam stringere sub disciplinæ vinculo nõ possit. Quodsi necessitas disciplinæ in moribus coërcendis dicere Prælatos dura verba compellit; si etiam in ipsis modum se excessisse sentiant, non ab ipsis exigitur, vt à subditis suis veniam postulent, sicut D. Augustinus docet[e], ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas; sed tamen petẽda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto fortè increpiunt, quanta benevolentia diligant. Vnde idem D. Augustinus ad seruos Dei scribens: Præposito, inquit, tanquam patri obediatur; ipse verò non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente feliciter. Honore coram vobis Prælatus sit vobis; timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum; corripiat inquietos; consoletur pusillanimes; suscipiat infirmos;

Prælatis seruãda est in corde humilitas, & in opere disciplina.

Prælati an veniam à subditis postulare debeant, si nimis hos corripiant.

Dum nimium seruatur à Prælatis humilitas, regendi frangitur authoritas.

Præposito tanquam patri obediendum.

d lib. 26. moral. cap. 22. & 23.

e in epist. ad seru. Dei, et in epist. 109. et c. quãdo dist. 86.

firmos; patiens sit ad omnes; disciplinam libens habeat; metuendus imponat. Et quamuis vtrumque sit necessarium, tamen plus à vobis amari appetat, quam timeri; semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse rationem. Vnde vos magis obediendo non solum vestri, sed etã ipsius miseremini, quia inter vos quanto loco superiore, tanto in periculo maiore versatur.

a hom. in principiũ prouerb.

Disciplina quid sit.

D. verò Basilius de disciplina scribens[a]: Est autem, inquit, disciplina inductio quædam vtilis, quæ sæpe cum labore vitiorum maculas purgat. Quæ quidem impræsentiarum non videtur esse gaudij, sed mœroris; verùm postremò fructum salutarem, & quietum per ipsam exercitatis facilè reddit. Hanc itaque disciplinam nosse non cuiuslibet est mentis, quoniam multi res duras tolerare desperantes, exitus, ac eventus vtilitatem ob ignauiam, & ignorantiã non expectant; sed ad diligentiæ austeritatem impatientes in impudentiæ tenebris, ac infirmitate remanserunt. Quemadmodum pueri doctrinam despicientes ob ferulas, flagellaque, quæ magistri & pædagogi adhibere solent, attentius dictata suscipiunt, & ipse sermo ante magis non auditur: post verbera, doloresque, veluti facinoris apertis auribus, & auditu, excipitur oratio, & memoria custoditur: sic accidit & iis, qui diuina præcepta audiunt, & ad ea seruanda se negligenter habent. Nam postquam disciplina eis inflicta est à Deo, tunc quæ molestè semper illis inculcabantur diuina mandata, quasi iam primùm in aures ipsorum cadant, suscipiuntur. Hac itaque de causa, inquit: Disciplina Domini aperit aures meas, quoniam disciplina indocilem, atque detrectantem corrigit, atque admonet, vt Paulus planè factitabat[b], tradens Satanæ veluti pessimo cuidam tortori, & carnifici, vt erudirentur, discerentque minimè blasphemare. Rebellantem verò, & calcitrantem reducit, vtpote de quo dictum est, quod postea captiuitatis suæ pœnitentiam egerit. Necessarium itaque nosse disciplinæ virtutem, quãtis illa rebus prosit. Hanc demum vtilitatem Salomon facilè consequens admonet[c]: Ne desine paruulum instruere, & castigare, quoniam si virga eum cæcideris non morietur. Nam

Cur scholaribus negligentibus ferulæ & flagella dẽtur.

Disciplina indocilem, atque detrectantem corrigit.

b 1. Corint. 5.

c Prouer. 23.

nquidem virga illum percuties; animam verò illius à morte liberabis. Ipsa disciplina apud eos, qui rectè iudicant, multæ præferenda est pecuniæ. Quamobrem clamat Salomon[a]: Accipite disciplinam, & non argentum; vt in tempore tribulationis vel corpore laborante, vel rei domesticæ incommodis superuenientibus, nunquam de Deo malè cogites aut sentias, sed multa patientia, eius plagas ob ea, quæ admisisti, castigatus, & admonitus suscipias.

Disciplina multæ pecuniæ præferenda est, a *Prouerb.8.*

Quæ olim Canonicis disciplina adhiberi soleat.

CAP. XXVI.

DVm Canonici ecclesiarum tam cathedralium, quàm collegiatarum adhuc in clausuris vitam communem ducerent, in cõcilio Aquisgranensi sub Ludouico Pio Imperatore primo[b], hæc erat illis disciplinæ, & correptionis præscripta regula:

b *cap.134.*

Regula disciplinę & correptionis olim præscripta Canonicis.

Quanquam contemptores canonicarum institutionum episcopali præcipuè iudicio plectendi sunt, qua pœna, vt ait B. Augustinus, in ecclesia nulla maior esse potest; demonstrandum tamen est, qualem cæteri Præpositi, qui illis dignitate inferiores esse noscũtur, in locis sibi commissis, vbi canonicè viuitur, erga subiectos quosq. delinquẽtes, & ea, quę propriè ad corũ propositum pertinẽt, obseruare nolentes, adhibere debeãt correptionis modũ. Sed quia omnis ætas vel vniuscuiusq. intelligentiæ capacitas, proprias debet habere mẽsuras, & iuxta modum culparum, mẽsura extẽdenda est correptionis: & hæc omnia iure pendent in Prælatorum iudicio, quo & discretissimè temperanda sunt; necesse est, vt eidem Prælati circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum, scilicet vt adhibita magnæ discretionis cura quod cuique congruat, quódve conueniat, adhibeant. Hoc summopere perpendentes, vt iuxta quantitatem vulnerum exhibeant fomenta curationum, quatenus nec alteri suggerant, quod nocet, nec alteri subtrahant, quod iuuat. Omissis igitur his, quorum ætati delinquenti parcendum non est, sed potius iuxta Salomonem[c], eorum latera ne infirmescant, virgis assiduè tondenda sunt: qualiter erga cæteros delinquentes iuxta authoritatem diuinam, & san-

Juxta modum culparum extendenda est mensura correptionis.

c *Prouerb.10. 13.22. & 23. Eccles. 30. Puero delinquenti parcendum non est. Hæc correptionis regula vnde desumpta sit*

& sanctorum patrum exempla, traditionesque id fieri oporteat, strictim breuiterque ostendatur.

Si quis frater in cōgregatione canonica cōstitutus, horas canonicas frequentare neglexerit, ecclesiamque non religiosè, sed pompaticè vel incompositè intraverit, & opus Dei negligenter executus fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam à magistro sibi iniunctam agere recusauerit, in legendo, vel cantando, vel in cæteris ecclesiasticis disciplinis iuxta vitæ studium non exhibuerit, ad missam non necessitate sed vitio tardè occurrerit; è claustris sine licentia exierit; per licentiam verò egressus, extra constitutum sibi placitum moras fecerit; in plateas ire, aut in biuiis residere tentauerit; in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis, aut actibus perpetrauerit; alicubi, nisi in dormitorio cum cæteris, absq. causa ineuitabili dormire præsumpserit; fratribus charitatis officio obedienter seruire neglexerit; discordiam, quam (dicente scriptura [a]) Dei anima detestatur, inter fratres seminauerit, & huic institutioni contumax, aut superbus, aut murmurans, seu in aliquo contrarius extiterit, cæteraque huiusmodi agere tentauerit; hic primò secundum Domini præceptum, non solùm semel, aut secundò aut tertiò, quinimo crebrius admoneatur. Et si his admonitionibus non cesserit, publica obiurgatione corrigatur. Quodsi & his reuisus fuerit, cæteris sibi alimentis interdictis, pane tantùm vsque ad dignam satisfactionem vtatur, & aqua. Si verò nec sic se correxerit, separetur à mensa, & à societate fratrum in choro psallentium remoueatur, & seorsum in loco huiusmodi negligenter à prælatis constituto stare cogatur, vt ipsum rubore sequestrationis emendetur. Deinde si his modis correptus incorrigibilis extiterit, & ætas permiserit, quia, iuxta Salomonē [b], stultus verbis non corrigitur, congrua ei verberum adhibeatur castigatio, quibus vtpote filius verberetur, quatenus secundum B. Gregorij sententiam, qui iubentis verba non audiunt, verberibus admoneantur, vt ad bona desideria pœnæ trahant, quos præmia non inuitant.

Cæterum si talis fuerit, quem aut ætas, aut qualitas personæ

a *Prouerb. 6.*

Pœna aduersus suprà posita peccata.

b *Prouerb. 18. & 29.*

Olim Canonici etiam verberibus castigabantur.

personæ verberari non fuerit, publica obiurgatione, & ieiuniorum continua afflictione, & sequestrationis rubore huiusmodi corripiatur, vsque dum digna pœnitentiæ satisfactione veniam consequatur. Si verò vterque, & qui flagellatur, & quem flagellari atas aut qualitas personæ prohibēt, adhuc incorrigibiles extiterint, sit locus intra claustra Canonicorum, sicut multis in locis noscitur esse, quò ad tempus retrudentur, & secundum modum culpæ castigentur, vt iuxta Apostolam [a] traditi satanæ in interitum carnis, spiritus saluus sit in die Domini. Quodsi etiam tot saluberrimis admonitionibus, & castigationibus necdum paruerint, fiat eis ab omni congregatione communis oratio, vt à Domino sanentur.

Alia p. 3 qualitate personæ pœna.

Qui in carcere detrudendi & concludēdi sint

In claustris Canonicorum carcer esse debet.

a 1. Corinth. 5.

Pro incorrigibilibus orandum est.

Postremò si inemendabiles, & incorrigibiles apparuerint, ne per plures eorum ira serpant contagia, necesse est, vt à cæterorum societate (vtpote oues morbidæ) secreti ante præsentiam deducantur Episcopi, vt ab eo canonica auctoritate publicè damnentur.

Canonici incorrigibiles olim tradebātur Episcopo publicè damnandi.

Si verò quis in collegio Canonicorum culpam criminalem admiserit, huic nulla est danda dilatio, quin aut sponte pœnitentiam pro admisso crimine gerat; aut si id agere resultauerit, coram Episcopo deducatur, vt ab eo publica mulctetur pœnitētia. Meminisse enim oportet rectores, quia columba est in diuinis scripturis [b] Ecclesia appellata, quæ non vnguibus lacerat, sed alis piè percutit. Vnde etiam illis summopere obseruandū est, vt sicut præmissum est, iuxta modum culparum, personarum, atque ætatum, omnino ipsa temperata sit correptio, vt nec vitiū desidiæ inolescat; nec correptio mansuetudinis modum excedat; ne, vt B. Maximius ait, aut solutior leuitas conniuentiam prębeat peccanti, aut immoderata seueritas à lapsu non reuocet delinquentem. Sed & hoc illis nihilominus cauendum est, ne errata delinquentium alicuius rei liuore feriant, sed potius, vt ait B. Augustinus, sint criminum persecutores, & hominum liberatores. Oderint vitia, diligant homines. Oderint quod instinctu diaboli ingestū est; diligant, quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum, & virgam: baculum videlicet, quo

Canonici ob crimen cōmissum quomodo puniri olim solent.

b Cantic. 6.

Temperata sit correptio.

Qualis Prælatorum in correctione debeat esse affectus & intentio.

aliorum virium imbecillitates spiritualiter sustinent: virgam verò, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus intereà, & excommunicatis fratribus, nequaquam debent cæteri fratres iuere, aut eos suis adulationibus decipere, aut eorum tuta defendere, sed potius opem ferre, vt æquitatis cultra districtè corrigantur.

Quales erga delinquentes alij cõfratres se gerere debeant.

D. *Basilij animaduersiones aduersus Canonicos delinquentes constitutæ.* CAP. XXVII.

Canonici olim psalmos memoriæ mandare debebant.

SI quis integra corporis valetudine orationes facere, aut psalmos memoriæ mandare neglexerit, excusans excusationes in peccatis, hic à reliquorum consortio segregator, aut hebdomadã vnam ieiunans.

Cõtra correptionem nõ admittentem pœna.

Si quis de errato aliquo adhibita charitate corripiatur, & correptionem non admittat, summa cum solicitudine obsecrans, ac propter ea, quæ deliquit ignosci sibi postulans, hic quoque hebdomadam vnam à reliquorum societate excluditor.

Negligẽtis fraternè corripere pœna.

Si quis alicuius alicui peccati conscius fuerit, neque illum correxerit, aut pacificè, & adhibita Christiana charitate corripuerit, sed cum perturbatione animi, veluti fratrẽ potius triũphans, qua causam morbi solitè studẽs; hic quoq. vna cũ eo, qui de peccato castigatur, hebdomadas duas à reliquorum consortio abesse cogitor, quia vt inimicus, non autem vt frater corripit.

Confratri inobediẽtis pœna.

Si quis quæ facere possit à fratre iussus contumeliose, aut contumaciter gerat, neque adhibita omni, quæ est in Christo, lætitia, obtemperet, tanquam qui præsidens in suo abundet sensu similiter hebdomadam vnam segregator.

Si quis præter etiam & non, iusiurandum, abiudet, & ipse hebdomadam vnam segregator.

Iurantis pœna. Vaniloqui pœna.

Si quis futiliter garriat, aut in sermone facetias consectetur, neque adhibito timore, ac tremore doctrinam B. Apostoli & euangeliorum conseruet, nihilominus hic etiam hebdomadam vnam segregator.

Delictum confratris primũ dissimulãtis et postea exprobrantis pœna.

Si quis fratri alicui peccati alicuius conscius fuerit, & id dissimulauerit, postea autem exprobrauerit, veluti traducendi causa; similiter hic quoq. tanquã [illegible]

alterius minimè indolescens, & qui insultans delectetur potius, à reliquorũ consortio hebdomadam vnam segregator.

Non admonentis confratrem de peccato sibi conscio facere pœnitentiam pœna.

Si quis alicuius alicui peccati cõscius sit, & illum negligenter ferre animaduertat, ac non adhibita cordis contritione, multisq. lachrymis Deum sibi propitium facere hortetur, & admoneat ipsum, vt pœniteat, & opera pœnitentiæ digna præ se ferat. Si autem his ita seruatis, nihilominus tamen ille salutem suam negligat: qui eiusmodi est, is ex conuentu prorsus exterminator. Modicum enim fermentum totam massam corrumpit.

Claustrum exeuntis et diuagantis pœna.

Si quis, præterquam vbi necessarij vsus postulent, extra egrediatur, ac temerè diuagetur, qui huiusmodi est, segregator, vt quiescant domi pedes eius, sicut scriptum est.

Iracũdi & reconciliari negligẽtis pœna.

Si quis temerè iracundia elatus fuerit, ac non actutum fratrem rogauerit, quem offenderit, vt peccatum sibi, quod in ipsum peccauerit condonet, hic similiter hebdomadam etiam vnam segregator.

Contumeliã sibi factam ignoscere nolentis pœna.

Si quis contumelia aliqua à fratre affectus fuerit, & à conuentu rogatus, peccatum non condonauerit, memoria tenens eum, qui dixit: Si quis aduersus aliquem habet querelam; sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos: Et hic similiter à cæterorum consortio hebdomadam vnam segregator.

a in epist. ad Amphylo. Canonicorum fornicatio pro matrimonio reputari non potest.

Et idẽ Basilius alibi[a]: Canonicorum fornicatio pro matrimonio non reputetur; sed eorũ coniunctio omnino diuellatur. Hoc enim & ecclesiæ ad securitatem est vtile, & non dabit hæreticis aduersus nos ansam, quod propter peccandi libertatem ad nos attrahamus.

Basilius quoq. nõ permisit, vt mulieres cum clericis habitarent.

Vnde rursus idem ad Gregorium presbyterum scribens, vt separetur à muliercula, cũ qua habitabat: Legi, inquit, literas tuas cum omni patientia, & longanimitate, & miratus sum, quomodo cùm posses per res ipsas nobis breuiter, & facilè respondere, in iis quidem, quorum accusaris, persistere malueris; prolixa autem oratione, quæ sunt immedicabilia, curare volueris. Nec primi, nec soli, ô Gregori, statuimus, ne mulieres cum clericis cohabitarent. Sed lege canonem

Honestas cęlibatus clericorũ in quo cõsistat.

qui à sanctis patribus nostris Nicęę editus est, qui apertè prohibet, ne sint introductitiæ. In hoc autem [illegible] est cælibatus decus, & honestas, quod separatus [illegible] à consuetudine, & consortio mulierum. Si quis [illegible] verbo profitens, reuera ea faciat, quæ qui cum mulieribus cohabitant, apertè ostendit, se virginitatis [illegible] laudem nomine tantum prosequi, sed à turpi voluptate non recedere. Tãto magis ergo oportebat te [illegible] postulationi facilè acquiescere. Quod dicis te ab omni corporali perturbatione liberum. Neque enim [illegible] eum, qui septuaginta annos natus est, cum [illegible] animi perturbatione commotũ habitare, nec tanquam propter turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, statuimus ea quæ statuimus: sed quia ab Apostolo docti sumus [a] fratri non esse ponendum offendiculum, [illegible] scandalum. Scimus autem quod id, quod sanè, & [illegible] fit ab aliquibus, erit aliis occasio ad peccatum. Ea [illegible] causa decreuimus sanctorum patrum constitutionem sequentes, vt à muliere separeris. Quid ergo Chorepiscopum incusas, & veteris simultatis recordaris? Quid autem nos insimulas, quod aures ad admirandas calumnias faciles præbeamus; non autem te [illegible] qui à consuetudine cum muliere non potes recedere? Eiice eam à domo tua, & statue ipsam in monasterio: sit illa cum virginibus, & viri tibi seruiant, ne nomen Dei per vos blasphemetur. Quamdiu hæc [illegible] Myriades, quas scribis in epistolis nihil tibi prodesse. Sed otiosus morieris, Deoque reddes rationẽ tuæ [illegible] Sin autem non correctus ausus fueris sacerdotium [illegible] prehendere, eris toti populo anathema; & qui te susceperint, erunt in omni ecclesia abdicati.

Presbyter 70. annorum ancillam propter scandalum habere olim non potuit.

a 2. Corint. 6.

Quomodo accipiendæ sint animaduersiones Superiorũ.

b in lib. regul. seu quæst. fus. disput. quæst. 52.

Porrò cuiusmodi mẽte irrogatas sibi aliquis animaduersiones debeat accipere, eleganter quoque idem Basilius docet [b]: Quemadmodum enim, inquit, vacuum affectibus Antistitem ad curationes ægris admoueas accedere oportet; ita quoque vicissim eorum, quibus medicina fit, partes existimari debent, Antistitis [illegible] animaduersiones non ad odium accipere, neque impotentem dominationem existimare curationem [illegible] quam misericordia quis adductus consulendi [illegible]

animæ ipsorum saluti, ipsis adhibeat. Esset enim à decoro abhorrens, si, cùm qui aduersa corporis valetudine laborant, iis vsque adeo magnã medicis suis fidem habeant, vt esto ipsos secent, esto vrant, esto amarissimis dandis medicamentis medeantur, nihilominus tamen inter bene meritos de se illos numerẽt: nos non itidem quoque aduersus animarũ nostrarum medicos, quandocumque duriore imponenda nobis re aliqua salutem nobis efficiunt, fuerimus animati; cum Apostolus dicat [a]: Et quis est, qui me lætificat, nisi qui contristatur ex me? Et item: Ecce enim hoc ipsum quod contristati estis, quàm magnam in vobis solicitudinem operatum est. Proinde rei spectari exitus debet, & is bene de nobis meritus iudicari, qui nobis contristationem illam adferat, quæ est secundum Deum.

a 2. Cor. 2. cap.

Cæterum ne quis facilè in huiuscemodi vitium secus de Antistite iudicandi, aut suspicandi, cum detrimento, cum suo, tum reliquorum etiam fratrum incurrat, illud in vniuersum obseruari in cõuentu debet, vt nullo modo quis curiosè Antistitis consilia perueſtiget, aut in eius facta anxiè inquirat, iis duntaxat exceptis, qui cum dignitatis gradu, tum consilij prudentia Antistiti ipsi proximi sint, quos quidẽ ille necessariò sibi, quandocumque de re aliqua erit deliberaturus, in consiliũ, ac maturam considerationẽ adhibebit; nimirum præcepto illi obtemperans [b]: Omnia fac cum consilio. Quum enim illi animas nostras gubernandas commisimus, tanquam Deo de iis rationem reddituro, prorsus absurdissimè facimus, si huic fidem in rebus contemptissimis abrogamus; & cùm ipsi falsis aduersus fratrem nostrũ suspicionibus impleamur, tum reliquos exemplo nostro, vt idem faciant, incitamus. Ne igitur hoc eueniat, vnusquisque maneat in ea vocatione, in qua vocatus est; & cùm animum suum totum in rerum ad se pertinentium cura occupauerit, minimè in aliorum consiliis inquirendis sit curiosus, sed sacrosanctos Domini discipulos imitetur. Quorum esto illud, quod in euangelio est de Samaritana [c], suspicionem ipsis posset commouere; Nemo tamen dixit, inquit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea [d]?

Prælatorũ consilia & facta non sunt à subditis anxiè perueſtiganda.

Prælati quorũ consilio sua facere negotia debeant.

b *Prouerb.* 2. *Eccle.* 32. *et* 37.

c *Ioan.* 4.

d *Basil. in d. lib. Regul. seu quæstio. quæst.* 48.

Quid faciendũ Canonico, qui Prælati sui mandata nolit perficere.

Verùm is, qui nolit admittere, quæ Antistes perficiunda iusserit, debet ei apertè quidem, sed semoto arbitris, cur dicto audiens esse, ac moriger nolit, respondere, allata, si quam habet, ratione, sacris literis insentanea, alioqui quod imperatum sit silentio exequitor. Quodsi hoc facere pudore retractus non ausit, aliquibusdam ad eam rem sequestribus vtitor, quo videlicet, si aliena fortè à sacrosanctis literis illa Antistitis iussio sit, ipse cùm se ipsum, tum reliquos fratres à noxa eximat. Sin contrà planum factũ sit eam rectè fuisse, ac ratione factam, à vana seipsum ac periculosa secum disceptatione liberet. Qui enim secũ disceptat, inquit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide, & vt ne simpliciores exemplo suo ad abiiciendam obedientiam instiget, ac veluti procliuiores efficiat. Expeditenim, inquit Dominus[a], vt suspendatur mola asinaria circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm vt scandalizet vnũ de pusillis his. Quodsi qui diutius in contumacia hæserint, aduersus Antistitẽ clàm queruli, nec in apertum voluerint sui mœroris causam prodere: hi perinde ac disceptationis inter fratres exortæ auctores, aut qui certissimam authoritatem colliserint, & labefactarint eius, quæ maiorum debetur præceptis obedientiæ, ac velut rebellionis & inobedientiæ magistri prorsus à reliqua fratrũ familia exiguntor. Eiice enim è concilio pestilentẽ, inquit, & exibit cum eo iurgium[b].

a *Matth.* 18. *Mar.* 9.

Quid faciendũ illis, qui clàm conqueruntur de suis Prælatis.

b *Prouerb.* 22. *& idem Basil. d. lib. regul. seu quæstio.* q. 47.

Quid faciendum Canonicis, & aliis ecclesiasticis reformationem SS. Concilij Tridentini obseruare nolentibus.

CAP. XXVIII.

SI Dominis Canonicis, veterum benignior, & mitior videatur disciplina Patrũ, quàm ea, quę à iure & SS. concilio Tridentino contra clericos delinquentes præscribitur, & mãdatur obseruari, rectè sentirint, si absque vlla mora ad vitam cõmunem claustralem redeant, eiusq́. disciplinã cum humilitate, & obedientia suscipiant. Verùm si neutrã harum velint, ipsa potius dissolutè adhuc in sua libertate, & inobedientia, quàm claustraliter, & cõmuniter viuere malint, serio atque maturè perpendant, ac prouideant, nisi disciplinam, & reformationẽ à SS. Tridentino concilio pre-

scriptam obseruare & exequi incipiant, suisque Prælatis debitè obediãt, Episcopos fortè sua vsuros auctoritate, & potestate, & illos etiam inuitos ad cõmunem, & claustralem viuendi rationem, eiusque disciplinam coacturos. Illis siquidem ipso iure [a] videtur permissum esse, vt facultatibus ecclesiarũ, prouentibus, & expensis diligenter inspectis, certũ in eis valeant ponere numerum clericorũ, & statuere, vt bona eorũ veniant in cõmune, in vna domo vescantur, atq. sub vno tecto dormiant, & quiescant. Si verò contradictores extiterint, licitum illis est, per suspensionem officij, & beneficij, aut grauiori etiam pœna, si opus fuerit, ad hanc obseruantiam eos compellere, appellatione non obstante.

Quid consilij contra Canonicos in libertate, & inobedientia perseuerare volentes.

a *in c. quoniã. de vit. et hon. cler.*

Atque huc etiam vergere, & tendere videtur Regiæ nostræ Maiestatis consilium, & intentio, dum in nouis Episcopatibus à se erectis monachi Episcopi fiunt, vt hi suarum ecclesiarum inprimis canonicos ad vitã communem benignè, & pacificè, si fieri possit, inducãt, sicut à D. Augustino Hipponẽsi Episcopo, & ab altero Augustino Anglorum primo Episcopo factũ fuisse legitur. Hic enim dum D. Gregoriũ Papam cõsuleret, quomodo Episcopi cũ suis clericis conuersari deberẽt, ipsi his verbis D. Gregorius respõdit [b]: Mos est Sedis Apostolicæ ordinatis Episcopis præcepta tradere, vt in omni stipendio quod accedit, quatuor debeãt fieri portiones; vna videlicet Episcopo & familiæ, propter hospitalitatem, & susceptionẽ; alia clero; tertia pauperibus; quarta ecclesiis reparãdis. Sed quia fraternitas tua monasterij regulis erudita seorsim viuere nõ debet à clericis suis in ecclesia Anglorum, hanc debet conuersationem instituere, quę initio nascẽtis ecclesię fuit patribus nostris; in quibus nullus eorum ex his quæ possidebant, suũ aliquid esse dicebat; sed erant eis omnia cõmunia.

Pœna Canonicorũ nolentium suscipere vitã communem.

b *c. mos est. 12. q. 1. & c. 1. de interro. B. August. & Beda eccl. hist. Ang. lib. 1. cap. 27. Vide alterum nostrũ Specul. de malor. hor. temp. causis li. 1. cap. 18. 19. & 20.*

Sed si dicatur prędictã iuris constitutionẽ nõ de canonicis secularib⁹, sed regularib⁹ intelligendã esse: Respõdetur, illud friuolũ esse. Nã si de his loqueretur, sub titulo, de statu monachorũ, & canonicorũ regulariũ posita fuisset; nũc verò cũ sub titulo, de vita & honestate clericorũ inueniatur, cuius omnia capitula de clericis secularibus dũtaxat luris peritorũ iudicio intelligi debent [c]: Conse-

Obiectio de qualitate canonicorum.

Solutio.

c *Goffred. & Hosti. in sum. eor. tit. de vit. & hon. cler.*

Consequitur, prædictam constitutionem de illis quoque accipiendam esse, sicut etiam præcipui iuris professores Doctores faciunt[a]. Imò Panormitanus expressè dicit, & tenet illum intellectum, quod loquatur in singularibus, communiter non recipi à Doctoribus: bene, inquit: quia textus dat Episcopis facultatem, & non necessitatem hoc faciendi: sed regulares tenentur ad hoc de necessitate[b]: Tum hîc disponitur, vt redditus, prouentus, & facultates istorum veniãt in communem: sed regulares non habent reditus, & prouentus dilectos, sicuti Canonici seculares nunc habent[c]. Deinde hîc indulgetur Episcopis, vt si quisquam eorum, qui simul viuunt, pro manus iniectione in socium à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi & panitentiam imponendi potestatem plenariam habeant; nisi fortè atrocitas facti pœnam grauiorem exposcat: sed in regularibus hoc non est concessum Episcopis, sed ipsorum religiosorum Prælatis[d]. Deinde ea pars epistolæ vniuersis Episcopis à Gregorio Papa VII. vel VIII. scriptæ, quæ in initio c. omissa notatur, satis indicat de clericis secularibus in hoc c. agi: sic enim agitur: Quoniam (vt ait scriptura[e]) prona sunt desideria hominis ad malum ab adolescentia sua, sicut ex fragilitate vergit caro in culpam; ita vigore spiritus præcedente, & subsequente diuina gratia, animus nitatur ad veniã, & remedia semper inquirere, quibus immanentes occasiones mortis valeat declinare. Inde sequitur est, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in vestris ecclesiis peruenisse, quæ ad delictum in se, aut occasionem habent delinquendi, per auctoritatem apostolicæ sedis, cui ex dispositione Domini deseruimus, prout datur ab eo, decreuimus obuiandum, & auctoritatem in vobis episcopalem cij ad resecanda nociua in subditis vestris, & inserenda vtilia, scriptis apostolicis muniendam, recolentes quod in veteri lege præcepit Dominus dicens[f]: Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens mane ligna per singulos dies: statuimus vt facultates ecclesiarum vestrarum, prouentibus & expensis diligenter inspectis, certũ in eis valeatis ponere numerum

a *Hostien. & Goffred. d. tit. Io. And. et Panor. in d. c. quoniam. Marianus Socin. in tract. de visit. nu. 28.*

b *c. cũ ad monasterium. de statu. regul. & in c. ad audientiam 2. de eccl. ædificand.*

c *d. c. cùm ad monasterium.*

d *c. monachi. de sent. excom.*

e *Gen. 6. & 8.*

f *Leuit. 6.*

clericorum, & statuere, vt bona eorum veniãt in commune, in vna domo vescantur, atque sub vno tecto dormiant & quiescant, &c. Quæ verba de clericis intelligenda esse secularibus, nõ autem de Monachis vel Canonicis regularibus, manifestius esse arbitramur, quàm vt clariorem demõstrationem requirant.

Obiectio de cõtraria consuetudine.

Præterea si allegent, in contraria se nunc esse consuetudine: Respõdebitur ex sententia Hostiensis, Ioannis Andreæ, Panormitani, & aliorum [a], quod etiã contra consuetudinem, propter turpem, & inhonestam Canonicorum vitam, quam diuisio induxit, hoc possit fieri [b]. Imò Panormitanus omnino asserit [c], consuetudinem non posse simpliciter induci, contra dispositionem huius constitutionis, cùm per eam non imponatur necessitas Episcopis, sed detur eis facultas hoc faciendi. Sed in his, quæ sunt meræ facultatis, ex non vsu non inducitur consuetudo [d].

Solutio.

Insuper si dicatur, prædictam constitutionem loqui tantum de clericis secularibus ecclesiæ parochialis, quodque Episcopus talem possit facere collegiatam, & tum disponere, vt clerici seculares illius ecclesiæ viuãt in communi, & sub vno tecto dormiant: non autem illam agere de Canonicis secularibus ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ: Ad hoc respondetur; si Episcopus de nouo possit supradicta disponere, & facere in ecclesia parochiali: multo magis poterit statuere, vt canonici cõtra iuris cõmunis dispositionem, & fundatorum suorum voluntatem facti seculares, rursum fiant claustrales, & sua bona nunc diuisa, rursum conferãt in cõmune, in vna domo vescẽtes, atq. sub vno tecto dormientes [e]. Quia non est dicendũ, deteriorem conditionem illorũ fieri per huiusmodi vitæ & status reductionem. Quoties enim ad ius, quod lex naturę eius tribuit, vita ac status Canonicorum redit, non fit causa eorum deterior, sed pristinæ suæ formæ redditur [f].

Obiectio de ecclesiæ qualitate.

Verùm vt omnis calumniandi subtrahatur occasio, primùm inquirent Episcopi, an illorum, quos ad communem vitam redigere velint, prædecessores auctoritate summi Pontificis ab illa recesserint: si sic, illius ab Episcopo impetrabitur consensus, & authoritas, vt priui-

Quam debeant inquisitionem facere Episcopi vt canonicos seculares redigãt ad communem vitam.

a *in d. c. quoniã*

b *arg. c. inter. de rel. dom. ca. relatũ. ne cler. vel mon. c. quocũque. dist. 36.*

c *in d. c. quoniam. & in c. ad audientiam 2. de eccles. ædificand.*

d *arg. c. Ioannes. de cler. coniug. c. ex parte. de cõcessio. præben. Cynus. in l. 1. C. quæ sit longa consuet.*

e *Host. in sum. d. tit. et Panor. in d. c. quoniã.*

f *l. si vnus. §. pactus ff. de pactis. l. volũtate ff. quib. mod. pig. vel hypo. l. filius. quem. ff. de li. et postlim.*

priuilegio impetrato non obstante ad solitam vitam communem cogi possint. Nam omne priuilegiū nemo malè viuendi excludit occasionem [a]. Si verò priuilegiū non habeant, tūc Episcopus super executione dictæ constitutionis, requiret Capituli consensum; & si aliquæ causa rationabili non velit consentire, tum contradictionem habebit pro consensu, & vlterius in executione procedet [b]. Alma mater ecclesia plerumque nōnulla rationabiliter ordinat, & cōsultè, quæ suadente vtilitate subiectorum postmodum cōsultius, ac rationabilius reuocat, vel in melius cōmutat [c]. Si ergo sit in Sede Apostolica fortasse impetrata confirmatio dissolutionis vitæ communis Canonicorum huius tēporis, illa proculdubio nūc reuocanda videtur, & antiqua eorum vita cōmunis in pristinū locum, & obseruationē restituenda, hoc ipsum suadente, & exigente Canonicorū salute, laicorū ædificatione, hæreticorū ad ecclesiam reuocatione, vel saltē ad eorum calumnias, cōtentia, & maledicta in clerum, & ecclesiam tollenda, propter dissolutam tantopere Canonicorum vitam.

Itaque & consultissimè facturus videtur Pontifex, si omnia priuilegia, & cōfirmationes contra primæuam Canonicorum cathedralium, & collegiatarū ecclesiarum fundationē impetrata reuocaret, & in melius cōmutaret, iuxta regulā, & disciplinā à prædicto concilio Aquisgranensi illis præscriptā. Videtur enim SS. Tridētina Synodus hoc ipsum implicitè voluisse dū dicit: Rationē postulare, vt illis, quę bene cōstituta sunt, contrariis ordinationibus nō detrahatur, decernēs, & mandans, vt quando ex beneficiorū quorūcumq. erectione seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requirūtur, seu certa illis onera sint iniūcta in beneficiorū collatione, seu in quacunq. alia dispositione, illis non derogetur. Quapropter cū omnibus antiquis canonicatibus & præbēdis ex fundatione, & erectione, insint qualitates, & onera, in prædicta iuris cōstitutione, & concilij Aquisgranensis regula enumerata, & posita: certè non videntur deinceps canonicatus, & præbendæ conferenda, nisi illis, qui vitam communem iuxta illarum dispositionem agere velint.

a *Hostien. in sum. d. tit. alleg. l. fin. C. vbi senator. vel clariss. & l. presbyter. C. de Episcopis. et cler. c. 2. de offic. deleg. in 6. et ibid. glos. not. c. cum venissent. de iudic. c. cum tempore de arbit.*

b *Archid. in c. 1. de constitut. in 6. Panor. in d. c. quoniam.*

c *c. fin. & ibi. glos. de sent. excom. in 6.*

d *sess. 25. de reform. cap. 5. Bene constituta contrariis ordinationibus non sunt tollenda.*

Si vero

Si verò sine auctoritate Pontificis à fundatione recessum sit, & nunc se præscriptione, ac inueterata consuetudine, tanquam rationabili causa, se tueri velint; Episcopus nō obstante huiusmodi friuola exceptione, ad prædictæ constitutionis executionem si velit, procedere potest, cùm subsit nunc, & vrgeat ecclesiæ atque religionis cōseruandæ causa expediens, atque necessaria [a]. Siquidem aperti iuris est [b], consuetudinem tanto tempore obseruatam quod in contrarium memoria non existit, si sacris sit inimica canonibus, & de ambitionis radice processerit (sicut hæc) corruptelam esse, & auctoritate Apostolica reprobatam, nec Canonicos præsentes ad ipsius obseruantiam teneri, etiamsi iuramento firmata extiterit, cùm iuramentum iniquitatis vinculum non existat: Imò iuramenta quæ contra vtilitatē ecclesiæ, & sanctorum Patrū veniunt instituta (sicut etiā ista) potius periuria dicēda sunt; & qui talia iurare præsumpserit, donec dignā egerit pœnitentiam à perceptione dominici corporis debet esse alienus [c].

a *Hostien. in sum. d. tit.*

b *c. 1. de consuetu. in 6. Consuetudo inimica canonibus, & de ambitione orta nō valet.*

c *c. 1. & ibi Panor. et alij. de his quę fi. à maio. par. Cap. c. 1. de iureiur. in 6. c. non est obligatorium. c. quæ contra. de reg. iu. in 6.*

Capitula disciplinæ quomodo in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis restituenda sint. CAP. XXIX.

SI prædicta hæc reuocādæ disciplinæ ratio Episcopis forte non placeat; saltem illi (ad quos maximè spectat istius tantopere neglectæ, & collapsæ instauratio) hoc agant, vt in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis capitula disciplinę in pristinū suum vigorem, & obseruationem reducantur. Id autem futurum speramus, & credimus, si non tā profanę, quàm res sacræ in his tractētur. Si de moribus singulorum inquiratur; si vita expendatur singulorum, & oratione cōmoneantur Canonici ad sacras literas capessendas; vtque in his & sacris canonibus atque decretis legendis optimas horas collocent [d].

d *concil. Colon. cele. an. 1536. de metro. cathed. & colleg. eccles. cap. 14. De visitatione & inquisitione in ea facienda.*

Deinde si Episcopi, & alij omnes ecclesiarū Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligēter intendere debent, Capitula seu collegia cathedralium, & collegiatarū ecclesiarum frequenter visitent, & de eorū excessibus, criminibus, & delictis, quoties, & quādo opus fuerit, etiam extra visitationē, tanquam ad hoc

Apost o-

Apostolicæ Sedis Delegati, corrigant, puniant, & castigent, non obstantibus quibuscumque eorum priuilegiis & exceptionibus. Siquidem illis hoc facienda lege, & conditione à SS. Tridentina Synodo penitus est[a]. Cuius quoque decreto & mandato Archidiaconi, Decani, & alij inferiores in iis ecclesiis, in hactenus visitationem exercere consueuerunt, debent assumpto Notario de consensu Episcopi per se ipsos tantùm ibidem visitare. Visitatores autem à Capitulis deputandi, vbi Capitulum ius visitandi habet, prius ab Episcopo approbari debent: sed non ideo Episcopus, vel eo impedito eius visitator, easdem ecclesias sensum ab his visitare prohibetur: cui ipsi Archidiaconi vel alij inferiores visitationis factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere tenentur: non obstantibus quacumque cõsuetudine etiam immemorabili, atque exemptionibus, & priuilegiis quibuscumque[b].

Visitationum autem omnium istarum præcipuus ex scopus, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere; clerum, & populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere. Cætera prout locus, tempus, & occasio fert, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ vt facilius, feliciusque succedant, monentur prædicti omnes, & singuli ab eadem sancta Synodo Tridentina[c], ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur, studeantque quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia visitationem ipsam absoluere. Interimque cauendum inutilibus sumptibus cuiquam graues, onerosiue sint, néve ipsi, aut quisquam suorum quicquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamẽtorum, ad pro vsus, præter id, quod ex relictis piis iure debetur, ut alio quóuis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit etiam, qualitercũque offeratur, accipiant[d]: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: exceptis tamen victualibus, quæ sibi ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantùm [illegible]

a *sess. 6. de reform. cap. 4. et sess. 14. de reform. cap. 4.*

b *Concil. Trid. sess. 24. de reforma. cap. 3.*

Visitationum quis debeat esse finis et scopus.

c *sess. 24. de refor. cap. 3.*

d *c. cauendum. et 3. sequen. 10. q. 3. c. cũ apostolus. c. cũ instantia. c. procurationes. de censib. exact. et procuratio. c. 2. eod. tit. in 6.*

Quid causa visitationis soluendum sit.

sitate, & non vltra eiunt ministranda. Sit tamē in optione eorum, qui visitantur, si malint soluere id quod erat ab ipsis antè solui, certa pecunia taxata, cōsuetum, an verò prædicta victualia submministrare, saluo item iure conuentionum antiquarum cum monasteriis, aliisve piis locis, aut ecclesiis non parochialibus inito, quod illæsum permaneat. In iis verò locis, seu prouinciis, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id obseruetur. Quodsi quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, is præter dupli restitutionem intra mensem faciēdam, aliis etiam pœnis iuxta constitutionem concilij generalis Lugdunensis, quæ incipit, Exigit[a]; necnon & aliis pœnis in Synodo prouinciali arbitrio Synodi, absque vlla spe veniæ mulctetur. Patroni verò in iis, quæ ad sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere; neque visitationi ornamentorum ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum prouentibus immiscere; nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competat: sed Episcopi ipsi hæc faciant; & fabricarum reditus, in vsus ecclesiæ necessarios, & vtiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expēdi curent.

In cathedralibus autem & collegiatis ecclesiis (de quarum visitatione nos potissimùm agere & tractare instituimus) vt facilius, citius, & felicius absoluatur, conuocato vniuerso clero ecclesiæ visitādæ, ad sacrum de Spiritusancto celebrandum (si temporis & negotij ratio patiatur) eoque peracto, & in loco capitulari habita ad eos exhortatione, ad inquisitionem methodo infrascripta[b] procedetur, vel alia meliore pro prudentia visitatorum. Et inprimis si Capitulo competat ius eligendi suos Prælatos, & alios dignitates in ecclesia habentes, tractandum, & inquirendū est, quo ordine, forma, modo, & quibus affectibus ad electionem procedatur, prout pulchrè traditur & docetur in concilio Coloniensi sub Adolpho 3. Archiepiscopo & Carolo V. Imperatore celebrato anno 1549.[c]. Tum an in electione hoc solum spectetur, vt digni atque idonei

a c. 2. de consuet. exactio. et procuratio. in 6. *Patroni quatenus se ecclesiarum rebus ac negotiis immiscere possint vel non possint.*

Quomodo in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis visitatio fieri debeat.

b *desumpta ex Mariano Socino Iureconsul. in tract. de visit. & cōcil. Colon. celebr. an. 1549. et Mediolanēs. celeb. 1566. tit. de visitat.*

Inquisitio super electione.

c *in tit. quæ in eccles. cath. & coll. inqui deb.*

eligantur : tales, videlicet, qui exemplo præcedant, & functioni suæ gnauiter incumbant, & ad quorum comparationem cæteri grex meritò dicantur.

Inquisitio super illis, qui dignitatem habent.

An Præpositus, Decanus, & Capitulũ, & singulares personæ habeant ecclesias parochiales, quæ ad præsentationem, institutionem, prouisionem, seu collationem eorum seu cuiúsvis ex iis spectent, & pertineant. Quales prouehant, & prouehere posthac velint ad tales ecclesias. An solos eos, qui sciant, & velint populum docere verbum Dei pro captu eorum, & sacramenta ecclesiastica ritu catholico administrare, & facere omnia quæcumq. à parochis, & rectoribus parochialium ecclesiarũ requiruntur. Quales sint, qui impræsentarum talibus ecclesiis præsunt; an sint legitimè institutiones cùm beneficiũ ecclesiasticũ sine canonica institutione obtineri non possit[a]; nec is ecclesiastica sacramenta administrare queat, cui manus ritè imposita non est.

a c. beneficium. de reg. iuris in 6.

De Canonicis & aliis beneficiatis inquisitio.

Inquirendum etiam an omnes, & singuli in ecclesia beneficiati, & quicumque officia gerunt, qualiacunque ea sint, functioni suę gnauiter incumbant, & an in choro, ad psallendũ instituto, psalmis, hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuoteque laudent, & an quisq. quo designatus est loco ministrent diuinis, & aliis collegij rebus. An Prælatus pro viribus infatiat officio suo, videlicet exẽplo pręcedẽdo, & verbo sæpe monendo omnes & singulos Canonicos, & deuotos, & familiam eorum, vt quisque suæ vacationi gnauiter incumbat, & vitã ducat appellatione sua dignam, vt in vitę honestate, in religioso habitu, tonsura, & disciplina, in lectione, & studio sacræ scripturæ se contineat, psalmodias, preces, officia diuina, & cæteris omnibus statis horis digna Dei maiestate persoluat.

Præterea, diligenter inquirendum, an nulli habeant, vel legant libros, & scripta cuiuscumque generis, quæ in indice librorum prohibitorum auctoritate Pij Cap. probato, & edito continentur, vel in appẽdice eiusdem in Belgio ex mandato Regiæ catholicę Maiestatis confecta, & edita. Et num quis libros vel scripta habeat, quæ res lasciuas, seu obscenas, seu pietati ac manibus honestati inutiles ex professo tractant, narrãt, aut docent,

cum

cùm non solùm fidei, sed & morum; qui huiusmodi librorum, seu scriptorũ lectione facilè corrumpi solent, ratio habenda sit. An libros vel scripta habeant in quibus continẽtur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incãtationes artis magicæ, siue Geomãtia, Hydromantia, Eromantia, Pyromantia, Onomantia, Chiromantia, vel alia his similia, vel quæ propter doctrinam quam continẽt non sanam aut suspectam, offensionem aliquã, etiã in moribus tantũ fidelibus adferre possint.

Deinde ánne habeant, & legant breuiarium ecclesiæ suæ, vel quod secundum decretum concilij Tridentini iussu, & autoritate Pij V. fuit editum ad cantandũ seu legendũ ex eo horas canonicas, & an illas debitè quotidie persoluãt. Et si breuiario Rom. non vtantur, sed suę ecclesiæ, inquirẽdum & videndũ ánne hoc reuocatum, & irritatũ per Pij papæ V. constitutionẽ nouo breuiario Rom. præfixam. Suntq. omnes & singuli ad persolutionem horarum earũdem serio & grauiter monendi, atque requirendi. Item an sacra biblia, & concilium Tridentinum, & prouinciale ac diœcesanũ habeant, & legant. Monẽdi insuper, vt alia cõcilia, & decreta Pontificum, psalmorum Dauidicorũ interpretes, & commentatores; tum qui missæ sacrificium, aliaque diuina officia, & cæremonias explicẽt, sibi cõparent, & alios, ex quibus pietatẽ, & vitæ ac morũ honestatẽ suo statui congruentẽ, & conuenientẽ discere, & haurire possint.

An nullus eorũ sit hęreticus, vel de hæresi aliquo modo suspectus, vel qui hæreticorũ receptator, defensor, creditor, fautor, vel laudator sit, vel an tertiã personam habeat, quæ hæreticis pro se ad victũ vel vestitum, vel alia necessaria ministret. An quis credentibus, fautoribus, vel defensoribus hæreticorũ in aliquo præstet auxilium, consilium, vel fauorem, vel iis in causis, aut factis vllis patrocinium prębeant, aut negotiationẽ cum iis exercere præsumant. An quis sciat, vel nouerit aliquem occulta conuenticula celebrantem, vel domum, prædium, vel antrum vbi cõueniant, vel qui à cõmuni conuersatione fidelium vita & moribus dissideant.

An iuxta cõcilij Tridẽtini decreta, & Pij Papę 4. constitutionẽ omnes & singuli professionẽ fidei orthodoxę

publicè fecerint, seque in Romanæ ecclesiæ obedientia mansuros spoponderint, & iurauerint; & an omnia sacris canonibus, & œcumenicis conciliis, ac præsertim à SS. Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter receperint, atque professi sint, simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab ecclesia damnatas, & reiectas, an illa quoque pariter omnia damnauerint, reiecerint, & anathematizauerint. Si quis vero inter eos inueniatur, qui prædictam professionem, receptionem, & anathematizationem non fecerit, eandem statim, & absque mora vt faciat, ipse & instanter requiratur, & ad eam, si opus sit, iuris remedio compellatur.

Insuper diligenter quoque inquirendum, quales omnes & singuli sint in colloquio familiari: an inhonestent adulationem, & contentionem, detractionem, murmurationem, mendacia. An ab iniuriis, conuitiis, maledictis, & blasphemia abstineant. An à verborum cundis, & impatientibus linguam suam cohibeant. An sermo eorum semper sit pudicus, ac pacificus, & honestatem resonet.

Inquirendum quoque qualis omnium & singulorum sit habitus, & vestitus; an sacris canonibus, conuenis & conformis. An tonsuram & coronā ordini suo congruentem semper gestent. An gestu, motu corporis, seu incessu nihil inhonesti præ se ferant. An falcones vel accipitres aut similes aues non gestent: an cum armis non venentur, eósve asseclas habeant, & secum in templum adducant.

An a commessationibus, ebrietate, & crapula abstineant; & qualia eorū sint conuiuia. An tabernas prorsus euitent; ad aleas, & taxillos an ludant, vel huiusmodi ludis intersint. Mimis, histrionibus & ioculatoribus an intendant: An hospitales, benefici, & liberales erga pauperes sint: An inter se concordes sint. An castitatem & continentiam debitè seruent.

An Prælati in delinquentes, vel inobedientes, ebriosos, luxui indulgētes, aleatores, venatores, percussores, rixosos, scortatores, ignauos, mercaturam & vsuram exercentes, & officiū negligētes, & alios hisce similes secun-

secundum censuram sacrorum canonum animaduertant. An excessus leuissimorum quorumque Canonicorum, & vicariorũ, seu Capellanorum insolentiam, aliorumque subditorum vitia corrigant.

An Scholastici, & alij, quibus est lectionis vel doctrinæ munus annexum ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos id munus expleant; an aduigilent, vt iuniores Canonici per idoneos, probos, & Catholicos pædagogos in his quæ ad pietatẽ & officium in ecclesia obeundem pertinent, erudiantur. An sciant quos libros discipulis hypodidascoli sui prælegant, & an illi officio suo satisfaciant. *De Scholastico.*

An thesaurij, magistri fabricæ, & alij administratores suis quique officiis satisfaciant. *De Thesaurario, & magistro fabricæ.*

An Custodes, qui munus ostiariorum in ecclesia gerunt, diligentem curam adhibeant, ne ad sacra admittantur excommunicati, interdicti, publicè criminosi, alijque indigni. Et an mercimoniam, profanasque deambulationes, & quicquid in ecclesiis cõmittere turpe, & sceleratum est, & quod diuini officij celebrationem dehonestat, fieri pro virili prohibeant: an canes, qualescunque illi sint, ab ecclesia arceant, vel ingressos expellant. *De Custodibus.*

An cantores suis officiis ritè fungantur, vt diuinus cultus in ecclesia statis horis deuotè, decenter, ordinatè, vltro, promptè, reuerenter, & cum grauitate ad Dei laudem, & populi ædificationem persoluatur. An publicorum diuinorum officiorum, quæ ad omnes ecclesiæ personas pertinet persolutio vlla confabulatione interrumpatur. An etiam iuniores Canoci, atque adeò omnes alij, qui in ecclesiis de beneficiis, quæ possident, gaudere volunt, diuinum officium, ad quod præstandum tenentur, vicissim psalmorum versus attentè modulando, vt se decet, impleant, & an horas canonicas sic canendo ritè persoluant; suntque omnes & singuli ad exhibendum sua breuiaria Prælato in Capitulo monendi & instanter requirendi. *De Cãtoribus.*

An sint distributionum quotidianarum participes, qui diuinis officiis integris nõ interfunt, exceptis his, quos infirmitas, seu iusta & rationabilis corporalis *Super distributionibus.*

necessitas, aut ecclesiæ rerum procuratio, vel eiusdem vtilitas excusat. An omnes personæ ecclesiæ ad diuina officia, præsertim ad matutinas, summam missam, & vesperas conueniant, & ab initio vsque ad finem in eisdem perseuerent, vti canones exposcunt.

Super moribus & gestibus dũ missę intersunt vel illam celebrant.

An in missa præsentes ad omnia, quæ aguntur diligenter attendant, & attendendo vota sua ministerium publicum agenti, & sacrificanti per omnia accommodent, & coniungant, quo eorum omnium participes per Dei gratiam efficiantur, quæ ipsorum omnium nomine sacrificans agit, & precatur. An vsque in finem, donec benedictio sacerdotalis à celebrante data fuerit in officio missę, perseuerent; cùm alioqui dici non possint verè interfuisse missæ, si abeant antequam cõpletis omnibus missio seu abeundi copia fiat his verbis: Ite missa est. An epistola tota, & symbolum, & prefatio, & oratio dominica, sine decurtationè tota clarè, distinctè, & intelligibiliter cantẽtur. An in missis specialibus, seu priuatis lectiones, & orationes sacrę clarè & disertè, excepto sacro canone, qui submissa voce recitari debet, pronuntiẽtur; an sacrificaturi satagant, ne nisi aliquibus saltem præsentibus, sacrificium offerant. Num organi quid seculare resonẽt, seu aliud quã cantũ ecclesiasticũ.

Super deportatione venerabilis sacramenti, & processionibus.

An in deportatione venerabilis sacramenti quicquid ad veram deuotionem excitandam parum valet, remoueatur. An in processionibus, stationibus, & supplicationibus publicis omnes qui intersunt clerici deuotè orent, & cum grauitate religiosè, & suppliciter cantãdo incedãt, & finita supplicatione, eo, vnde processerunt, reuertantur: non curiosè interim circumspectantes, nec vacantes profanis colloquiis, nec ad ientacula seu potationes dilabentes, vel aliò deambulantes, vt fieri solet in diebus rogationum.

Super psalmodia.

An cuncti de collegio ad memorata publica officia simul peragenda, & persoluenda conueniant. An quilibet constitutus inter psallentes & precantes in choro, pro suo arbitratu psallat, oret, vel quod sibi placet, priuatim agat, non attentus ad hæc, neque illis se accommodans, & cooperans quæ interea publicè agi debent. An pronuntiantes lectiones in matutinis, simplici, clara, & ad-

ad omne pronuntiationis genus accommodata voce vtatur; non omnino humili, nec nimis sublimi; nō fracta, non tenera, non agresti, non frendenti seu stridēti, sed mediocri, & graui, & ab omnibus intelligibili. An inter legendū ab omnibus altum silētium teneatur, sic, vt quo ad fieri potest, interea nulla obstrepat excreatio; non vox alia erūpat, vel sonus aliquis grauior incessū, progressu, vel vllo alio modo cietur, quo impediantur audientes ab intētione percipiendi ac intelligendi verbi Dei, quod legitur. An psalmi, & reliqua diuina cantica pronuntientur seu canātur tractim, vt mēs sensum verborum, priusquā verba ipsa transmittantur, assequatur.

Super Decani officio.

An Decani vel cātores omnes tā canonicos, quàm vicarios aliasq. personas sedulò, ac diligēter admonēāt ad sacrarū scripturarum studiū; vt quod recitāt, vel canunt in ecclesiis, intelligāt, & nō solis labiis, sed in cordibus suis Deo psallāt, gratias agētes, & orātes semper pro omnibus Deū Patrē per Christū Dominū nostrum.

De vigiliis mortuorum.

An vigiliæ defunctorum à prandio dicantur, sic vt ad horam circiter secundam inchoentur, & ante preces vespertinas compleantur, quò personis ecclesiarū magis vacet, vel audire manè aliquem sacras literas profitentē, vel sacris studiis, aut sermoni audiēdo incūbere.

De confessione & communione.

An Decani, seu illi, quibus cura animarum incumbit, inuigilent, vt secundū canonem: Omnis vtriusq. sexus de pœnit. & remissio. omnes personæ ecclesiæ ad minimum semel in anno ipsis, seu de ipsorum permissione ecclesiæ parocho, seu alij idoneo sacerdoti legitimè admisso peccata sua confiteantur, & secundū ecclesiæ ritum cōmunicent. Et an in negligentes, vel detrectātes (vt canon ille iubet) animaduertant. An clerici beneficiati in loco suorū beneficiorum actu residētes, saltem in quatuor maioribus festiuitatibus anni; Paschæ videlicet, Pentecostes, Natiuitatis Christi, & Assumptionis B. Mariæ, vel omnium Sanctorum in ecclesiis in quibus residēt publicè sub summo sacro de manibus celebrantis reuerenter, & deuotè sumant sacrosanctum corpus Domini, & an negligentes suspendantur, & priuentur omnibus suis fructibus ad ratam vnius mensis, mediatim fabricæ, & mediatim seminario applicandis.

De extrema vnctione.

An extrema vnctio ecclesiæ infirmo membro impetenti, præsente tota congregatione secundum Apostoli mandatum [a] impendatur, sic vt omnes cum sacerdote inungente infirmum, psalmos, litanias, & orationes ab ecclesia catholica traditas deuotè, & fixis in terram genibus super infirmum dicant; vt satisfiat vobis Apostoli [b]: Si quis infirmatur in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum.

a *Iacob. 5.*

b *Iacob. 5.*

Super pluralitate beneficiorum.

An sint in collegio pluribus beneficiis, & præsertim curatis, vel aliis officiis incompatibilibus onusti. Qui si se per dispensationem excusent, iubeantur eam illatam & Capitulo exhibere, quæ si vera & sufficiens appareat, moneantur, vt beneficia debitis obsequiis non fraudentur: sin autem, denuntientur eorundem beneficiorum ordinario collatori. An nullus in acquisitione, vel resignatione beneficij alicuius, vel circa diuina officia Simoniam commiserit.

De capitularibus conuentibus inquisitio.

Inquirendum insuper, num capitulares conuentus & tractatus honestè, & maturè fiant; & num sint inter tractandum dissidia, & contentiones inter fratres: Num Prælati omnium suffragia, seu vota, vt vocant, non grauatè audiant: Num fauore, aut odio, aut alio prauato affectu priuatorum refragis, quàm publica gerantur. Et an expectetur ante conclusionem omnium sententia, & num vllus contemnatur, quantumuis ecclesiæ vtilitatem respiciat. An capitulares istiusmodi conuentus, & tractatus habeãtur extra tempora diuini officij die feriali, ne propter illos hoc vel suspendatur, vel præcipitetur, vel denique ab ipsis Canonicis negligatur. Debet enim Dei causa omnibus aliis anteponi, nisi fortè vrgens, & euidens necessitas, cuius dilatio ecclesiæ, vel alij cuipiam damnosa esset, superueniat. An qui die dominico, vel festo, aut dum officium diuinum in choro peragitur, Capitulum indixerit, & conuocauerit, & qui ipsi adfuerint cõdignè puniantur per distributionum subtractionem, iuxta concilij Basiliensis & Senonensis constitutiones. An illi, qui Capitulo præest, debitus ab omnibus exhibeatur honor, & reuerentia. An illi inobediẽs vel clamosior, aut loquacior, extráve ordinẽ deliberans, aut vlli contumeliam

vel conuitium dicens, vel absenti detrahens impunitus maneat. An ad vllius, quàm qui præest Capitulo, propositionem, vota & suffragia deliberantium colligantur. Num is, qui Capitulo præest, relata ad se negotia fideliter in deliberationem proponat; difficiliora, ac magni momenti primùm paucis, modestè, prudenter, & æquabiliter discutiendo, eoque facto tunc demum singulorum vota super iis ex ordine requirat. An absente Prælato vlla ardua negotia ecclesiam, vel ipsum concernentia, eo absente proponantur, & concludantur, in ecclesiæ vel illius præiudicium quid statuendo, vel ordinando. An vllæ conclusiones, seu ordinationes fiant, quæ iuri, aut honestati ecclesiæ aduersentur. An sint qui Canonicorum suffragia, & deliberationes in ipsorum odium, grauamē, vel famæ ipsorum læsionem reuelauerint.

De Capellanis seu vicariis.

An Capellani seu Sacellani (quos aliqui vocant vicarios, aut chorisocios) sint Canonicis in persoluendis horis, & aliis diuinis officiis adiumento. An onera specialia, ad quæ vel ex fundatione suarum capellaniarum seu vicariarum, vel ex laudabili antiqua consuetudine, aut ecclesiarum statutis obligantur, deuotè, religiosè, & diligenter persoluant. Et hi monendi sunt, vt fundationes suarum vicariarum, seu capellaniarum Prælato & Capitulo exhibeant, aut sese in forma iuris quòd eas exhibere non possint, expurgent.

An vnus idemque Canonicus, vel Capellanus, seu vicarius pluribus ecclesiis collegiatis simul seruiat, & in vnaquaque nihilominus ecclesia non modò fructus grossos, sed & distributiones quotidianas percipiat: quāuis impossibile sit, quod simul omnibus officium suis præstare possit. An vicariis seu capellanis absentibus aliquid præstetur, præsertim absentibus sine iusta causa, non prouiso prius diligēter, quod officia eorum rite in ecclesia per alios idoneos, qui interim sua officia non negligant, præstentur.

Super deambulationibus, & aliis insolētiis.

Num Canonici vicarij, capellani & chorisocij tempore diuinorum, aliis psallentibus, ipsi extra chorum spatientur, vel intra chorum desideant, confabulentur, aut aliud quid agant in ecclesia in populi

scandalum, vel officij diuini diminutionem.

De sacris vasis et vestibus. An vasa sacra, & quæ vocantur corporalia, vel pale altaris, per alios, quàm per sacerdotes, vel diacon. adiuuantibus subdiaconis abluantur, & attrectent. An qui campanarij, seu custodes vocãtur, sua offici lineis, seu superpelliceis, vt vocant, exhibeant: an item sint clerici, eò quòd pleraque obeant in eccles. quæ olim nullis, nisi in minoribus ordinibus constitutis agere permittebantur. An sacra vasa, sacras vest. reliquias sanctorũ, & reliqua ornamenta ecclesiarum ipsorum fidei commissa diligẽter ac reuerenter custodiant; vtque munda sint, procurent; & reliqua, quæ ad ipsorum officium pertinent, diligenter exequantur. An sint Deum timentes, religiosè pij, honestę vitæ, & omnis infamiæ expertes. Denique quod ad vitam, & conuersationem in ecclesiis eiusmodi ministrantium attinet, inquirendum, an omnes vitam suo statu, ac ordine dignam ducant; num tonsuram, & habitum deceant clericalem; num incedant gladiis accincti terribiles. Num gaudeant lõngo accubitu, & studeant epotandis poculis ad æquales haustus: Num sint concubinarij.

De fabrica. Postremò an templa habeantur, & præstentur ista tecta, & cum altaribus munda seruẽtur: an altaria cum in illis celebratur, tribus mappis cooperiantur. An semel saltem in anno visitentur, & inspiciantur domus claustrales, & ecclesiæ, curaque adhibeatur, ne inhabitatorum, & cultorum negligentia, ruinæ succumbant, & intereant. An iura, priuilegia, & munimenta ecclesiarum diligenter in archiuis ecclesiæ sub clausura conseruentur.

De testamẽtis. An executores testamentorum eadem intra tempus constitutum exequantur, calculum, & rationem gesti officij reddant. An sint, qui testamenta quæcumque dolo malo supprimant, & quæ ecclesiis, vel pauperibus, seu in alias pias causas legata sunt, sibi retineant, vel aliò, quàm destinauerit testator, conuertant. An testamenta beneficiatorum ante executionem ab Episcopo, seu Ordinario, tanquam legitimè & canonicè facta, approbata sint.

Cæterum hoc obseruandum, & notandum quod

non oporteat semper à singulis personis inquirendis, & examinandis omnia, & singula eo ordine, & serie, vt præscripta sunt, perscrutari, & inquirere; sed examinatio singulorum fiet secundum visitatorum prudẽtiam, & discretionem, & personarum, ac locorum qualitatem, prout opus esse ipsis videbitur.

Animaduersio circa prædictos inquisitionis articulos.

Post inquisitionẽ verò huiusmodi, visitatores, quos publicè peccasse inuenerint, publicè arguent & corripient. Occultè verò quos deliquisse inuenerint, occultè corripient, & arguent: resipiscentibus verò, & ad pœnitentiæ remedia vltro, suaque sponte confugientibus, pro qualitate delicti, pœnitentiam iniungent. Verùm si de quorundam, qui criminosi deferuntur, vitio seu crimine dubitetur, videndũ an tales de crimine, cuius insimulantur, publicè diffamati sint, & num ab vno, vel pluribus; num à malevolis, & maledicis; an potius à prouidis, & honestis, non semel tantùm, sed sæpe; sic vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari. Tum debebũt visitatores ad specialem inquisitionem contra huiusmodi diffamatas personas descendere; formare inquisitionis articulos; vocare coram se inquisitioni subdendum; proponere ei de quibus delatus est, criminum capita, eundem monendo, & hortando, vt, si illorum sibi conscius sit, liberè, & ingenuè confiteatur; nec se mendacio excuset: os enim quod mentitur, occidit animam, omnibusque mendacibus pars, & locus erit in stagno ardenti igne, & sulphure, vt scriptura ait[a]. Si verò neget, & facta inquisitione in negando persistat, posteaque testibus idoneis de admisso conuictus fuerit, & resipiscere velit, accipiat pœnitentiam pro sui delicti modo. Sin tantùm publica mala fama laboret, ad purgationem adigendus est, secundum canonicas sanctiones. In refractarios, & inobedientes adhibebitur disciplina secundum iuris, & canonum dispositionem, prout suprà diuersis in locis à nobis dictum, & demonstratum est.

Quid post inquisitionem faciendum.

[a] *Ioan. in apo. 21. cap.*

Quàm

Quàm bonum, & pium sit se submittere disciplinæ.

CAP. XXX.

SI hæc, aut alia similis, vel melior in visitatione diligens, & frequens adhibeatur cura, & solicitudo, sperandum omnino Capitula disciplinæ, ipsam religione breui pristino suo decori restituenda. Nam, vt D. Cyprianus inquit[a], disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes actus, nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, ac iugiter in Deo viuere, ad promissa cælestia, & diuina præmia peruenire. Hanc sectari salubre est, & aduersari, ac negligere lethale. In psalmis loquitur Spiritussanctus[b]: Continete disciplinam, ne fortè irascatur Dominus, & pereatis à via recta, cùm exarserit citò ira eius super vos. Et item: Peccatori autem dixit Deus: Vt quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retro. Et denuo legimus[d]: Disciplinam qui abiicit, infelix est. Et de Salomone mandatis sapientiæ monētis accepimus[e]: Fili ne neglexeris disciplinam Domini, ne defeceris ab eo corruptus. Quem enim diligit Deus corripit. Si autē, quem diligit Deus corripit, & sic corripit, vt emendet; fratres quoque & maximè sacerdotes seu Prælati non oderunt, sed diligunt eos, quos corripiunt, vt emendēt: cùm & Deus per Hieremiam antè prædixerit, & tempora significauerit, dicens[f]: Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina. Quod si in scripturis sanctis tam veteribus, quàm etiam nouis frequenter, & vbique disciplina præcipitur, & fundamentum omne religionis, ac fidei de obseruatione, ac timore proficiscitur, quid cupidius appetere, quid magis velle, ac tenere nos conuenit, quàm vt radicibus fortius fixis, & domiciliis nostris supra petram constituta mole solidatis inconcussi ad procellas & turbines seculi stemus, vt ad Christi munera per diuina præcepta veniamus? considerantes pariter, ac scientes, quòd templa Dei sint membra nostra[g], nec violari ea, aut pollui fas sit, cùm qui violat, & ipse violetur?

a *in tract. de habitu virgin. Extimij aliquot disciplinæ effectus.*

b *Psal. 2.*

c *Psal. 49.*

d *Sapient. 3. Disciplinā qui abiicit infelix est.*

e *Prouerb. 3.*

Prælati diligunt eos, quos corripiunt, vt emendent.

f *Hierem. 3.*

g *1. Corint. 3. & 6. et 2. Corin. 6. Membra nostra sunt templa Dei.*

Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium (vt presbyteri, & diaconi Romani D. Cypriano scripserunt[a]) quàm debitam seueritatem diuini vigoris tenere? Quam qui remiserit, instabili rerũ cursu erret necesse est, & huc atq. illuc variis, & incertis negotiorum tẽpestatibus dissipetur, & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, nauem ecclesiasticæ salutis illidat in scopulos, vt appareat, non aliter saluti ecclesiasticæ consuli posse, nisi, si qui & contra ipsam faciunt, quasi quidam aduersi fluctus repellantur, & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate seruetur. Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatũ est, nec hæc apud nos aduersus improbos modo superuenerunt repentina subsidia, sed antiqua fides, disciplina legitur antiqua.

a *lib. 2. epist. Cypr. epist. 7.*

Nec putent improbi, & inobedientes sibi vitæ aut salutis constare rationem, si Episcopis, & sacerdotibus obtemperare noluerint, cùm in Deuteronomio Dominus dicat[b] (vt idem D. Cyprianus inquit[c]) Et homo quicumque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit, in diebus illis morietur homo ille, & omnis populus, cum audierit, timebit, & non aget impiè etiam nunc. Interfici Deus iussit, sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes: & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumcisio carnalis manebat: nunc autem quia circumcisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cœpit, spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de ecclesia eiiciuntur. Neque enim viuere foris possunt, cùm domus Dei vna sit, & nemini salus esse, nisi in ecclesia, possit. Indisciplinatos autem perire, dum non audiunt, nec obtemperant consiliis salubribus, testatur diuina scriptura, quæ dicit[d]: Non diligit indisciplinatus castigantem se: qui autem oderunt correptiones, consumentur turpiter. Ergo ne indisciplinati consumantur, & pereant, da operam, frater charissime, vt quantum potes cõsiliis salubribus fraternitatem regas, & singulis ad salutem suam consulas. Qui se semel castra-

Inobedientes quæ pœna maneat.

b *Deuter. 17.*

c *epist. 11. li. 1.*

Deus inobedientes interfici iussit.

Gladius spiritualis.

Ecclesia Dei vna, & nemini salus esse, nisi in ea, potest.

d *Prouerb. 15.*

a *Matth.* 19. castrauerunt propter regnum cælorum [a], Deo per omnia placeant, nec sacerdores Dei, aut ecclesiam Domini contemnentes scandalo se fratribus offerant. Et ad præsens à nobis contristari videntur, nos tamen salubri persuasione maneamus, scientes & Apostolum dixisse [b]: Ergo ego inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis? Quod si obtemperauerint, nobis gratissimum est; stantes eos ad salutem pariter digestione nostri sermonis firmabimus. Si autem quidam de peruersis obtemperare noluerint secundum eundem Apostolum dicentem [c]: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Si quibusdam suadere non possumus, vt eos vero Christo placere faciamus: nos certè, quod nostrum est, Christi Domini, & Dei nostri præcepta seruantes placeamus. Arcta, & angusta est via, per quam ingredimur ad vitam [d]; sed summus, & magnus est fructus, cùm peruenimus ad gloriam.

b *Galath.* 4.

c *Galath.* 2.

d *Matth.* 7.

D. verò Augustinus encomiũ disciplinæ scribens [e]: Multi, inquit, sunt, qui sanæ doctrinæ aduersantur; iustitiam culpant, ac disciplinam, ac rationabilem castigationem superbiæ assignant, cùm non sit superbia, nisi vbi negligitur disciplina. Disciplina enim magistra est religionis, magistra veræ pietatis; quæ necidit increpat, vt lædat, nec ideo castigat, vt noceat. Mores hominum irata corrigit; inflammata custodit, ita Salomone dicente [f]: Fili ne deficias à disciplina Domini, neque fatigeris, cùm ab eo increparis. Quem enim diligit Dominus, increpat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Nihil profectò est, quod non disciplina aut emendet, aut saluum faciat. Quam si quis sapiens apprehenderit, nec gratiam amicitiarum perdit, nec periculum damnationis incurrit. Quid autem rationali animæ, & ad Dei imaginem factæ expediat, facilè potest homo intelligere, cùm vel sacratis per voluntatem Dei constitutionibus disciplinæ etiam elementa seruire. Audite Prophetam dicentem [g]: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Beneficia omnibus causis timor obtemperat disciplinæ: quippe

e *in tract. de bono discipl. Egregium disciplinæ encomium. Disciplina magistra est religionis & veræ pietatis.*

f *Prouerb.* 3. *Hebræ.* 12.

g *Psalm.* 2.

hoc ipso, quod imminentes periculorum casus, aut iras iudicum cauere nouit, potestatem conseruandæ salutis obtinuit. Quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorũ sub metu pœnæ disciplina compesceret? ac nisi constitutus esset ordo viuendi, nunquam profectò finem poneret natura peccandi. Nihil est, quod non gula suadeat, si gulæ disciplina consentiat. Nihil est, quod non perdat luxuria, si amore vitiorum à te disciplina discedat. Nihil est, quod non habendi cupiditate animus occupet, nisi auaritiæ vitium disciplina condemnet. Omnia sub metu disciplinæ vitia iacent.

Disciplina compescit furorem animorum sub metu pœnæ.

Ecce dicit Propheta[a]: Qui spernit disciplinam, odit animam suam. Et verè, vt dixit, ita est: nam hostis est, & inimicus animæ suæ, qui spretis disciplinæ monitis, diabolicis occupatur officiis. Dicunt aliqui disciplinam satis duris legibus constitutam. Loquantur ista satis miseri, quos ad omne facinus author mortis inuitat; quorum mentes insatiabilis gula possidet; super quos regnat ebrietas; quos turpis luxuria captiuos tenet; & à quibus nunquam superbia ingrata discessit. Illis autem, quibus est studium honestè fidem seruare, continentiæ, humilitati, pietatique seruire, dulce disciplinæ onus est, & leue iugum Domini, quod non grauat, nisi aut perditos aut perituros. Erubesco dicere in confusionem humanæ negligentiæ, quare apud aliquos parum proficiat disciplina, cùm videamus pastorale magisterium, etiam apud muta animalia non perire. Vnde miror aliquoties hominem, cui inest sapientia, & intellectus prudentiæ, passim præcepta disciplinæ negligere: cùm videamus mutum animal vitia cauere, iussis obtemperare, imperio deseruire, atque ita ad omnem obedientiam animum aptare, vt cum opus fuerit, armatis legionibus occurrat, & hostilibus se telis iussum objiciat. Audite in hoc loco Prophetam dicentem[b]: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognouit. Vereor dicere, ne nostram negligentiã pulset ista sententia. Non autẽ cognoscit Dominum, qui conditionis suæ non cognoscit officium.

a *Sapient. 3. Qui spernit disciplinam, odit animam suam.*

Disciplinæ tantũ grauat perditos aut perituros.

Bruta in disciplina capessenda quibusdam hominibus præstantiora.

b *Isaiæ 1.*

In om ni

In omni actu vitam nostram disciplina comitetur.

In omni igitur actu tuo vitã tuam disciplina comitetur. Si vis placere Christo, elabora vt præcedat te patientia humilitatis socia, assistat pudicitia integritatis magistra; fugiat cupiditas, erubescat ebrietas, [illegible] actus suos lugeat, superbia confusa discedat. Quicunque igitur est, qui festinat Deum cognoscere, sub hac disciplinæ ordine Christum poterit inuenire.

a serm. 44. super canti.

Huc referenda est & illa D. Bernardi sententia[a]: Si, inquit, ecclesiasticus Prælatus viderit illum, qui vulneratus est, id est, qui peccauit, blandis, aut leuibus hortamentis, quæ in eum prorogata sunt, minimè emendatum, magis autem fortè etiam abutentem sua mansuetudine, & patientia, negligẽtiorem fieri & in peccato suo etiam securius obdormire; frustrato tam suauium monitorum oleo, oportebit sanè mordacioribus vti medicamentis, & vinum compunctionis infundere; duris videlicet cum eo increpationibus, atque inuectionibus agere, &, si causa requirit, & duritia tanta est, etiã censuræ ecclesiasticæ baculo percellere contemptorem. Disciplina enim est emendatrix, quæ non est vilipendenda; & ideo debemus Prælatos nostros diligere, & verba eorum benignè suscipere, qui per increpationes, & castigationes suas auferũt à nobis proprias voluntates, & mundi cupiditates. Si ille, qui disciplinam nõ suscipit, de via iusta peribit; proculdubio de via iusta cõfirmatus erit, qui disciplinã suscipit. Idcirco iusti benignè suscipiunt castigationem, quando de suis culpis arguuntur. Nunc ergo moneo te, vt libẽter suscipias disciplinam, vt ab ira Dei libereris, & in via iusta confirmeris. Multas age gratias illi, qui castigauerit te; illi, qui increpauerit te, gratias repende. Si pro salute sua increpauerit te, non contristeris cùm monstrauerit tibi viam salutis tuæ, suscipe doctrinam illius gratis, & non sis rebellis; castigãtibus te iniuriã non respondeas; increpantibus te contumeliam non dicas; mala pro bonis non reddas; dilige eos, qui te reprehendunt de tuis transgressionibus, & negligẽtiis; aduersus bona cõfessionibus non respõdeas iurgia; aduersus bona verba non respondeas mala. Quia qui diligit disciplinam, diligit sapientiam; ergo si tu disciplinam dilexeris, sapiens eris.

Prælati, à quibus disciplinã accipimus, diligendi sunt.

b Idem Bern. in tract. de modo ben. viuen. serm. 18.

Rursum

Rursum idem Bernardus alibi [a] : Quoniam, inquit, bono naturæ in moribus superbia depravato, facti sunt homines æqualitatis impatientes, contendentes invicem superiores constitui, atque alterutrum supergredi cupientes, & inanis gloriæ cupidi, invicem invidentes, invicem provocantes, primò omnium iugo disciplinæ insolentia morum domanda est, quousque duris, & diutinis seniorum attrita legibus, humilietur, & sanetur cervicosa voluntas; bonumque in se naturæ, quod superbiendo amiserat, obediendo recipiat. Accedit nimirum disciplinatis moribus bonum naturæ, quo redditur homo suavis, & mitis; homo sine querela, neminem circumveniens, neminem concutiens, neminem lædens, nemini se superextollens, aut præferens.

Insolentia morum disciplina domanda est.

Disciplina non constringit liberum, sed voluntarium regit & dirigit in viam pacis [b]. O quàm compositum reddit omnem corporis statum, necnon & mentis habitum disciplina! Cervicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, gulæ frænat, iram sedat, format incessum; insigne decoris disciplina præfert [c]. Porrò continentiæ labor, & rigor disciplinæ, psalmorum hymnorumque dulcedine releuantur. Pudor de præteritis novæ conversationis temperat austeritatem. Is autem, qui in præsenti per patientiam, capitur bonæ conscientiæ fructus, futurorum quoque bonorum operatur desiderium, quod non frustrabitur spem, quæ non confundit. Venturi timor iudicij, pio credit fraternæ charitatis exercitio: tædium, & acediam procul pellit sanctarũ varietas obseruationum [d]. Quid enim necesse est bis pungere non recalcitrantem? valde timidum magis exterrere, per se satis erubescẽtem confundere amplius; cui sua ratio magister, cui propria conscientia, virga, & ingenita verecundia, lex & disciplina * quoque est [e]? Nec hoc quisquam miretur in talibus; quia etiam mali feruntur semper suo furore dementes; & posteaquam scelera fecerint, conscientia ipsa scelerate mentis agitantur, vt D. Cyprianus inquit [f]. Sed tamẽ remanere in ecclesia Dei non possunt, qui deificam, & ecclesiasticam disciplinam, nec actus sui conversatione, nec morum pace tenuerunt.

Disciplina non constringit liberum, sed regit, & dirigit.

Disciplinæ rigor quibus releuetur.

a *super cantica serm. 23.*

b *Bernard. in serm. 4. de assumpt. B. Mariæ.*

c *Bernard. ad Sophi. epist. 113.*

d *ad Suggerũ idem Bernard. epist. 78.*

* *al. lex disciplinæ.*

e *Bernard. ad Robert. nepot. epist. 1.*

f *epist. 8. li. 2. Qui disciplinã non tenuerunt in ecclesia manere nõ possunt.*

Synodos causa disciplinæ diligenter celebrandas esse.

CAP. XXXI.

Superiorũ negligentia disciplinam ab ecclesia depulit.

PRæterea quia nulla penè res (vt in concilio Toletano 4. declaratum fuit[a]) disciplinæ mores in ecclesia Christi magis depulit, quàm sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus ad corrigendos ecclesiasticos mores synodum facere negligunt: idcirco à prædictis Patribus, & postea ab Innocentio III. Papa in Concilio generali Lateranensi sancitum fuit[b]: vt, sicut olim à sanctis Patribus noscitur institutũ, Metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare. In quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in clero diligentem habeant cum Dei timore tractatũ; canonicas regulas, maximè quæ statutæ sunt in hoc generali concilio relegẽtes, vt eas faciant obseruari, debitã pœnam transgressoribus infligẽdo. Vtrumtẽ id valeat efficacius adimpleri, per singulas diœceses statuant personas idoneas, prouidas videlicet, & honestas, quæ per totum annũ simpliciter, & de plano absq; vlla iurisdictione solicitè inuestigẽt, quæ correctione, vel reformatione sunt digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & suffraganeos, & alios in concilio subsequenti, vt super his & aliis (prout vtilitati, & honestati cõgruerit) prouida deliberatione procedant, & quæ statuerint, faciant obseruari: publicaturi ea in episcopalibus Synodis annuatim per singulas diœceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à sui executione officij suspẽdatur.

a cap. 3. & in conc. Paris. celeb. sub Ludou. 1. & Lothario. Imper. l. 1. c. 26.

Cõcilia prouincialia singulis annis celebrari solent.

b in c. sicut olim. de accusation.

Vtilitas conciliorum prouincialium.

Quodsi secundum hanc iuris pontificij constitutionem semel in anno per vnamquamq. prouinciam Synodi celebrentur, & honor ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit, & impudentia quorundam clericorum passim, auctoritate canonica calcata, Superioribus suis molestiam ingerunt, & negotium facessunt sua inobedientia, & rebellione, cessabit; & impunitas diuersorum flagitiorum locum delitescendi, quem nũc habet, non habebit; & alia multa, quæ hactenus secus quàm ecclesiastica disciplina docet, incesserunt, ordinẽ suum, Deo auxiliante seruabunt[c]. Atque hasce aliasque ob-

c d. conc. Par. lib. 1. cap. 26. & lib. 2. c. 11.

causas

causas SS. Tridentina Synodus quoq. statuit, & decreuit[a], vt prouincialia concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuersiis cōponendis, aliisq. ex sacris canonibus permissis renouētur[b]: Et si nō singulis annis, quolibet saltem triennio, post octauam paschæ resurrectionis Domini nostri IESV Christi, seu alio commodiori tēpore pro more prouinciæ, Metropolitani per seipsos, seu illis legitime impediris, Coëpiscopus antiquior non prætermittat Synodū in prouincia sua cogere; quo Episcopi omnes & alij, qui de iure vel cōsuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminēti periculo transfretandum esset; conuenire omnino teneantur. Nec Episcopi comprouinciales, prætextu cuiuslibet consuetudinis ad Metropolitanam ecclesiam in posterum accedere inuiti compellantur. Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius Synodo prouinciali cum aliis interesse debeāt, & quæ ibi ordinata fuerint, obseruent, ac obseruari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, & priuilegia salua, atq. integra maneant. Synodi quoque diœcesanæ quotannis celebrentur[c], ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs cessante exēptione, interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur: ratione tamen parochialium, aut aliarū secularium ecclesiarum, etiam annexarū, debeant ij, qui illarū curā gerunt, quicumq. illi sint, Synodo interesse. Quodsi in his tam Metropolitani, quàm Episcopi, & alij suprascripti negligentes fuerint, pœnas sacris canonibus sancitas incurrant[d].

a *sess. 24. de refor. cap. 2.*

b *c. peruenit. c. quoniam. cap. propter ecclesiasticas 1. & 2. dist. 18. c. sicut olim. de accusatio.*

Diœcesanæ Synodi quotannis celebrandæ sunt.

c *c. de conciliis & 2. sequen c. annis singulis, dist. 18.*

d *c peruenit. c. quoniam. c. placuit. c. si quis. cum 2. seq. ca. fina. dist. 18.*

Ad restituendam & conseruandam disciplinam, quid in Capitulis agendum sit. CAP. XXXII.

QVia suprà interdum dictum est, ad disciplinam pristino suo vigori, & loco restituendam, vtile fore, si Canonici ad lectionē, & studiū sacrarū literarum excitarentur, & monerētur: nunc verò cùm in memoriam nobis venit, multos, dū domi sunt, aliis, quàm studijs, librisq. euoluendis vacare malle, vel eos libros tales, suoq. ordini conueniētes non habere, consultissimum, & vtilissimum eorum saluti fore videtur,

Quæ in Capitulis hebdomadalibus Canonicis prælegenda sint.

si singulis hebdomadibus, dum ordinarij eorum conuentus capitulares fiunt, ipsis prælegerentur aliquot ex SS. concilio Tridentino, & prouinciali decreta & canones fidei, atque reformationis (quatenus ipsi ecclesias suas concernunt.) Nam, vt D. Augustinus[a], concilia posteriora prioribus præponuntur apud posteros. Atque istis quoque vtiliter addentur ecclesiarum suarum aliquot statuta, præsertim ad disciplinam pertinentia, iuri, concilio Tridentino, & prouinciali non repugnantia, ita vt prædicta, & sequentia omnia singulis trienniis semel perlegãtur. Illis verò perlectis, subiungi poterunt tituli aliquot ex iure pontificio, eadem spectantes, vt libellus D. Dionysij Richelij de vita ecclesiasticorum inde potissimum transsumptus; vel Iudoci Clichthouei Theologi libellus de vita & moribus sacerdotum; aut concilium Aquisgranense primum, nihil aliud fere, quàm de vita & honestate clericorum, & præcipuè Canonicorum tractans. Exque eorundem regula legi olim solet in conuentibus capitularibus[b]: Eaque lectione facta, tunc immediate de disciplina fiebat, quod erat faciendum: post quam negotia tractabantur negotia, quæ ad vtilitatem seu honestatem spectabant publicam, seu priuatam. Erant omnem tractatum disciplinæ, vel etiam præbenda, aut cuiuscumque alterius negotij, tabulæ capitularis lecturam, (habentis distincte, & in specie, quid vnicuique esset cantandum, vel legendum in choro) audiebant diligenter, ac insuper lunationes mensium, ac kalendæ, & obitus legebantur[c]. S. verò Augustinus regulam, quam ipse seruis Dei, seu clericis suis præscripserat, semel in septimana prælegi voluit, vt in illa tanquam in speculo possent inspicere, ne per oblivionem aliquid negligerent, vt patet ex prædicta regula. Inde summa cum vtilitate eorundem prælegi tunc quoque posset expositio seu declaratio psalmorum, missæ & aliorum, quæ in diuinis officiis canuntur, & fiunt, vt illis intellectis, maiore cum reuerentia, attentione, distinctione, & deuotione tunc cantentur, & peragantur. Triennio verò expleto in huiusmodi prælectione resumantur prædicta eodem ordine. Hac ratione &

[a] *contra Donatist. lib. 2. cap. 9. in fin.*

[b] *Vide alterius nostrum Speculum de malor. hor. temp. causis et rem. lib. 1 cap. 23. lib. 2. c. 15.*

[c] *conc. Colon. cele. sub Cõrar. cap. 7. & sub Henr. cap. 9.*

modo sperãdum omninò est, Deum ter optimum maximum sua gratia, & misericordia pios huiusmodi Canonicorum conatus plurimum adiuturum, eosque breui aliam vitam, aliosque mores induturos, & obseruaturos.

Et quod D. Paulus Hebræis scripsit[a] sibi hoc ab eodem scriptum esse persuasissimum habeant, eorumque cordis oculis perpetuò obuersetur: Deponentes, inquit, omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem IESVM, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contẽpta, atque in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionẽ; vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes; & obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur dicens[b]: Fili mi, noli negligere disciplinã Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat; Flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quodsi extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes; ergo spurij vel adulterini, & non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus & reuerebamur eos; non multo magis obtemperabimus patri spirituali, & viuemus? Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propter quod gressus rectos facite pedibus vestris. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes[c].

a cap. 12. ad Hebr. *Exhortatio D. Pauli ad capessendam disciplinam, et obedientiam.*

b Prouerb. 3. c. ea vindicta. 23. q. 4.

In disciplina perseuerãdum est.

Qui extra disciplinam sunt, filij Dei non sunt.

c Paul. ad Hebræ. cap. 13.

Prælati in restituenda, & conseruanda in clero per disciplinam honestate, animosi, fortes, & constantes esse debent.

CAP. XXXIII.

PRælati verò quia non possunt omnibus plane, cùm ex officio suo teneantur non solùm argere, sed etiam increpare, & interdum suspēdere, nonnunquam verò ligare, quasi signum sunt positi ad sagittam; multorumque frequenter incurrunt odium, & insidias patiūtur: Ad corrigendos tamen subditorum excessus tanto diligētius debent assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desererent incorrectas[a], ne sanguis eorum de suis manibus requiratur[b]. Vt autem diligentes, strenui, fortes, & perseuerantes sint in restituēda collapsa admodum ecclesiastica disciplina, prauisque Canonicorum, & aliorum clericorum moribus emendandis, & corrigendis in sui consolationem, & exhortationem accipient ea, quæ inter alia D. Cyprianus D. Cornelio Pontifici scripsit his verbis[c].

a c. qualiter et quando 2. de accusat.
b c. irrefragabili de offic. ordin.
c epist. 3. lib 1.

Lecta, inquit, epistola tua, frater, satis miratus sum cùm animaduertissem te minis atq. terroribus eorum, qui venerant, aliquantum esse commotum, cùm te aggressi essent cum summa desperatione committentes. Quodsi ita res est, frater, vt nequissimorum timeatur audacia, vt quod mali iure atq. æquitate non possunt, temeritate, atque desperatione perficiant, actum est de episcopatus vigore, & de ecclesiæ gubernandæ sublimi, ac diuina potestate; nec Christiani vltra aut durare, aut esse possumus, si ad hoc ventum est, vt perditorum minas, aut insidias pertimescamus. Manere debet apud nos fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus contra omnes incursus, atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine, & mole debet obsistere. Nec interest, vtile Episcopo aut terror, aut periculum veniat, qui terroribus, & periculis viuit obnoxius, & tamen fit de ipsis terroribus, ac periculis gloriosus. Nihil interest quos tradat, aut sæuiat, cùm Deus tradi permittat, quos disponit coronari. Neque nobis ignominia est, pati à fratribus, quod passus est Christus: nec illis gloria est facere, quod fecerit Iudas. Conuitia eorum quibus se

Audacia nequissimorum Prælatis timenda non est.

Prælati terroribus & periculis, quibus viuūt obnoxij, fiunt gloriosi.
Prælatis ignominia non est à cōfratibus pati.

&ri-

& vitam suam quotidie lacerant, non timemus, fustes, & lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus iactitant, non perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud Deum tales, necare tamen non possunt, nisi eis Dominus permiserit. Et cùm nobis semel moriendum sit, illi tamen & odio, & verbis, & delictis suis quotidie perimunt. Sed non idcirco frater relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam cõuitiis infestamur, aut terroribus quatimur; cùm occurrat & scriptura diuina dicens [a]: Ille verò, qui præsumit & cõtumax est vir, sui iactans, nihil omnino proficiet. Et iterum [b]: Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit, & in vermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quoniam conuersus est in terram suam, & cogitatio eius peribit. Et iterum [c]: Vidi impiũ exaltatum, & extolli super cedros Libani, & trãsiui; & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Exaltatio, & inflatio, & arrogans ac superba iactatio non de Christi magisterio, qui humilitatem docet; sed de Antichristi spiritu nascitur. Et cùm scriptum sit [d]: Neque maledici regnum Dei consequentur: Et iterum in euãgelio suo Dominus dicat [e]: Qui dixerit fratri suo fatue, qui dixerit racha, reus erit gehennæ ignis. Quomodo possunt censuram Dei vltoris euadere, qui talia ingerunt non solùm fratribus; sed & sacerdotibus, atque Præpositis, quibus honor, tantus de Dei dignatione conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, & ad tempus hîc iudicanti non obtemperaret, statim necaretur? In Deuteronomio Dominus Deus loquitur dicens [f]: Et homo quæcumque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cùm audierit timebit, & non agent impiè etiam nunc. Item ad Samuelem cùm à Iudæis sperneretur Deus dicit [g]: Non te spreuerunt; sed me spreuerunt. Et Dominus quoque in euangelio [h]: Qui audit, inquit, vos, me audit, & eum, qui me misit: & qui reiicit vos, me reiicit: qui me reiicit, reiicit eum qui me misit. Item in actibus Apostolorum [i],

Disciplina ob terrores, et cõuitia relinquẽda non est.

a *Abac. 2.*
b *1. Machab. 2.*
c *Psalm. 36.*
d *1. Corint. 6.*
e *Matth. 5.*
f *Deut. 17. Superbo & inobedienti quæ olim à Deo decreta fuerit pœna.*
g *1. Reg. 8.*
h *Luc. 10.*
i *Act. 23.*

B. Paulus cùm ei dictum esset: Sic insimulas in sacerdotem Dei maledicendo? Quamuis Domino iam crucifixo sacrilegi, & impij, & cruenti illi esse cœpissent, nec iam quicquam de sacerdotali honore, & auctoritate retinerent; tamen ipsum quamuis inane nomen, & vmbram quandam sacerdotis cogitans expauit. Nesciebam fratres, inquit, quia Pontifex est. Scriptum est enim [a]: Principi plebis tuæ non maledices. Cum hæc tanta, ac talia, & multa alia exempla præcederent, quibus sacerdotalis authoritas, & potestas diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm indè, quod sacerdoti Dei non obtemperatur.

D. Paulus quantam detulerit reuerentiã impio Pontifi.

a act. 23. cap. & Exod. 22.

Hæreses vnde ortæ sint.

Nec quenquam fidelem, & euangelij memorem, atque Apostoli prædicentis mãdata retinentem mouere debet, quidam in extremis temporibus superbi, & contumaces, & sacerdotum Dei hostes, aut de ecclesia Dei recedunt, aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nũc futuros & Dominus & Apostoli eius prædixerint. Nec præpositum Deum deseri à quibusdam, miretur aliquis, quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes sanctorum suorum Dei patris testimonio comprobantem discipuli sui reliquerint [b], & tamen ille non increpet recedentes, aut grauiter cõminatus est; sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit [c]: Nunquid & vos vultis ire? Seruans scilicet legem, qua homo libertati relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem. Quod ad nos tamen attinet, cõscientiæ nostræ cõuenit, frater, dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem qui vltro, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros, qui consulimus sanitati; illos solos in pœna remansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuitia perditorum, quo minus à via recta, & à certa regula non

Non est mirandum Præpositos à suis interdũ deseri subditis.

b Matt. 26.

c Ioann. 6.

Cauendũ Prælatis, ne quis eorum culpa pereat.

recedamus, quando & Apostolus instruit dicens[a]: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Interest, vtrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, Dominus offenditur: Si verò illud enitimur, & laboramus, vt possimus Deo placere, & conuitia, & maledicta debemus humana contemnere. Neque enim qui audit, sed qui facit conuitiū, miser est; nec qui a fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. Et cùm nocētes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis pertusa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira enim est Dei nō intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia, sicut scriptū est[b]: Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis, ne reuertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus, & satisfactionibus iustis peccata sanentur.

Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra, & illibata, quæ seruet: hic succedit medela, quæ sanet. An putas frater, leuia esse apud Deum facinora, parua, & modica delicta, quòd per illos non rogatur maiestas indignantis Dei? quòd non timetur ira, ignis, & dies Domini? Sacerdotibus labor maior incumbit in asserenda, propitianda, & procuranda Dei maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere, cùm admoneat Dominus & dicat[c]: Et nunc præceptum hoc ad vos est, ô sacerdotes; Si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro, vt detis honorem nomini meo, dicit Dominus; emittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionē vestram. Honor ergo datur Deo, quando sic Dei maiestas, & censura contemnitur? Quibusdam ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinatè, & firmiter renituntur, vt omnino recipi non possint sine scandalo, atque periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, vt quę integra, & sana sunt, vulnerentur; nec vtilis, atque consultus est pastor, qui ita morbidas, & contactas oues gregi admiscet, vt gregem totum mali cohęrētis afflictatione contaminet. Non attendas numerū illorum: melior est enim vnus timens Deum, quàm mille filij

a *Gal. 1. Quid faciendū Prælatis cupientibus placere Deo.*

Ira est Dei non intelligere delicta sua.

b *Isa. 6. 29. Rom. 11. Mat. 13. Mar. 4. Luc. 8. Ioan. 12. Act. 28.*

Gradus felicitatis qui sint.

c *Malac. 2. Dei contra sacerdotes inobedientes minæ.*

Dei maiestas, & censura nō est contemnenda.

Melior est vnus timens Deum, quàm mille impij.

impij, sicut locutus est Dominus per Prophetam dicens[a]: Fili ne iocũderis in filiis impiis, si multiplicentur tibi, cùm non fuerit timor Dei in ipsis. Amplectitur prompta, & plena dilectione cum pœnitentia intentes, peccatum suum satisfactione humili, & simplici confitentes.

a Eccles. 16.

Si qui autem sunt, qui putant se ad ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse; aut existimant aditum sibi non lamentationibus, & satisfactionibus, sed terroribus facere, pro certo habeant, contra tales stare ecclesiam Domini; nec castra Christi, inuicta, & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei euangelium tenens, & Christi præcepta custodiens occidi potest, vinci nõ potest. Neque enim quia pauci temerarij, & improbi cælestes, & salutares vias Domini derelinquunt, & iancta non agentes, à sancto Spiritu deseruntur; ideo & nos diuinæ traditionis non immemores esse debemus, vt maiora esse furentium scelera quàm sacerdotum iudicia censeamus: aut plus existimemus ad impugnandum posse humana cohamina, quàm quod ad protegendum præualet diuina tutela. An ad hoc frater charissime deponenda de ecclesiæ catholicæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis, atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque authoritas, & potestas, vt iudicare velle se dicant de ecclesiæ Præposito extra ecclesiam constituti? De Christiano hæretici? de sano saucij? de integro vulnerati? de stante lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid super est, nisi vt ecclesia capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus, ac de altari se remouentibus, in cleri nostri sacrum, venerandum, nec confessum simulachra, atque idola cum aris suis transeant? Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri; nec in pace nos deiiciunt; sed magis erigunt, atque accendunt, dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, ne quod loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis, & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus, & deprecamur Deũ (quem prouocare illi, & acerbare non desinunt, vt eorum

Qualis sacerdos occidi, sed võ vinci possit.

Diuinæ tutelæ virtus.

Orandum pro inimicis.

corda miteſcant, vt furore depoſito, ad ſanitatem mentis redeant, vt peccatores à delictorum tenebris pœnitentiam agnoſcant; & magis petant fundi pro ſe preces, atque orationes Antiſtitis, quàm ipſi fundant ſanguinem ſacerdotis. Si autem in ſuo furore permanſerint, atque in iſtis inſidiis, ac minis ſuis parricidalibus crudeliter perſeuerauerint, nullus Dei ſacerdos ſeu Præpoſitus ſic infirmus, ſic iacens & abiectus ſit, imbecillitate humanæ mediocritatis ita inualidus, qui non contra hoſtes & impugnatores Dei diuinitus erigatur; cuius non humilitas, & infirmitas vigore, & robore Domini protegentis animetur. Noſtra nihil intereſt, aut à quo, aut quando perimamur, mortis & ſanguinis præmium à Domino recepturi. Illorum flenda, & lamentanda conditio eſt, quos ſic diabolus excæcat, vt æterna gehennæ ſupplicia non cogitantes, Antichriſti iam appropinquantis aduentum conantur imitari.

Non boni, licet occidantur, ſed mali gehennæ immemores deflendi ſunt.

§ Declinent autem de cætero fortiter & euitent dilectiſſimi fratres noſtri verba, & colloquia eorum, quorum ſermo vt cancer ſerpit, ſicut Apoſtolus ait [a]: Corrumpunt ingenia bona confabulationes peſſimæ. Et iterum [b] Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem euita, ſciens quia peruerſus eſt huiuſmodi, & peccat, & eſt à ſemetipſo damnatus. Et per Salomonem Spiritusſanctus loquitur [c]: Peruerſus, inquit, in ore ſuo portat perditionem, & in labiis ſuis ignem condit: Item denuo monet dicens [d]: Sæpi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam. Et iterum [e]: Malus obaudit linguæ iniquorum: iuſtus autem non intendit labiis mendacibus. Nulla cum malis commercia copulentur; nulla cum malis conuiuia, vel colloquia miſceantur, ſimusque ab eis tam ſeparati quàm ſunt illi de eccleſia profugi, quia ſcriptum eſt [f]: Si autem & eccleſiam contempſerit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Et B. Apoſtolus non monet tantùm, ſed iubet à talibus vt recedatur [g]. Præcipimus, inquit, vobis in nomine Domini noſtri IESV Chriſti, vt recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam

Hæreticorũ colloquia fugienda.

a 1. *Corint.* 15. et 2. *Tim.* 2. *Corrumpũt ingenia bona confabulationes malæ.*

b *Tit.* 3.

c *Prouerb.* 16.

d *Eccleſ.* 28.

e *Prouerb.* 17.

Nulla commercia vel cõuiuia cum malis miſcenda.

f *Matth.* 18.

g 2. *Theſſa.* 3.

Nulla societas fidei, & perfidiæ potest esse.

quam acceperunt à nobis. Nulla societas fidei, & perfidiæ potest esse. Qui cum Christo non est, aduersus Christi est: qui vnitati, & paci eius inimicus est, nobiscum non potest cohærere. Si cum precibus, & satisfactionibus veniunt, audiantur: si maledicta, & mala ingerunt, respuantur; memores semper, quod non ideo circo relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam conuitiis infestamur, aut terroribus quatimur.

a in Syn. Lateranensi. Roma, sub eod. cele. Cõsolatio Prælatorum, qui propter delicta, & inobedientiam suorum subditorũ, curam pastoralem relinquere volunt.

D. verò Martinus Papa I.a consolans Amandum Episcopum, qui propter clericorum suorum excessus & inobedientiam nimio mœrore affectus volebat pastorale obsequium deponere, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & in silentio atque otio vitam degere, hunc ad perseuerantiam in officio suo, & constantiam exhortans; Laborum, inquit, tuorum examen cognouimus, ex quibus cælestis patriæ accessum humiliatis mentibus, atque contritis corporibus vobis futurorum gaudiorũ largienda sunt munera. Quæ cùm sit nulli omnino comparationi coæquandũ, quod à creatore nostro pro bonis seruitiis repensatur, quam breui atque paruo temporis spatio finiuntur labores, quos pro dilectione ipsius sustinemus, considerantes refrigerij nos oportet libenti animo tolerare præsentis vitæ angustias. Sed quantum nobis laborũ vestrorum operatio magnam gaudij vbertatem inducit, tantum pro duritia sacerdotum gentis illius conterimur, quod postpositis salutis suæ suffragiis, atque Redemptoris nostri contemnendo seruitia, vitiorum fœderibus se grauantur, quibus ad præparandam salutem, quamquidem tanto nos necesse est importunis prædicationibus imminere, quantum nos perfectæ negotiationis creditorum nobis talentorum duplicat assignatio, atque dominicæ vocis, ad suscipiendam eius requisitionem persuadet assertio. Suggestum est namque nobis, quòd presbyteri, seu diaconi, aliique sacerdotalis officij post suas ordinationes in lapsu coinquinantur, & propterea nimio mœrore fraternitatem tuam affligunt, velleque pastorale obsequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere,

Præmia pro bonis seruitiis Prælatis recõpensanda.

eligere, & in silentio, atque otio vitam degere, quàm in his, quæ tibi commissa sunt permanere, dicente Domino[a]: Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem. Vnde namque beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quia secundum Apostolicã prædicationem[b], omnes, qui voluerint in Christo piè viuere, persecutiones patientur.

Ideoque frater charissime, non vos afflictionũ amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere, considerans quanta pro absolutione nostri, & liberatione, creator, Dominusq. noster pertulerit, quibúsve se contumeliis afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret[c]. Propterea nullatenus in huiusmodi peccato delinquentibus ad destructionem canonum compassionem exhibeas: Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps iam depositus erit, nullumque gradum sacerdotij poterit adipisci[d], sed sufficiat ei lamentationibus, fletibusque assiduis, quoad vsque vixerit in eadem pœnitentia perdurare, vt cõmissum delictum diuina gratia extinguere valeat. Si enim tales quærimus ad sacros ordines promouendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat, quanto magis si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & prçuaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnino prohibendus est, cum manibus lutulentis, atque pollutis mysterium nostræ salutis tractare[e]? Sitque huiusmodi semper iuxta sacrorum canonum statuta, in hac vita depositus, vt ab illo, qui mentis interiora scrutatur, nullumque de ouibus errare congaudet, dum aspexerit sinceram pœnitentiam eius, in terribili iudicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur tuam charitatem, exemplo eius, qui pro nobis pati, & mori voluit, promptos vos in cũctis eius seruitiis permanere. Neque nos pigeat, temporales cruciatus pro Christi nomine sustinere; sed emolumenta futuræ remunerationis, huius seculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum namque est[f]: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tantum

a *Matt. 10. & c. non reuertebantur. de pœniten. dist. 2. Patientia perseuerantiæ mater.*

b *2. Tim. 3. c. suggestum. 7. q. 1. Prælati in afflictionibus suis meditari debent passionẽ Domini.*

c *d. c. suggestum. 7. q. 1. Lapsus post suã ordinationem deponi solet.*

d *c. qui semel. dist. 50.*

Quales ad sacros ordines promoueri debeant.

e *c. si post ordinationem. dist. 50.*

Christus Prælatis debet esse exemplum in seruitiis suis obeundis.

f *Psalm. 115.*

tum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare.

Prælati nociua resecare, & profutura erigere debent.
a in 6. Syn. Rom.
Quales Prelati esse debeāt erga subditos.

Quare, quia omnes Prælatos oportet semper nociua resecare, & auxiliante Domino profutura erigere, idcirco Symmachi Papæ exhortationem sequentes, obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consulendo, prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, & viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias soliciti muniamus; & si quando ouem perditam de commisso grege error abduxerit, toto illam annisu ad caulas reuocare dominicas contendamus; vt de pastoris nomine quod habemus non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in omnibus diuinæ gratiæ adiutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc nobis operanda, & [illegible] tribuat. & posse concedat, atque in ea nos via [illegible] fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est [b], dirigat; vt sine quo nihil agere possumus, per ipsum omnia implere valeamus.

b Ioan. 14.

FINIS.

Nos infrascripti declaramus, & attestamur, nihil hoc tractatu contineri sacrosanctæ fidei Ecclesiæ catholicæ Romanæ contrarium, vel quod Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum animos meritò possit offendere. Quinimo omnes optimè facturos, si secundum contentæ eiusdem vitam & mores suos instituant, vel reforment.

Mathias Lambrecht S. Theolog. Licent. Canonicus & Pœnitentiarius Brugensis, & in alma Vniuersitate Duacensi Regius Catechismi Professor.

Cornelius Vrancx S. Theolog. Licent. Canonicus & Pœnitentiarius Gandauensis.

Ioannes Siluester S. Theologiæ Licent. Canonicus & Pœnitentiarius Ipren.

Visa suprascripta DD. Theologorum de hoc Canonicorum, & aliorum ecclesiasticorum speculo censura, illud typis meritò committendum iudico. Quin & illa in eo contineri censeo, ex quibus diligenter lectis, & in praxim reuocatis, ecclesiastica disciplina hodie turpiter neglecta, & passim corrupta, ad Dei honorem, ad Ecclesiæ splendorem, ac animarum salutem feliciter reformari, & in pristinum vigorem restaurari queat.

Ita iudico ego Thomas Stapletonus Anglus, S. Theologiæ Doctor, & in alma Vniuersitate Duacena Professor Regius & Ordinarius.

INDEX CAPITVM SINGVLORVM LIBRORVM HVIVS SPECVLI.

Libri primi capitum argumenta.

Qualis vita, & honestas clericorum esse debeat. cap. i. fol. 1.

De fide, eiusque professione. cap. ii. fol. 4.

Super forma iuramenti professionis fidei Pij Papæ quarti bulla. cap. iii. fo. 8.

De studio, doctrina, ac institutione clericorum. cap. iiii. f. 11.

Clerici quibus studijs vacare, & se exercere debeant. cap. v. fol. 15.

De clericorum seminario. cap. vi. f. 25.

De sermone, & quomodo diuidatur. cap. vii. f. 30.

Ad sermonem fidei, & doctrinæ faciendum, Ecclesiasque regendas, quales assumendi sint; & quòd hi propterea in ipsis residere debeant Ecclesijs. cap. viii. fo. 36.

Super residentia curam animarum habentium, & aliorum residere debentium Pij Papæ quarti bulla. cap. ix. f. 40.

Super executione concilij Tridentini, & prædictæ bullæ Pij quarti, & quinti constitutiones. cap. x. f. 44.

De colloquio familiari. cap. xi. f. 47.

In colloquio familiari vitanda est adulatio. cap. xii. f. 87.

De contentione Canonicis, aliisq; clericis vitanda. cap. xiii. fol. 91.

Ab iniurijs, & maledictis abstinendum esse. cap. xiiii. fol. 95.

Murmurationem fugiendam esse. cap. xv. f. 99.

Quam graue, & abominandum sit detractionis vitium. cap. xvi. f. 102.

Quantum mali in Ecclesiam proferat detractio. cap. xvii. f. 109.
Contra detractores quomodo nos gerere debeamus. cap. xviii. fol. 113.
De blasphemia cauenda. cap. xix. f. 121.
Quomodo blasphemia nunc puniri debeat. cap. xx. fol. 128.
De ira, odio, & simultate refrenanda. cap. xxi. f. 131.
De excusationibus iram remittere nolentium. cap. xxii. fo. 141.
De impatientia cohibenda. cap. xxiii. f. 147.
De patientia amplectenda, & seruanda. cap. xxiiii. f. 151.
In sermone dicendam veritatem, & mendacium fugiendum esse. cap. xxv. f. 161.
An vnquam mentiri liceat; & quot mendacij sint genera. cap. xxvi. f. 170.
Sermonem Clericorum debere esse pudicum & opportunum. cap. xxvii. fo. 174.
Quam vtilis, & laudabilis sit taciturnitas. cap. xxviii. fol. 177.

Libri secundi capitum argumenta.

De rebus quibusdam ad honestatem clericorum requisitis, & primum de tonsura, seu corona eorundem. cap. i. fol. 180.
De vestitu, & habitu clericorum. cap. ii. f. 184.
Luxus vestium huius seculi quid portendat. cap. iii. f. 191.
Quid Pius quintus, & Concilia Mechlinense, & Camerense de vestitu clericorum statuerint. cap. iiii. f. 201.
Honestatem in motu corporis seruandam. cap. v. f. 209.
Conuiuia Clericorum qualia esse debeant. cap. vi. f. 216.

In conuiuijs frugalitatem, & sobrietatem seruandã. cap. vii. *f.* 212.
Quomodo vesperi eundum sit cubitum, & manè surgendum. cap. viii. *f.* 220.
De comessationibus, ebrietate, & crapula fugiendis. cap. ix. *fo.* 221.
Ebrietatis, & crapulæ fructus, prouentus, & effectus. cap. x. *f.* 233.
Anne dies Dominicos, & Sanctorum festa epulis, & symposijs decorare, & celebrare liceat. cap. xi. *f.* 241.
Vtrum dies nostros natales comessationibus, & compotationibus celebrare non possimus. cap. xii. *f.* 254.
De calendarum Januarij, & Vigiliæ earundem ritu, ac cultu. cap. xiij. *fol.* 265.
Quomodo vigilia Epiphaniæ celebranda sit. cap. xiiii. *fol.* 270.
An Clerici Bacchanalia celebrare possint. cap. xv. *f.* 277.
De sobrietate amplectenda. cap. xvi. *f.* 283.
Cur seruanda in mensa sobrietas, & continentia. cap. xvii. *fol.* 291.
Cur in Completorio secũdum vsum Ecclesiæ Rom. legatur semper; Sobrij estote &c. Cap. xviii. *fo.* 300.
De tabernis, & ludis clericis vitandis. cap. xix. 306.
Quando, & quomodo permissum sit clericis ludere. cap. xx. *f.* 309.
De prophanis spectaculis, & scenis fugiendis. cap. xxi. *f.* 314.
Anne scholares, eorumque Magistri ludos scenicos nunc agere possint. cap. xxii. *fol.* 318.
De hospitalitate. cap. xxiii. *fol.* 323.
An in hospitalitate nulla personarum sit habenda ratio. cap. xxiiii. *f.* 330.

De pauperum portione in Canonicorum Ecclesijs si perierit, restituenda. cap. xxv. f. 336.
De reformatione hospitalium Concilij Viennensis constitutio a SS. Tridentino Concilio innouata. cap. xxvi. f. 341.
De beneficentia, & liberalitate. cap. xxvii. f. 343.
De quibusdam liberalitatis, & beneficentiæ speciebus. Cap. xxviii. fo. 348.
De insignibus aliquot liberalitatis effectibus. cap. xxix. fo. 351.
